DE DISCIPLINA CHRISTIANAE PERFECTIONIS PRO TRIPLICI HOMINUM...

Bernardino Rossignoli, Jacques : de Fornazeris, ...

Digitized by Google


CA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
27 — A
5

Digitized by Google

8. H. F. A. [illegible]

Digitized by Google

Digitized by Google



DE DISCIPLINA

CHRISTIANÆ PERFECTIONIS

PRO

TRIPLICI HOMINVM STATV.

INCIPIENTIVM, PROFICIENTIVM,

ET PERFECTORVM:

Ex sanctis Scripturis,

& Patribus

Libri Quinque

Diligenter recogniti,

et emendati

BERNARDINO ROSIGNOLIO.

VEMETANO,

Ex societate IESV

Auctore.

LVGDVNI

SVMPTIBVS

HORATII CARDON

1604

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

CLAVDIO AQVAVIVÆ

PRÆPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV

BERNARDINVS ROSIGNOLIVS S.

LIBRVM de diſciplina Chriſtianæ perfectionis à me conſcriptum, ne ſine ea quam e tuis manibus accipiet luce, in lucem prodeat, vt authoritate tua ita & nomine illuſtratũ emitto: vt cui initium & quaſi conceptio debita eſt, dicetur partus; & qui parens cõſilij fuiſti, primus fructum laboris percipias. Et licet indignum videri poſſit, ijs adnumerari me, qui te per librum adeunt, tu tamen non es, pater optime tuis humaniſſimis mori-

Digitized by Google

bus indignus. Et liber qui in manus tuas venit, non tam meus eſt, quàm eorum, quorum ſacra monumenta, quantum tute tibi ab aſſiduis occupationibus eripere potes, diligentiſſimè volutas, & verò etiam auguſtè veneraris. Siquidem ſecundum Scripturas ſacras ex ſanctorum potiſſimùm Patrum capitibus in opus hoc riuos deduximus: vt qui nobis duces ſunt Catholicorum dogmatũ aduerſus hæreticos, quod latè oſtendunt alij lucubrationibus ſuis, iidem Euangelicæ perfectionis ſimul magiſtri eſſe ex hiſce noſtris intelligerentur. Quæ autem nullis authoribus diſſeruntur, quod interdum fieri neceſſe eſt, neque illa vſque adeò mea ſunt, quin vel ſapientum hominum in hoc doctrinæ & experientiæ genere excellentium, vel quod ingenuè fateor, magna ex parte ex tuarum Epiſtolarum Tractatuum, Adhortationum, ac priuatarum congreſſionum fontibus hauſta ſint. Vt nulla commendatione ſcriptoris ſui apud te egere poſſit his tibi nominibus commendatus liber. Niſi fortè multa tibi idcirco minùs placeãt, quod tua ſint. Sed in communi aliorum cõſenſu ignoſ-

cet nimirum tibi modeſtia tua. Ego certè plurimum referre ad ſuſceptum opus exiſtimaui, ſi intelligerent omnes me ſub tuæ vmbra ſapientiæ, quæ quanta ſit, nouit Societas Ieſu vniuerſa, quaſi ſub myſtica platano collegiſſe, ſi non vberiorem aquam tuam, ſaltem guttas, quas potui, quaſque hiſce ſcriptis ea identidem luſtrans aſperſi. Vt quando his refectionis aquis educatus ſum, eas dũ foras deriuo ad aliorum vtilitatem Deique gloriam propagandam; patiendum tibi ſit, nomen capitis inſcriptum legi.

Vale.

ADMONITIO
AD LECTOREM.

IN ſacris Scripturis ſanctorúmq; Patrum libris habere nos omnia, quæ hominem ab ipſis incunabulis Christianæ vitæ per reliquas omnes eius ætates perducere poſſunt ad perfectionis ſummum, confeſſa res eſt & manifeſta. Siquidem omnis Scriptura, *vt ait Apoſtolus,* diuinitùs inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. *Sanctorum etiam Patrum ſcripta de vniuerſæ Theologicæ ſcholæ ſententia quædam reconditæ venæ ſunt, ex quibus quaſi pretioſiſſimum aurum ex copioſiſſimis fodinis arcanæ perfectionis eruuntur. Certè S. Gregorius Nazianzenus ſcribit, ſe in enarrationibus S. Baſilij* non ſuperficiẽ tantùm verborũ ſpectare, ſed ex gurgite ad gurgitẽ adhuc pergẽdo, abyſſo abyſſum accerſendo, lumine lumen inueniendo; quieſcere nunquam, donec ad ſummum verticem perueniat. *Quod ſi de quibuſcun-*

1. Tim. 3.

Oratione in laudẽ Baſilij.

que

que Sanctorum monumentis hoc ipſum dici poteſt, quid exiſtimandum de ijs, quæ in moribus ac perfectione explicanda propriè verſantur? Mihi quidem de omnibus ſanctorum Cypriani, Athanaſij, Gregorij Papæ, Chryſoſtomi, Bernardi, & Caßiani, plerią; etiã S. Auguſtini & aliorum ſcriptis affirmandum videtur, quod idem S. Nazianzenus ſcripſit de Aſceticis S. Baſilij. Cùm orationes, *inquit*, eas, quæ de moribus ac bene viuendi ratione ſcripſit, in manus accipio; animo & corpore purgor templúmque Dei capax efficior, atque inſtrumentum muſicum à ſpiritu pulſatum, diuinámque gloriam & potentiam decantans. Hoc reconcinnor & componor, atque in alium virum migro diuinitúſque immutor. *Et quod* Seuerus *aßerit de S. Auguſtini opuſculis*, fauos eſſe nectaris plenos, delitias animæ, ex quibus ea, quicquid in ſe minus inuenit, aut imbecillum ſentit, reſarciat, atque ſuffulciat, *idem in aliorum Patrum ſacros Commentarios ac lucubrationes quadrare dubitandum non eſt.* **Epiſt. 37. inter Epiſtol. S. Auguſt.**

Optaſſem propterea, vt quod ego ſum conatus efficere, feciſſet aliquis ante me, qui & ingenio & facultate, multoą; magis ſpirituali

experientia ac ſacra lectione præſtaret: hoc eſt, è ſacrarum Scripturarum & Patrum fontibus doctrinam perfectionis hauſiſſet, in noſq́; deriuaſſet: ſed quoniam qui id adhuc molitus ſit, ſcio neminem, & res eſt meo iudicio vtiliſſima, ne dicam neceſſaria ijs, qui perfectionis viam ſemel ingreßi, tutò ac fructuosè in ea pergere ſtudent; non exiſtimaui vitio dãdum eſſe, ſi quod duce caruerim, ipſo vno diuino nixus auxilio, mihi viam aperuerim, ſcrutandoq́; Scripturas, ac vetera Sanctorum monumenta, ex his ea, quæ ſacroſancti ſcriptores de vniuerſa perfectionis ratione ac forma prodiderunt, eruere inchoauerim. Abſoluẽt fortaſſe alij, quibus otium, induſtria, vires ingenij & ſpiritus maiores ſuppetent, pingentq́; ſuis coloribus perfectionem. Mihi ſatis eſt qualemcunque viam ad eam demonſtraſſe, & prima tantæ imaginis lineamenta duxiſſe. Vt hanc etiam ob cauſam ſperanda venia ſit, ſi multa ſint omiſſa, quæ præterea quæ allata ſunt ex Patribus, adhuc adferri potuiſſe videbantur: ſi aliqua non, vti oportebat, expenſa: aliqua non optimo loco collocata: aliquorum ſententiam minus aſſecutus ſim, aut ne fortaſſe aſſecutus. Siquidem tẽtaui ſolùm, & certè bona fide & candidè, quid in hoc genere poſſem ad meam

aliorúmque

aliorumq́; vtilitatem.

Illud monitũ lectorem volo, nihil ſcribere me, quod Scripturæ & Patrũ verbis approbatum & cõmunitum nõ ſit, omiſſis ſæpenumero, ad moleſtiam euitandam (inquit) & (Hæc ille:) Et quãquam res eaſdẽ, quas hi quinque libri, Theologia etiã magna ex parte tractat: hîc tamen nõ ſcholaſticè ſed ſimpliciter, & ad vſum tantùm accommodatè explicari: Vſum enim res de qua agitur ſpectat: quare & ad vſum fuit dirigenda tractatio. Ob quẽ etiam deſſerui de quibuſdã, vt minùs ad inſtitutum noſtrum neceſſarijs, breuiter, qualis eſt in primo libro peccatoris cõuerſio, & iuſtificatio, & in quinto nonnulla ad perfectionis proprietates pertinentia. De alijs fuſiùs dicere oportuit, vtpotè, noſtris, De vincendis nimirum tentationibus, de abnegatione, de ſpirituum diſcretione, oratione, & virtutibus, quæ ſecũdo, tertio, & quarto libro continentur. Ita tamen vtrumque præſtitum eſt, ni fallor, vt nec breuitas offundat tenebras, nec explicatio faſtidium adferat.

Quòd ſi aliquando recentiores ſcriptores producti ſunt; id factum eſt in rebus illis, quas Patres vix attigerunt, & recentiores copioſè ſunt perſecuti: eoq́; delectu vt non niſi paucos,

graues, doctos, pios viros de his ipſis ſcribẽtes adduxerimus, quod cùm de ſcrupulis, diſcretione ſpirituum, & præparatione ad perfectionem proxima ageretur, operæpretiũ fuit. Sancti autem Thomæ doctrinam atque ſentẽtias non minus frequenter, quàm libenter vſurpo, tum propter intelligentiam, ſapientiã, & auctoritatem tanti Doctoris; tum etiã ad exprimendos ſanctorum Patrum ſenſus, quos ille pro re nata feliciter aſſequitur, vt ex tractatione de abnegatione malorum habituum aliiſq; ex locis perſpicuum eſt.

Poſtremò, in quo ſummum eſt momẽtum, vt ad eũdem vſum, ad quem inſtituitur tota tractatio, referatur; ad vtilitatem eorum, qui in rebus ſpiritualibus exercentur, & ad magiſtrorum, qui in his verſantur induſtriã quoquo modo ſubleuandam adieci ad calcem ferè cuiuſq; libri, qua ratione, rerum, quæ eo explicantur, vſus ſubeundus in conſuetudinem deducendus ſit, propoſitis exemplis, tum reducendi ad certa capita res illas, quibus meditando potiùs, quàm legendo imbui formariq; hominem ſpiritualem oportet: tum deſignandi locos examinandæ conſcientiæ ad cuiuſque generis hominum proprios & præſentem ſtatum accommodatos.

Digitized by Google

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS

LIBER PRIMVS.

IN QVO EXPLICANTVR EA, QVÆ SPECTANT AD ſtatum incipientium.

INDEX

INDEX LIBRORVM ET CAPITVM.

LIBER PRIMVS.

In quo explicantur ea, quæ ſpectant ad ſtatum Incipientium.

Procemium, quo explicatur ſcopus & partitio totius Operis de Diſciplina Chriſtianæ perfectionis.

Cap. I. Ad perfectionis doctrinã percipiẽdam neceſſaria eſt idonei magiſtri opera.

II. Quis ſit Idoneus magiſter doctrinæ perfectionis Chriſtianæ.

III. Status peccatoris ante conuerſionem à peccato.

IV. Conuerſionis principiũ & auctor Deus eſt.

V. Quomodo Deus excitet peccatores ad conuerſionem à peccatis.

VI. Quæ peccati cognitio ad lapſi reparationem & conuerſionem requiritur.

VII. Quis timor à peccatore concipi debeat in conuerſione à peccato.

De com-

Digitized by Google

VIII.	De compunctionis dolore, amore item & ſpe, quæ concipi debent à peccatore, vt ritè conuertatur.
IX.	De propoſito emendationis, confeſſionis Sacramento, & ad Chriſtum Saluatorem conuerſione in eundem finem neceſſaria.
X.	De ſatisfactione ac pœnitentiæ operum vſu.
XI.	De coniecturis perfectæ conuerſionis & pœnitentiæ.
XII.	Quis fuerit ſtatus pœnitentium in veteri Eccleſia & deinceps.
XIII.	De pœnitentia, quæ poſt reconciliationem cum Deo & ſatisfactionem Sacramentalē perſoluenda eſt à pœnitente reliquo vitæ tempore.
XIV.	An pœnitens poſt conuerſionem conſeruare debeat memoriā peccatorū.
XV.	Qualis debeat eſſe oratio verè pœnitentis, & qui animi affectus in ea maximè excitandi.
XVI.	De perſeuerantia pœnitentis in oratione, & qui ex ea fructus percipiatur.
XVII.	De tentationibus quæ poſt conuerſionem inſurgunt, & de incipientium nimio feruore temperando.
XVIII.	De ſecunda tentatione quam Incipienti adferunt ſcrupuli.
XIX.	Enitendū pœnitenti, ne in priſtina peccata recidat, quæ ſolet eſſe tentatio communis poſt conuerſionem.
XX.	Ex ardua & difficili vita ſpirituali tentatio quarta & quinta.
XXI.	Vniuerſales cauſæ & remedia tentationum Incipientium.
XXII.	Vſus exempla.

LIBER SECVNDVS.

In quo ponitur doctrina de Abnegatione, quæ prima pars eſt ſtatus Proficientium.

CAP. I. Progreſſus ſpiritualis, donum Dei eſt: hominis tamẽ ſtudium induſtriámque requirit.

II. Proficientis animum profectus & perfectionis ſpiritualis maximè ſitientem eſſe oportet, nihilque ei de progrediendi deſiderio remittendum.

III. Proficiens intentionẽ in Deum & eius gloriam in primis dirigit, eámque ab omni alterius propoſiti admiſtione liberam ſeruat.

IV. Proficiens intentionem etiam ad Chriſtũ Dominũ dirigit, & quid ad intentionis huius perfectionem pertineat.

V. Quis ſit ſcopus proficientis & perfecti, & quę sũma perfectionis Chriſtianę.

VI. De prima cura proficientis in abnegatione aduerſus peccata venialia.

VII. Quibus auxiliis iuuetur proficiens aduerſus eadem peccata venialia, & quomodo in eis ſe gerat.

VIII. Quæ peccata venialia magis retardent progreſſum proficientis

IX. De habenda cura abnegationis prauorũ habituũ: quorum etiã ponitur generalis diuiſio, deinceps pertractanda.

X. De gulæ abnegatione & victoria.

XI. Quæ ſint indicia abnegationis gulæ, & profectus, in ea proficientis,

XII. Quænam regula generalis ſeruanda ſit in corporis caſtigatione & mortificatione ſubeunda.

XIII. De abnegatione exercẽda aduerſus linguæ incontinentiam, præſertim in

verbis

verbis otioſis.
XIIII. De abnegatione luxuriæ.
XV. De remediis contra prædictum vitium, & indiciis victoriæ de eodem, ſimulque de ſenſuum abnegatione.
XVI. De Auaritiæ abnegatione.
XVII. De iræ abnegatione.
XVIII. De Accediæ abnegatione.
XIX. De tepiditate ſpirituali, & de prima eius ſpecie.
XX. De ſecunda ſpecie tepiditatis ſpiritus.
XXI. De puſillanimitatis abnegatione, ex eáque enaſcentibus ſcrupulis.
XXII. De inuidiæ abnegatione.
XXIII. De abnegatione ſuperbiæ.
XXIIII. De inanis gloriæ abnegatione.
XXV. De abnegandis paſſionibus animi.
XXVI. De concupiſcentiæ fomite, & alijs multis prauis inclinationibus hominis.
XXVII. De vitando errore ἀπαθείας, ſiue impaſſibilitatis, & de cõcupiſcentię & propriarũ inclinationum abnegatione.
XXVIII. De abnegatione intellectus & memoriæ.
XXIX. De abnegatione propriæ voluntatis.
XXX. De abnegatione amoris proprij.
XXXI. De diaboli ſuperbia, & duabus generalibus tentandi rationibus, quibus ille vtitur.
XXXII. De Diaboli artibus & modis, quibus tentando vtitur, præſertim contra tyrones.
XXXIII. De eiuſdem diaboli aſtutis tentationibus, præſertim aduerſus proficientes prouectos.
XXXIIII. De decẽ diaboli cogitationibus & aſtutiis, quibus ad decipiendum vtitur, cùm tentat.

Qua

XXXV. Qua demum calliditate ſe Diabolus in intimum proficientis animum inſinuare conetur.
XXXVI. Quomodo gerere ſe debeat proficiens in diaboli tentationibus.
XXXVII. Deum in tentationibus adeſſe dimicantibus,& multis magniſque præſidiis, ac præſertim diuinis cõſolationibus, illis ſuppetias ferre.
XXXVIII. Quot ſint genera diuinæ cõſolationis, qui eius effectus & cauſæ.
XXXIX. De cauſis deſolationis.
XL. Vſus exempla.

LIBER TERTIVS.

Quo explicantur virtutes Theologicæ, & prudentia, maximè verò ea, quæ pertinent ad diſcretionem ſpirituum.

CAP. I. De Virtutibus vniuersè, & de iis quæ requiruntur ad earum exercitationem.
II. Quibus gradibus conſtet progreſſus in virtutibus.
III. De gradibus progreſſus in eadem virtute, & de quibuſdam generalibus virtutis proprietatibus.
IV. De Fide.
V. De Spe.
VI. De Charitate erga Deum.
VII. De Charitate erga Proximum.
VIII. De Zelo animarum.
IX. De Prudentia.
X. De Electione.
XI. De quibuſdã electionis prioris exẽplis.
XII. Exempla poſterioris rectè eligendi rationis.

De diſcre

XIII. De diſcretione ſpirituum.
XIV. De ſpiritu Diuino & Angelico.
XV. De ſpiritu Diabolo, Carnis, & Mundi.
XVI. De ſpiritu humano ſiue naturali.
XVII. De eorundem ſpirituum, Diuini, Angelici; & diabolici comparatione ex doctrina recẽtioris ſcriptoris & ſanctorum Patrum.
XVIII. De comparatione eorundem ſpirituum cum inſtinctu naturali ſecundum doctrinam eiuſdem Recentioris.
XIX. De iiſdem ſpiritibus diſcernendis quænam Italicè ſcripſerit Seraphinus Firmanus Canonicus Regularis.
XX. De ratione diſcernendi viſa, & reuelationes veras à falſis, ex doctrina ſanctorum Patrum & recentiorum.
XXI. De ſpirituali receſſu proficienti ad certum tempus aliquando neceſſario.
XXII. Quomodo conſilium capiendum ſit ab Euangelio præſide, & qui in conſilium adhibendi.
XXIII. Qua iudicij prudentia præditum eſſe oporteat Euangelicum Præſidem.
XXIIII. De Prudentia & aliis virtutibus, quibus vti debet, dum præcipit Euangelicus Præſes.

LIBER QVARTVS.

Quo reliquæ virtutes morales declarantur.

Ponuntur virtutes, de quibus deinceps agendum eſt.

CAP. I. De præparatione ad orationem.
II. De Modo, quo initio orationis, qui orat, ſe ſiſtere debet conſpectui Maieſtatis Dei.

Digitized by Google

III.	De peculiari quadam ratione præſentiæ Dei orationis tempore, ex S. Auguſtino ſententia.
IV.	De ordine in meditatione ſeruando.
V.	De intellectus exercitatione orationis tempore, præſertim circa diuinas perſonas.
VI.	De reliquis Euangelicis perſonis.
VII.	De eadē intellectus exercitatione circa actiones Chriſti Domini.
VIII.	Exempla virtutū, quæ obſeruanda ſunt inter meditandū in actionibus primi generis ſiue virtuoſis Ieſu Chriſti Domini.
IX.	Alia in aliis eiuſdē generis actionibus exempla virtutum Chriſti D.N.
X.	Exempla item virtutum, & fructus ſpirituales ex nobilioribus quibuſdam Chriſti D. N. actionibus colligendi.
XI.	Actionum internarum Chriſti Domini nonnulla virtutum exempla.
XII.	Generalia quædam præcepta ad eadem virtutum exempla ex actionibus Domini faciliùs eruenda.
XIII.	Eiuſdem generis exempla virtutum ex actionibus quibuſdam perſonarum nonnullarum Euangelicarum erga Chriſtum Dominum.
XIV.	De reliquis actionibus diuerſarū perſonarū quæ in Euangelio continentur,
XV.	De actionibus Dei externis, quæ in Euangeliis continentur.
XVI.	De reliquis actionibus, quæ ſimiliter in Euangelio deſcribuntur.
XVII.	De laborioſis actionibus aut paſſionibus Chriſti Domini.
XVIII.	De reliquis Chriſti actionibus laborioſis, iis præſertim, in quibus Paſſionis tempore verſatus eſt.

Digitized by Google

XIX. De intellectus exercitatione circa Scripturæ ſacræ verba, quæ meditationi ſubjiciuntur.
XX. Quomodo inter meditandũ exercetur intellectus iu coniũgendo ſenſu morali cum hiſtorico.
XXI. De exercitatione voluntatis & affectus orationis tempore.
XXII. De impedimentis Contemplationis.
XXIII. De pietate & obſeruantia.
XXIV. De obedientia.
XXV. De Gratitudine.
XXVI. De Veritate ſeu Veracitate, ac Simplicitate.
XXVII. Ve Amicitia & affabilitate ſiue comitate.
XXVIII. De Miſericordia, Beneficentia, liberalitate & Eleemoſyna.
XXIX. De Fortitudine.
XXX. De Magnanimitate Chriſtiana.
XXXI. De Patientia.
XXXII. De Perſeuerantia.
XXXIII. De Temperantia.
XXXIV. De Abſtinentia, Sobrietate, & Ieiunio.
XXXV. De Continentia, Caſtitate, & Virginitate.
XXXVI. De Manſuetudine.
XXXVII. De Modeſtia.
XXXIIX. De Humilitate.
XXXIX. Vſus exẽpla, ad ea quæ tertio & quarto libro continentur accommodata.

LIBER QVINTVS.

Quo ea traduntur, quæ ſtatui Perfectorum conueniunt.

CAP. I. Quis ſit perfectus vir, & quo ordine quæ ad id pertinent, explicanda ſint.

II. Quibus rationibus & virtutibus ex Domini & Euangelij doctrina tollantur impedimenta proxima perfectionis.

III. Honor quid impedimenti adferat perfectioni.

IV. Quæ externæ virtutum actiones conducant ad perfectionem acquirendam, & quomodo.

V. Quomodo internis virtutum actibus præparetur animus ad charitatem.

VI. Vberior quædam & ſubtilior explicatio Abnegationis præparantis ad perfectionem.

VII. De duobus proximis & maximis adminiculis perfectionis, oratione & contemplatione.

VIII. Qua via diuinus amor deinceps indagandus eſt ex Cantico Canticorum Salomonis.

IX. Status quatuor animæ Deum diligentis, ex Cantico Canticorum & ſanctis Patribus.

X. Aperitur primus amoris diuini gradus, ſiue primus ſponſæ ſtatus, qui in primo & ſecundo Canticorum capite continetur.

XI. Secundi diuini amoris gradus, ſiue ſecundi ſponſæ ſtatus, qui in tertio & quarto capite Canticorum deſcribitur, breuis explicatio.

XII. Tertius amoris gradus, ſiue tertius ſponſæ ſtatus, qui in quinto ſexto, & ſeptimo Canticorum capite deſcribitur.

XIII. Quarti amoris gradus, ſiue quarti ſponſæ ſtatus, qui in octauo Canticorum capite deſcribitur, explicatio.

XIV. Comparatio actionis & contemplationis.

XV. De duplici genere actionis, & de ea

vita,

Digitized by Google

	vita, quæ ex Actione & Contemplatione conflatur.
XVI.	De Contemplatione.
XVII.	De primo genere Cõtemplationis, quæ verſatur circa Dei Maieſtatem.
XVIII.	De ſecundo & tertio genere Contẽplationis cœleſtis gloriæ, & Chriſti crucifixi: quibus addita ſunt & alia duo, Mundi & Hominis.
XIX.	De iis quæ cum Contemplatione coniuncta ſunt: & qua ratione ad eam perueniatur.
XX.	De natura diuini Amoris & partibus.
XXI.	De proprietatibus diuini amoris.
XXII.	De gradibus ad diuinum amorem per diuina Beneficia.
XXIII.	De gradibus amoris Dei erga homines, eiuſque mirabilibus effectibus.
XXIV.	De Conformitate noſtrę volũtatis cum Diuina, deque proxima ad eam præparatione.
XXV.	Exempla quædam ex ſanctis Patribus ad vſum Contemplationis & Amoris Dei.
XXVI.	Amor quo Chriſtus Patrẽ amauit vnicum ac ſummum eſt perfectiſſimi Amoris exemplar.
XXVII.	De Tentationibus Perfectorum.

PROOEMIVM,

QVO EXPLICATVR SCOPVS ET PARTITIO TOTIVS OPERIS

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS.

STATVM *Perfectionis eſſe in Eccleſia militante, perſpicuum eſt, & affirmant vno conſenſu antiqui Patres, & Theologi recentiores: hincque inſtitutum, & in altiſſimo dignitatis gradu in ea collocatum à Chriſto Domino, cuius illa vox eſt*: Eſtote per-
Mtt. 5. fecti, ſicut Pater veſtet cœleſtis perfectus eſt. *Et illa*: Si
Matt. 19 vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, & ſequere me.

Is autem tres habet gradus: Incipientium, Proficientium, & Perfectorum. Ea enim eſt natura voluntatis humanæ, vt eius conatus & motus, quo & ad alia omnia & ad perfectionem etiam contendit, non repente ſit ſummus; ſed certis progreſſionibus & incrementis feratur ad ſummum. Primò igitur debilis eſt & quaſi infans in In-

cipien

cipientibus : Deinde confirmatur & adoleſcit in proficientibus: Poſtremò, virile robur & maturitatem habet in perfectis. Charitas etiam, quem vocat Apoſtolus, vinculum perfectionis, cùm nata fuerit, *vt ſanctus Auguſtinus ſcripſit*, nutritur, nutrita roboratur, & roborata perficitur. *Et quamquam idem ſanctus Auguſtinus libro de vera Religione ad ſimilitudinem exterioris hominis, per ſex hominis interioris ætates, ſpiritualem perfectionem metiendam putat; alibi tamen huic tripartitæ diuiſioni non obſcurè fauet. Et ante ipſum ſanctus Hieronymus, & poſtea ſanctus Gregorius, ſanctus Bernardus, & alij. Atque hæc illa eadem eſt partitio, qua rem hanc ſanctus Dionyſius Areopagyta per Angelorum munera diuidit ex traditione Apoſtolica, purgandi, inquam, quod eſt prioris gradus, illuminandi, & perficiendi, quæ pertinent ad poſteriores duos. Immò ſanctus Gregorius ijs ipſis gradibus tribus accommodat ea, quæ Dominus parabolicè dixit apud ſanctum Marcum*: Tertia primum fructificat herbam, deinde plenum frumentum. *Et ſanctus Hieronymus*: Ioannes Apoſtolus, *inquit*, ſecundùm merita filiorum ſuorum, profectuſque operum ſingulorum, ſcribit ad paruulos, ſcribit ad iuuenes, ſcribit ad Patres, *vt hinc etiam intelligamus, non ſolùm quam elegantibus aptiſque tranſlationibus eoſdem illuſtrarit S. Euangeliſta, ſed quàm grauiter de ijs nos exiſtimare voluerit.*

Gradus porrò hi non ita diſtinguuntur, vt inter ſe nullo modo miſceantur: nam lumen diuinæ gratiæ, quo peccatorum in Incipientibus caligo diſcutitur, & cuius ſplendore & ornatu in Proficientibus & Perfectis mens illuſtratur atque perficitur, à primo & vltimo gradu non abeſt. Et quamdiu viuitur in ergaſtulo corporis, vt in primis duobus propria inſunt principia perfectionis; ſic in perfectis etiam viris ſemper eſt aliquid quod expietur, vt ſapienter à ſancto Bernardo ſcriptum ſit: Sic nimirum, conſeruandæ humilitatis gratia, Diuina ſolet pietas ordinare, vt quanto quis plus proficit; eo minùs ſe reputet perfeciſſe. Nam & vſque ad ſupremum ſpiritualis exercitij gradum, ſi quis eouſque peruenerit, aliquid ei de primi gradus imperfectione relinquitur,

Coloſ. 3.
In cap. 1. Ioan. tractat. 5.
Li. de vera relig. c. 26.
In Pſ. 130 ſer. 16. & 17. de verbis Apoſtoli.
Hier. in Iſa. c. 61.
S. Greg. l. 24. mor. c. 7. & in Ezech. hom. 15.
Bern. ſer. de ligno, & ſer. 4. ad fratres ſer. de cãt. Ezechiæ.
S. Dion. de cœleſti hier. c. 6.
S. Greg. l. 22. moral. c. 20.
S. Hiero. epi. 139.
Ser. de quatuor modis orandi.

vt vix ſibi primum videatur adeptus. *Quare diſtinguntur hi gradus ex eo, quod in vnoquoque proprium & potius eſt, quod Incipientibus eſt purgatio, Proficientibus lumen, & dilectio Perfectis.*

Ordinem hunc ſequar ego, Deo fauente, accommodatum, ni fallor, ad doctrinam de Christiana Perfectione, quam tractandam ſuſcipio, vt primo loco de incipientibus & eorum purgatione agam, deinceps de duobus reliquis generibus & officijs, idque ex ſacris Scripturis, potiſſimùm verò de ſententia ſanctorum Eccleſiæ Catholicæ Patrum & Theologorum; maximè eorum, qui in hoc ſcriptionis genere inter alios excelluère. Quales ſunt S. Baſilius Epiſcopus, S.Gregorius Papa, S.Bernardus Abbas, & Caſſianus Monachus: ab alijs ſimul petendo, quæ ad eandem hanc ipſam rem pertinere videbuntur, præſertim à ſancto Auguſtino, & S.Chryſoſtomo. &c.

***

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS LIBER I.

Ad perfectionis doctrinam percipiendam neceſſaria eſt idonei magiſtri opera.

CAPVT I.

CERTVM eſt illud quod à Gregorio Papa ſcribitur, Lege non cõſtringi Spiritus ſancti donum;& reperiri aliquando nonnullos, qui ita per magiſterium ſpiritus intrinſecus docentur, vt ſi eis exteriùs humani magiſterij diſciplina deſit,magiſtri intimi cenſura non deſit. *Cuius tanta gratia* (vt idem ait) *propria ſigna ſunt virtutes & humilitas, quæ ſi vtraque perfectè in vna mente conueniũt,liquet quòd de præſentia ſpiritus teſtimonium ferat. Sic Ioannes Baptiſta magiſtrum habuiſſe non legitur, & Moyſes in eremo edoctus mandatum ab Angelo didicit, quod per hominẽ non cognouit.* Hæc ſanctus Pontifex.In hunc numerum referre poſſumus pleroſque ſanctiſſimos viros,quos elegit Deus, vt multorum filiorum in Chriſto patres & inſtitutores eſſent,nec tamen legimus, eos hominis alicuius fuiſſe diſcipulos: & quidem de ſancto Antonio narrat S.Athanaſius, eum à Deo ſolitum fuiſſe edoceri, quod idem

Lib.2.dialog.cap.1.

In vita S. Antonij.

multarum religionum fundatoribus Dei dono accidiſſe, mihi probabiliſſimum eſt : imò & aliis præter eos non paucis, in quibus quamuis elinguibus ac penè illiteratis ſpiritualem ſcientiam nonnunquam mirabiliter viguiſſe, Caſſianus teſtatus eſt,& S. Auguſtinus, *Cœlum*,inquit, *Cœli Domino,qui erexit & ſublimauit quorundam ſanctorum mentes in tantum, vt nulli hominum, ſed ipſi Deo ſuo dociles fierent.*

Coll. 14. *cap.* 16. *in Pſal.* 113. *Ibid.*

Cæterùm, hæc præcipit S.Gregorius, vt veneremur, nec nobis putemus eſſe propoſita ad imitandum: *Uſus enim* (inquit) *recta conuerſionis eſt, vt praeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit; nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prelatis non nouit exhibere: alioquin fiet, vt dum ſe quiſque ſancto Spiritu impletum præſumit, diſcipulus hominis eſſe renuat, & magiſter erroris fiat.* Ad quam præſumptionem euitandam Deus ipſe, qui Apoſtolum Paulum Vocauerat, vt obſeruauit Caſſianus, non eum docet perfectionis viam ſtatim, quod facilè poterat, ſed mittit ad Ananiam, vt ab eo illam cognoſcat. *Eum*,inquiens,*illius prius doctrina,quàm ſua inſtitui volens,ne ſcilicet, quod rectè geſtum fuiſſet in Paulo, poſteris malum præſumptionis præbere exemplum.* Ob quam etiã cauſam affirmat idem, Apoſtolum poſtea longo interuallo ad conferendum Euangelium,quod prædicabat,quodque non ab homine didiſcerat,ſed à Deo ipſo, eiuſdem Dei iuſſu (hoc enim ſignificat ſecundùm reuelationem) aſcendiſſe Hieroſolymam ad ſuos anteceſſores & coapoſtolos. Vnde, vt rectè concludit Caſſianus, manifeſtiſſimè comprobatur, nulli à Domino viam perfectionis oſtendi, qui habens vnde valeat erudiri, doctrinam ſeniorum vel inſtituta contempſerit, paruipẽdens illud: *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, ſeniores tuos, & dicent tibi.*

Act. 9. *Galat.* 2. *Ibid.* *Deu.* 32.

Ex quibus duæ rationes ad rem hanc confirmandam grauiſſimæ conficiuntur. Prima ſit hæc poſterior nempe diuina voluntas, nobis ſati explorata & manifeſta in Scripturis ſacris, tum verbis tum allatis exemplis, quibus alia addi adhuc poſſent, niſi prædicta ſufficerent.

Prima ratio.

Secunda eſt, quam S. Gregorius exaggerat, conſuetudo & praxis in Eccleſia recepta, vt nemo viam perfectio-

Secunda ratio.

Digitized by Google

nis ingrediatur aut pergat, ſine duce itineris ac magiſtro. Accedunt aliæ etiam non minus firmæ.

Tertia ſit conſtans ſanctorum Patrum de hac re cõſenſus, nam præter iam dictos idem docuerunt S. Baſilius in regulis, S. Hieronymus, & idem S. Baſilius, cùm laudant vitam cœnobiticam, atque S. Hieronymi hæc ſunt verba: *Mihi quidem placet, vt habeas Sanctorum contubernium, nec ipſe te doceas, & abſque doctore ingrediaris viam, quam nunquam ingreſſus es, ſtatimq́; in partem alteram tibi declinandum ſit, & errori pateas, pluſq́; aut minus ambules, quàm neceſſe eſt: ne aut currens laſſeris, aut moram faciens obdormias.* Præclara etiam eſt illa S. Bernardi ad idem pertinens vox: *Qui ſeſe ſibi magiſtrum conſtituit, ſtulto ſe diſcipulum ſubdit.* Poſterioribus temporibus cum Patribus quoque ſenſerunt quicumque de ſpirituali via tradiderunt præcepta, è quibus, ne longum faciam, producam vnum S. Vincentium: *Plus* (inquit) *dico, Chriſtus, ſine quo nihil poſſumus, nunquam ſuam gratiam miniſtrabit illi, qui cùm habeat, qui eum deducat in via perfectionis, negligit ductum eius. Obedientia via eſt via regia, quæ homines inoffenſo pede ducit ad ſummum ſcalæ, in qua Dominus apparet innixus.*

Tertia ratio. Baſil. ſer. de inſtit. monaſt. Hier. epi. ad Ruſticum. Baſ. Reg. fuſ. diſp. cap. 16. Epiſt. 87. Tract. de vita ſpirituali.

Quarto loco occurrit ipſamet neceſſitatis ratio. *Etenim* (vt ait Caſſianus) *cùm omnes artes ac diſciplinæ humano ingenio repertæ, quæ & nihil amplius, quàm vitæ huius commodis proſunt, licet manu palpari queant, & oculis peruideri, rectè tamen à quoquam ſine inſtituentis doctrina nequeant comprehendi; quàm ineptum eſt credere, hanc ſolam non egere doctore, quæ & inuiſibilis & occulta eſt, & quæ non niſi corde puriſſimo prouidetur: cuius error in temporale damnum, nec quod facilè reparetur, ſed animæ perditionem parit mortemq́; perpetuam.* Hæc ille. Cuius ratiocinatio vrget ſine dubio, efficitque, vt qui de re tanti momenti rectè iudicant, nulla planè ratione diſſentire queant. Quamuis enim, vt ait S. Baſilius, doctore & bono ſpiritu indiget homo, vt dirigatur in viam veritatis, & affirmat Apoſtolus, non eſſe nos ſufficientes, cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis; vtitur tamen vt plurimũ Deus hominis opera ad auxilium animarum. Et quemadmo-

Quarta ratio. Coll. 21. cap. 11. Reg. breu. quæſt. 1. 2. Cor. 30.

dum vult, vt fides, quæ ipſius donum eſt, ex auditu prædicationis percipiatur; ſic ſapienter etiam decernit, vt doctrina Chriſtianæ perfectionis, quæ fide tanquam fundamento nititur, munere quidem ſuo, ſed non niſi magiſtri voce in animis hominum inſeratur.

Quinta ratio. *Prima vtilitas.* Poſtremo perſuadent idem præſtantes & vberes fructus, qui ex hac ipſa inſtitutione, de qua agimus, percipiuntur. Nam cùm hæc diſciplina id poſtulet, vt non ſolùm inſtituentem audiamus, ſed illi etiam aperiamus omnia, quæ intus in nobis ſunt; magna certè vtilitas eſt frænum, quod ex hoc ipſo nobis injicitur, vehementerq́ue retrahit à peccatis, & ſtimulus qui admouetur ad ſerio & ex animo virtutibus incumbendum. In quam ſententiam. S. Athanaſius de B. Anthonio ſic ſcribit: *Dicebat* (inquit) *magnam eſſe ad virtutem viam, ſi ſinguli vel obſeruarent quid gererent, vel vniuerſas mentium cogitationes fratribus referrent: non enim poſſe aliquem peccare, cùm relaturus eſſet ad alium, quæcumque peccaſſet, & ſubire pudorem, in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio audere peccare, & ſi peccet, tamen teſtem vitare peccati. Igitur quaſi ſub oculis aiebat noſtris, & cogitatu confundimur & actu, ſi omnia referenda faciamus, multo autem magis, ſi peccata noſtra fideliter deſcribentes, digeramus in ordinem: hæc agamus, hanc virtutis gradiamur viam.* *In vita Antonij.*

Secunda vtilitas. Altera vtilitas (& hanc etiam prædicant omnes, qui de hac re ſcripſerunt) eſt inſtituentis curam eſſe neceſſariam, ad præcauendas & eludendas Satanæ inſidias, in quas ſe conjiciunt ad manifeſtiſſimam perniciem, quicumque in via perfectionis aliorum conſilijs repudiatis, ad ſua ſe conſilia, quaſi ad normam dirigunt. *Nullo námque alio vitio*, ait Caſſianus, *tam præcipitem diabolus Monachum pertrahit, ac perducit ad mortem, quàm cùm neglectis conſiliis ſeniorum ſuo iudicio perſuaſerit definitioniq́; confidere.* Nec aliam cauſam habent antiquorum & recentiorum lapſus grauiſſimi, ac vtinam non æquè frequentes, quàm mentis in propria opinione obſtinationem. Hac enim aduerſario aperitur via in animam ingrediendi, eamq́ue ad ſuam ipſius voluntatem iam illa- *Coll. 2. c. 11.*

queatam

queatam ad interitum deducendi, præſertim deficiente feruore illo ſpiritus, qui primam ad Dominum conuerſionem tanquam nutritus comitatur & fouet. Si enim tunc deficiat inſtitutor, nec ſit qui hominem deferueſcentem excitet atque corroboret, quid mirum ſit, ſi redeat ad ingenium natura, eamque languentem verſet ad arbitrium ſuum Satanas? Contra verò, ſi debilitatum fractumque ſpiritum ſtatim doctus magiſter ac pius pater excipiat, cõſilio & opera iuuet aduerſus præſenté teporé & diaboli imminétes fraudes, ille qui iã periculi laqueis ſuffocabatur, animum erigit, & reſp rat; eique in manibus eſt de aduerſario victoria. Maximè certè offenſus eſt diabolus huiuſmodi pædagogis & curatoribus, *Odit*, dicebat Salomon, *tu ela & cau ionis nomem malignus*, quippe qui perſpicuè cernit, de ſuis manibus non aliter prædam hanc eripi, quàm cùm adoleſcens, & vt ita dicam, adhuc pupillus ſpiritus, ſub pœna tutoris ſui cuſtodia & poteſtate perſeuerat: in qua poteſtate tunc ſanè totus eſt, cum illi ſe totum aperit, regendumque committit.

S. Dorot. ſer. 5. & Caſſian. coll. .c. 20. ita legunt ſecund. 70. vbi nos habemus qui cauet laqueos, ſecurus erit

B.P. Ignatius, Societatis noſtræ parens, ad hoc idem propoſitum ita ſcribit: *Inimicus noſter morem inſequitur nequiſsimi cuiuſpiam amatoris, qui puellam honeſtorum parentum filiam, vel vxorem viri alicuius probi volens ſeducere, ſummopere procurat, vt verba & conſilia ſua occulta ſint, nihilq; reformidat magis, ac agrè fert, quàm ſi puella patri ſuo, vel vxor marito ea pateſaciat: cùm ſciat hoc pacto de votis & conatibus ſuis actum eſſe. Ad eundem modum obnixè ſatagit diabolus, vt anima, quam circumuenire cupit ac perdere, fraudulentas ſuas ſuggeſtiones teneat ſecretas. Indignatur verò maximè, & grauiſsimè cruciatur, ſi cui vel confeſsionem audienti, vel ſpirituali homini molimina ſua detegantur, à quibus ita excidere ſe funditus intelligit.* Hæc B.Pater. Qui plura deſiderat, legat ſermonem quintum S. Dorothei Abbatis, qui admodum piè hoc argumentum tractat.

Reg. 13. de diſcernendis ſpiritibus.

Accedit & illud, virtutem in medio poſitam refugere extrema: at quam difficile eſt, non dicam intelligere, ſed re ipſa attingere hoc virtutis medium ac bonum?

Tertia vtilitas.

igitur neceſſaria nobis eſt magiſtri doctrina & prudentia, quæ hoc ipſum medium, in actionibus noſtris digito demonſtratum, tuto nos amplecti faciat, in eoque conquieſcere ne quod timebat S. Hieronymus, plus aut minus ambulemus, quàm neceſſe eſt; aut currentes defatigemur aut moram facientes obdormiamus.

Epiſt. ad Ruſticū.

Quarta vtilitas.

Poſtremò, quanti meriti apud Deum eſt hæc ipſa ſubmiſſio, qua ſe homo homini propter Dei amorem ſubjicit: quàm putamus, complaceat ſibi Deus, qui alta à longe cognoſcit, humilia autem perbenignè reſpicit, in hac hominum liberorum ſub ſibi pares homines ſubiectione? præſertim ſi aut ex inſtituti regula, aut præſcripto maiorum id faciunt, vt propterea dubitandum non ſit, quin eorum cogitationibus Deus adſit, ea conſilia ſuggerens, quæ neceſſaria & vtilia eſſe intelligit ijs, quos erudiunt ad perfectionis Euangelicæ inſtituta. Dixit enim; *Qui vos audit, me audit*. Poſitum igitur ſit, neceſſariam eſſe magiſtri idonei operam ad viam perfectionis ingrediendam & proſequendam.

Luc.10.

Conſequens illud etiam eſt, & ex antedictis conficitur, maximi momenti eſſe ad ſpiritus profectum, arcana cordis, & totum interioris hominis ſtatum ſpirituali Rectori animorum penitus aperire: eſſeque in omnibus religioſis inſtitutis ſapientiſſimè aut vſu continuo introductum, aut etiam lege ſancitum, vt cogitationes mentis & motus animi omnes ad eum finem explicentur ſpiritus magiſtro. Obſeruari denique poteſt apud pleróſque hiſtoricos & chronographos familiarum religioſarum, in eis tandiu primi ſpiritus feruorem curſum ſuum feliciter tenuiſſe, quamdiu tam ſalutaris conſuetudo nihil ſpirituales Patres omnino celandi, eiſque in omnibus ſeſe committendi retenta, corroborata, ac propagata fuit: cùm primùm verò intermitti negligentia cœpit, exteriori forſitan obſeruantiæ aliquid datum eſſe, ad proximorum ædificationem; ſolidam tamen ſanctitatem vitæ ac morum maximopere labefactatam penè concidiſſe. Ideoque ad eam reſtituendam in ſtatum priſtinum, non alia iudicio bonorum omnium ſpes eſt, quàm ſi interna hæc adeoque neceſſaria diſciplina

ad anti

Digitized by Google

ad antiquam praxim ſplendoremque reſtauraretur: ſicque in eam redeatur viam, quam nobis Maiores tritam reliquerunt.

Quis ſit idoneus magiſter doctrinæ perfectionis Chriſtianæ.

CAPVT II.

EGREGIVS perfectionis doctor ſanctus Baſilius, eiuſque perfectiſſimum exemplar, ſuis coloribus magiſtrum Chriſtianæ perfectionis ita depinxit, vt an ſeipſum potiùs quàm illum, licet minus cogitans, deſcripſerit, non facilè iudicari poſſit. Eius hic adſcribo verba ex aurea illa oratione de renunciatione & abdicatione deprompta: *Simul ac*, inquit, *in primo congreſſu aduerſarium ſuperaueris, ſumma vigilantia acerrimaq; in omnes partes circumſpectione operam dato, vt aliquem tibi virum inuenias, quem in omnibus deinceps delectæ tibi vitæ ſtudiis certiſſimum ducem ſequaris, eiuſmodique, qui rectum iter ad Deum volẽtibus pergere ſciat commonſtrare: qui ornatus virtutibus ſit, cuius vniuerſæ totius ipſius vitæ actiones teſtimonio ſint, charitatem in eo erga Deum ineſſe, qui diuinarum literarum ſcientiam habeat, virum integrum, nec vlli diſtractioni indulgentem, ab auaritia aborrentem, minimè libẽter gerendis ſe negotiis admiſcentem, quietum, amantem Deum, egentium ſtudioſum, minimè iracundum, iniuriarum immemorem, natura propenſum ad eos docendos, qui ad ipſum accedant, quem gloria inanis non inflet, ſuperbia non extollat, adulatio non frangat, ſeuerum atque conſtantem, cui denique nihil ſit præſtantius honore Dei.* Et poſt pauca ſubdit: *Si te viro credideris virtutibus multis inſtructo, ſine dubio omniũ, quæ in ipſo bona fuerint, hæres remanebis, æquè & apud Deum & apud homines beatiſſimus iudicaberis. Si verò, quòd cum corpore tuo agere mitiùs volueris, magiſtrum aliquem quæſieris, tecum ſe ad tua vitia dimittentem, vel vt verius dicam, tecum vnà in eandem perniciem corruentem*

fruſtra mundanis rebus nuntium remittendi laborem ſuſcepiſti; & cæcum tibi ducem aſſiuiſti, cuius ductum ſecuto in ſoueam tibi ſit procidendum. Hæc S.Baſilius.

Quæ omnia, quamquam ſufficiunt ad eum, quem quærimus perfectionis magiſtrum indagandum, videtur tamen operæpretium, quædam adhuc eius officia, quæ ad vſum plurimum iuuare poſſunt, in medium adducere ,& breuiter explicare.

1.Officiũ. Primum officiũ eſt agnoſcere vultũ internum, atque adeò totum ſtatũ animę,quam regẽdam ſuſcipit.vt enim medicus niſi ægrotantis corporis conſtitutionem morbumque ipſum quantumlibet latentem acutiſſimè inueſtiget, fruſtra in ægro curando operam ponit:ſic ſpiritualis magiſter, niſi diſcipuli propenſiones & mores intelligat,& ad ipſa etiam cordis ſecreta, quantum fieri poteſt, animique ægritudines perueniat, nunquam vel ſanabit infirmum,vel valentem confirmabit.

Hanc cognitionem duplici via maximè aſſequetur. Altera, ſi dono diſcretionis ſpirituum opportunè vtatur ad explorandas neceſſitates grauiter ægrotantis animæ, aut etiam otio languentis. Licet enim prauum ſit *Ierem.17.* cor hominis & inſcrutabile, & ſolus Deus ſcrutetur renes & corda, ſolent tamen ſpirituales viri, diuino hoc lumine illuſtrati, quæ in animis hominum ſunt dijudicare: quippe quibus in primis præceptum ſit à Do- *1.Ioan.4.* mino per S.Ioann. vt non velint omni ſpiritui credere, ſed probent ſpiritus, ſi ex Deo ſint; & de illorum nu- *Eccl.37.* mero ſint, de quibus ſcribit Sapiens: *Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.* Neque in alium finem diuinitus hoc munere donentur, quàm vt, quando vicarij Dei ſunt in cura & auxilio animarum, eiuſdem etiam quaſi vicem ſuppleant, in perſcrutandis animæ receſſibus, & in lucem eruendis cogitationibus eius & affectionibus. Et quanquam donum hoc gratis à Deo datur; vix tamen, niſi in viris valde ſanctis, reperitur, *Pſal.118.* cuiuſmodi erat, qui dicebat: *Conſilium meum iuſtificationes tuæ.* Ac ſi diceret, ex iuſtè & ſanctè acta vita intelligo, quid mihi conſilij in actionibus, tam meis,

quàm

quàm aliorum, capiendum ſit, & qua via inſiſtendum, ne ipſe errem, neque alijs ſim erroris auctor: ob id etiam ſe intellexiſſe dicit, *à mandatis Dei*. *Pſal.*118.

Quare vbi magiſter cum Salomone petierit à Domino cor docile, vt iudicare poſſit populum ſuum, & diſcernere inter bonum & malum, magna in ſpe ſit. ab eo ſibi ſubminiſtrandas vires ad exercendum hoc miniſterium, ſeſeque accingat ad opus Dei, ſanctorum Patrum, qui hac de re ſcripſerunt, inhærens veſtigiis. Illudque ante omnia velit, in ſpirituali hac & grauiſſima functione imitari Deum, cuius adiutor eſt, immunem ſe ab omni affectione vitioſa præſtando: *Geſtabit* (inquit S. Gregorius de Scripturis ſacris loquens) *Sacerdos iudicium filiorum Iſraël in conſpectu Domini in pectore ſuo, hoc, inquam, eſt ſubiectorum cauſas pro ſola interni iudicis intentione diſcutere, vt nihil ſe in eo humanitatis admiſceat, quod diuina vice diſpenſat* (quo verbo amor omnis humanus affectuſque excluditur) *ne correptionis ſtudia priuatus dolor exaſperet, ne tranquillitatem iudicij aut latens inuidia maculet, aut praeceps ira perturbet.*

*3.Reg.*3. — I. — 2.*Par.paſtor.c.*21.

Deinde, quandoquidem diſcretionis donum abſtruſas animi latebras non retegit, ſed iuuat ſolùm doctoris ingenium, vt eas diſcutiat, ipſe ſua induſtria & externorum ſignorum ductu aditum ſibi aperiat ad ea, quæ oculta ſunt, quoad poterit, cognoſcenda. *Nonnulla* (inquit idem S. Gregorius) *Subtiliter & occultè ſunt perſcrutanda, vt quibuſdam ſignis erumpentibus rector in ſubditorum mente quid clauſum lateat, inueniat, & interueniente correctionis articulo ex minimis maiora cognoſcat. Vnde rectè ad Ezechielem dicitur, fodi tibi parietem. & quid eſt fodere parietem, niſi acutis inquiſitionibus duritiam cordis aperire?*

II. — 2.*par.paſtor.c.*10. — *Ezech.*8.

Poſt eam oportet eundem verſutum eſſe maximè in dignoſcendis initiis, & quaſi ſeminibus primis humanarum cogitationum: de quibus inter alios legendus eſt S. Baſilius in conſtitutionibus, & Caſſianus in Collatione Abbatis Moſis, & ſanctus Bernardus pluribus locis. Sciteque inter tentationes carnis, mundi, & Satanæ, inter

III. — *Baſil.cõſtitut.monaſt.c.*18. — *Bern.ſer.*

Coll.1. c.19. & c.2.par. paſtor. cap.9.2. par.c.2.

virtutes item & vitia certum diſcrimen ponere: nam, vt idem S. Pontifex confirmat, *plerumq; vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur.* Et alibi. *Portat ſacerdos rationale iudicij, quia debet rector ſemper ſubtili examine bona malaq; diſcernere, & quæ vel quibus, quando vel qualiter congruant, ſtudioſè cogitare.*

IV.

Sed huius doni maximè neceſſarius eſt vſus in excogitandis & adhibendis remedijs accommodatis ad cuiuſque naturam & ęgritudines. nam neque ille laudandus eſt qui ad omnes morbos animi depellēdos, eodem ſemper vtitur medicamento, & ita varia ſunt hominum ingenia & propenſiones, vt certiſſimum ſit, quod idem S. Gregorius aſſerit, teſtimonio etiam S. Nazianzeni, ſæpe alijs officere, quæ alijs proſunt.

2.par.paſtor.in prolog.

Plerumq;, inquit, *herba quæ animalia nutriunt, alia occidunt, & lenis ſibilus equos mitigat, canes inſtigat, & medicamentum, quod hunc morbum imminuit, alteri vires iungit. deniq; panis vitam fortium roborat, paruulorum necat.*

V.

2.par.paſtor.c.9

Sed non minor cura ponenda eſt in præſtolanda curationis oportunitate. nam, vt idem ait: *Secta immaturè vulnera deterius inferueſcunt, & niſi cum tempore medicamenta conueniant, conſtat proculdubio quod medendi officium amittant.*

2.Officiū.

Altera via, quam ſequi debet ſpiritualis magiſter, vt perſpectam planè habeat ſui alumni animam, eſt (& hoc eſt alterum eius officium) ſumma ope niti bonarum virtutum exemplo, præſertim verò charitatis, patientiæ, manſuetudinis, hominem allicere, itaque ſibi conciliare ac deuincere, vt ille libenti & alacri voluntate ſeipſum aperire magiſtro deſideret. *Tales ſeſe*, inquit ſanctus Papa, *qui præſunt exhibeant, quibus ſubiecti occulta quoque ſua pandere non erubeſcant: vt cum tentationum fluctus paruuli tolerant, ad paſtoris mentem, quaſi ad ſinum matris recurrant, & hoc quod ſe inquinari pulſantis culpæ ſordibus prauident, exhortationis eius ſolatio & lachrymis orationis lauent.*

2.par.paſtor.c.2.

Magiſtro ſpirituali, ſi is viſcera matris ſemel induat, mirum eſt quàm multa ſtatim ſuppetent adiumenta pietatis exercendæ. Aliquando enim patientia & lenitate

Digitized by Google

ita recreabit hominem timidum & verecundum, minuſque audentem, quid in animo lateat, explicare, vt quaſi obſtetricante manu eius (vt ille dicit) educatur coluber tortuoſus. *Iob 26.* quod feciſſe S. Macarium erga vnum illum monachum, qui ſolus diaboli poculum deguſtaret, egregiè narrat S. Dorotheus. *Serm. 5.* Aliquando quæ ille reticet, vel pudore, vel ignoratione, vel etiam ſermonis inopia, ita ipſe ſuggeret, vel Spiritu ſancto adiuuante diuinans aſſequetur, vt magiſtrum diſcipulus animo ſuo præſentem, ac quidquid in eo occultum eſt, veluti intuentem ſuſpiciat: quæ res magnum animum adfert diſcipulo, & via certiſſima eſt ad ſpiritus ſanitatem. Quod ſi idem pater audita alterius tentatione, aut eam coniectura aſſecutus, poſſit affirmare ſe tentatione eadem aliquando & grauiter eſſe pulſatum, qua communicatione Abbas Apollo vſus dicitur cum adoleſcente monacho, quem ſenex alius rigidè acceptum in deſperationem adduxerat; *Caſſian. coll. 2. c. 13.* quam lucem veritatis, quod charitatis ſolatium in afflicti hominis animo exoriri repentè debere putamus? Apoſtolus certè hunc ipſum lenitatis ſpiritũ, præſertim dum cũ ijs agitur, qui fragilitate peccarunt, apprimè commendat, cùm ait: *Fratres, ſi praoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. conſiderans teipſum, ne & tu tenteris.* *Gal. 6.* quo loco S. Auguſtinus; *Nihil,* inquit, *ſic probat ſpiritualem virum, quam peccati alieni tractatio, cum liberationem eius, potius quam inſultationem, potiùſque auxilia, quàm conuitia meditatur, & quantum facultas tribuitur, ſuſcipit.* pax igitur & dilectio, & communis periculi cogitatio in corde referuetur. modus autem ſermonis, ſiue acrius ſiue blandiùs proferatur, ſicut ſalus eius quem corrigis, videtur poſtulare, moderandus eſt. Quòd ſi grauiora etiam remedia ob morbi ſæuitiam vulneriſque atrocitatem neceſſaria fuerint. dubitandum non eſt, quin à Deo abundè ſuppeditanda ſint homini, quem vicarium ſuum huic muneri deſtinauit, præſertim ſi vir ſit, vt dicebamus, ſanctæ charitatis zelo & ſpirituali prudentia præditus.

3.Officiũ. 1. Illud verò ſummopere magiſtro neceſſarium eſt (& hoc ſit tertium eius officium (vt cum Deo maximè coniunctus viuat, & quandoquidem habet in manibus Dei opus, oratione, piis deſideriis, ac gemitibus ad eum crebrò & ardenter emiſſis committat Deo animam, quam regit: ſiquidem à Deo proficiſci debet quidquid in diſcipuli gratiam in re hac molitur magiſter. Et Dei eſt dare linguam eruditam & verba ignita magiſtro, diſcipuli autem aperire aures ad ea percipienda, quæ proponuntur, vireſque addere ad eadem fortiter & alacriter exequenda. Ita quotidiano experimento edocti intelligunt, qui ſe in tam ſancti muneris exercent labore, Dei nimirum manum præſentem eſſe, eumque verba eorum factaque ita moderari, vt ſæpe iis minimè cogitantibus, & fortè etiam quidlibet aliud volentibus, inexſpectatus fructus repentè exiſtat, ortaque noua luce in audientis animo ea vis illi diuinitus afferatur, vt velit, nolit, vulnus pectoris, quod antè cælauerat, cogatur aperire. quod accidit Abbati Theonæ, cum aliis quibuſdam monachis, præſente diſcipulo Serapione adhuc adoleſcente de gaſtrimagiæ vitio & occultarum cogitationum tyrannide diſſerenti, & earum naturam, & atrociſſimam vim, quam habent, dum cælantur, exponenti: compunctus enim Serapion, cuius cauſa tamen ea tunc non habebatur oratio, & conſcientia perterritus, proſtratus in terram, magno cum lachrymarum imbre peccatum, quod diu tacuerat, patefecit, excuſſitque à ſe dæmonem, qui ad illud vſque tempus os eius pernicioſa verecundia concluſerat. *In cuius ſignum*, inquit Caſſianus, qui hæc ſcripſit, *lampas accenſa de ſinu eius procedens ita cellam repleuit odore ſulphureo, vt vehementia fœtoris ipſius vix homines in ea reſidere permitteret.* (Coll. 2. cap. 11.)

2. Tunc verò maximè requiritur oratio, quando pluribus vitiis quaſi febribus tentatur ægrotus, & vnius eatum aut etiam plurium cura negligenda eſt, ne vna quæ cæteris eſt grauior, interitum adferat, ſi non ſtatim aduerſus illam pugnetur, certum eſt enim de inani gloria minus laborandum eſſe, ſi, oriatur ex abſtinentia ieiunantis, interim dum intemperantiæ grauioris cura-

tioni incumbitur. *Quæ enim peſtis*, inquit S. Gregorius, *ardentius inſequenda eſt, niſi quæ periculoſius premit?* Par.4.paſtor.c.4.3

Multo adhuc maior patientia feruentiorque oratio adciſcenda eſt, quando cum illis res eſt, qui non ſolum non fatentur commiſſa delicta, ſed certis indiciis deprehenſi ea etiam excuſant, negant, quidlibet aliud, quàm ſpem vllam veræ emendationis pollicentur, tunc autem, inquit S. Chryſoſtomus, *imitandi ſunt parentes, qui filiis ſuis grauiter ægrotantibus, licet deſperatis, aſſident lachrimantes, lamentantes, exoſculantes, omnia quæ poſſunt admonentes ad ſupremum vſque halitum. Hoc tu*, inquit, *quoque facito pro fratibus, & tamen illi non poſſunt lachrymis & lamentis neque morbum depellere, neque mortem imminentem abigere. Tu verò frequenter poteris animam deploratam aſſiduitate inſtantiaque per lamenta reuocare ac ſuſcitare. Dediſti conſilium, nec perſuaſiſti, illachryma, punge frequentes, ac ſuſpira paululum, vt tua ſolicitudo incutiat illi verecũdiam, itaque ſe conuertat ad ſalutem.* Pergit præclarè in eandem ſententiam plura ſcribere S. Chriſoſtomus, quæ breuitatis cauſa hîc prætermittuntur. Addit S. Bonauẽtura, diſſimulet in hoc caſu Rector, & patientiam ſuam exerceat, & quod arguendo non valet, orando conetur obtinere, vt aut Deus citiùs eum corrigat, aut latentem eius malitiam detegat, vt aliquid remedij apponatur. Sic Iudam Chriſtus tolerauit, (quã rem fusè S. Chriſoſtomus) dum eius iniquitas patenter erupit, quandiu enim latuit, nulli nocuit. *Huc*, inquit, *pertinet, quod dicitur de zizania & tritico, ſinite vtraque creſcere: & in Apocalypſi, qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc.* Quanquam enim qui huiuſmodi ſunt, monendi generatim ſunt, vt reſipiſcant, ſicut monuit Iudam Dominus, cùm dixit, *væ homini illi*; omniſque peccandi occaſio ſit præcidenda; opportunius tamen tanto malo remedium adhiberi non poteſt, quàm ſi cùm antè dicta patientia & orationis feruore tolerentur. Nec plura in preſentia de ſpiritualis patris muneribus.

Concione 1. de Lazaro.

De ſex alis Seraphin. c. 7.
Mat. 13.
Apoc. vl.
Mat. 26.
Apoc. vl.
Mat. 26.

Si igitur, addit S. Baſilius, Dei munere talẽ quempiam virum inueneris (prorſus autem ſi perueſtigare volueris inuenies) magiſtrum bonorum operum, hoc apud te conſtanter teneto, vt nihil omnino quidquam, præter

De renunciatione & abditione.

illius

illius ſententiam, facias:quidquid enim eo inſciente,facis, id furtum ac ſacrilegium eſt, tibiſque exitium, non autem vtilitatem vllam apportat. *Caue*,inquit, *ne excantationes eorum qui demorſi ſunt à ſerpente,velis imitari,cum ipſe excantandi artem non teneas,niſi ad te foras ſerpentes attraxeris, illique ſe tibi circumplicuerint tuq́; te ab ipſis explicare non poſſis,immaniter ab illis abſumare.* Sed inſtituti ratio poſtulat, vt initia & quaſi incunabula perfectionis inſpiciamus, in primis autem conuerſionem hominis ad Deum.

Status peccatoris ante conuerſionem à peccato.

CAPVT III.

CONVERSIONIS ſpiritualis non vna eſt ratio,nam alij conuertuntur à peccato ad gratiam Dei,alij à vita communi rectè viuentium Chriſtianorum ad perfectionem Apoſtolicamq́ue viuendi normã.Et quamquam aliquando ſummo diuinæ miſericordiæ beneficio vtraque ſimul contingit alicui,vt Apoſt. Paulo & S.Aug. accidiſſe certũ eſt,& vt ego opinor, etiam pleriſque illis antiquæ Eccleſiæ vtriuſq; ſexus martyribus:prior tamen à poſteriori longè diſtat eamque ſemper natura ſaltem anteuertit,quare de vtraque ſeparatim à nobis agendum eſt: ſed prius quis ante cõuerſionem à peccato ſit peccatoris ſtatus,conſideremus. Eſt enim hæc meditatio nondum conuerſis & conuerſis ipſis maximè ſalutaris & neceſſaria.

Serm. de diuerſis affectionibus animæ. *Primus ſtatus peccatoris.* Qua de re præclarè S.Bernard. *Videntur mihi*, inquit, *quatuor interdum conuerſionem noſtram præcedere ſtatus: vnus ſub nobis ipſis,tres ſub principe mundi huius. Eſt enim anima ſub ſeipſa cum propriam ſequitur voluntatem, libertate pernicioſa gaudens,hic eſt filius ille prodigus,qui portionẽ paternæ ſubſtantiæ,quæ ſe contingebat,accepit,ingenium ſcilicet,memoriam. vires corporis,cæteráque ſimilia bona naturæ, quibus non ad diuinam, ſed ad ſuam vteretur voluntatem*

eſſétque

eſſé que tanquam ſine Deo in hoc ſæculo. Eſt autem interim homo ſub ſe, cum propriæ ſatisfaciens voluntati, nec dum tamen poſſidetur à vitiis & peccatis, nec iam proficiſcitur in regionem longinquam, ſeparatus quidem, ſed nec dum elongatus à patre, hoc autem tamdiu fit, dum licita quidem ſed non expedientia pro ſua ſequitur voluntate.

Veruntamen tripliciter, inquit, *mihi videtur homines eſſe ſub principe tenebrarum. Primum quidem, nec volentes nec nolentes, quod conuenit his, qui nec dum habent voluntatis vſum: ſunt tamen vaſa iræ propter originale peccatum: donec alligato forti vaſa eius diripiat fortior per Sacramentum (Baptiſmi adueniens, verus vtique Moyſes qui in aqua venit nec in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine.* Secũdus ſtatus.

Secundo modo volentes, cum iam voluntariè peccant hic filius prodigus iam proficiſcitur in regionem verè longinquam, quia ab eo qui ſummè & ſingulariter eſt, nihil longius eo, quod nullo modo eſt: nihilque remotum magis ab eo, à quo & per quem, & in quo ſunt omnia, quàm peccatum, quod nihil eſt inter omnia. Porrò iuſtum diuinæ vltionis iudicium eſt, vt fugitiuũ patris filium alter ſibi vſurpet in ſeruũ, vnde vni ciuiũ legitur adhæſiſſe, quem ego non alium, quàm vnum ex malignis ſpiritibus intelligendum puto, qui pro eo quod obſtinatione irreparabili peccant, & tranſierunt in affectum malitiæ & nequitiæ, iam non ſunt hoſpites & aduenæ, ſed quaſi ciues & inhabitatores peccati, quid eſt autem quòd ciui dicitur adhæſiſſe pauper adoleſcens & peregrinus, niſi quod factus eſt ſubditus illi? & ſequentia manifeſtant: miſit, inquit, in villam ſuam paſcere porcos. Et nota quòd famis neceſſitate ciui maligno dicitur adhæſiſſe, ſicut Iſraël tẽpore famis dicitur deſcendiſſe in Aegyptũ periculoſa planè & pernicioſa eſuries, quæ liberos addicat miſeræ ſeruituti, ſubiiciat operibus luti & lateris, porcis aſſociet, imo & ſeruos faciat eſſe porcorum. Vnde autem egeſtas tanta ei, qui diues aduenerat, collectis nimirum omnibus, quæ de paterna ſubſtantia in ſuam acceperat portionem? ex eo ſine dubio, quod permiſſum eſt, diſſipaſſe bona ſua, viuendo luxurioſè cum meretricibus, propterea, inquit, cœpit egere: porrò meretrices iſtas concupiſcentias carnis intellige, cum quibus luxurioſè viuendo diſſipat bona naturæ, dum eis abutitur ad voluntatem. Hinc egeſtas ſuccedit per- Tertius ſtatus. Gen. 24.

nicioſa,

Eccl.1. *nicioſa, (teſte Scriptura) quòd non ſatietur oculus viſu, nec auris impleatur auditu. Mittitur ergo paſcere porcos, corporeos. ſcilicet ſenſus, qui volutabro luti & ſpurcitiis oble-ctantur.*

Quartus ſtatus. *Tertio quoque modo nolentes ſunt ſub principe tenebrarum homines, cum iam reſipiſcere volentes, niſi quòd peccati conſuetudine miſerabiliter obligati, iuſto Dei iudicio, qui in ſordibus ſunt, ſordeſcunt adhuc. In quo tertio ſtatu laboraſſe videtur prodigus ille filius, & verè prodigus nimis, qui non modò diſſiparat ſua, ſed ſemetipſum ſubiecerat miſeræ ſeruituti, infelix, venundatus ſub peccato, cum ad ſe reuerſus ait quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo, id eſt, inſatiabilibus crucior peccatorum deſideriis & affectibus vitiorum?* Hæc ſanctus doctor.

In quibus verbis intelligimus ad rem noſtram facere duos poſteriores peccatoris ſtatus: nam de primo, qui videtur à ſancto Bernardo fingi, quaſi ſtatus vel naturæ per ſe ipſam conſideratæ, vel illius, qui ad humanæ rationis normam vitam dirigit ſine ſcelere, ſed non ſine periculo ſceleris; de ſecundo item, qui pertinet ad ſolum originale peccatum, nihil eſt, quòd laboremus in pręſentia, vt de duobus aliis, qui vt plurimum peccatoris ad Deum regreſſum antecedunt. In his autem perpendenda maximè ſunt hæc.

I. Primum eſt, peccatum mortale hominem à Deo alienare, ac procul facere, quod eſt (vt S. Chryſoſtomus ſcribit) ſeparare Deum ab homine, & conſtituere illi inimicum, & hoc ideo, (vt idem ait) quia peccator peccans offendit Deum; eſt enim peccatum iniuria diuinæ bonitati ab homine illata, & contemptus diuini præcepti, quod impiè ille tranſgreditur, eius ſanctiſſimam voluntatem parui pendens, quod ſi peccator id minimè cogitat, cùm peccat, re tamen ipſa præſtat, cùm ab eius lege diſcedit, vt alter prodigus filius à paterna obedientia, quapropter à S. Ambroſio peccatum dicitur *prauaricatio legis diuinæ, & cœleſtium inobedientia præceptorum.*

Lib.3. de prouidentia. Homil.4 in 1. ad Cor. Lib. de paradiſo.

II. Secundum eſt, hinc habere peccatum, vt ſit nihil, quia conſtituit hominem ſine Deo, quod eſt ipſum ens, & bonum, infinita ac incomprehenſa perfectio, & bonum

omnis

omnis boni. vt propterea à S. Chryſoſtomo ſapienter ſcriptum ſit, *nihil eſt peccante pauperius*. & ſanè ſi Dei gratia, quam amicis largitur Deus, maius bonum eſt, quàm bonum naturæ totius vniuerſitatis creatæ, vt docet ſanctus Thomas, in qua egeſtate poſitum dicemus peccatorem, qui ſtatim ac peccat grauiter, ea omnino priuatur? *Homil. 5. de prouidentia.* *1.2.q.113. art. 9. ad ſecũdum.*

III. Tertium eſt, peccatorem Dei patris amantiſſimo patrocinio deſtitutum adhærere diabolo, eiuſque mancipium fieri, quod etiam pręter S. Bernardum aſſeritur à beato Auguſtino; *Vnuſquiſque*, inquit, *peccando animam ſuam diabolo vendit, accepto tanquam pretio dulcedine temporalis voluptatis*. ex quo conſequens illud eſt, quod ſanctus Baſilius ſæpe docet, peccatum, angelum vitę noſtræ cuſtodem, quantum in ipſo eſt, à nobis cùm peccatores perſeueramus, abigere. *Expoſitio propoſitionum Epi. Rom.* *Hom. in Pſal. 33. & oratione de peccato.*

IV. Quartum eſt peccati fœditatem & grauεolentiam eſſe maximam, quanta autem ſit, non poterat fortaſſe clariùs explicari, quàm deſcriptione prodigi adoleſcentis luxuriæ in cœno volutati, ac deinde inter porcorum greges in eodem quaſi ſepulti: & re vera Deo non minùs, immo multo magis odioſus eſt peccator, quàm homini intolerandus grauiſſimus cloacarum fœtor. vt propterea, vt videtur ſancto Chryſoſtomo, dixerit Dauid: *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. nihil enim*, inquit, *peccato ſordidius, nihil immundius*. Et hæc omnia peccatis grauioribus omnibus communia ſunt. *Homil. in Ioan. 52. Pſal. 37.*

V. Quintum illud ſit quod proprium eſt poſtremi ac peſſimi ſtatus, quo in peccato perſeuerat & quaſi conſeneſcit peccator: namque verbis exprimi vix poteſt, quam diram tyrannidem in huiuſmodi peccatorem exerceat peccatum, & per peccatum dæmon. idque ne reſipiſcat, etiam, ſi diuina adiutus gratia id aliquando deſideret. *Barbarum eſt enim peccatum*, inquit S. Chryſoſtomus, *& tyrannidem exercens in animam ſemel captam, ſed in perniciem eorum, qui ipſum ſuſcipiunt.* Nihil eſt enim æquè inconſideratum atq; peccatum, nihil adeò amens, ſtultum, ac violentum, omnia euertit, & confundit, & perdit, quocunque inſilierit: eſt viſu deforme, im- *Ho. 9. in 2. Cor.*

portunum, moleſtum &, graue: & ſi quis pictor ipſum depingeret, non mihi videretur aberrare ipſum ſic effingens, mulierem quandam forma belluina, barbaram, ignem ſpirantem, iniucundam, nigram, quales externi poëtæ depingunt Scyllas. Hanc peccati tyrannicam dominationem ſibi quærunt primùm, pòſt etiam ferunt peccatores, qui peccatis multo tempore addicti prauæ huius conſuetudinis pondere premuntur: & mira ſunt, quæ in ſeipſo expertum ſe ſcribit S. Auguſtinus, dum adhuc teneretur vinculis delictorum iuuentutis ſuę: à quibus, quod tamen optabat, expedire ſe nulla ratione

Lib.8.cō-feſ.c.5.& 10. poterat. Sic enim ait: *Suſpirabam ligatus non ferro alieno, ſed mea ferrea volun ate. velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me.* Et poſtea: *Nec plenè volebam, nec plenè nolebam, ideo mecum contendebam, & diſſipabar à me ipſo.*

VI. Poſtremus ſit reatus, quem appellant Theologi ęterni ſupplicij, quod duas habet partes, diuinę viſionis priuationem perpetuam, & ignis ardentiſſimi cruciatum ſempiternum: atque hic eſt ſtatus hominis antequam ad Dominum conuertatur: in quo peccato conſtitutus eſt Dei hoſtis, Dei gratia ſpoliatus, egentiſſimus, inquinatiſſimus, diaboli mancipium, tyrannide peccati diaboli-que oppreſſus, & hæres inferni: qua de re adhuc plura cap. ſexto & decimo-quinto ſequenti, nunc ad conuerſionem ipſam inueſtigandam accedamus.

Conuerſionis principium & auctor Deus eſt.

CAPVT IIII.

CONuerſionem quamcunque ad Deum, & ad perfectiorem viuendi modum, à Deo præueniente & iuuante proficiſci, nemo dubitare debet. *Ei,* inquit S. Bernardus, *ad-*

Ser.78.in Cant. *ſcribenda cuiuſque conuerſio eſt, cui dicere ne-*

ceſſe habent vniuerſi illud de Pſalmo: Conuerte nos Deus ſa-

Pſal. 84. *lutaris noſter.* quod ante ſanctum Bernardum S. Auguſti-

Pſal. 79. nus in dictum Prophetæ. *Conuerte nos, & oſtende faciem*

tuam, & ſalui erimus, auerſi, inquit, *ſumus à te, & niſi tu conuertas, non conuertemur.* nam vt alibi ſcriptum eſt apud eundem: *Hac eſt humana voluntatis natura, vt ad malum quidem eius, prior ſit, ad bonum verò eius, prior ſit voluntas creatoris eius: ſiue vt eam faceret, qua nulla erat, ſiue vt reficiat, qua lapſa perierat.* & alibi amentiam vocat exiſtimare in donis Dei nos priores eſſe, quoniam *miſericordia eius praueniet me, & ipſe eſt, cui fideliter veraciterque cantatur, quoniam praueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.* ergo benedictio dulcedinis eſt gatia Dei, qua fit in nobis, vt nos delectet, & cupiamus, hoc eſt amemus, quod præcipit nobis. 13. de ciu. Dei. c. 6. Li. 2. contra 2. epiſ. Pelag. c. 9 Pſal. 58. Pſal. 20.

Cæterùm B. Bernardus hoc beneficium diuinum paulo altiùs repetit, & quia eius contemplatio magnum poteſt in nobis diuinum amorem excitare, hîc mihi videtur inſerenda, non omnibus quidem verbis eius, vt longitudo vitetur, verbis tamen eius omnino. Sic verò ſcribit in illa verba ſponſæ in Canticis: *Inuenerunt me vigiles.* *Intuere nunc mecum in hoc tam magnifico opere noſtra ſalutis tria eſſe quadam, qua ſibi vendicat auctor Deus, prauenitque in illis omnes auxiliatores & cooperatores ſuos, prædeſtinationem, creationem, inſpirationem: quarum prædeſtinatio ante tempora eſt, creatio cum tempore, inſpiratio iam in tempore fit, vbi & quando vult Deus, ſecundum prædeſtinationem nunquam Eccleſia electorum*, hæc eſt ſponſa, *penes DEVM non fuit. Elegit nos (inquit Apoſtolus) ante mundi constitutionem, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. in illo tam profundo æternitatis ſinu, antequam in lucem opus prodiret huius creationis, quis illam vel beatorum ſpirituum inuenire aliquo modo valuerit, niſi cum ipſa æternitas Deus voluit reuelare? ſed cum iam ad nutum creantis viſa eſt emerſiſſe in formas factitias atque viſibiles, non continuò tamen inuenta eſt à quoque hominum vel angelorum, eo quod non agnoſceretur imagine terreſtris hominis adumbrata, & operta mortis caligine; (hoc eſt peccato originali) omnes enim peccauerunt, & omnes capitium ſua verecundia portant. Itaque inueniri & agnoſci non poterat miro modo latens intra gremium beata prædeſtinationis, & intra maſſam miſera damnationis. Cæterum quam celauerat* Cant. 3. Ser. 78. in Cant. Epheſ. 1. Rom. 8.

prædeſtinans ſapientia, & creans potentia minimè prodiderat, viſitans gratia ſuo in tempore reuelauit, ſecundum operationem inſpirationis, qua de ſponſi ſpiritu infuſum quippiam humanis ſpiritibus fuit, in præparationem Euangelij pacis. fruſtra vigiles laboraſſent in prædicando, ſi hæc gratia non præceſſiſſet, nunc videntes populos in omni facilitate ad Dominum conuerti, cognouerunt de diuitiis gratiæ, quæ à ſæculo tenebantur abdito prædeſtinationis æternæ. ex quo clarum fit, non otioſum eſſe, quod ſe inuentam ab his ſponſa teſtata eſt. inuenta, inquam ab his, à domino autem collecta & conuerſa, non enim eſt inuenire Domino, ſed præuenire, & inuentionem
2.Tim.2. *præuentio excludit. denique quid inueniat, qui nihil vnquam non nouit? nouit Dominus, qui ſunt eius. Bene proinde ſe inuentam perhibuit ſponſa ab his, qui cuſtodiunt ciuitatem. quæ à Domino ciuitatis præcognitam iam ſe nouerat & præuentam, quatenus illi talem eam inuenirent, non facerent. ſic à*
Actor.9. *Petro Cornelius, & Paulus ab Anania inuenti ſunt, nam*
Act.10. *ambo præuenti erant à Domino & præparati. quid Paulo paratius, qui ſupplici iam & mente & voce clamauerat, Domine, quid me vis facere? nec minus Cornelius, qui eleemoſynis & orationibus ſuis, Domino quidem eas ſibi inſpirante, promeruit peruenire ad fidem. Inuenit quoque Philippus Nathanaelem, ſed prius illum Dominus, cum eſſet ſub ficu, iam viderat: & Andreas Simonem fratrem inueniſſe refertur, ſed præuiſum à Domino. Legimus de Maria, quod inuenta fuerit in vtero habens de Spiritu ſancto* Hæc ex Bernardo.

Quæ omnia in eos etiam conueniunt, qui poſt acceptam veritatis notitiam lapſi in peccatum, ex eo per ſalutarem pœnitentiam emergunt: nam horum nomine
Iere.31. dixit Ieremias, *Poſtquam conuertiſti me, egi pœnitentiam: & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, confuſus ſum & erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.* Quo loco S. Hieronymus: *Ergo idipſum,* inquit, *quod agimus pœnitentiam, niſi Dei nitamur auxilio, implere non poſſumus: confuſus ſum (inquit) & erubui, quod enim tempus non eſt confuſionis noſtræ, ſi recordemur antiqua peccata, & omnium quæ malè egimus, capiamus memoriam?*

Ex quibus ſatis intelligitur DEVM ſuo fauore & au-

xilio

xilio non ſolùm preuenire peccatoré, antequam ſurgat à peccato, ſed gratia etiam ſua omnino illum ſubleuare, & quaſi portare, dum ſurgit: quæ gratia iuuans & ſubſequens appellatur, quia, *vt incipiamus*, inquit S. Auguſtinus, *dictum eſt, miſericordia eius præueniet me: & vt perficiamus dictum eſt, miſericordia eius ſubſequetur me.* Hoc ſanctus Thomas apertè demonſtrat: homo enim peccato ſuo mortali triplex incurrit detrimentum: maculam, corruptionem boni naturalis, & reatum pœnæ. macula priuatur homo decore gratiæ, igitur eum recuperare non poteſt ſine diuini luminis illuſtratione: bonum naturæ à peccato corrumpitur, quia obſcuratur mens, & vulneratur voluntas, at quis medicus alius tanto malo mederi poſſit præter Deum, qui animam ſua gratia erigit, illuminat, & ſubiicit ſibi? denique reatum pœnæ remittit ille, qui offenſus eſt peccati iniuria. Hic autem Deus eſt.

Lib. 2. cõtra 2. epi. Pelag. c. 9
Pſal. 38.
Pſal 22.
1. 2. q. 109 art. 7.

Innumeræ ſunt & magnæ vtilitates, quæ ex huiuſmodi cogitationibus capiuntur ab his, quibus tanquam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: ex his aliquas hìc breuiter attingemus. Prima ſit ex verbis Auguſtini, ſenſus, inquam, timoris, & maximæ ſubiectionis ſub Deum prædeſtinantem & liberantem à peccato. *Sentiat*, inquit, *anima, ſeipſam non ſibi ſufficere ad extrahendum ſe de ſeruitute peccati, atq; hoc modo detumeſcente, & extincta omni ſuperbia, ſubdatur liberatori ſuo, ſinceritérque homo dicat, Adhæſit anima mea poſt te.*

Prima vtilitas.
Lib. 83. qq. q. 77.
Pſal. 62.

Secunda vtilitas ex eodem S. Auguſtino, vt attendamus nobis, & ne laboremus, vt inquiramus prædeſtinationem noſtram, ſed vt obediamus diuinæ vocationi. *Quos enim*, inquit, *prædeſtinauit, vocat in pœnitentiam. quia quos prædeſtinauit, illos & vocauit. pœniteat te peccatorum, contumacem te fuiſſe aduerſus Deum, ſecutum te fuiſſe vias tuas malas.* Signum igitur prędeſtinationis noſtræ eſt pœnitentia, & dolor de peccatis noſtris.

Secunda vtilitas.
In Pſal. 147.

Tertia vtilitas eſt feruor orationis ad Dominum, ſine quo nihil nec perficere nec inchoare poſſumus. qua in re ſuadenda multus eſt idem S. Auguſtinus, vtiturque ac monet nos etiam, vt vtamur in oratione noſtra ad

Tertia vtilitas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Deum, aſſiduè verbis illis: *Domine, da quod iubes, & iube quod vis.*

Lib.2.de pec.mort. & remiſ. c.5.

Quarta vtilitas.

Quarta vtilitas eſt ſuauitas quædam in Spiritu ſancto, quam percipit homo Dei munere in contemplatione amantiſſimæ præuentionis huius: hanc guſtabat Dauid, cùm cecinit; *Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.* ſed aduertamus ea, quæ in eadem Dauidis verba ſcripſit S.Bernar. *Triplex nobis*, inquit, *neceſſaria eſt benedictio, præueniens, adiuuans, & conſumans: prima miſericordia, ſecunda gratia, tertia gloria: præuenit miſericordia conuerſionem, adiuuat gratia conuerſationem, perficit gloria conſummationem. Verùm in his tribus non immeritò dulcius ſapit ea, quæ non modò immeritos, ſed & malè meritos præuenit, vt dum adhuc ſumus filij iræ, & operamur opera mortis, ipſe cogitet ſuper nos cogitationes pacis, & ne petentibus quidem, immò & impetentibus, non inuocantibus, ſed prouocantibus, non interpellantibus, ſed etiam repellentibus, ſpiritum bonum, ſpiritum vitæ, adoptionis ſpiritum largiatur. quid illi animæ dulce ſapiat, cui miſericordia tanta non ſapit? Meritò proinde benedictio dulcedinis nominatur ea, quæ præuenit, quia quæ adiuuat fortitudinis, quæ conſumat, plenitudinis eſt.* Legatur etiam quæ adfert S.Auguſt. explicans illud Prophetæ: *Memoria abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. quid eſt hoc?* inquit, *quia noſtri oblitus non es, cum nos obliti te fueramus. hæc enim memoria ſuper nos prædicanda eſt, enarranda eſt, & quia valde dulcis eſt, manducanda & eructanda eſt.*

Pſal.20.
Ser.par. 39.
In Pſal. 144.

Ad extremum hîc animaduertendum videtur, eādem præuenientem gratiam & adiuuantem efficere nihilominus conuerſionem alteram, quæ fit in nobis ne gratia in virtutem, & de virtute in virtutem: propter eandem omninò rationem. Sic enim ſanctus Bernardus intelligit verbum Domini: *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te*, & addit: *tuo placito ſunt, quod ſunt, non ſuo merito. nec enim inuenis merita, ſed præuenis: omnes peccauimus, & egemus præueniri. Tu ergo frater agnoſce te præuentum, & præuentum in benedictionibus dulcedinis, non à me qui nihil ſum, ſed ab illo qui me, vt de tua te ſalute monerem, aſpirando præuenit: nam vt multum mihi tribuas, plantator ſum, rigator ſum, abſque illo tamen qui incre-*

Matt.11.
Ep.146.

Digitized by Google

*ientum dat, quid ſum? Ipſi te in omni humilitate ſubij-
:as, ipſi tota deuotione inhæreas: me verò vtere eius ſer-
o, conſeruo tuo, comite in via, & cohærede futuro in pa-
ria*, quæ poſtrema verba ſancti Patris libenter ad-
:ribo, vt intelligamus etiam, quo loco apud nos
ſſe debeant, qui nos inſtituunt, & deducunt in viam
piritus.

Quomodo Deus excitet peccatores ad conuerſionem à peccatis.

CAPVT V.

QVAE reparationem lapſi & iuſtificationem eius à peccato antecedũt, multa ſunt; omnia tamen diuinæ gratiæ ſunt beneficia, quibus Deus peccatorem mouet, vt in ſeipſum redeat, & creatori ſuo ſe omino reſtituat. Et quanquam ex Scripturis & Patribus a poſſunt adferri, alienum tamen eſt ab inſtituta reuitate, ſingula recenſere: præſertim cùm à ſancto roſpero ferè numerentur cùm ſcribit in hunc modum: *ratia Dei*, inquit, *omnibus iuſtificationibus principaliter ræeminet, ſuadendo exhortationibus, monendo exemplis, rrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inirando conſilium, cor ipſum illuminando, & fidei affectioibus imbuendo.* Lib. 2. de vocatione gentium, ca. 16.

Solet Deus diuinis beneficiis hominem plerumque mulcere, vt reſipiſcat. *Vna ex diuinis præuentionibus*, inuit S. Gregorius, *ſunt diuina beneficia: vocat nos Deus, im muneribus præuenit: reſpondemus nos vocationi eius, um dignè iuxta præcepta munera deſeruimus.* Adhibet interdum etiam flagella, vt ſanctus Hieronymus & alij multi ſæpe teſtantur, vt quos non emendarunt beneficia, calamitates corrigant: eſtque diuinæ vltionis formidandum iudicium, quòd impij peccare ſinantur immunè. Sed hæc & alia multa his ſimilia externa ſunt & emotiora, admirabilia ſunt, nec explicari facilè poſſunt

Lib. 14. moral. c. 19.

In Pſal. 54.

illa, quæ peragit Dominus in animis peccatorum, vt ad ſe redeant: & ingentis miraculi loco eſt intelligere, quomodo excutiantur & concutiantur à Domino conſcientiæ peccatorum, vt tandem agnoſcant, & exuant immanem illam peccati ſeruitutem, ſéque libenter dedant clementiſſimo patri reuocanti. *Agit*, inquit S.Proſper, *hoc occulta & potens Dei gratia*, *quæ dimotis terrenarum opinionum & operum mortuorum fauillis, torrem obruti cordis exagitat, & deſiderio veritatis inflammat: non vt inuitum hominem ſubigat*, *ſed vt ſubiectionis cupidum faciat: nec vt ignorantem trahat*, *ſed vt intelligentem ſequentémque præcedat*. idcirco S.Auguſtinus affirmat, maius opus diuinæ poteſtatis extitiſſe, ex impio pium facere, quàm mundum vniuerſum condidiſſe.

Ibid.

In Ioan. tract.27.

Eſt igitur ſecretum hoc ſoli Deo planè cognitum. ſolius enim Dei donum & partus eſt. poſſumus tamen ex his, quæ Scriptura diuina teſtatur, & à ſanctis Patribus ac experientia ipſa didiſcimus, quaſnam affectiones in peccatoris, quam conuerſurus eſt, animam Deus immittat, aliqua coniectura conſequi, & ad ordinem certum reducere, ſimul cum ijs quibus pœnitentia complectur vniuerſa.

Primo igitur loco ſtatuitur cōmiſſæ culpæ cognitio.

Secundo, timor ſupplicij peccato debiti.

Tertio, dolor de offenſione & iniuria Deo per peccatum illata.

Quarto, ſpes veniæ impetrādæ à diuina miſericordia.

Quinto amor erga Deum tam liberaliter condonantem iniuriam.

Sexto, propoſitū, firmáque voluntas ſecuturæ emendationis.

Septimo, confeſſio peccatorum.

Octauo, ſatisfactio per pœnitentiæ opera.

Seriem & quaſi hiſtoriam horum omnium & multorum aliorum quæ ad tam mirādum diuinæ gratiæ opus concurrunt deſcribit ſanctus Bernardus, aut quiſquis eſt auctor, & quaſi in tabella depingit in ſermone quem inſcripſit: Parabola de filio Regis. nobis nunc agendum eſt de prædictis ſingulis capitibus breuiter. Si tamen

Digitized by Google

priùs monuerimus & peccatores, & eos qui ad eorum conuerſationem incumbunt, duo inter alia omnia poſſe plurimum ad reuocandos homines ad bonam vitam. Primum quidem eſt oratio Sanctorum aſſidua, qualis erat, quam pro chariſſimis filiis aſſiduè Deo offerebant Apoſtoli adhuc viuentes, ſed non hæc ſolùm, ſed etiam peccatoris ipſius, ſi conſtãs ſit & deuota. ſic enim ſcribit ſanctus Auguſtinus: *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus traxerit eum. Magna gratiæ commendatio. nemo venit niſi tractus: quem trahat, quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare, ſemel accipe, & intellige: non traheris, ora vt traharis.* Secundum verò eſt, audire verbum Dei, vel ſaltem legere attentè & piè, ſiquidem dicit Dominus de eo: *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petram?*

Primum.

In Ioan. tract. 26. Ioan. 6.

Secundũ. Iere. 29.

Quæ peccati cognitio ad lapſi reparationem & conuerſionem requiritur.

CAPVT VI.

INTER alia quæ Dauid poſt lapſum in grauiſſima illa duo flagitia Domino proponit, ad commonẽdam pietatem & commiſerationem eius, primum locum obtinet illud: *Quoniam*, inquit, *iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.* quo loco ſcribit ſanctus Auguſtinus: *Ideò peto vt ignoſcas, quia ego cognoſco.* Et alibi: *Quo pacto quæſo, Deus dignatur ignoſcere, quod in ſe ipſe homo dignatur agnoſcere?* Et ſanctus Hieronymus: *Si ponis*, ait, *peccatum tuum ante te, Deus non ponit ante ſe.*

Pſal. 50.

Hom. 50. lib. 50. homil. In Pſ. 50.

Duplex autem de peccato haberi poteſt conſideratio, vna, quæ ad peccatum duntaxat cognoſcendum refertur: altera, quæ ſimul ſpectat eius deteſtationem. de priore non eſt, quòd multum quærat peccator, nec de

ea à nobis ſermo inſtituitur hoc loco, quia pertinet ad Theologos: poſterior noſtra eſt, & hanc debet in primis comparare, quia ſeriò conuerti ad Dominum ſatagit.

1. *Lib.4. mor.c.25.* Cognoſcat igitur primùm peccator, quomodo concipiatur & formetur in anima peccatum, quo modo idem foras prodeat in opus & in exemplum. qua de re ſanctus Gregorius: *Quatuor modis*: inquit, *peccatum perpetratur in corde, quatuor conſummatur in opere. In corde namque ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, & defenſionis audacia perpetratur: fit enim ſuggeſtio per aduerſarium, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum, defenſionis audacia per elationem: culpa enim, quæ terrere mentem debuit, extollit, & deiiciendo eleuat, ſed grauius eleuando ſupplantat. Vnde & illam primi hominis rectitudinem antiquus hoſtis his quatuor ictibus fregit: nam ſerpens ſuaſit, Eua delectata eſt, Adam conſenſit; qui etiam requiſitus confiteri culpam per audaciam noluit. hoc verò in humano genere quotidie agitur. ſerpens ſuadet, quia occultus hoſtis mala cordibus hominum latenter ſuggerit. Eua delectatur, quia carnalis ſenſus ad verba ſerpentis mox ſe delectationi ſubſternit. conſenſum verò Adam mulieri præpoſitus præbuit, quia dum caro in delectationem rapitur, etiam à ſua rectitudine ſpiritus infirmatus inclinatur: requiſitus Adam confiteri culpam noluit, quia videlicet ſpiritus, quo peccando à veritate disiungitur, eo in ruina ſuæ audacia nequius obduratur. Eiſdem etiam quatuor modis peccatum conſummatur in opere: prius námque latens culpa agitur, poſtmodum verò etiam ante oculos hominum ſine confuſione reatus aperitur, dehinc & in conſuetudinem ducitur, ad extremum verò vel falſæ ſpei ſeductionibus vel obſtinatione miſeræ deſperationis enutritur.*

2. *Lib.12. Regiſtri, c.11.* Secundo loco oportet intelligat idem, quandonam peccatum ſit mortiferum, quando venia dignum, & de hoc ipſo idem B. Gregorius ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum ita docet: *Neceſſario eſt*, inquit, *magna diſcretio, vt inter ſuggeſtionem, delectationem, atque conſenſum iudex ſui animus præſideat. Cùm enim malignus ſpiritus peccatum ſuggerit in mente, ſi nulla delectatio ſequatur, pec-*

ca-um

peccatum omnimodo perpetratum non eſt: cùm verò caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit naſci. ſi autem etiam ad conſenſionem ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. in ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, in conſenſu perfectio. Et ſæpe contingit, vt hoc quod ſpiritus malignus ſeminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi conſentiat. & cùm caro ſine anima delectari nequeat, ipſe tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus; vt ei ex ratione contradicat, nec conſentiat, & tamen delectatione ligatus ſit, ſed ligatum ſe eſſe vehementer ingemiſcat. Eandem rem adhuc planiùs explicat S. Bernar. & quia res *Ser.5.in quadrageſima.* eſt magni momenti. ad ipſius etiam verba attendiſſe oportet. *In nobis,* inquit, *eſt, ſi vinci nolumus. & nemo noſtrum in hoc certamine deiicitur inuitus: ſub te eſt, ô homo,* Geneſ.4. *appetitus tuus, & tu dominaberis illius: poteſt inimicus excitare tentationis modum, ſed in te eſt, ſi volueris, dare ſeu negare conſenſum. in tua facultate eſt, ſi volueris, inimicum tuum facere ſeruum tuum, vt omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim inflammat inimicus deſiderium ſibi, vanitatis, aut impatientiæ, cogitationes ingerit, aut excitat libidinis motum, ſolummodo ne conſenſeris, & quoties reſtiteris, toties coronaberis.*

Tertiò cognoſcat peccator peccati dicam ne vim & 3.
naturam, an immaniſſimam atrocitatem. Primùm enim I.
iniuria eſt, vt attigimus capite tertio, quam Deo facit, *Ierem.* 2.
qui peccat, qua indicit illi inimicitias ſempiternas. de- 1.*Reg.* 2.
relinquit enim (vt Scriptura loquitur) Deum ſuum, *Ierem.*33.
contemnit, ſpernit. à Deo recedit cor eius, aduerſus *Ierem.*17.
Deũ rebellis eſt homo, recalcitrat, apoſtatat, repugnat, *Num.* 15.
& quaſi bellum gerit, & reipſa ita inſoleſcit ſuperbia at- *Ezech.* 2.
que barbarie, vt Deum odio proſequatur: immò apud *Iſaiæ.*45.
Apoſtolum peccatores accuſantur, tanquam Deum fa- *Epheſ.*1.
cto negantes, quo loco S Hieronymus: *Quotieſcunque* inquit, *vincimur vitijs atque peccatis, toties Deum negamus.* quam immanitatem meritò conſequitur odium Dei ipſius aduerſus peccatorem (*odio enim eſt Deo im-* *Sap.*14
pius & impietas, ait Salomon) & maxima abalienatio

volunta

voluntatis eius ab homine, tanquam ab hoſte nominis & gloriæ ſuæ.

II. *Zach.5.* *Homil.2 in Ezec.* Deinde pondus grauiſſimum eſt peccati labes, quod hominem ad vilia quæque deiectum non ſinit dignas ſe, hoc eſt, cœleſtes cogitationes ſuſcipere: ob quam cauſam iniquitas apud Zachariam deſcribitur, ſedens an talentum plumbi: *Omne enim peccatum,* inquit ſanctus Gregorius, *graue eſt, nec permittit animam ad ſublimia eleuari.* neque enim deſertor Dei eſt peccator, niſi quia animo rebus creatis, iiſque infrà ſe poſitis, adhæreſcit & colligatur, & ob amorem bonorum commutabilium, quod ſæpe & fusè docet S. Auguſt. cõtemnit ſummum illud incommutabile ac diuinum bonum.

III. Hinc efficitur peccatorem, hac peccati quaſi eſca captum, non ſolum proſternere ſeſe & abiicere ad ea, quibus præeſſe iure debet & dominari, ſed eodem ipſo peccati impetu in alia, eaque plerumque grauiora ſcelera præcipitare; abiectaque recta ratione viuere potiùs pecudum ritu, quàm hominum, quem propterea monſtro *Lib.7. mor.c.13.* ſimilem ex homine belluaque conflato ſcripſit Gregorius: *Quòd ſi quando*, inquit, *quaſi ab obtentu rationis incipit, ſemper tamen ad irrationabiles metus tendit, & quaſi homo in beſtiam deſinit, dum culpa per rationis imaginem inchoans vſque ad irrationabilem effectum trahit.* Ex quo exiſtit abominanda illa peccati fœditas, qua homo ſceleſtus & peccati lue inquinatus inuiſus redditur Deo & *In Pſ.37.* angelis eius, quamuis vt ſcribit ſanctus Auguſtinus: *Illi peccata non puteant, qui non habet olfactum animæ ſanum.*

IV. Sequitur ad Prædicta atrox peccati tyrannis, qua ſibi *Homil.9. in 1.Cor.* peccatorem omnino ſubiicit, eiuſque animam, vt ait ſanctus Chryſoſtomus, dirè vexat, lacerat, ſecat. neque hæc ſolùm, ſed ſimul etiam tyrannis Satanæ, cuius peccator per peccatum ex filio Dei filius efficitur, vt vile manci- *In 1.Ioã. tract.4.* pium, vt ex Scripturis ritè colligit S. Auguſtinus; & iam capite tertio à nobis eſt explicatum, addit denique ſan- *Homil.2. de Lazaro.* ctus Chryſoſtomus, peccatorem non ſubſtantia quidem, voluntate tamen conuerti in dæmonem, voluntatum nimirum indiuidua conglutinatione, vt propterea à Do- *Ioan.8.* mino dictum ſit: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria pa-*

Digitized by Google

tris veſtri vultis facere. Quod igitur ſupplicium tanto ſceleri ſtatui à Deo potuit dignius & accommodatius, quàm rebelles hoſce ac deſertores æterno cœli exilio damnare, & ſempiternis apud inferos flammarum incendijs adiudicare?

V. Hæc omnia ad peccati grauitatem intelligendam ſatis ſunt quidem, præſertim iuncta ijs quæ dicta ſunt capite tertio huius libri, & adhuc dicentur in cap. 15. ſed reſtat adhuc quiddam, quod, ni fallor, prædicta omnia ad fidem huic rei faciendam longè ſuperat, idque à S. Bernardo his verbis exprimitur: *Ludebam ego foris in platea. & in ſecreto regalis cubiculi ſuper me ferebatur iudicium mortis, audiuit hoc vnigenitus eius, exiit poſito diademate, ſacco veſtitus, aſperſus cinere caput, nudus pedes, flens & eiulans quòd morte damnatus eſſet ſeruulus eius. Intueor illũ ſubitò procedentem, ſtupeo nouitatem, cauſam percunctor, & audio: quid facturus ſum? adhuc ne ludam? & deludam lachrymas eius? planè ſi inſanus ſum, & mentis inops, non ſequar eum, nec ſimul cũ lugẽte lugebo. Ecce vnde pudor, dolor & timor, vnde? vtique quia ex cõſideratione remedij, periculi mei æſtimo quãtitatem, neſciebam, ſanus mihi videbar. & ecce mittitur virginis filius, filius Dei altiſſimi, & iubetur occidi, vt vulneribus meis pretioſo illius ſanguinis balſamo medeatur. Agnoſce, ô homo, quàm grauia ſunt vulnera, pro quibus neceſſe eſt Dominum Chriſtum vulnerari: ſi non eſſent hæc ad mortem, & mortem ſempiternam, numquam pro eorum remedio Dei filius moreretur.* Serm. 3. in natali Domini.

Ad comparandam tam neceſſariam & ſalutarem cognitionem, ex qua oriatur deinde dolor de peccatis ad iuſtificationem neceſſarius, faciunt in primis meditationes de peccatis, quæ à B. P. Ignatio initio primæ hebdomadæ Exercitiorum in hunc finem poſitæ ſunt.

*

Quis

Quis timor à peccatore concipi debeat in conuerſione à peccato.

CAPVT VII.

HÆc ipſa cõſideratio mortis Chriſti obitæ pro peccatorum noſtrorum expiatione reducit nobis in mentem diuinam iuſtitiam, & aperit nobis fontem timoris Domini. Nam vt dixit ipſemet Chriſtus in mediis ſuæ paſſionis tormentis conſtitutus, *ſi in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* ſi enim proprio filio & tali filio Deus non pepercit, ſed in eo, in quo omnis ſanctitas, flos, & quaſi viriditas effloreſcebat poſuit iniquitates noſtras, voluitque vt per ignem tantorum tormentorum tantum germen noſtri cauſa tranſiret: quid faciet nobis, nobis inquam, arboribus per peccata penitus arefactis, rore diuinæ gratiæ deſtitutis ſi nos ipſos non incitauerimus ad rectè viuendum, abiecerimuſque à nobis peccatorum onera? Quo loco illud in primis intelligendum eſt, neceſſariam eſſe nobis cognitionem & fidem diuinæ iuſtitiæ, ac diuinorum iudiciorum momenta, quæ ex Scripturis habemus, diligentiſſimè examinanda: nam (vt ſentit ſanctus Baſilius) ex fide hac exiſtit timor ſalutaris, & ad peccatorum execrationem neceſſarius, explicat autem rem hanc alibi, ponitque quaſi oculos huius timoris ortum & incrementa, his verbis: *Si quando te ſenſeris ad vnum aliquod cieri ac proſilire peccatum mihi ad mentem reuoca formidabile illud nec vlli mortalium tolerabile Chriſti iudicium, in quo quidem præſidet iudex in alto & ſublimi throno: aſtabit porrò creatura omnis pretrepida, & contremeſcens ad illius glorioſum & illuſtrem aduentum: & ſinguli quique ſiſtentur, de his examinandi, quæ quiſque geſſit in viuis. Deinde eos, qui multa perperam in vita admiſerunt, horrendi quidem ac triſtes circunſtabunt angeli, ignem paratum contuentes, ignem expirantes, propter propoſiti amarulentiam, vultum præferentes nocti ſimilem, por mœrore atque hominum odio. Subinde conſpicient barathrum in imum patens,*

Luca 25. *Rom. 8.* *Reg. breu. Int. 209.* *In Pſ. 33.*

tenebras impermeabiles quidem illas, ignem ebſcurum, cauſticas vires habentem, luce deſtitutum. Inde vermium innumerabilium genus venenoſum ac carniuorum eſitans ſemper: nec tamen ſe exſatians, intollerabiles dolores morſibus infligens. Poſtremò omnium duriſſimam pœnam, probrum illud, & verecundiam ſempiternam. Hac time, & huiuſmodi timore eruditus quaſi freno quopiam arce animam & inhibe, cum propendet ad concupiſcentiam vitioſam. Hic ille timor eſt quem docet per fidem Deus. *Venite*, inquit, *filij, audite me, timorem* Domini *docebo vos. vox*, inquit S. Baſilius, *eſt hac magiſtri, ſuos intimo complectentis affectu, & ad condiſcendam diſciplinam paterna commiſeratione eos inuitantis.*

Cæterùm timor hic à patribus, præſertim verò à Caſſiano & ſancto Bernardo, triplex eſſe dicitur. Primus timor eſt (inquit ſanctus Bernardus) ne cruciemur in gehenna. Secundus ne excluſi à viſione Dei priuemur tam inæſtimabili gloria. Tertius replet animam omni ſolicitudine timidam, ne fortè deſeratur à gratia. prior ille metus bonus eſt & ſalutaris, ſed ſimilis illi timori, quo anguntur famuli aduerſus heros, qui eos imperio coërcent, & continent in officio adhibita ſæuitia. & ſanè hinc inchoandum eſſe in exordio conuerſionis tradunt omnes illi præſertim, qui diu peccatorum laqueis irretitus, longa conſuetudine deprauatæ vitæ theſaurizauit ſibi iram, Dominumque contra ſe ad vindictam concitauit & armauit. Excitatur autem hic ſeruilis timor meditatione mortis, inferni, atque vltimi iudicij. Sed non eo ſiſtendum eſt, ſed potiùs ex hoc timore faciendus gradus eſt ad ſuperiores alios, maximè verò ad tertium, qui longè ſublimior ac perfectior reliquis eſt. (nam vt ait Caſſianus) primi duo proprij ſunt hominum eorum, qui ad profectum tendentes, nondum affectum concepere virtutum. Tertius ſpecialiter Dei eſt, & eorum, qui in ſeſe imaginem Dei ac ſimilitudinem receperunt. ille namque ſolus ea quæ bona ſunt, nullo metu, nulla remunerationis gratia prouocante, ſed ſolo bonitatis operatur affectu. quę doctrina aliorum etiam Patrum eſt, maximè ſancti Auguſtini.

Pſal. 35. Coll. 11. c. 6. & 13. Serm. 2. Dom. 6. poſt octauã Epiph.

Digitized by Google

Serm. 18. de verbis Apoſt. in Pſ. 118. conc. 16. & in Pſ. 127. Ser. 16. in Cant.

Quia tamen prior ille ſeruilis timor maximè locum habet in prima hac, de qua loquimur, inueterati peccatoris conuerſione, libet hîc adjicere praxim ſancti Bernardi, quę ad prædictum timorem, alióſque ſuſcitandos in corde, ni fallor, valebit plurimum. Sc verò ſcribit: *Penſa cuius ſit formidinis & horroris, tuũ atq; omnium contempſiſſe factorem, offendiſſe Dominum Maieſtatis. Majeſtatis eſt timeri, Domini eſt timeri, & maximè huius Majeſtatis, huiuſq;* Domini. *Ille ille timendus eſt, qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. paueo gehennam, paueo iudicis vultum, ipſis quoque tremendum angelicis poteſtatibus. Contremiſco ab ira potentis, à facie frigoris eius, à fragore ruentis mundi, à conflagratione elementorum, à tempeſtate valida, à voce Archangeli, & à verbo aſpero. Contremiſco à dentibus beſtiæ infernalis, à ventre inferni, à rugientibus præparatis ad eſcam: horreo vermem rodentem, & ignem torrentem, fumum, & vaporem, & ſulphur, & ſpiritum procellarum: horreo tenebras exteriores. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: vt praueniam fletibus fletum, & ſtridorem dentium, & manuum pedumq; dura vincula, & pondus catenarum prementium, ſtrigentium, vrentium, nec conſumentium? Heu me mater mea, vt quid me genuiſti filium doloris, filium amaritudinis, indignationis, &* Lib. 50. homil. Hom. 50. *plorationis æternæ? Cur exceptus genibus, cur lactatus vberibus, natus in combuſtionem & cibũ ignis?* S. Auguſtinus breuiùs, & ad rem: *Aſcendat*, inquit, *homo aduerſum ſe tribunal mentis ſuæ, & conſtituto in corde iudicio adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor.*

De compunctionis dolore, amore item & ſpe, quæ concipi debent à peccatore, vt ritè conuertatur.

CAPVT VIII.

Lib. 5. 1. Reg. 11. COmpunctionis *gratia*, inquit ſanctus Gregorius, *menti non infunditur, niſi prius ipſa ei peccati magnitudo monſtretur.* igitur vbi per cognitionem peccati diuinitus illuſtrata mens

pecca

peccatoris eſt. ſperandum eſt, facilè ſubſecuturum donum conpunctionis: cognoſcitur verò donum hoc præſens eſſe, quando in peccatorum recordatione, mens & conſcientia conturbata in lachrymas ſaltem cordis erumpit. Sic Sanctus idem in verba illa Iob: *Occupet eum caligo, inuoluatur amaritudine. quia*, inquit, *caligine oculus confunditur, ipſa per pœnitentiam mentis noſtra confuſio caligo nominatur: cum enim ad mentem malè geſta pœnitendo reducimus, graui mox mœrore confundimur. perſtrepit in animo turba cogitationum, mœror conterit, anxietas deuaſtat, in ærumnam mens vertitur, & quaſi quodam nubilo caliginis obſcuratur: quem enim fructum, ait Apoſtolus, habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? diem verò amaritudine inuoluimus, cum praua delectationis gaudium, quæ ſupplicia ſequatur, aſpicimus, & aſperis hoc fletibus circundamus: ſed ſi ita eſt, quanta animaduerſione pœnitentiæ huius diei nox ferienda eſt, videlicet ipſe conſenſus ad culpam? vnde & aptè ſubiungitur, noctem illam tenebroſus turbo poſſideat. quaſi enim quidam turbo tempeſtatis eſt concitatus ſpiritus mœroris.* Lib. 4. mor. c. 17. Iob 3. Rom. 6.

Porrò compunctionis apud ſanctum Gregorium duo ſunt genera vt ſæpe ille docet, cui addi debet tertium ex alijs auctoribus, & præſertim S. Bernardo. De primis duobus ita ſcribit ſanctus Pontifex: *Duo cõpunctionis genera ſunt, quia Deum ſitiẽs anima prius timore cõpungitur, poſt amore. Priùs enim ſeſe in lachrymis afficit, quia dũ malorum ſuorum recordatur, pro his perpeti æterna ſupplicia pertimeſcit. at verò cum longa mœroris anxietate fuerit formido conſumpta, quadã iam de præſumptione veniæ ſecuritas naſcitur, & in amore cœleſtiũ gaudiorũ animus inflãmatur, & qui prius flabat, ne duceretur ad ſuppliciũ, poſtmodũ amariſſimè flere incipit, quia differtur à regno.* Hæc S. Greg. Lib. 3. dialog. cap. 34. Lib. 2. ſuper Ezec. hom. 22. & Lib. 5. in 1. Reg. cap. 14.

Primum compunctionis genus illud eſt, quod à Theologis appellatur attritio, nec alio nomine dignum eſt, eo quòd adhuc longè diſtat ab altiſſimo illo mœrore & dolore cordis qui contritio nominatur. Secundum etiam mœroris genus licet cum amore coniunctum ſit, eſt nihilominus & ipſum attritio, licet prióre excellentius, vt quod ex amore proficiſcitur, non

Digitized by Google

autem adhuc contritio, quia nititur non amori Dei perfecto, qualem exigit contritio, ſed amori cœleſtium gaudiorum, qui non ineptè appellatus eſt amor concupiſcentiæ.

Neceſſe igitur eſt, vt altiorem gradum de peccatis commiſſis dolor teneat, itaque afficiat peccatoris animum, vt non amore aliquo ſui peccata ſua defleat, ſed præcipue ipſo amore ſolius Dei, in quem ſolum grauiſſimè iniurioſus fuit, ſanctiſſimam eius legem violando eiúſque voluntatis placita temere reſcindendo hanc contritionem non poterat explicatiùs vno verbo nominare S. Bernardus quàm nomine pudoris; & hic eſt tertius compũctionis altiſſimúſque gradus, ſic verò
Ser. 16. in Cant. ſcribit: *Cogitantem quòd Patrem offenderim eſt certè quod pudeat, & ſi non quod terreat, voluntariè genuit me verbo*
Iacob. 1. *veritatis, non ſtimulo carnalis cupiditatis excuſſit, quemadmodum genitor carnis meæ. Deinde etiam non pepercit vnigenito pro ſic genito, ita ipſe quidem patrem ſe exhibuit mihi ſed non ego me illi viciſſim filium. Quanam fronte attollo iam oculos ad vultum patris tam boni, tam malus filius? pudet indigna geſſiſſe genere meo, pudet tanto patri vixiſſe*
Pſ. 110. *degenerem. Exitus aquarum deducite oculi mei: operiat con-*
Pſal. 68. *fuſio faciem meam vultũ meũ pudor ſuffundat, occupetq́ caligo,*
Pſal. 30. *deficia: in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, proh pudor, quem fructum habui, in quibus nunc eru-*
Galat. 6. *beſco? ſi in carne ſeminaui, de carne non metam niſi corru-*
1. Ioan. 2. *ptionem, ſi in mundo, & ipſe tranſit, & concupiſcentia eius. Quid? caduca, vana, & propè nulla, & quorum finis mors eſt, infelix & inſanus preferre non erubui æterni Patris amori*
Mal. 1. *& honori, confundor, confundor audire: ſi ego Pater, vbi eſt honor meus? ſed & ſi pater non eſſet, obrueret me beneficijs. inſtaurat aduerſum me teſtes, (vt alia innumera taceam) huius corporis victum, & huius temporis vſum, & ſuper omnia ſanguinem dilecti filij clamantem de terra: pudet ingratitudinis, quanquam ad confuſionis cumulum arguat etiam reddidiſſe mala pro bonis, & odium pro dilectione. Minimè quidem mihi à benefactore, ſicut à patre timendum: verus quippe beneficus eſt, dans affluenter, & non improperans. Non improperat dona, quia dona ſunt: & be-*

neficia

neficia ſua mihi dedit, non vendidit, denique ſine pœnitentia ſunt dona eius: at quanto de illo benigniùs, tanto de me indigniùs ſentire cogor. Erubeſce nihilominus, & dole anima mea, quoniam etſi illum non repetere & non improperare decet: nos tamen omnino dedecet ingratos immemoréſque extitiſſe. Heu quid vel nunc tãdem retribuã Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? hac ille, ex quibus etiam colligi poſſunt ea, quæ in nobis amorem hunc pudorémque facilè excitant. Pſal. 115.

Amorem ſpes comitatur, vel etiam anteit, vt cauſa & fons amoris. illa, inquam, ſpes quæ tremefactam voluntatem & mentem peccatoris, confuſioniſque tenebris obrutam, erigit ad diuinæ & ſummæ miſericordiæ viſcera contemplanda liberans à periculo peſſimæ deſparationis, in quam ſanè præceps rueret, ſi timore ſaucia timori habenas remitteret: eamque in ſingulari ſupremæ gratiæ conſolatione conſtituens. Sed libet de re hac audire ſanctum Bernardum: *In pace in idipſum*, inquit ex Pſalmo, *dormiam & requieſcam: quoniam tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me, quod equidem tale eſt. Donec quis premitur à ſpiritu ſeruitutis, parúmque habet de ſpe, de timore plurimum non eſt ei pax neque requies, fluctuante nimirum conſcientia inter ſpem & timorem, maximéque quòd ſuperſedente timore abundantiùs cruciatur. nam timor pœnam habet, & ideo non eſt illi dicere: In pace in idipſum dormiam & requieſcam: quando nec dum ſe ſingulariter in ſpe conſtitutum dicere poteſt. Cæterùm, ſi paulatim per incremẽtũ gratiæ cœperit deficere timor, & proficere ſpes, cùm demũ ad hoc ventum fuerit, vt totis viribus exurgens charitas in aduentum ſpei foras mittat timorem, non eiuſmodi anima ſingulariter in ſpe conſtituta videbitur, ac proinde in pace in idipſum dormire & requieſcere? Si dormiatis inter medios cleros penna columbæ deargentatæ, quod propterea dictum puto, quoniam eſt locus inter timorem & ſecuritatem tanquam inter leuam & dexteram, media videlicet ſpes, in qua mens & conſcientia molli nimirum ſuppoſito charitatis ſtratu ſuauiſſimè requieſcit: & de ferculo Salomonis dicitur, media charitate conſtrauit propter filias Hieruſalem. nam qui ſe ſingulariter in ſpe conſtitutum ſentit, non iam in timore ſeruit, ſed in charitate requieſcit.*

Ser. 52. in Cant. Pſal. 4.

Pſal. 67.

Cant. 3.

Digitized by Google

De propoſito emendationis, confeſſionis Sacramento, & ad Chriſtum Saluatorem conuerſione in eundem finem neceſſaria.

CAPVT IX.

Lib. 3. in 1. Reg. c. 7.

PErfectè conuertitur: ſcribit ſanctus Gregorius, *qui cùm ſemel quod prauè egerat, plangit quod rurſum plangat, vltra non repetit:* id quod ab alijs Patribus conſtanti conſenſu prædicatur. *In lege poſitum eſt*, inquit S. Hieronymus, *in vibice & cicatrice combuſtura lepram ſolere generari, & mutare colorem pili, & ad priorem deformationẽ cicatricis nouellã accedere fœditatẽ: hoc propterea, ne quis ſecurus de pœnitentia peccet, & cauterio indigeat & ſanatus vulneretur*, & ſanè vera cõtritio, intimuſq; de peccatis commiſſis dolor, hoc firmum propoſitũ volũtatis, non eadem iterum nec alia denuo ſcelera patrandi, gignat oportet: alioquin & dolor fictus habebitur, & contritio ſimulata: talis fuit triſtitia Corinthiorum ab Apoſtolo commendata, tanquam parens perfectæ pœnitentiæ, ex qua ſequitur hæc conſtans deliberatio in eandem non recedendi in poſterum. *Idipſum quod contriſtati eſtis ad pœnitentiam, quantam*, inquit, *in vobis operatur ſolicitudinem?* hoc eſt, ad vitanda mala & facienda bona, vt exponit ſanctus Thomas, & ante illum ſignificauit S. Baſilius: in quam rem poſt peccatum adeò incubuit verus pœnitens Dauid, vt non ſolùm ſtatuerit, & iurarit cuſtodire iudicia iuſtitiæ Dei, ſed auſus ſit ſibi in hac re Deum (cui ſola nota erat mens eius atque conſcientia) quaſi ſpõſorem & fideiuſſorẽ depoſcere? ſic Aquila & Theodotio, à quibus non diſſentit ſanctus Chriſoſtomus legunt illud: *Suſcipe ſeruum tuum in bonũ, hoc eſt*, inquiunt, *ipſe ſponſorem te præbe promiſſi mei, quod ſcilicet leges tuas exequi ſtudebo.*

Leu. 13. in Michæam. c. 7.

2. Cor. 3. Ibidem. lect. 3. Mor. reg. 1. cap. 3. Pſal. 118 Ibidem.

Ad imbuendum animum hominis vitæ prioris

pertæſi, adeò ſanctis & neceſſarijs affectionibus, quales illæ ſunt omnes, quas proximè recenſuimus, mirificè iuuat hebdomada prima Exercitiorum B. P. N. Ignatij.

Cuius extrema clauſula poſt maturam conſcientiæ propriæ diſcuſſionem eſt ſacramentalis confeſſio, altera tabula poſt naufragium à Chriſto Domino & aluatore noſtro inſtituta, cùm dixit: *Accipite Spiritum ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorũ r inueritis retenta ſunt*: *Ioan. 20.* de qua mihi hoc loco agendum non eſt vberiùs, quòd ab alijs præclarè præſtitum eſt hoc officium, neque ad propoſitũ noſtrum pertinet. Duo tamen breuiter attingẽda ſunt. Primum eſt, quod à ſancto Bernardo fusè explicatur: Confeſſionem vt rectè fiat, quædam omnino requirere, *Omne* inquit, *quod remoraet conſcientiã, confitere humiliter, purè, fideliter, ſunt qui gloriãtur cùm malè fecerint, & exultãt in rebus peſſimis: hos tanquã ſeculares ab hac diſputatione amoueo, quamquam de his qui religiosè veſtitis ſunt, nonnumquam audimus aliquos reminiſci, & impudentiſſimè iactare mala præterita. Secularis adhuc animi iudicium eſt hoc. Nonnulli talia quaſi dolendo & pœnitendo rememorant, ſed gloriam intentione captantes: hi commiſſa non diluunt, ſed ſeipſos illudũt, oportet confeſſionem eſſe ſimplicem, non intentionem (fortè quia lateat homines) excuſare delectet, ſi ſit rea, nec leuigare culpam; quæ grauis eſt, nec alieno adumbrare ſuaſu, cùm inuitum nemo coegerit. Primum illud non confeſſio eſt, ſed defenſio, nec placat ſed prouocat: ſequens monſtrat ingratitudinem, & quo minor reputatur culpa, eo minuitur & gloria indultoris, iam à poſtremo primi hominis dehortetur exemplum, nec culpam ſiquidem diffitentis, nec tamen conſequentis veniam, non dubium quin ob reatus mulieris admixtionem. genus excuſationis eſt, cùm argueris tu, alium incuſare. ſit autem & fidelis confeſſio, vt confitearis in ſpe, de indulgentia penitus non diffidens, ne tuo te ore, non tam iuſtifices, quàm condemnes. Iam verò ſic compunctus, & certus de vita, certus quoque nihilominus es, vacuo nequaquam nomine appellari Ieſum eum, qui in te talia valuit & voluit operari.* *Ser. 16. in Cant.* *Prou. 2.*

Atque hoc ipſum alterum illud eſt, quod à me hoc

loco afferendum eſt. Chriſtum IESVM Dominum & Saluatorem noſtrum huius operis totius auctorem, & tanti beneficij vendicare ſibi gloriam vniuerſam, & hiſce miſericordiæ tantæ viſceribus hominum corda ad ſui amorem mirabiliter excitare: *Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus* (ſcribit ſanctus Leo Papa) *hanc præpoſitis Eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt & confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem daret, & eadē ſalubri ſatisfactione purgatos, ad communionem Sacramentorum per ianuam reconciliationis admitteret. Cui vtique operi inceſſabiliter ipſe Saluator interuenit, nec vnquam ab his abeſt, quæ miniſtris ſuis exequenda cōmiſit, dicens. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi: vt ſiquid per ſeruitutem noſtram bono ordine & grato impletur affectu, non ambigamus per Spiritum ſanctum nobis fuiſſe donatum.* Chriſtus igitur Redemptor noſter ipſe eſt, qui diuinam gratiam omnem, & eam præſertim, quæ facit ad peccatorum condemnationem, per paſſionem, & mortē ſuam nobis meruit. Siquidem lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo: ipſe eſt, qui Sacramentum reconciliationis inſtituit; ipſe, qui præuenit gratiæ ſuæ ſplendore, diſiicitque tenebras conſcientiæ: ipſe qui cor hominis excitat, commouet, & agitat, ipſe qui infigit timorem, ſuſcitat ſpem ciet lachrymas compunctionis, ignem amoris incendit; ipſe qui Sacramentalem virtutem gratiæ iuſtificantis productricē informat & animat, qui in nouam creaturam hominem transfert depoſito veteri homine, qui nos in amicitiam recipit; qui patri ſuo reconciliat; vt planè non vacuo nomine (vt ait S. Bernardus) Ieſus nominetur, qui in nobis talia valuit & voluit operari. & alibi idem ſic; *Peccatum, quod mors animæ eſt, nec compunctionis mihi ſenſum nec cōfeſſionis reliquerat vocem, & eram mortuus. Venit is qui peccata dimittit, & vtrūque reſtituit, & dicit animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Quid mirum ſi cedit mors, vbi vita deſcendit? Iam corde creditur ad iuſtitiam, & ore confeſſio fit ad ſalutem. iam oſcitat puer, & oſcitat ſepties, & dicit, ſepties in die laudem dixi tibi* Domine.

Epiſt. 91. ad Theod. — *Mat. 28.* — *Apoc. 1.* — *Ibidem.* — *Ser. 15. in Cant.* — *Pſal. 34.* — *Rom. 10.* — *4. Reg. 4.* — *Pſ. 118.*

Igitur ad eandem conuerſionem peccatoris concurrat neceſſe eſt & fides in Chriſtum Dominum, & timor

venturi iudicis, & ſpes in ſanguine ipſius & dolor quod in nobiſmetipſis crucifixerimus filium Dei, & oſtentui habuerimus,& amor erga tantumRedemptorem,& ingens ardenſque ſtudium illi eidem in omnibus obtemperandi, eius veſtigia imitandi, reiecta denique mundi carniſque cura,Chriſto per eius Sacramenta inhærendi, Chriſtum eiuſque crucem amplectendi, Chriſtum in omnibus,quoad fieri poterit, induendi.

De ſatisfactione ac pœnitentiæ operum vſu.

CAPVT X.

S*Ignum veræ confeſſione*, inquit S. Gregorius,*non eſt in oris confeſſione,ſed in afflictione pœnitentiæ, tunc namque bene conuerſum peccatorem cernimus, cum digna afflictionis auctoritate delere nititur, quod loquendo confitetur. Vnde Ioan. Baptiſta malè conuerſos Iudeos ad ſe confluentes increpans ait, Genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: in fructu ergo aut ramis pœnitentia cognoſcenda eſt: quaſi arbor quippe bona voluntas eſt. confeſſionis ergo verba quid ſunt aliud, niſi folia? non ergo folia propter ſe ipſa, ſed propter fructum nobis expetenda ſunt, quia idcirco omnis conceſſio peccatorum recipitur, vt fructus pœnitentiæ ſubſequatur. Vnde & Dominus arborum foliis decoram, fructu ſterilem maledixit, quia confeſſionis ornatum non recipit ſine fructu afflictionis* Hæc S.Gregorius.

Libr.6. in 1.Reg. cap.15.

Matt.3.

At hic fortaſſe quæret quiſpiam,cur recipienti Sacramentum confeſſionis neceſſaria ſit ſatisfactio,non item illi qui Sacramento Baptiſmi initiatus eſt. Reſpondeo: Quia pœna comitatur culpam, & quanquam culpa remittitur per Sacramentum Pœnitentiæ, pœna tamen non omnino relaxatur,ſed potiùs cùm æterna eſſe deberet in temporaneam commutatur. iuſto ſanè Dei iudicio, vt qui aduerſus tam inſignem Dei liberalitatem pœnã omnem omnino condonantis in Baptiſmo, nouis

Digitized by Google

ſceleribus poſtea patratis, ingratus fuit, indignus etiam ſit, cui eadem in confeſſione penitus remittatur. quare oportet verè pœnitentem pœnas luere, quibus diuinæ iuſtitiæ ſatisfactum facilè putet. ob quam cauſam à ſancto Ambroſio fortè ſcriptum illud eſt: *Si peccator futuras pœnas gehennæ in hoc paruo vitæ ſpatio compenſauerit, ſeipſum ab æterno iudicio liberat.*

Lib. ad virginem lapſam c. 8.

Quod ſi adhuc quæras, vnde vim habeat noſtra ſatiſfactio. Vnde, inquam, & noſtra confeſſio. nempe ex pretioſiſſimo ſanguine Chriſti. S. Bernardus cùm attuliſſet ex Apoſtolo, nō relinqui nunc nobis alium Baptiſmum ſiue hoſtiam pro peccato, vndåmque nunc exigi lachrymarum propriam, propriam baiulandam crucem, propria mortificanda membra, propriam hoſtiam immolandam, addit *ſola nimirum ſecundi Adæ tribulatio purgat, quos contaminauit offenſio ſola prioris*, non quòd propria ſufficere poſſit cuique ſatisfactio; quid enim eſt vniuerſa pœnitentia noſtra, niſi quòd ſi non compatimur, omnino non poſſumus conregnare? quod enim in nobis minus eſt ipſe ſupplet: modicum tamen illud, quodcunque noſtrum eſt, non patitur reſeruari. Quòd ſi omnis pœnitētiæ hoc proprium eſt, multo magis illius, quàm pœnitenti peccatori in confeſſione ſacerdos imponit: hæc enim ex iiſdem Chriſti meritis & ſanguine adhuc vires maiores obtinet, quàm alia quæuis voluntaria piorum operum exercitatio.

Serm. de ſex tribulat.

Tertiò etiam quæri poteſt, quomodo ritè fiat ſatiſfactio. Et vt nihil dicamus de ea, quam nunc attigimus, in confeſſione accepta pœnitentia; Duobus modis apud ſanctos Patres ſcriptum eſt ſatisfactionis opera exerceri. Primùm, cùm contraria opponimus medicamenta peccatis (vt loquitur S. Gregorius) ac propterea lubricis imponimus continentiam, tenacibus largitatem, iracundis manſuetudinem elatis humilitatem. quo prorſus modo ſanctus Ambroſius inſtituit virginem lapſam ad pœnitentiam. *Mens*, inquit, *ac membra ſingula digna caſtigatione punienda. amputentur crines, qui per vanam gloriam occaſionem luxuriæ præſtiterunt: defluant oculi lachrymis, qui maſculum ſimpliciter non aſpexerunt: palleſcat fa-*

Hom. 22. in Euāg.

Cap. 8.

cies

cies, quæ quondam viruit impudicè. denique totum corpus incuria maceretur cinere aſperſum, & opertum cilitio perorreſcat, quia malè ſibi de pulchritudine placuit. cor verò ſit liqueſcens ſicut cera, ieiunijs inquietans ſeipſum, & cogitationibus ventilans, quare ſit ab inimico ſubuerſum: ſenſus etiam crucietur, quia in membra corporis cùm haberet dominationem, malo ceſſit imperio. Hæc S. Ambroſius.

Modus alter eſt, cum indiſtinctè operibus bonis, & illis maximè quæ cum carnis caſtigatione coniuncta ſunt ſerio opera datur: tribus illis præſertim, orationi, ieiunio, & eleemoſynæ à ſancto Angelo Raphaële Tobiæ commendatis, in quibus ſanctus Auguſtinus ſcribit, poſitam eſſe in hac vita hominis iuſtitiam. & alij plerique ſancti Patres auctores ſunt, ijs ipſis ſtare fidem, conſtare deuotionem, manere virtutem, quare doctrinam hanc tanquam firma fide tenendam omnino amplecti & reuereri debemus: nec in re tam certa confirmanda eſt diutius immorandum, legantur alij, qui ex inſtituto in hoc argumento explicando bene ſe gerunt.

Tob. 12. Lib. de perfect. iuſt. c. 8. ad 17. Petrus Chryſol. Serm. 43.

Nos quarto loco quæramus, an huiſumodi pœnitentiæ opera ſunt ab omnibus eodem prorſus modo ſubeunda. Et huic quæſtioni hæc eſt reſponſio: Vbi quiſque Eccleſiæ, aut ſacerdotis confeſſarij, aut inſtituti proprij præceptis planè obtemperauerit, in ijs ſanctorum operum actionibus exercendis, ſi quid ampliùs poſſit vel debeat addere, vel quaſi ſupererogare, agat cum viris prudentibus, & ſpiritu Dei præditis, quos omnino in conſilium adhibendos initio docuimus. alioquin viæ difficillimæ ducibus ſpretis, aut de recto itinere diſcedet, aut declinabit ſaltem: ij ergo iudicent, quid oneris ampliùs in re hac ſuſtineri poſſit, conſideratis primùm ijs omnibus, quorum ratio in graui deliberatione habenda eſt. Caſſianus certè non ſolùm cogitationes internas ſeniorum examini reſeruari iubet, ſed vniuerſa etiam, quæ agenda ſunt. Et quidem quod attinet ad ieiunia aliáſque ſimiles corporis afflictiones, cùm non omnibus poſſit eadem forma præſcribi, idem fieri oportere demonſtrat exemplo Benja-

Coll. 2. cap. 10.

Cap. 24. min cuiuſdam monachi, qui quòd obſtinatione & peruicacia mentis ſuæ in abſtinentiæ ratione ſeruanda definitionibus potiùs proprijs, quam traditionibus ſeniorum acquieuerit, relicta eremo rurſus ad vanitatem ſæculi ſit deuolutus, *ruina*, inquit, *ſua cunctos docens, neminem ſuis definitionibus vel proprio iudicio confidentem perfectionis culmen aliquando poſſe conſcendere.* Qua de re

Int. 128. ſæpe S. Baſilius, ſed præſertim in regulis breuioribus, in quarum vna tanquam fulmen iacit aduerſus huiuſ-

Epheſ. 2. modi homines dictum illud Apoſtoli, *Facientes volun-*

Int. 138. *tates carnis, & cogitationum, & eramus natura filij iræ.* Et poſtea adhuc copioſius plura adiungit, quæ quiſque apud illum legere facilè poterit: demúmque concludit; *Si ſit qui neceſſario acriore vel ieiunio, vel vigilia, vel alia quauis re opus eſſe arbitretur, rationem is, quare id ſic exiſtimet, ijs aperito, quibus credita eſt communis diſciplinæ procuratio, & quod illi ſtatuerint, id obſeruato.* ſiquidem

Serm. de obitu Humber. fieri poterit, vt neceſſitati illius alia ratione melius conſulatur. Et ſanctus Bernardus cùm laudat vt virum ſanctiſſimum Humbertum monachum, vita functum minùs tamen laudandum ex eo putat, quòd præter voluntatem eius, nimiam aliquando ſectatus eſt abſti-

Capite duodecimo. nentiam. *Credo*, inquit, *quia ſi quid triſte ſenſit, propter hoc ſenſit, quod minùs nobis conſenſit de neceſſitate corporis ſui.* quanquam hac etiam de re ſequenti libro dicturi ſumus plura, hæc ſufficiant pœnitenti.

De coniecturis perfectæ conuerſionis & pœnitentiæ.

CAPVT XI.

QVi ſtatum conuerſionis, quam hactenus ſcripſimus, attigerit, ſe Deo amicum & charum eſſe facilè ſibi perſuadere poteſt, non tamen certus omnino eſſe, ſe cum Deo in gratiam rediſſe: hoc enim à Deo

ized by Google

ſtatutum eſt, vt ignoretur, ad homines etiam probos in ſanctæ vigilantiæ & humilitatis officijs occupandos aſſiduè, firmiterque continendos, quare culpa non vocat, incurioſiùs quàm par eſt, inueſtigare, quemadmodum olim reſponſum fuit à S. Cregorio nobili fœminæ ex Imperatoris aula, quæ id ex eo obnixè queſierat. *Rempublicā*, inquit, *inutilem poſtulaſti, quia ſecura de peccatis tuis fieri non debes, niſi cùm iam in vltimo vitæ tuæ die plangere eadem peccata minimè valebis: quæ dies quouſque veniat, ſemper ſuſpecta ſemper trepida metuere culpas debes, atque eas quotidianis fletibus lauare. Certè Paulus Apoſtolus iam ad tertium cœlum aſcenderat, in paradiſum quoque ductus fuerat, arcana verba audierat, quæ homini loqui non liceret, & tamen adhuc trepidans dicebat: Caſtigo corpus meum, & ſeruituti ſubiicio, ne fortè aliis prædicans ipſe reprobus efficiar, adhuc timet, qui iam ad cœlum ducitur, & iam timere non vult, qui adhuc in terra conuerſatur? perpende filia, quia mater negligentiæ ſolet eſſe ſecuritas, habere ergo in hac vita non debes ſecuritatem, per quam negligens reddaris. Scriptum eſt enim, beatus vir, qui ſemper eſt pauidus: & ſeruite Domino in timore.* Hæc Sanctus. Quod quanquam ita eſt, ſolent tamen Patres ad ſolatium pœnitentium, veræ conuerſionis & remiſſionis peccatorum ſigna quædam iudicare, vt ex ijs quiſque coniiciat, in quo ſtatu ſit, quaſique ſe, vt poteſt, deprehendat: quæ emolumentum etiam illud adferunt, vt animum pœnitentis incendant ad id optandum & conſequendum, quod fortaſſe nondum adeptus eſt in hac cum Deo reconciliatione. hæc ex ijs ipſis hîc adſcribimus, ſancto Baſilio, inquam, & ſancto Bernardo.

Ep. 186. — *2. Cor. 12* — *1. Cor. 9.* — *Prou. 28.* — *Pſal. 2.*

S. Baſilius ſic habet: *Hac ratione perſuaderi poteſt animæ cupiam, quòd à peccatis libera ſit & expurgata: Si quis in ſe ipſo affectionem illam ſimilem Dauid ineſſe animaduerterit, apud quem eſt; Iniquitatem odio habui & abominatus ſum. Secundò, aut aſſecutum ſe præceptum illud Apoſtoli, qui dixit; Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, vt verè dicere illud poſſit, non adhæſit mihi cor prauum, declinantem à me*

Reg. breu Int. 296. Primum ſignum. Pſ. 118. Secundū ſignum. Coll. 3.

malignum

Pſal. 110. *malignum non cognoſcebam. Tertiò porrò intelligit aliquis,*
Tertium *ſe in huiuſmodi affectione poſitum, ſi etiam aduerſus pecca-*
ſignum. *tores admirabilem & horrore plenam ſanctorum virorum*
miſericordiam illam imitatus ſit. velut Dauid, apud quem
Pſal. 118. *eſt: Vidi præuaricantes, & tabeſcebam. Apoſtoli verò,*
1. Cor. 11. *qui ait: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcan-*
dalizatur, & ego non vror? Etenim ſi (vt veritas credere
ſuadet) animus nobilior eſt corpore, in corpore autem vide-
mus conſueuiſſe nos, fœditatem omnem odiſſe reſpuereque:
animum item noſtrum aſpectu cuiuſuis immanis carnificinæ
& inſidiarum quarumuis, naturaliter vehementer ſolere
commoueri triſtarique, quomodo non tandem credibilius ſit,
ea quæ antè diximus, aduerſus peccantes in animis eorum
euenire, in quibus Chriſtiana fraternaque charitas vigeat,
quotieſcunque animum eorum, qui peccant, veluti à feris
beſtiis ſauciari abſumique animaduerterint, ac veluti cruore
Pſal. 37. *vndique ac tabo oppleri? cùm ſcriptum ſit apud Dauid,*
iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus
graue grauatæ ſunt ſuper me; putruerunt & corruptæ ſunt
1. Cor. 15. *cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. & apud Apoſtolum,*
ſtimulus mortis peccatum eſt. Quandocunque igitur quis vel
in alienis peccatis eo modo, quemadmodum ſuprà initio di-
ximus, animo affectum ſe animaduerterit, tum credat ſe
liberum eſſe à peccato.

Serm. de quatuor orandi modis.

S. Bernardus ſic: *Ac fortaſſe quæras, vnde aut quomodo noſſe poteris, vtrùm hanc conſecutus ſis indulgentiam. Sic nimirum conſeruandæ humilitatis gratia diuina ſolet pietas ordinare: vt quanto quis plus proficit, eo minus ſe reputet profeciſſe.* Et poſt pauca:

Matt. 9. *Tunc ait Dominus paralytico, ſur-*
Primum *ge, tolle lectum tuum, & ambula.* Et tu ergo. *I. Si iam ſurgis*
ſignum. *deſiderio ſupernorum. II. Si grabatum tollis, corpus ſcilicet à*
Secũdum *terrenis eleuans voluptatibus, vt iam non feratur anima con-*
ſignum. *cupiſcentiis eius, ſed magis ipſa, vt dignum eſt, regat illud, &*
Tertum *ferat quò nõ vult. III. Si demũ ambulas, quæ retro ſunt obli-*
ſignum. *uiſcens, & ad ea quæ antè ſunt extendens deſiderio, & propo-*
Philip. 3. *ſito proficiendi, curatũ te eſſe non dubites, neque enim ſurgere*
poteras, ſi non aliquatenus onus eſſet alleuiatũ, & nec graba-
tũ tollere, niſi exoneratus magis, quia nec ambulare in feruo-
re conuerſationis cum peccatorum graui mole poſſibile eſt.

Sed

Digitized by Google

Sed libet rem totam concludere S.Auguſtini præclaro ſenſu: *Fac incertum eſſe, vtrùm ignoſcat Deus, quid perdit cum ſupplicat Deo, qui ſalutem perdere non dubitauit, cùm offenderet Deum? quis enim certus eſt, quòd etiam Imperator ignoſcat? & tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta ſubeuntur, & penè vt mors euitetur, mors ipſa ſuſcipitur, ſupplicatur deinde per homines: ſine dubitatione fiunt iſta, cùm ſit dubium quo fine proueniant, & tamen certiores ſunt claues Eccleſiæ, quàm corda Regum, quibus clauibus quodcúnque in terra ſoluitur, etiam in cœlo ſolutum promittitur, & multo eſt honeſtior humilitas, qua ſe quiſq; humiliat Eccleſiæ Dei: & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.* *In fine lib. 50. homil.*

Qui fuerit ſtatus pœnitentium in veteri Eccleſia & deinceps.

CAPVT XII.

QVanti olim fecerit Eccleſia Chriſtiana ſtatum pœnitentium, quamque floruerit eadem ſanctiſſima pœnitentiæ arctioris diſciplina, fuſe multi diſputant. Quantum verò nunc diſtemus à feliciſſimis temporibus, & vtinam non etiam ab ijs donis, quibus cumulat Deus verè pœnitentes; vident boni omnes, & ingemiſcunt: cur enim cùm ſint eadem ſcelera, & fortaſsè etiam grauiora, non ſit eadem animaduerſionis ſecuritas? Non erit igitur alienum ab inſtituto, attingere hîc feruorem illum antiquiorum pœnitentium in pœnis pro flagitiis patratis ſubeundis, & ſimul etiam obligationem pœnitentiæ, qua etiam nunc tenentur peccatores, vt perfectè conuertantur. Horum primum explicant luculenter ſcriptores Eccleſiaſtici duo, quorum vnus eſt Tertulianus, qui ſic ſcribit.

Is actus qui magis Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, exhomologeſis eſt, qua delictum Domino noſtro confitemur, non quidem vt ignaro, ſed quatenus ſatiſfactio confeſ- *Lib. de Pœnitẽtia.*

ſione

ſione diſponitur, confeſſione pœnitentia naſcitur, pœnitentia Deus mitigatur, Itaque exhomologeſis proſternēdi & humilificādi hominis diſciplinā eſt, cōuerſationē iniungēs miſericordia illicē. De ipſo quoque habitu atque victu mandat ſacco & cineri incubare, corpus ſordibus obſcurare, animum mœroribus deijcere, illa quæ peccauit triſti tractatione mutare. Cæterùm paſtum & potum pura noſſe, non ventris ſcilicet, ſed animæ cauſa, plerumque verò ieiunijs preces alere, ingemiſcere, lachrymari, & mugire dies noctesq; ad Dominum *Deum tuum. Preſbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis ſuæ iniungere. Hæc omnia exhomologeſis vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipſa pronuncians pro Dei indignatione fungatur, & temporali afflictione æterna ſupplicia nō dicā fruſtretur, ſed expūgat. Cùm igitur prouoluit hominē, magis releuat: cùm ſqualidum facit, magis mundatum reddit: cùm accuſat, excuſat: cùm condemnat, abſoluit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi* D E *V* S, *crede, parcet, pleroſque tamē hoc opus, vt publicationem ſui aut ſuffugere, aut de die in diem differre præſumo, pudoris magis memores, quàm ſalutis: velut illi qui in partibus verecundioribus vi corporis contracta vexatione, cōſcientiam medentiū vitant, & ita cum erubeſcentia ſua pereunt.* Hæc ille; & plura quæ ab eo in hanc ſententiam tractātur, in quibus ob oculos ponit antiquum pœnitentium ritum, quem poſtea alij adhuc copioſiùs explicarūt, illos nimirum iuberi ſolitos, indui veſte pulla extra Eccleſiam, & pœnitētibus deſignatum locum, qui intra Eccleſiā vltimus erat, & pleriſque etiam extra Eccleſiam in ipſis foribus, quo loco veſtitus ſaccus erat atque cilicium, & cinis capitibus aſperſus, cuius diſciplinæ, quia initium & reſtauratio fiebat in capite quadrageſimæ quotannis adhuc retinemus veſtigium in ſacrorum cinerum aſperſione, primo ipſo die ieiuniorùm caput viris detondebatur, arcebantur à conuiuijs, à balneis, à nuptijs, à theatris & ſpectaculis, ab equitando in vrbibus, ab omni genere honeſtę voluptatis & recreationis non neceſſariæ, non patebat illis aditus in clerum, immo nec ad malitiam: & quod caput eſt, Sacramen-

Digitized by Google

ta, quamdiu pœnitentes erant, non percipiebant, niſi in paſchate & in mortis articulo: in quo etiam ſacro infirmorum oleo priuabantur, huncque viuendi modum & ipſo aſpectu tam miſerabilem ritum ſequebantur pro magnitudine & multitudine ſcelerum multos annos, immo vnius ſolius peccati mortalis ſtatuta pœna erat trium, quinque, ſeptem, & adhuc plurium annorum, in quibus Sancti illi pœnitentes carnem cilicijs, ieiunijs, & orationibus mirificè affligebant, & toti Eccleſiæ tremendum exhibebant ſpectaculum mortificationis, qua homines abſterrerentur à peccando, & Chriſtianæ diſciplinæ rigor quotidie magis effloreſceret.

Scriptor alter, qui eſt huius ſcriptionis princeps, eſt Ioannes Climacus; qui pœnitentium quendam carcerem refertiſſimum monachis, in hoc vitæ genere ſe exercentibus, ita deſcribit, vt nec audiri nec legi poſſit ſine horrore & lachrymis; attingo pauca, nam nimis longum facerem, ſi omnia: *Cùm perueniſſem*, inquit, *ad pœnitentium monaſterium, immo verò ad Religionem fugientium, vidi reuera res & verba, quæ Deo vim inferre poſſent, habitus & ſtudia, quæ ipſius clementiam celerrimè flecterent, quoſdam ex reis illis vidi noctibus totis vſque ſub diuo ſtare peruigiles, pedeſq; immobiles tenere, contra ſomnum vim naturæ inferre, nullam ſibi ipſis requiem indulgere, ſed ſeipſos increpare, alios in oratione in eorum morem vinctis poſt terga manibus humi luridas facies ſuas inclinantes, indignos ſe, qui cœlum aſpicerent, vociferantes, nihil petentes, ſed tacitam mutamq; mentem Deo offerente, confuſione plenam, nonnullos in pauimento ſtrato cilicio & cinere ſedentes, & faciem genibus operientes, & frontem in terram collidentes: alios pectora iugiter tundentes, animamq; ſuam ac vitam ſuſpirio ingenti reuocantes, alios lachrymantes, alios quòd id non poſſent lamentantes, vidi nonnullos veluti æneos ex mœrore effectos, & inſenſibiles ad omnia: alios fixis obtutibus in terram caput aſſiduè mouere, & leonum rugitum edere.* Et paulo pòſt, cùm multa eorum verba & facta verè admirabilia retuliſſet, ſubiungit, vidiſſe in illis, Gradu quinto.

æſtuantes linguas inſtar canum ex ore procedentes;ex his alij ſub ardentiſſimo ſolis actu ſeipſos cruciaban , alij acerrimo frigore ſe affligebant..quidam modicum aquæ guſtantes , ne omnino ſi i areſcerent,ita quieſcebant.aliqui cum panis exiguum quid accepiſſent, reliquum tanquam illo indigni proijciebant. quem locum apud illos riſus habuit ? quem ſermo otioſus ? quem iracundia ? quem furor ? vbi tenuis vini cogi atio ? vbi pomorum deguſtatio ? Iugiter ad Dominum clamabant , ſolaque orationis vox audiebatur, qui plura deſiderat,apud eundem leget , & quidem ad ſtuporem vſque.concludit ibidem : *Vidi,& feliciores exiſtimaui,qui poſt lapſum ita lugent , quàm qui nunquam lapſi ſunt,& ſeipſos non ſic deflent.* Sic Climacus.

Verùm ſecularium hominum pœnitentiæ publicæ iam diu fieri deſierunt,ſicut & illæ quæ ſolemnes appellabantur : cuius rei duas cauſas reperio. Prior eſt , quia charitas & virtutũ Chriſtianarum exercitatio in Chriſtiano populo maximè deferbuerat ; ob quam cauſam nunc etiam publicæ pœnitentiæ vſus vix vllus eſt in Eccleſia.Poſterior cauſa eſt,quòd cùm ſacerdotum eſſet, *In Pſ.37.* vt ait Origines,iudicare, quæ peccata pœnitentium publicanda eſſent, aut quæ animaduerſione publica digna; aliqui per imprudentiam ſcelera, quæ tacita tenere , & ſecum ipſi habere debebant,manifeſtæ pœnæ impoſitione diuulgabant, cum multorum grauiſſima offenſione: non enim publicari oportebat,niſi quę Eccleſiam offendiſſent vniuerſam. qua de re S. Leo Papa acriter reprehendit Epiſcopos Campaniæ , iuſſitque ne id ampliùs à quoquam committeretur & huc ſpectat etiam Nectarij factum in Eccleſia Conſtantinopolitana , de quo ſcriptores Eccleſiaſtici multa ſcribunt,& illud pariter quod aduerſus abuſum hunc aliquando dixit ſanctus Chryſoſtomus.

In Eccleſiæ igitur foro multum remiſſum eſt de publicæ pœnitẽtiæ ſeueritate,at non idcirco remiſſa culpa condonat Deus ſupplicia ab ipſo peccatis hominum iuſtiſſimè conſtituta,ſed ea omnino aut hîc aut in purgatorio perſoluenda ſunt.quod ex his, quæ nunc tractanda ſunt,magis intelligetur:dicẽdum enim ſupereſt,num

pœnitentia ſua diuturnitate cum vita pœnitentis æquari debeat;quod alterum caput ex antè propoſitis duobus.

De pœnitentia quæ poſt reconciliationem cum Deo, *& ſatisfactionem Sacramentalem, perſoluenda eſt à pœnitente reliquo vitæ tempore.*

CAPVT XIII.

CVLPAE debere pœnam, vt diximus, eiſque proportione reſpondere certius eſt, quàm vt à nobis multis verbis explicari debeat. idque non ſolùm humanis legibus, ſed diuinis etiam exploratiſſimum, vt ſuprà tetigimus, ſimul eſt illud, & in Eccleſia definitum, remiſſa culpa per pœnitentiæ ſacramentum, temporaneam pœnam, quæ in Sacramento non ſemper, ſed rarò admodum tota expiatur, exolui omnino debere, eamque iuſtè à Deo repeti. notum enim eſt illud S. Gregorij: *Delinquenti Dominus non parcit, quia delictũ ſine vltione non deſerit, aut enim ipſe homo in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cum homine vindicans punit.* *Libr. 2. moral. cap. 17.*

Ex his efficitur à peccato pœnitentiam fieri debere. ſed perdifficilis explicatu eſt modus: quem ſequi debet in ea peragenda: tam in illis pœnis, quas ſacerdos miniſter tanti muneris, pro arbitratu ſuo, ex legibus tamen, imponit, quàm in illis quas homo ſua ſponte ſuſcipit. neque enim minùs verum, quàm celebre exiſtimandum eſt dictum illud S. Ambroſij: *Faciliùs inueni, qui innocentiam ſeruauerint, quàm qui congruè pœnitentiam egerint.* Et quidem ſi, dum hîc viuimus, diuinæ iuſtitiæ non ſatisfacimus, daturos nos in Purgatorio pœnas noſtris flagitiis debitas, nemo Catholicus dubitat; nec inſtituti noſtri eſt, id hoc loco copioſiùs cõfirmare. Itaque hoc explicemus, an toto vitæ tempore, qui peccauimus, pergere debeamus in exercitatione pœnitentiæ, & quo modo in hac item vita in perſoluenda peccatis noſtris diuinitus conſtituta pœna gerere nos debeamus; idque *Libr. de vnica pœnitentia. cap. 10.*

ex Patrum doctrina, vt exigit dignitas perfectionis, quam nunc inquirimus.

Probamus igitur primo loco, quod docent ſancti Patres, iiſdem finibus pœnitentiam quibus vitam terminari. *Altera pœnitentia eſt*, inquit S. Auguſtinus, *cuius actio per totam iſtam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt, primò, quia vitam æternam incorruptibilem immortalémque nullus deſiderat, niſi eum vita huius temporalis, corruptibilis, mortaliſque pœniteat. Deinde quamuis quiſque ſe glorietur ſic habere corpus edomitum, vt mundo crucifixus ab omni opere malo in ſeruitutem redacta membra caſtiget: intelligat ſibi omnia hæc præſtita eſſe, non à ſe exiſtere: non ſolùm ergo propter ipſam mutabilitatem & ingnorantiam, & propter diei malitiam; ſed etiam propter ipſum puluerem mundi huius, quotidianam debemus agere pœnitentiam.* Vbi S. Auguſtinus neceſſariam eſſe quotidianam & perpetuam pœnitentiam tradit, propter perpetuam peccatorum venialium, qua premimur, neceſſitatem.

Lib. 50. homil. hom. vlt. cap. 3.

Sed maiorem rationem adfert ipſe alibi, & alij multi ex ipſis nempe peccatis mortalibus iam condonatis; quæ pœnitentia eſt maioris momenti, quàm ea, quam Deo debemus pro quotidianis & venialibus culpis. Sed audiatur primum ſanctus Bernardus: *Exigunt à me*, ſcribit, *præterita peccata mea futuram vitam meam, vt faciam fructus dignos pœnitentiæ, & recogitem omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus. quod ergo ſine numero eſt, quomodo numerabo? quomodo ſatisfaciam, cùm cogar reddere debitum, vſque ad vltimum quadrantem?* Et ſanctus Auguſtinus: *Si Apoſtolus*, inquit, *etiam peccata per Baptiſmum dimiſſa continuè plorat, nobis etiam ſuper fundamentum Apoſtolorum poſitis, quid præter plorare reſtat? quid niſi ſemper dolere in vita? vbi enim dolor finitur, quid relinquitur de venia? tamdiu gaudeat & ſperet de venia, quamdiu ſuſtentatur à pœnitentia. Dixit enim Dominus: Vade & ampliùs noli peccare. non dixit, ne pecces, ſed nec voluntas peccandi in te oriatur. quod quomodo ſeruabitur, niſi dolor continuus in pœnitentia cuſtodiatur? hinc ſemper doleat, & de dolore*

Lib. 50. homil. hom. 50. cap. 4. Serm. de quad. debito.

Libr. de vera & falſa pœnit. c. 13. Ioan. 8.

gaudeat.

gaudeat. & de doloris pœnitentia, ſi contigerit, ſemper doleat: & non ſatis quod doleat, ſed ex fide doleat, & non ſemper doluiſſe doleat. Eandem doloris huius perpetui cauſam & quaſi neceſſitatem adfert S. Chryſoſtomus: *Conſuetudine*, inquit, *contemnendi dum de præteritis nullus dolor eſt, faciliùs ſuperuenientibus malis locum damus. quòd ſi omnis ex anima ſtimulus auferatur, & cuncta ei ſecuritatis fræna laxentur, quis eam poſt hæc tenebit, aut quis eam de præcipitijs reuocabit?* & ſanctus Gregorius condemnans quoſdam, qui tres annos agendæ pœnitentiæ conſtituebant, ait: *Magna eſt contra peccatum virtus pœnitentia, ſed ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret.*

Lib.2. de compunctione cordis circa finem.

Lib.9. Regiſt. Epiſt.39.

Nec deſunt huius rei exempla, quæ hoc idem maximè confirmant. Dauidis: *Peccatum meum*, inquit, *contra me eſt ſemper*. Apoſtoli Pauli, qui oblata occaſione in medium adducendi peccata vitæ anterioris, id libenter facit, tam vt culpam ſuam, quàm vt miſericordiam exaggeret Redemptoris. Deinde Apoſtoli Petri oculi iam ſeneſcentis nónne ſanguine reſperſi viſebantur, quòd aſſiduè ploraſſe dicatur? S. Auguſtinus libris Confeſſionum ſuarum peccata vitæ antè Baptiſmum tranſactæ narrans, & confitens Domino; *Amore*, inquit, *Amoris tui facio iſtud, recolens vias meas nequiſſimas in amaritudine recogitationis meæ, vt dulceſcat mihi dulcedo non fallax, dulcedo felix & ſecura, & colligens me à diſperſione, in qua fruſtratim diſciſſus dum ab vno te auerſus in multa euanui.* quem refert Poſſidius dicere ſolitum, inter familiaria colloquia, poſt perceptum Baptiſmum etiam laudatos Chriſtianos & ſacerdotes abſque digna & competenti pœnitentia exire de corpore non debere: quod ipſe fecit vltima, qua defunctus eſt, ægritudine. Carcer pœnitentium Climaci, de quo mentionem iam fecimus, locupletiſſimus teſtis eſt perpetuæ huius valdéque ſeriæ pœnitentiæ. immò monaſteria omnia, tam virorũ, quàm mulierum, ſi propriè loqui volumus, & inſtitutionis eorum repetamus memoriam, domicilia ſunt pœnitẽtium, vt propterea ſacri canones pleroſq; ſceleratos homines tam clericos, quàm laicos ad agendam pœnitentiam

Pſal.10

Niceph. l.2. c.37. Barõ. anno Chriſti.69.

Lib.2. confeſſ. cap.2.

In vita Auguſt. cap.31.

in monaſteria coniiciant, tanquam in oportuniſſima peccata ſua lugentium diuerſoria.

Secundo loco, vt certum nihilominus ponendum eſt, modum agendæ pœnitentiæ, quanquam non vnus eſt, nec vnicuique idem accommodatus, eum tamen potiſſimum eſſe, quem diximus, cap. 10. requiri ad pœnitentiam tempore conuerſionis, & ſancti Patres explicant, in ea S. Ioan. verba: *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Sic enim ſcribit ſanctus Hieronymus: *Qui peccator eſt, & quem remordet propria conſcientia, cilicio accingatur, cubet vel dormiat in ſacco, vt præteritas delicias per quas offenderat Deum, vitæ auſteritate compenſet.* Idem ipſe ſanctus Doctor vel Origenes potiùs in illa verba Iudicum: *Quanto tempore ſeruierunt Baalim, tanto tempore ſeruiant Chuſarſaton.* monet vnumquemque tantundem temporis pœnitentiæ vnicuique peccato expiando ſaltem dicare debere, quanto in eo perſeuerauit: vt temporis ſpatio etiam par culpæ ſit pœna. Addit ſanctus Gregorius idque frequenter, *Cogitandum*, inquit, *ſummopere eſt, vt qui ſe illicita meminit commiſiſſe, à quibuſdam etiam licitis ſtudeat abſtinere: quatenus per hoc conditori ſuo ſatisfaciat. vt qui commiſit prohibita, ſibimetipſi abſcindere debeat etiam conceſſa, & ſe reprehendat in minimis, qui ſe meminit in maximis deliquiſſe.* S. Baſilius, *vt Zachæus*, inquit, *commiſſa peccata contrarijs rectè factis multis compenſent.* Denique res hæc apud Scriptores ſacros atque Theologos adeò certa eſt, vt ſuperuacaneum ſit, eam pluribus argumentis aut teſtimoniis confirmare.

Luca 3. Ioel. 1.

Origenes homil. 3. in 3. cap. Iudicum.

Hom. 34. in Euãg.

Reg. bre. Inter 5.

Quæ cùm ita ſint, conſequens eſt omnino peccatori etiam conuerſo eam eſſe ineundam vitę rationem, eamque vitam proſequendam, quæ maximè ſit coniuncta cum ſenſuum carniſque mortificatione.

Videtur etiam antedictis conſentaneum, peccatorum præteritorum à pœnitente recentem memoriam aut retinendam aut renouandam. quod tamen dubitationem aliquam habet à nobis hoc loco explicandam.

Digitized by Google

An pœnitens poſt conuerſionem conſeruare debeat memoriam peccatorum.

CAPVT XIV.

SANCTVS Chryſoſtomus: *Tantum boni,* inquit, *confert meminiſſe frequentiùs hominem peccati ſui, vt etiam Paulum Apoſtolum videamus ea, quæ iam abolita fuerant & deleta, adducere tamen in mediũ & cùm culpam de præſentibus non haberet, tamen quoniam recordationes peccatorum & luctum gemitúmque ſciebat animæ prodeſſe, etiam illa commemorat, quæ per ignorantiam commiſſa, gratia Baptiſmi & Confeſſio fidei aboleuerat, oportet ergo recordari nos priora delicta, etiam ea, pro quibus veniam conſecuti ſumus, vt intuentes quod ingentem modum debiti nobis remiſit Deus, & ampliùs eum diligere poſſimus, & verecundiam pudorémque concipere, atque ex his corde compungi: conſiderantes quod niſi miſeratio illius nobis ſubueniſſet, tantum illud peccatorum pondus ſine dubio in imis nos infernis pœnis ſupplicij preſſiſſet.* Hæc ille, quæ vt antè dixi, ex initiis illis, quæ tanquam fundamenta in ſuperiori capite ponebamus, apertè conſequuntur. qui enim poſſumus renouare dolorem de peccatis. niſi renouemus peccatorum memoriam? & hac de re idem ſentiunt ſanctus Auguſtinus & ſanctus Bernardus, quos ſuperiori capite produximus.

Lib. 2. de compunctione cordis circa finem.

Caſſianus autem auctor grauis diſcrepare videtur ab hac ſententia; quanquam enim ad tempus aliquod, nempe, dum agitur pœnitentia, peccatorum recordationem vtilem eſſe, & neceſſariam affirmat: quia tunc vtiliter clamatur, *iniquitatem meam ego cognoſco, & cogitabo pro peccato meo,* tamen exacto hoc tempore, & anima iam à criminum labe purgata, conſcientiæ ſpina de medullis animæ gratia Dei miſerantis euellitur, & peccatorum recordatio conſopitur. quo in ſtatu pernicioſa eſt memoria peccatorum, & eius loco procuranda omnino eſt eorundem obliuio. Hæc eſt Caſſiani opinio.

Coll. 10. c. 7. & 9.

Pſal. 10.
Pſal. 37.

Ad hanc quæſtionem, vt faciliùs reſpondeamus, ponendæ priùs ſunt diſtinctiones nonnullæ, quæ aditum

Digitized by Google

aperiant ad controuerſiam dirimendam.

Prima diſtinctio. Prima diſtinctio eſt, memoria peccatorum poteſt eſſe cum vtilitate coniuncta, poteſt item cum damno. quare vtilitas & damnum duo indices ſunt viæ huius. vtilitas quidem aſciſcendæ memoriæ peccatorum, damnum verò reiiciendæ.

Secunda diſtinctio. Secunda diſtinctio, peccatum dupliciter commemorari poteſt ab homine. vnò modo vt peccatum eſt, hoc eſt, iniuria Deo illata, propter quam inimicus Deo fuit, diaboli mancipium & reus æterni ſupplicij. altero modo, vt coniunctum cum ſibi ſubiecta materia, qualis eſt obſcœna, aut alia quæpiam, quæ ſit ſeminarium verbi gratia vindictæ alicuius aut odij.

Tertia diſtinctio. Tertia diſtinctio, peccatum aut ſponte ſeſe ingerit & intrudit, aut quaſi abſens aduocatur.

Quarta diſtinctio. Quarta diſtinctio, incipientes in via Domini, quales ſunt pœnitentes, & multi etiam quos ſacra Scriptura tepidos nominat, non ſunt planè liberi ab importuna peccati, vt eſt in certa aliqua materia, occurſatione & blanditia. Perfecti & ex parte etiam proficientes ipſi, ad eum virtutis gradum perueniunt, vt ſubtus ſe habeant appetitus ſuos, & perfectè dominentur illis abſque culpa: pro aliquo ſaltem tempore aut breui aut longiori, prout conceditur illis à præſentia gratiæ diuinæ id in ipſis miſericorditer operantis.

His ita conſtitutis, explico controuerſiam per ſequentes regulas.

Prima regula. Prima regula. pœnitenti vtilis eſt recordatio peccati, vt peccatum eſt: immò, ſi ſponte non occurrit, id adducendum eſt in memoriam de induſtria, quæ doctrina eſt ſanctorum Patrum, prę ſertim Auguſtini & Chryſoſtomi: hæc ſiquidem ante mentis oculos ponit vim & pondus peccati; iniuriæ, inquam qua, Deum peccator offendit & laceſſiuit: ex quo exiſtit ſaluberrimus timor & dolor: hæc pudorem ruboremque parit, ex eo, quòd hominem arguit delicti in Deum parentem optimum. hæc excitat & fouet incendium amoris in eundem Creatorem & Dominum benigniſſimum, & in condonandis criminibus clementiſſimum. Id verò vtile

Digitized by Google

eſt homini non ſolùm proximè poſt conuerſionem, ſed deinceps etiam longo interuallo.

Secunda regula. peccata adſtricta materiæ præſertim turpi, aut æqualis periculi, non ſunt poſt conuerſionem in memoriam reuocanda, niſi fortè confeſſionis cauſa. qui enim id facit, repræſentat animo eas imagines & hiſtorias, quarum ſine periculo delectationis prauæ meminiſſe minimè ſolemus. *Non ſit*, inquit ſanctus Auguſtinus, *ante oculos tuos delectatio præteriti peccati, ſed ſit ante oculos tuos damnatio peccati.* Et alibi: *Præterita nos non delectent*, quod adhuc periculoſius eſt, quando ſpectra ipſa turpia non accerſita recurrunt, & ſe ingerunt importunè: indicant enim in voluntate hominis adhuc reſidere reliquias vulneris, illi dum in antiquo voluptatis cœno volutaretur inflicti, propenſionemque animi ad inueteratam in malo conſuetudinem tacite ſuſpirantis. atque hæc eſt ſententia non ſolùm Caſſiani, ſed etiam ſancti Bernardi, qui ſic ſcribit: *Cæterùm iam & voluntate mutata, & in ſeruitutem redacto corpore, velut ſiccato aliquatenus iam fonte, & oppilato foramine, tertium adhuc idq; grauiſſimum reſtat de purganda ſcilicet memoria & exhaurienda ſentina. Quomodo enim à memoria mea excidet vita mea? membrana vilis & tenuis atramentum fortè prorſus ebibit, qua deinceps arte delebitur? ſolus itaq; ſermo viuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. dimittũtur tibi peccata tua. mihi qui id loquitur Deus eſt, huius indulgentia delet peccatum, non quidem vt à memoria excidat, ſed quod priùs ineſſe pariter & inficere conſueuiſſet, & ſic de cætero inſit memoriæ, vt eam nullatenus decoloret.* Et Paulo pòſt monet, ſi velimus, orando Deum pro hac eadem liberatione exaudire, lauandum lectum per ſingulas noctes, & lachrymis rigandum ſtratum, in dolore & gemitu cordis contriti perſeuerando. cor enim ſic ad Deum verè cõuerſum non poterit à peccato eiuſque fæcibus non omnino auerti. atque hæ duæ regulæ, in imperfectis locum habent.

Secunda. regula.

In Pſal. 102.

In pſ. 66.

Libr. de conuerſ. ad Cleric. cap. 13.

Hebr. 4.

Cap. 24.

Pſal. 37.

Tertia regula, quod attinet ad proficientes & perfectos, mihi veriſimillimum eſt, vtilem illis eſſe præteritorum peccatorum memoriam etiam ad mortem vſque

Tertia regula.

tum quia Apoſtoli Pauli & aliorum hominum perfectorum habemus exemplum & teſtimonium, tum quia hæc eſt ſanctorum Patrum communior ſententia. Denique quia res hæc vtilitatem habet non paruam etiam in perfectis, videlicet humilitatem: ſanctus Bernardus certè ſic loquitur. Cùm enim attulliſſet illud Apoſtoli: *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quoniam Dominus Ieſus venit peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Hoc ergo*, ait, *apud beatum Paulum fiduciæ & conſolationis accipite fratres, vt ad Dominum iam conuerſos non nimis cruciet præteritorum conſcientia delictorum, ſed tantum humiliet vos, ſicut & ipſum, Ego ſum*, inquit, *minimus Apoſtolorum, & non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei ita & nos humiliemur ſub potenti manu Dei, & fiduciam habeamus, quia & nos miſericordiam conſecuti ſumus, abluti ſumus, ſanctificati ſumus & hoc quidem omnibus nobis, quia omnes peccauimus, & egemus gloria Dei.* Et ſanctus Auguſtinus alias vtilitates huius commemorationis adfert, vultque eſſe cogitationem quæ Domino diem feſtum agat, vt ſcribitur in Pſalmo.

Ser. 3. in ſolemnit. Apoſtol. *1. Tim. 1.* *1. Cor. 15.* *Rom. 3.* *In. Pſ. 75.*

Quarta regula.

Quarta regula, dictum Caſſiani, ni fallor, contrarium non eſt antedictis regulis, ſed verum eſt in eo tempore, in quo mens hominis perfecti, amore ita fertur in Deum, illique coniungitur, vt pro piaculo ſit, amoris ardorem recordatione peccati tunc refrigerari; & (vt ait Sapiens) muſcis morientibus perdere vnguenti ſuauitatem, quod apertè oſtenditur ex ipſius Caſſiani verbis. Sic enim habet: *Dum enim recolis ea quæ ſecundum Principem huius ſæculi per ignorantiam ſiue laſciuiam commiſiſti, vt concedam tibi, quod in hac cogitatione poſita cogitatio nulla ſubrepat, certè antiquæ putredinis vel ſola contagio, neceſſe eſt, vt tetro mentem fœtore corrumpat, & ſpiritalem virtutum fragrantiam, id eſt ſuauitatem boni odoris, excludat. Cùm ergo præteritorum memoria vitiorum pulſauerit ſenſum, ita ab ea reſiliendum eſt, ſicut refugit vir honeſtus & grauis, ſi impudica ac procacis femina in publico aut colloquiis aut amplexibus appeteretur.* Plura ibidem, & nos de perfectorum ſtatu poſtea.

Eccl. 10. *Cap. 9.*

Qualis

Qualis debeat eſſe oratio verè pœnitentis, & qui animi affectus in ea maximè excitandi.

CAPVT XV.

DE pœnitentiæ operum neceſſitate non eſt quod plura dicam, nec veniuersè, nec ſigillatim. ſatis enim intelligimus ea, &quidem omnia ſigillatim ad perfectam conuerſionem requiri. idque quādiu viuimus, quoad eius fieri poſſit, niſi fortè charitatis feruor ea præueniens, omnem pœnam peccatis debitam abſorbuerit & quaſi excoxerit. quod Dei ſingulari beneficentia accidit latroni in cruce *Luc. 23.* & peccatrici Euangelicæ, de qua dicitur: *Remittuntur ei* *Luca 7.* *peccata multa, quoniam dilexit multum.* ac niſi quoque peccator conuerſus, & ad maiora vocatus ſeſe Deo ac religioſæ diſciplinæ in monaſterio perpetuò conſecrarit, ſiquidem, vt docent Sancti, ingreſſus in religionem, tanquam alter Baptiſmus pœnas etiam temporaneas omnino relaxat. & ipſamet religioſa diſciplina quaſi quoddā martyrij genus eſt, & ſchola pœnitentiæ, qua ſimiliter debitorum huiuſmodi ſolutio continetur. quod egregiè, vt reliqua, tractat & probat P. Hieronymus Platus in ſuo *Libr. 1.* opere de bono ſtatus religioſi. *cap. 14.*

Quanquam in vtroque occurrit quiddam conſideratione dignum, & quod ad confirmandam doctrinam traditam de perpetua pœnitentia plurimum facit. ſiquidem Magdalena, quæ charitatis ardore exoluerat omnem pœnam peccatis proprijs à Deo conſtitutam, triginta annorum vitam, quæ poſtea vixit, mira ſeueriſſimæ pœnitentię exercitatione tranſegit. & plerique homines qui Sancti in Religionibus diem vltimum obierunt, ob vitæ prioris crimina vſque ad mortem ieiunijs, orationibus & omni mortificationum genere ſeſe acriter confecerunt. hæc eſt igitur via trita Sanctorum tam eorum qui in ſeculo, quàm qui in religione vixerunt. qua in re quia non idem eſt omnium humanorum corporum robur, nec eadem omnium animorū virtus, & vnicuique à

Domino datur gratia ad menſuram;ſtandum eſt inſtituti legibus,quibus tenemur,ſiue in monaſterio,ſiue in ſęculo:& in primis audiẽdus ſpiritualis magiſter, quem in rebus hiſce in conſilium adhibere,vt iam diximus,oportet. Verùm vt nihil de alijs operibus ſit ampliùs hoc loco dicendum, de oratione certè,cuius tanta vis & vtilitas eſt in vita ſpirituali vniuerſa,aliquid hîc attingendum eſt, quod ſaltem pœnitens intelligat,qualem inſtituere eam debeat in ſtatu pœnitentiæ,& quibus affectibus animi communire.

Sanctus Ambroſius ad virginem lapſam, S.Chryſoſtomus de compunctione cordis, & ad Theodorum lapſum,S.Baſilius ad Monachum itidem lapſum, S.Anſelmus in libro deplorationis Virginitatis,& S.Auguſtinus in libris confeſſionum,materiam & ſegetem vberem ſupeditant pœnitenti ad orandum, atque ex his fontibus qui haurire volet facilè poterit.Ego in hac re proponam pœnitẽti illum vnum hominem,quem meritò pœnitentium exemplar nomines,Dauidem,inquam ſeptem pœnitentiæ Pſalmis quaſi lugubri cantu animæ ſuæ interitum apud Deum deplorantis.quibus idẽ etiam exprimit, quibus animi motibus cõformare debeat orationẽ ſuam pœnitens.ij autem totidem illi ſunt quos ſigillatim paulo antè videbamus ad conuerſionem peccatoris concurrere,neque enim oratio pœnitentis veſtiri debet alijs affectibus quàm ijs,quibus cõſtat conuerſio:ſiue illa adhibeatur ad viuandam naſcentẽ conuerſionẽ, ſiue etiam ad eandem iam habitu ipſo firmatam corroborandam.

Pſal.50. Initium autem faciendum eſt à diuinæ miſericordiæ imploratione, dicendumq́ue cum Dauide: *Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam.* S.Gregorius.de cuius expoſitione Pſalmorum pœnitentiæ,quòd ſit affectibus plena, facilis, & ad manum, accipientur orationis pœnitentis exempla omnia: *Deſperarem de vulnere,ſi non præſumerem de omnipotente.quærant paruam miſericordiam, qui ignoranter contrahunt culpam. ego autem ſicut grauiter cecidi, ita etiam ignoranter peccaui. ſed tu omnipotens medice & contemptores corrigis, & neſcientes inſtruis, & confitentibus ignoſcis. Vtinam Domine* *In Pſal. pœnit.* *Luc.10.*

Ieſu

Ieſu ad me miſericordia motus digneris accedere, qui deſcendens ab Hieruſalem in Hiericho, proruens de ſummis ad infima, de vitalibus ad infirma, in Angelos tenebrarum incidi, qui non ſolum gratiæ ſpiritalis mihi veſtimentum abſtulerũt, ſed etiam plagis impoſitis ſemiuiuum reliquerũt. Vtinam peccatorum meorum vulnera data mihi recuperandæ ſalutis fiducia alliges, ne deteriùs ſauiant, ſi ſanari deſperent. Vtinam oleum mihi remiſſionis adhibeas, & vinum compunctionis infundas. quod ſi in iumentum tuum me impoſueris, de terra inopem & pauperem de ſtercore ſuſcitabis. Tu es enim qui peccata noſtra pertuliſti, qui pro nobis, quæ non rapueras, exoluiſti. Si in ſtabulum me Eccleſiæ tuæ duxeris, corporis & ſanguinis tui me refectione cibabis: ſi curam mei egeris, nec præcepta tua prætereo, nec frementium rabiem beſtiarum incurro, Audi ergo me Samaritane ſpoliatum & vulneratum, flentem & gementem, inuocantem, & cum Dauid clamantem: Miſcere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Et ſecundum multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Peccata mea magna ſunt & multa, & ideo non ſolum magnam miſericordiam expeto, ſed etiam multitudinem miſerationum tuarum requiro. Hinc ad effectus ipſos progrediendum eſt.

Cognitioni peccati debetur primus locus: *Quoniam,* inquam, *iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Adeſt miſer*, ait ſanctus Cregorius, *adſit & miſericordia, miſeriam meam ego cognoſco, vulnus non diſſimulo, peccatum non celo. niſi enim miſerum agnoſcerem, in gemendo non laborarem.* *Cognitio peccati.* I. *In 1. Pſ. pœnit.*

Secundò cognoſco, me mea ſponte & peſſima voluntate peccaſſe, ideo iniuſtitiam meam non abſcondo (ſanctus Gregorius) *mihi quia deliqui imputo, me ſolum in operum meorũ prauitate culpabilem clamo*, nec ſuperficie tenus peccatum meum annuncio, ſed & quando, & vbi, & quomodo, & ſi vel ignorantia, vel caſu, vel ſtudio deliquerim, manifeſto. II. *In 2. Pſ. pœnit.*

Tertiò cognoſco, vnde ceciderim, & quid incurrerim. *Hæc mors peccati*, ait idem, *eſt, quæ animam meam à Deo ſeparauit, ſenſuũ interiorum intercluſit officia, diuinam deturpauit imaginem, lucis ademit claritatem.* Denique ſic III. *In. Pſ. 7. pœnit.*

Christo

Chriſto mortuus in ſepulchro conſcientiæ tumulatus ſum, ligatus concupiſcẽtiarum inſtitis, à conſpectu Dei proiectus, duritie opertus, lapide iniquitatis intus clauſus; vt prodierit quaſi ex adipe iniquitas mea. vt iam nil reliquum ſit, niſi vt reſuſciter à clamore tuo ô bone Ieſu.

IV. In Pſ.4. pœnit. Quartò cognoſco, cui me mancipaui peccando, nempe diabolo omnis boni inimico. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis. Auis enim hæc*, ait S. Gregorius, *amans ſolitudinem in ea venenatis animalibus veſcitur.* qualis ego infelix peccator, qui in deſerto mundi corde habitans & affectu, ærumnoſis illius vitæ captus illecebris, delectatus ſum veneno diabolicæ perſuaſionis. & quia timo- In Pſa.2. pœnit. re tuo poſthabito, qui Dominus omnium es, diabolicæ me poteſtati ſubieci, & animam, quæ ſedes ſapiẽtiæ eſſe debuerat, faliacis Domini ditioni mancipaui, ſine intellectu proculdubio (quod peſſimum eſt) extiti ſicut equus & ſicut mulus.

V. Quinto cognoſco maculam, quã contraxi peccando, & ſordes, quibus me horrendè fœdaui; & idcirco dele, quæſo iniquitatẽ, & ampliùs laua me ab iniquitate mea & à peccato meo mũda me: computrui enim iumentum in ſtercore meo, ſus lotus in volutabro meo. quia putruerunt & coruptæ ſunt iniquitates meæ: ita vt oculi tui à me omnino auerſi ſint, & facies tua me vti ingentem putredinis cloacam prorſus abominetur.

VI. Sed illud in primis ante mentis oculos obuerſatur, quod te Creatorem, Dominum, Patrẽ, & Deum meum, bonum omnis boni, & ſolum bonum animæ meæ tam ſæpe, tam multum, & tam grauiter offenderim. Tibi
1. enim ſoli peccaui, & malum coram te feci, tibi Creatori cui ego infelix creatura non ſeruiui, ſed creaturę potiùs,
2. quàm Creatori miſerabiliter adhæſi. Tibi Domino, à quo perditiſſimus ſeruus rebellaui, vt obſequerer inimi-
3. cis tuis. Tibi Legiſlatori, cuius voluntatem quam ſequi debebam, vt viuendi normam, turpiter ſpreui, vt irem poſt meas concupiſcentias. cuius leges ſanctiſſimas infinities & grauiſſimè ſum tranſgreſſus. Tibi Parenti
4. optimo, cuius beneficijs innumerabilibus & immor-

talibus

Digitized by Google

talibus ingratiſſimus tamdiu extiti, immo illis incraſſa-
tus & impinguatus aduerſum Patrem recalcitraui in
grauiſſimis peccatis perſeuerans. cuius amoris oblitus,
creaturarum & mei ipſius turpiſſimis amoribus obno-
xius vixi. Denique tibi Deo meo optimo, potentiſſimo, 5.
iuſtiſſimo, à quo, quantus ſum, totus ſum, & totus pen-
deo, & in quo tanquam in fine creaſti me, vt tandem
conquieſcerem quia peruerſiſſimo ordine à te diſcedens
per fornicationes animæ in me ipſo tanquam fine con-
quieui, ciuis Babylonicæ ciuitatis, & ſpontaneus exul *S. Aug.*
cæleſtis Hieruſalem, quando per amorem mei aſcendi *14. de ci-*
ad contemptum tui. quæ ſumma eſt à me tibi & honori *uit. c. 38.*
tuo illata iniuria. Quòd ſi hoc in DEVM meum, quid 6.
in Redemptorem meum? quid in Ieſum meum, qui me
ſanguine ſuo pretioſiſſimo ſuum fecerat, eruens de ſer-
uitute antiqua & noua? cuius ego vitam, immo & mor-
tem, immo & ſanguinem nihili duxi, immo & concul-
caui, & iterum eundem in memetipſo peſſima vita mea
crucifixi, & oſtentui habui? quo nomine ſatis digno ap-
pellabitur tam infamis & nefaria cõtumelia? Ecce Do-
mine, quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, &
peccatum meum contra me eſt ſemper. & tibi ſoli pec-
caui.

Nec ſolùm cognoſco nũc tantam iniquitatem meam,
ſed peccatum meum contra me eſt ſemper. vt ſemper
hæreat in memoria, nec vnquam obliuiſcar. illius ſi-
quidem audio te in Propheta loquentem: *Ego ſum, ego* *Iſai. 43.*
ſum qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuo-
rum non recordabor, & addis, *reduc me in memoriam, & iu-*
dicemur ſimul. quaſi velis, ait ſanctus Gregorius, *non re-* *In Pſ. 4.*
cordari iniquitatũ mearũ, ſi ego earum memor fuero. cauebo *pœnit.*
ergo ne vnquam quod deliquerim à memoria mihi ex-
cidat; aut aliqua obliuione peccata mea obliterem.

Timor Domini.

Sequitur timor Domini, qui Dauidem ſtimulabat
acriter ac pungebat, cùm dixit: *Domine ne in furore tuo* *Pſal. 6.*
arguas me, neque in ira tua corripias me. ſanctus Gregorius, *In Pſ. 1.*
ac ſi apertè dicat hoc ſolùm tota cordis intentione efflagito, *pœn. t.*
hoc indeſinenter votis omnibus concupiſco, ne me in illo tre-
mendo examine, vel cum reprobis ferias, (hoc eſt enim in

furore)

furore) *vel cum purgandis in purgatorio igne flammis vltricibus affligas*, & hoc eſt in ira. *Tota die namque contriſtatus ingrediebar, quia cum ſolicito ſe timore mea mens circumſpicit*, (ſic idem Sanctus) *modò quæ egit mala enumerat, modò quæ agere neglexit ad memoriam reuocat; modò reprehenſibilia eſſe, in quibus verſatur, conſpicit: modò ſibi recta opera adhuc deeſſe perpendit: quia malorum tantorum in ſe remedium non inuenit, triſtitia intollerabilis pondere prægrauata tabeſcit, & tanto ſe duriùs in cogitatione dilaniat, quanto terribilius eſſe quod imminet iudicium penſat.*

In. Pſ. 3. pœnit.

Dolor.

Sit tertius, dolor propter quem Dauid, *afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. vt intelligas*, inquit ſanctus Gregorius, *Dauid pœnitentem in anima grauiſſimo iniquitatis pondere obrutum, quem in carne vides tot miſerijs & paſſionibus afflictum. rugitus autem gemitus eſt cordis cum dolore magno, quia quanto vehementiùs pœnitentis animum concutit; tanto velociùs ad aures diuinæ miſericordiæ conſcendit. dolorem carnis gignit amiſſio pecuniæ & pignorum, cordis dolorẽ confert exterminatio virtutum. Audiat igitur cordis tui gemitum medicus tuus, cui omne patet cogitationis arcanũ. moueãt illum lachrymæ tuæ, & quadam illũ importunitate quærendi ſemper ad eum alta de profundo cordis ſuſpiria educito. perueniat ad eum dolor tuus, vt dicatur etiã tibi. Tranſtulit Dominus peccatũ tuum ob id ſacrificium, inquit, offero tibi ſpiritum contribulatum, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*

In Pſ. 3. pœnit.

In Pſ. 4. pœnit. Gregor.

2. Reg. 12

Spes.

Accedit ſpes quarto loco. *conuertere Domine, & eripe animam meam. Saluum me fac propter miſericordiam tuam, quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? dico*, inquit S. Gregorius, *ſi non eripueris me, ait ad te anima mea in morte me futuram. & non ſolùm in morte futuram me præuideo, ſed etiam in inferno deſperationis me ſepeliendam cognoſco. accedo autem ad thronum gratiæ miſericordiæ tuæ, non in alio fiduciam habens, quàm in illa: præſertim autem in infinita illa miſericordia miſericordiarum, quæ ad me liberandum de cœlis ad terram deſcendiſti, vt me à terra ad cœlum ſubleuares.*

In Pſ. 1. pœnit.

Amor Dei.

Ex his quinto exiſtit amor in Deum liberatorem & parentem meum. *Couertere Domine, & eripe animam*

Digitized by Google

*meam,ſaluum me fac propter miſericordiam tuã. Sicut anima mea,*inquit S.Gregorius, *conuerſa eſt ad te per turbationem pœnitudinis, ita tu conuertere ad eam per ſerenitatem miſerationis,& conuerſus eripe animam meam. Impediunt eam vepres carnalium delectationum, detinent illam ſecularium illecebræ cupiditatum; ſed tu qui potens es omnia facere ſuperabundanter,quàm petimus aut intelligimus,eam eripe: igne tui amoris terrenarum dumeta voluptatum, quibus irretitur,adure: extra omnem peccati appetitum illam tua manu fortitudinis trahe: vt tibi perfectè adhæream bono meo, tibique ſeruiens laudem inter homines. ſiquidem Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.*

In Pſ.1. pœniten.

Ephe. 3.

Succedit emendationis propoſitum ſexto loco. *Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem,quoniam exaudiuit Dominus vocẽ fletus mei. Quæ ſocietas,* explicat S. Greg. *luci ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? ſicut enim qui diabolum ſequitur, Sanctorum collegium affectu & opere aſpernatur; ita qui Deo perfectè adhæſerit, impiorum conſortium nequaquam admittit, diſcedite, inquam, vt ampliùs non communicẽ operibus veſtris. Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in cõſpectu meo ſemper. malo inquam, occidi quàm vinci. flagella libenter patior, perſecutiones amplector, viſitationes deſidero, correptiones concupiſco.*

Propoſitũ emendationis. In Pſ.1. pœniten. 2.Cor. 6.

Deinde ad confitenda peccata ſeptimo quaſi gradu peruenitur. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. ſi quis* inquit S.Gregorius, *peccata ſua tecta eſſe deſiderat, Deo ea per vocem confeſſionis oſtendat. præoccupemus igitur faciem iudicis in confeſſione, vt qui tentationi parentes manum effugere non poſſumus iudicis, per confeſſionem mundati clementiam experiamur miſericordis.*

Confeſſio I. In Pſ.2. pœniten.

Poſtremum ſit ardẽs ſatisfaciendi voluntas. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. Qui peccatum ſuum confitendo annunciat*, inquit S.Gregorius, *& pro eiuſdem peccati ſatisfactione cogitare non ceſſat, & quia nullam in mundo inuenit requiem, in conſpectu ſuo habet dolorem. Hæc enim ſunt vere humilitatis*

Satisfactio D. In Pſa.3. pœniten.

teſtimonia, & iniquitatem ſuam quemque agnoſcere, & cognitam voce confeſſionis enunciare, & enunciatam pœnitentiæ ſatisfactione delere. & ideò oculos Deus à peccatoris peccato auertit, quia ipſe illud ſine ceſſatione animaduertit. ob id offero tibi Deus in ſacrificium cor contritum, & ſpiritum contribulatum, ſed etiam per pœnitentiæ perſeuerantiam, & ſatisfactionis opera humiliatum.

In Pſa. 4. pœniten.

De perſeuerantia pœnitentis in oratione, & quis ex ea fructus percipiatur.

CAPVT XVI.

NON ſufficit pœnitenti, Deo gemitum contriti cordis non abſcondiſſe, & apud illum inſtitiſſe ardentibus precibus ad peccatorum ſuorum veniam impetrandam: oportet adhuc, vt perſeueret orans, petens, pulſans, lachrymans, clamans, imiteturque in hac ſancta importunitate, ſicut in cæteris omnibus, Dauidis perſeuerantiam. *De profundis*, inquit, *clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam: in quo notandum* ait S. Gregorius, *quia non ait clamo, ſed clamaui. Dans in hoc perſeuerantiæ documentum, vt ſi primò non exaudiris ab oratione non deficias, immo precibus & clamore inſiſtas. vult Deus rogari, vult cogi, vult quadam importunitate vinci. ideo tibi dicitur, Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. eſto ergo ſedulus in orationibus, eſto in precibus importunus, caue ne ab oratione deficias. ſi diſſimulat audire, eſto raptor, eſto violentus; vt vim etiam ipſis inferas cœlis.*

In Pſ. 6. pœniten.

Mat. 11.

Adhibeat etiam hic pœnitens deprecatores, qui ſibi veniam à Deo depoſcant. In primis autem beatiſſimam Dei matrem, quam idcirco Eccleſia & ſancti Patres appellant aduocatam peccatorum. *Tu es*, inquit ad illam S. Auguſtinus, *ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum.* Et S. Bernardus: *Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate confuſus, iudicij horrore per-*

Ser. 18. de Sāctis. Hom. 2.

territus, barathro incipias abſorberi triſtitia, deſperationis abyſſo, cogita Mariam, Mariam inuoca. Deinde Angelos, & beatas ſanctorum animas, quæ in cœleſti Hieruſalem ad diuinæ gratiæ thronum aſſiſtunt. *Obſecrandi*, inquit S. Ambroſius, *ſunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt. Martyres obſecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. poſſunt pro peccatis rogare noſtris, qui proprio ſanguine, etiamſi quæ habuerunt peccata, lauerunt.*

ſuper Miſſus eſt.

Libro de viduis.

Immò de numero viuorum illi homines adiutores nobis aſciſcantur in re tanti momenti, quos non dubitamus apud Deum, & probatæ vitæ meritis & ſanctis orationibus plurimum poſſe. Sancta Monica S. Auguſtini bis Mater dicitur, quòd eum primò peperit mundo, deinde Deo, idque vi ingentium lachrymarum, quas pro illo ante Dominum quotidie profundebat. vt proptereà dictum illi aliquando fuerit à quodam ſancto Epiſcopo: *Vade neque enim fieri poteſt, vt filius iſtarum lachrymarum pereat.*

Libr. 3. confeſ. S. Auguſt. c. 12.

Sacrificium etiam Miſſæ, quod ad pœnitentiæ donum à Deo impetrandum; & ad veniam peccatorum plurimum valet, curandum eſt, vt pro peccatis aliquando offeratur.

Sed de tota orationis incipientium ac pœnitentium ratione ſcribit ſanctus Bernardus in hæc verba: *Sunt*, inquit, *quos adhuc peccati conſcientia terret & cruciat, nondum accepta reſiſtendi virtute, tunc ſcilicet, cùm primùm ipſos in peccatorum cœno iacentes ſpiritus veritatis irradia', & excitans erubeſcere facit, & timere Deum, dum vident immanitatem criminum, meritorum exiguitatem, & velut ardentem coram ſe gehennam expaueſcentes, quoniã in ſeipſis boni nihil inueniunt, aliunde apprehendunt, vnde tegantur. quia ergo timent, & meritò timent per ſeipſos accedere, ſtudent quaſi per alios ſupplicare, tale eſt illud orationis genus, quo ſolemus vti dicentes: Sancte Petre ora pro nobis, & ſimilia maximè verò illud obſecratio eſt manifeſta; per paſſionem tuam libera nos Domine. hoc eſt, genus obſecrationis. At verò iam continendi virtute accepta ſecurus accedit, qui ſibi conſcius fuerit, pro delictis præteritis veniam*

Serm. de quatuor modis orãdi, &c.

Luca 7. *quærens, & oratione vtens, quæ oris noſtri eſt ratio, quando iam ore ſuo loquitur cum Deo ſuo. Hinc illud eſt, quod Maria Magdalena quamquam non minùs humilis Hemorroiſſa* Luca 8. *illa, non ſic tamen veretur accedere, ſed rigat lachrymis pedes, capillis tergit, vngit vnguento, oſculatur ore deuoto: vnde ſatis liquet, quòd iam propoſuerat in corde ſuo à peccato deinceps abſtinere, & quaſi profluuium ſtabat. quòd ſi iam conſecutus es & tu, primum eſt, vt ipſi Domino in oratione loquens recogites annos tuos in amaritudine animæ tuæ. Deinde poſtquam in lamentis pœnitentiæ aliquandiu perſeuerãs hilaritatem quandam & fiduciam conceperis indulgentiæ, accede iam ad poſtulationes, vt ſecurus tanquam receptus in gratiam Domini, tibi & conſeruis tuis audeas petere, quod oportet.* Hæc Sanctus.

Perſeuerandum autem eſt pœnitenti, vt in pœnitentiæ operibus, ſic in oratione contriti cordis: & venia criminum à Domino expectanda ſimul & conſcientiæ tranquillitas, qua probabili firmáque coniectura aſſequatur ſe à Domino in gratiam eſſe receptum. hac enim perſeuerantia dubitandum non eſt, quin à Deo obtineatur quod petitur. quod aliquando quibuſdam in hoc ſtatu poſitis diuinitus demonſtratum eſt, dimiſſa ſcilicet illis eſſe peccata, vt quando id non apertè explicatur, quod ideò fit, vt homines in timore & humilitate contineantur, credamus tamen, & ſperemus idem à benigniſſimo Domino nobis reuera concedi. libet autem, ad ſpem corroborandam diuinæ huius benignitatis, exemplum ex S. Gregor. adferre, qui ita ſcribit: *Noſtris temporibus Victorinus quidam extitit, qui alio quoque nomine Æmilianus appellatus eſt, non inops ſubſtantiæ iuxta mediocritatem vitæ. ſed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapſus eſt, quod debuiſſet valde pertimeſcere, ac de ſuæ mortis immanitate cogitare. reatus ergo ſui conſideratione erexit ſe contra ſe, mundi huius omnia dereliquit, monaſterium petijt. In quo monaſterio tantæ humilitatis tantæq; ſibi diſtrictionis extitit, vt cuncti fratres, qui illic ad amorem diuinitatis excreuerant, ſuam cogerentur vitam deſpicere, dum illius pœnitentiam viderent: ſtuduit namque toto mentis anniſu cruciare carnem,*

Hom. 34. in Euãg.

volun

voluntates proprias frangere, furtiuas orationes quærere, quotidianis ſe lachrymis lauare, deſpectum ſui appetere, oblatam à fratribus venerationem timere: hinc itaque nocturnas fratrum vigilias præuenire conſueuerat, ſub montem ex vno latere ſecretiori monaſterij. Quadam nocte Abbas monaſterij vigilans hunc latenter egredientem intuitus, lento foras pede ſecutus eſt: quem cum in ſecreto montis latere cerneret in oratione proſtratum, expectare voluit, quando ſurgeret. cùm ſubitò lux cœlitus emiſſa ſuper eum fuſa eſt, qui in oratione proſtratus iacebat, tanta claritate, vt tota pars regionis illius ex eadem luce candeſceret. quam Abbas, vt vidit, intremuit & fugit. Cúmque poſt longum horæ ſpatium idem frater ad monaſterium rediſſet, Abbas requirere ſtuduit, vbi fuiſſet, & compulit eum dicere quid vidiſſet. At ille compulſus dixit, quando ſuper me vidiſti lumen de cœlo deſcendentem, vox etiam pariter venit dicens, dimiſſum eſt tibi peccatum tuum. Et quidem omnipotens Deus potuit tacendo relaxare, ſed loquendo per vocem, radiando per lumen exemplo ſuæ miſericordiæ noſtra ad pœnitentiam voluit corda conuertere.

Ad hunc ſtatum pœnitentiæ pertinent tres modi orandi B.P.N. Ignatij, præſertim primus; & ſimul, vt ante dixi, omnia primæ hebdomadæ exercitia.

De tentationibus quæ poſt conuerſionem inſurgunt, & de incipientium nimio feruore temperando.

CAPVT XVII.

HACTENVS de conuerſione peccatoris ad pœnitentiam, nunc agendum nobis eſt de ſtatu, in quo illico poſt pœnitentiam collocatur homo, qui non eſt peccatoris ſtatus, ſed hominis cum Deo reconciliati, & ab eo in amicitiam recepti: vt illi inſeruire incipiat in ſanctitate & iuſtitia, & iam incipientis nomen pœnitenti rectè conueniat. Huic verò ante omnia Sapientis dictum proponendum eſt: *Fili accedens ad ſerui-* *Eccl. 2.*

tutem Dei ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

Porrò tentatio ad quam ſe præparare debet, qui nouæ huius militiæ tyrocinium ingreditur, varia eſt & multiplex. nec eadem primò quemcumque incipiẽtem aggreditur, ſed hunc vna, illum alia, ex oculta diſpoſitione & conſilio Dei. qui vt non permittit nos tentari ſupra id, quod poſſumus; ſic quo ordine exercendi ſimus, ſapientiſſimè & amantiſſimè permittendo ſaltem prouidet. aliqui enim ſeipſos durè puniendi nimio quodam ardore flagrantes terminos moderatæ pœnitentiæ plerumque tranſiliunt, alij conſcientiæ ſcrupulis mirificè anguntur, alios ad priores voluptates reuocat memoria antè actæ vitæ, alios denique maximè perturbat, & quaſi dejicit de perſeuerandi ſpe virium corporis imbecillitas, & vitæ ac diſciplinæ Chriſtianæ labor & difficultas, atque adeo ipſa nouitas tentationum. Et vt de ſingulis hiſce tentationibus dicamus, exordiamur à prima, quam excitat immoderatus & impotens pœnitentiæ feruor. ſiquidem pœnitentiæ ſpiritus vehemẽs eſt. quippe qui ille ſit, de quo myſticè ſcribitur in Pſalm. *In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. Tharſis*, inquit ſanctus Gregorius, *exploratio gaudij dicitur. cùm enim vehemens pœnitentia ſpiritus mentem occupat, omnem in ea reprehenſibilis gaudij explorationem perturbat, vt nihil ei iam niſi flere libeat. ſpiritus ergo vehemens Tharſis naues conterit, cùm vis compunctionis valida mentes noſtras huic mundo quaſi mari deditas ſalubri terrore cõfundit. dicit ergo Iob; noctem illam tenebroſus turbo poſſideat, id eſt, perpetrationem culpæ non blandimenta ſecuræ quietis foueant, ſed piè ſæuiens amaritudo pœnitentiæ irrumpat.* his confectis curis animus, & carnem caſtigationibus macerat, & ſeipſum contra eam (vt docet S. Bernardus) huiuſcemodi incitationibus inflammat. quid adhuc murmuras caro miſera, quid adhuc recalcitras? & aduerſum ſpiritum concupiſcis? ſi te humiliat, ſi caſtigat, ſi redigit in ſeruitutem, id profectò in tuo genere non minùs tua intereſt, quàm ipſius. ex quo nonnunquam accidit id, quod idem in parabola de filio Regis accidere con-

1. Cor. 10. — *Pſal. 47.* — *Libr. 4. moral. cap. 17.* — *Serm. 2. ſuper vidi Dominum.*

firmat

firmat imprudentibus & temerariis pœnitentibus: vt ſcilicet timore periculi imminentis perculſi, & in ſpem veniæ erecti inſideant iam veluti equo ſancti deſiderij, ferantúrque magno impetu in pœnitentiæ opera, ſed ſine fræno prudentiæ; & propterea contingit illis, quod dicitur à Salomone: *Qui feſtinus eſt pedibus, offendit.* *Prou. 19.*

Et quidem aliquid ſine dubio concedi debet pio feruori huius ſpiritus vehementioris. propterea enim peccatrix mulier, quę ad pedes Domini in conuiuio recumbentis acceſſit, rigans eos lachrymis, capillis tergens, vnguento liniens & oſculans, à ſanctis Patribus vt piè impudens & importuna, & frontoſior ad ſalutem, quàm fuerat ad peccatum, commendatur. & Saulus à Domino percuſſus, & conuerſus, diuino ſanè inſtinctu tres integros dies ſine cibo potúque vigilat in oratione: & multi alij initia ſuæ conuerſionis admirabili in ſeipſos ſeueritate laudabiliter conſecrarunt. ſed tamen pœnitentiæ modus etiam initio eſt adhibendus. quanquam enim præcipiunt diuinæ literæ, vt otium vitemus, & corpus in ſeruitutem animæ redigamus; nullo tamen modo (ait S. Baſilius) id volunt, vt corpus immodicis macerationibus extabefactum reddamus ac diſſolutum. Idcirco diaboli tentatio eſt magna, ſeipſum cum ſui pernicie excruciare: *Quoties,* inquit S. Bernardus, *ſuggeſſit Satanas anticipare vigilias, quoad ſolemnia fratrum illuderet dormitanti? quoties produci ieiunia, & diuinis obſequijs eo inutilem reddidit, quo imbecillem? Quoties ad opus manuum, pluſquam opus fuerat, incitauit, & fractum viribus cæteris regularibus exercitijs inualidum reddidit?*

Luc. 7.
S. Auguſtin. li. 50. homil. homi. 23. & in Pſ. 140.
Actor. 9.
1. Cor. 9.
Conſt. monaſticis, cap. 5.
Serm. in Cant. 33.

Quo loco facilè quiuis intelligit, Incipiētibus quàm non ſolùm vtilis, ſed neceſſaria ſit ſub prudenti magiſtro aſſidua diſciplina, qua inſtituantur tempeſtiuè ad dignoſcendas Satanæ fraudes, eáſque repellendas: hoc enim ſpectat in hac re aduerſarius aſtutiſſimus, vt dum pœnitentiæ opera pluſquam par eſt & ſupra vires exercemus, pœnitentia ipſa ſatietatem & ſtomachum faciat, ab eáque paulatim eo magis abalienemur, quo maiore eam ſtudio priùs ſecuti ſumus: & ſi non id, illud certè aſſequatur, vt ſub onere illo grauiſſimo vires corporis

ita debilitentur, vt quanquam animus perferendi non deſit, deficiat tamen ipſa valetudo corporis, in qua recuperenda dum ponitur opera, languere incipiat etiam animus, & in curanda carne totus occupetur. *Experti*, inquit S. Ber. *eſtis quomodo quidam, qui antè inhiberi non poterant, (ita in ſpiritu vehementi ferebantur ad omnia) cùm ſpiritu cœperint nunc carne conſummentur, quàm turpe nunc inire fœdus cum ſuis corporibus, quibus crudele antè indixerant bellum?* His in primis neceſſarium eſt magiſtri præceptum, cui omnino pareant, eiúſque iudicio ſtent in corporum ſuorum caſtigatione, ac omnibus alijs pœnitentiæ exercitationibus. ſubdit enim idem: *Scriptum eſt, melior obedientia quàm victima, & auſcultare magis quàm offerre adipem arietum, id eſt, abſtinentiam contumacium, vnde* Dominus *per Prophetam: Nunquid manducabo, ait, carnes taurorum, aut ſanguinem hircorum potabo? ſignificans minimè ſibi accepta fore ieiunia ſuperborũ & immundorum.*

Galat. 5. 1. Reg. 15. Pſal. 49.

Illa igitur Satanæ aſtutia bene nota, & hic exitus hominum imprudenter ſe gerentium initio conuerſionis, magnum momentum habebunt ad auertendum incipientem ab immoderata illa ſeueritate; ſed non eſt tamen adhuc eius curatio perfecta, aut animi eius ſanitas in tuto poſita, niſi præterea explorentur accuratè à magiſtro illi affectus, quibus ad eam ſtimulabatur pœnitens, & in fraudem deducebatur.

Hi autem potiſſimùm ſunt timor, deſiderium, ſpes; timor quidem ſupplicij, deſiderium veniæ, & ſpes eiuſdem obtinendæ; magis tamen timor ne deſit tempus ad opportunam ſatisfactionem neceſſarium, deſiderium perfectè ſatisfaciendi per opera; quæ cum cruciatu animi & corporis coniuncta ſint, & ſpes magna, poſſe ſe voti huiuſce ſui compotem fieri, ſi ſe inconſultis etiam & repugnantibus viris prudentibus voluntariis ſuppliciis egregiè confecerit. exemplo multorum, quos tunc pœnitens falsò opinatur, in eodem ſtadio eodem modo eſſe verſatos. Quare primùm deducẽdus eſt de falſa illa opinione, docendúſque neminem omnino ſine aliorum conſilio aut prudentia ſingulari diuinitus immiſſa, hoc iter pœnitentiæ vtiliter vnquam & tutò eſſe

ingreſſum. Deinde euellenda ex animo eius eſt vana illa & temeraria fiducia, qua ſibi & ſuis viribus nimium confidit, ſiquidem pœnitentia & ſatisfactio DEI dona ſunt, & ſi quid in iis ipſis de noſtro eſt, ſine Deo non eſt, ſine quo facere poſſumus nihil. poſtea iuuandus *Ioan. 15.* eſt ad timorem, & deſiderium illud moderandum: perſuadendumque illi Deum intueri cor, nec eum à nobis exigere, niſi quod dare poſſumus, ſaluis animi & corporis viribus: velle in primis vt maiorum noſtrorum dictis obſequamur, noſque in exercenda pœnitentia moderatè prudenterque geramus, denique virtutem ſine prudentiæ norma aut nullam eſſe, aut vitium potius, quàm virtutem, & quia amor proprius horum affectuum dux eſt & parens, aduerſus illum armatum eſſe pœnitentem maximè oportebit, ſed de hoc poſtea.

De ſecunda tentatione quam Incipienti adferunt ſcrupuli.

CAPVT XVIII.

ALIA permoleſta tentatio accedit plerumque tyronibus vitæ ſpiritualis, dum confeſſuri ſunt ſacerdoti præteritæ vitæ peccata, & multo etiam magis poſtquam confeſſi ſunt. eaque ſcrupulis, qui in eorum mentibus oriri ſolent, ex accuratiſſima illa diligentia, quam in cunctis iiſque tam multis magniſque criminibus, cordis etiam intimis ſubtilibuſque cogitationibus, & motionibus aperiendis, adhiberi neceſſe eſt. cruciari enim ſolet pœnitentis animus formidine quadam, & ſuſpicione ſitne actio, aut cogitatio, aut affectio illa peccatum an non: dixeritne omnia, an aliquid omiſerit, quod confeſſariũ latere non oportuit: explicaritne bene, quid quo animo, quo loco, quicũ, quo tẽpore, quãdiu cæteraque omnia, quæ actionẽ ipſam circũſtant. Satanas enim qui vt animorũ tyrãnus timorẽ omnẽ excutit à peccatorũ animis, dũ peccãt, vt in quælibet ſcele-

ra libere ſe dent præcipites, cùm eos è cœno illo emerſiſſe iam videt, mirum eſt, quantopere laboret, ne diu de vſurpata poſſeſſione deturbetur. atque ideo pœnitentium mentem flagitiorum periculoſa recordatione & ſpinoſa quadam meditatione quaſi obſidione quadam obruit. timore imprimis adminiſtro & impulſore, vt finem nunquam faciant eadem iterum & ſæpius peccata confitendi, viuantque vitam acerbam, & hiſce angoribus plenam.

Huius tentationis exigua fit mentio apud antiquiores Patres. ideo fortaſſis quia pœnitentibus illius temporis antiquius nihil erat, quàm poſt confeſſionem ritè peractam operibus pœnitentiæ ſeuerioris, ſibi Deum propitium reddere: poſterioribus verò temporibus, quibus pœnitentiæ ſtudium adeò refrixit, exerit magis aculeos diabolus aduerſus confeſſionē ipſam, vt aut tantum bonum, quantum eſt hoc Sacramentum, nobis eripiat, aut confeſſionem odioſam & moleſtam efficiat, vt pote ſcrupulorum ſpinis refertam. antiquos tamen Chriſtianos hac tentatione etiam pulſatos aliquando fuiſſe, ex nobis ipſis diſcimus, & rationi ac naturæ confeſſionis ipſius conſentaneum eſt. certè præceptum Caſſiani huc pertinere videtur, cùm ait: *Cæterùm quod dixiſti, te etiam de induſtria præteritorum peccatorum memoriam retractare, hoc fieri penitus non oportet: quinimmo etiamſi violenter irrepſerit, protinus extrudatur.* Sanctus Barnardus etiam: *Ad Dominum iam conuerſos non nimis cruciet præteritorum conſcientia delictorum.*

Coll. 20. cap. 9.

Serm. 3. de SS. Petro & Paulo.

Et verum eſt, ſcrupulos illos, qui nobis gignuntur ex ignoratione tam cordis humani aut noſtri aut alterius, quàm peccati ipſius, qui non pauci ſunt nec exigui, antiquorum etiam conſcientias pupugiſſe. quod facilè intelliget, qui leget librum decimum confeſſionum S. Auguſtini, cuius ſunt illæ voces: *Contendunt mœrores mei mali cum gaudiis bonis, & ex qua parte ſtet victoria neſcio, heu mihi Domine, miſerere mei. ecce vulnera mea nō abſcondo. Medicus es, æger ſum.* Et illæ: *Eripe me ab omni tentatione. non ego immunditiam obſonij timeo, ſed immunditiam cupiditatis.* Item illæ: *Multum timeo occulta mea, quæ no-*

Cap. 28.

Cap. 37.

Cap. 28.

runt oculi tui, mei autem non. In his omnibus periculis & laboribus vides tremorem cordis mei, & vulnera mea magis ſubinde à te ſanari, quã mihi non infligi, ſentio. quiddam his ſimile habet idem in epiſtola ſaxageſima ſexta de qua re in ſeq. lib. Hoc ipſum etiam confirmat celebre dictum S.Greg. *Bonarum mentium eſt etiam ibi aliquo modo culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt.* qui etiam tentationem ſcrupulorum in moralibus indicat, vt exponemus capite 21. lib. ſecundi.

Poſteriores igitur Theologi hac de re ſcribunt plura, in primis Cancellarius Gerſon. S. Antoninus, & B. Laurentius Iuſtinianus: aſſeruntque hanc eſſe diaboli tentationem, vtilem quidem incipienti in ipſo conuerſionis principio, & propterea à Deo permitti, eo quòd obtuſam alioquin hominis mentem acuat ad intelligendas res ſpirituales, & ſtimulis quaſi quibuſdam excitet voluntatem inexercitatam adhuc, ad certamina contra peccati & carnis inſidias, purget denique animam tenebricoſis libidinibus ante refertam, & in nouum hoc lumen euocet ſpiritualiter iudicandi omnia, & deinceps ex virtute & cum circumſpectione viuendi. Cæterùm procedente tempore tentatio hæc pernicioſiſſima eſt, & niſi illi opportunè occurſum ſit, periculum homini creat & ruinam. quare quærenda, & adhibenda ſunt remedia, quibus à periculis præſentibus & imminentibus, qui hoc morbo laborat, facilè liberetur. Adferuntur autem à prædictis ſcriptoribus, & alijs hæc quæ ſequuntur, ad radices ſcrupulorum euellendas inſtituta.

Primum remedium aduerſus ſcrupulos, eſt recta & pia opinio de Deo Optimo Maximo, magnaque ſpes de eius immenſa bonitate & clementia, ſiquidem cauſa ſcrupulorum magna eſt diuini examinis ac iudicij metus: apprehendit enim, qui ſcrupulis angitur, Deum vt ſeueriſſimum vindicem ſcelerum, & cui difficillimum ſit planè ſatisfacere. immo intuetur illum tanquam quæſitorem ſeuerum & acerbum omnia ad viuum reſecantem, ex eo quo fit, vt nunquam ad eum accedat niſi inani hac timiditate & quaſi deſperatione oppreſſus & ſanè huc ſpectant, vt dicebamus, Satanæ conſilia,

Lib. 12. Regiſt. Reſponſ. 10. ad Auguſtinum.
Gerſon tract. de præpar. ad miſſum, & de remediis 9. puſillanim. & de diuerſis tentationibus.
S. Antonin. 1. p. tit. 3. c. 10.
B. Laurent. libr. de diſciplina monaſt. cap. 12. & 16.
Primum remediũ.

Digitized by Google

vt quem ſcrupulis vexat, ita perturbet & cruciet, vt pertæſus ſpinoſi huius & laborioſi vitæ generis, ſpem omnem abjiciat diutius perſeuerandi, conuertátque animum ad priſtinas voluptates, & liberam à curis viuendi

1 rationem. Igitur aduerſus hoſte Satanæ conatus iſtituat magiſter ſpiritualis Incipientem, efficiátque primùm vt is quidem Deum tanquam iuſtum iudicem, & peccati omnis acerrimum aduerſarium, ſibi proponat, miſericordem tamen & benignum, & cui proprium magis eſt miſereri ſemper & parcere, quam pœnas de homini-

Sap. 1. bus ſumere, *Sentite de Domino*, inquit Salomon, *in bo-*

Pſal. 72. *nitate.* Et Dauid: *Quam bonus Iſraël Deus his, qui recto*

Ierem. 1. *ſunt corde?* Et Iere. *Bonus eſt Dominus ſperantibus in ſe, animæ quærenti eum.*

2 Præterea Dominus tantæ benignitatis eſt, vt ſi nos pœniteat peccatorum, ipſe eorum velit obliuiſci. ſic

Ezec. 18. enim ait apud Prophetam: *Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* Iniuriam ergo Deo quodammodo facit, qui peccata quæ Deus obliuiſci vult, ſuperſtitioſè recolendo, ei quaſi recognoſcenda proponit. quod facit qui ſcrupulis premitur, &

Rom. 11. cùm (vt ait Apoſtolus) Deum non pœniteat donorum quibus nos cumulat, ipſe quod iam poſſidet, à Deo repetere non ceſſat, ac ſi adhuc nihil obtinuiſſet.

3 Accedit ad ſolatium pœnitentis, quod ſcripſit Iob,

Iob. 15. cum Deo loquens: *Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed parces peccatis meis.* hoc quippe quod dicit, Deum peccata aut greſſus dinumerare, nō eſt ea ad calculos reuocare, vt nos puniat, ac ſi ea veluti in charta deſcriberet, ne excidāt, ſed illud potiùs ea nobis recēſenda proponere ac de ſingulis dolorem, quem debemus concipiamus.

Lib. 12. mora. cap. 12. *Culpas ergo dinumerat*, (inquit ſanctus Gregorius) *cùm noſipſos ad ſingula, quæ fecimus, deflenda conuertit: quas miſericorditer relaxat, quia dum eas nos punimus, ipſe nequaquam in extremo examine iudicat, Paulo atteſtante,*

1. Cor. 11. *qui ait: Si noſipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* Et in hanc ſententiam ſine dubio ſcribitur à Dauide, dum cū Deo in oratione agit: *Si iniquitates obſeruaueris*

Domine

Domine, Domine quis ſuſtinebit? vt igitur eximamus hunc ſcrupulum pœnitenti, eximendus eſt ex eius animo ſuperuacaneus timor de nimia Dei ſeueritate, vt iſte euellatur, inſerenda eſt recta opinio de paterno in nos Dei amore, & infinita eiuſdem miſericordia; ad quod maximè iuuabit explicatio parabolæ filij prodigi tam amanter à Patre in gratiam recepti, poſtquam diſſiparat ſubſtantiam in flagitiis. *Pſ.129.* *Luc.15.*

At dicet pœnitens, id quidem rectè, ſi per me præſtitum Deo iam eſſet id, quod ille à me iure ſuo exigit, át quis me certiorem faciet, me verè pœnituiſſe, peccata omnia ex diuino præſcripto ritè eſſe confeſſum, nihilque prætermiſiſſe eorum, quæ mihi Deo in re tanti momenti exoluenda fuerant?

Sit igitur ſecundum remedium, à magiſtro ſpirituali petendum eſſe conſilium, quod vbi ille dederit, in eo omnino quieſcēdum eſſe. ſic docent prædicti Doctores, & quicumque hac de re ſcribunt. ſcrupulus enim mentem atque conſcientiam ita perplexam reddit, vt nonniſi perplexè, qui eo laborat, iudicare poſſit, ideoque nō rectè, aut ſaltem non tutò. quare docti & prudentis Patris iudicio ſtandum eſt, *Ne innitaris prudentiæ tuæ*, ait Salomon, ſignificans minimè tutum eſſe ſequi propria conſilia in rebus propriis, niſi primùm probentur aliis; quod accidit, cùm nobis non deſunt recta conſilia. atqui ſcrupulorum moleſtiis implicati ſunt, non modò non habent recta conſilia, ſed ne conſilia quidem. quid enim conſilij in tantis tenebris & cogitationum continuo tumultu eſſe poteſt? quare audiendi alij ſunt. quam ad rem diuinitus concurrit Deus, & mirabiliter ſcrupulorum anguſtias tollit, ſtatim ac magiſtri dicto audientes ſumus. *Secundū remediū.* *Prou.3.*

Narrat Climachus monachum cùm ad viginti annos carnem ſuam ieiunjis & vigiljis aſſiduè diſcruciaſſet, vt neſcio quam blaſphemiæ tentationem abigeret, nihil tamen obtinuiſſe donec ſcripto confeſſus moleſtiam quam ſuſtinebat, grauiſſimo cuidam ſeni, ab eo benigniſſimè habitus eſt iuſſuſque vt manum collo ſuo imponeret, quod cùm feciſſet, dixit illi Pater: *Super* *Grad.13.*

collum meum ſit frater hoc peccatũ, quotquot annis te oppugnauit, aut adhuc te oppugnabit, tu illud flocci pende, nihilque formida. quo reſponſo ita corroboratus eſt monachus, vt ante quam inde diſcederet, morbus ille prorſus euaneſceret. referunt alij S. Bernardum idem feciſſe cum diſcipulo, quem à ſacroſancti ſacrificij Miſſæ celebratione retardabant ſcrupuli: *Vade* (dixit) *fili, & in fide mea celebres.* quod ille præſtitit, & conſcientiæ tranquillitatem ſtatim adeptus eſt.

Gerſon de præparat. Miſſæ.

Tertium remediũ.

At, inquis, da mihi alterum Bernardum, & ego eius ſententiam libentiſſimè amplectar. Do, inquam, tibi (& hoc ſit tertium remedium) non alterum Bernardum, ſed eundem fideiuſſorem, qui in Bernardo ſecurum diſcipulum reddidit; nempe eundem Deum, qui ad huiuſmodi dubitationes tollendas loquitur, & conſilium præbet nobis in Patribus ſpiritualibus, quos curæ conſcientiæ noſtræ præficit. quibus idem iubet, vt ex animo & in omnibus pareamus, illiſque nos ipſos penitus ſubmittamus: quod in primis neceſſarium eſt ad vincendam proſternandamque mentis humanæ ſuperbiam, quæ altera radix & mater eſt harum conſcientiæ moleſtiarum ſiquidem ſcrupuli, quos genuit timor ille, quem diximus, mentis tenebris quaſi coniugatum: fouētur & creſcunt in animo à proprio hominis ſenſu, atque ſententia, quæ huiuſmodi hominibus ita chara eſt, vt ab ea difficile admodum aliorum ſuaſionibus deducantur. malunt enim ſibi, quàm alijs omnibus credere. hæc ſuperbia grauius peccatum plerumque eſſe poteſt, quàm culpæ omnes, quas refricat ſcrupulus, indigetque remedio magis, quàm ipſi ſcrupuli. Quare nulla vnquam medicina ſcrupulis reperietur, niſi curetur priùs hæc arrogãtia, & proprij iudicij amor nimius. curatur autē ſubmiſſione animi & humilitate, qua homo ſeipſum ſpirituali magiſtro in rebus omnibus ſubjicit. ſententiam propriam, ſeipſum fortiter abnegando, prorſus abjiciens. quod adhuc magis faciendum eſt ab illis, quorum deprauata corporis capitiſve conſtitutio in animum aliquo modo redundat, & mentem à propria ſanitate abducit.

Digitized by Google

Curet igitur magiſter primùm, vt huiuſmodi homines illi ſe totos tradant, cõmittantque in rebus omnibus ſuam ipſorum conſciẽtiam. Deinde præſcribat examinãdæ conſcientiæ & confeſſionis inſtituendæ, leges à quibus nihil omnino diſcedant. Tertiò, poſtquam vnam aut alteram generalem totius vitæ criminum confeſſionem habuerint, ne tertiam aut plures ampliùs cogitent, vehementer interdicat; confeſſiones enim huiuſmodi, quæ neceſſariæ iam non ſunt, ſeges ſunt & materia ſcrupulorum. Quartò tradat orandi modos accommodatos ægrititudini, qua laborant, & præſertim ad timorẽ inanem deponendum, & ad optimè ſperandum de diuina benignitate. oportet autem huiuſmodi homines orationi eſſe deditos, ita tamen vt non inde ſcrupuli nutriantur. Quintò caueat ne vel in libros vel in homines incidant, qui lectione & conſuetudine ſua huiuſmodi hominibus nouos ſcrupulos injiciant, vel impedimento ſint, quominùs veteres deponant. quales ſunt libri, quibus caſus conſcientiæ explicantur, & homines, qui vel natura timidiores ſunt, & minùs prudentes, vel cùm ipſi auſtero more viuant, omnibus hominibus idem vitæ genus ſuadendum exiſtimant. Sextò, cum obſit hominibus, qui ſcrupulorum angoribus implicantur, otium & vita laboris aut occupationis expers; magiſter omnem adhibeat operam, vt honeſtis occupatonibus, & quoad fieri poterit, alienis ab inanibus curis aſſiduè diſtineantur. neque enim deſuefiet vnquam animus à cogitationibus ſcrupulorum, niſi conſuetudine aſſidua aliarum rerum, quæ aptę natura ſua ſint, animum ab illis abſtrahere.

1. 2. 3. 4. 5. 6.

Quartum remediū.

Superſunt adhuc cauſæ duæ ſcrupulorum, aduerſus quas totidem remedia proponimus. prior eſt ignorantia, poſterior puſillanimitas. 1. ignorat enim incipiens multa, ac propterea ſi non habet qui eum doceat, ſeipſum decipit in multis. vnde originem habet cõſcientia, quam appellant erroneam. de qua nobis agendum non eſt, quia ſcrupulus non eſt, & eius facilis eſt curatio, ſi deponatur ſolum, quod omnino eſt neceſſarium. ſed hæc alij. 8. Alia eſt ignoratio, ex qua exiſtit interdum

ſcrupulus

ſcrupulus admodum moleſtus. adſit necne vera & neceſſaria deteſtatio peccati ſiue contritio: aliqui enim eo quòd vel lachrymarũ vim non profudũt. vel ſenſum doloris, quem requiri ad contritioné putant, in ſe ipſis non animaduertunt, mirificè angũtur animo. exiſtimantque ſe adhuc in Dei gratiam non rediiſſe. His vtiliſſima eſt Gerſonis admonitio: *Exiſtimant*, inquit, *aliqui doctores*, (quibus ille aſſentitur) *aliquãdo non tã meritoriũ eſſe credere, ſicut velle credere, nec velle dolere ſenſualiter de peccatis, ſicut velle dolere, & non poſſe.* & hoc probatur ex Pſal.
Pſ.10. mo: *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* & ita iudicat nos Deus ſecundùm rationis ſuperioris arbitrium, voluntatem, & iudicium: & non ſecundùm ea, ad quæ nobis inuitis portio ſenſualitatis inferior adhæſit & perducit, qualia ſunt volubilitates imaginationum & Phantaſiarum.
3. Fallitur etiam Incipiens ignoratione virium & naturæ contritionis, quæ, vt omnes Theologi ſcribunt tantarum virium aliquando eſt, ob ingenté diuini amoris ardorem, quo interdum pœnitens flagrat, vt non ſolùm aboleat omnem culpæ maculam, ſed excoquat etiam omnem illam temporaneam pœnam, quæ reliqua eſt ad remiſſionem culpæ. Quod ſanè Magdalenæ datum
Luc.7. eſt à Domino, cum audiuit, remittuntur tibi peccata tua, & dari adhuc poteſt nobis. ſi per nos non ſtet, quia
4. manus Domini abbreuiata non eſt. Laborat denique Incipiens ignoratione multarum aliarum rerum, quibus ſtatuendis Epiikia, neceſſaria eſt. Epiikia, inquam, non Incipientis, cuius conſcientiæ & mentis anguſtiæ eam adhuc non capiunt, ſed ſpiritualis magiſtri. qua de re ſanctus Antoninus, qui tradit ſeptem veluti regulas Epiikiæ huius, in gratiam pœnitentis, quas ſibi familiares faciat ſpiritualis magiſter. eæ legantur apud ipſum, nos breuitati ſtudemus.

Quintum remediũ. Aduerſus puſillanimitatem ea faciunt omnia, quæ ad propulſandam tarditatem valent. Sunt enim hæ duæ affectiones quaſi vna animi affectio in plures diſtincta gradus: puſillanimitas enim timor eſt animum mœrore dejiciens. hac qui laborat, ſcrupulis maximè obno-

xius eſt,& magis adhuc, quam is qui ſolo timore pungitur. quare puſillanimis curatio longè eſt difficilior, nec niſi magno labore, Charitate,& patiētia medici ſpiritualis efficitur. 1. Intelligat igitur primùm Incipiens, quid ſit apud ſacras literas hæc affectio, & quo nomine & loco cenſeatur. *Longanimitas* (inquit S. Hieronymus) *In ep. ad Gal. c. 5.* *contraria eſt puſillanimitas, de qua ſcribitur, puſillanimis vehementer inſipiens, qui verò patiens eſt & vniuerſa ſuſtentat, vir ſapiens & cum ectaſi multum ſapiens appellatur,* *Prou. 14.* *ſecūd. 70.* *vt in prouerbiis quoque ſcriptum eſt; longanimus, vir multum in prudentia.* res hæc non per hyperbolem dicta accipienda eſt, ſed verè & propriè. faciet autem maximè, ſi à puſillanimi vti debet, animo comprehendantur, ad medicinæ eius principium. quis enim ſe ſtultum intelligens, non ſe alij, qui ſapiens ſit, regendū libenter tradat? certè mēs puſillanimis hoc veluti lumine illuſtrata errore opinionis falſæ, quā de ſe ille habuerat, purgabitur.

2. Deinde manus admouenda eſt ad proſtratam voluntatem eius ſubleuandam, iiſdem nimirum auxiliis, quibus erigitur ad ſpem qua de re ſuprà dictum eſt. proderit autem ad eam educendam ex profunda illa deiectionis fouea, ſi incutiatur timor certæ deſperationis, niſi ſe exſuſcitet, & ex extremo periculo extrahat: hic ſiquidem finis eſt puſillanimitatis, & ſcopus diaboli ad eam occultè trahentis. quod S. Bernardus: *Non immeritò*, inquit, *Epiſt. 32.* *hos, quos in anxietate poſitos videmus, amicis noſtris cōpatimur, quibus vtique dū exitū ignoramus, defectū metuimus. quoniā quidē ſicut ſanctis & electis tribulatio operatur patientiā, patientia probationem, probatio ſpem, ſpes autem non confunditur. ſic damnandis & reprobis tribulatio parit è contrario puſillanimitatē, & puſillanimitas perturbationē, perturbatio deſperationem; & illa interimit.* *Iacob 1. & Rō. 5.* Quare elaboret ſtrennuè Incipiens, vt ſcrupulos, cū ſeſe ingerunt, magno animo ſtatim tanquam peſtem abigat à ſe, ſciatque ſe rem non minùs gratam Deo facere ſi eorū importunitati initio fortiter reſiſtat, quàm cum viriliter dimicat aduerſus voluptatum illecebras, aut fidei tētationes à quibus ita abhorreat ipſe, ſicut omnes veri pietatis cultores, qui antè eas extingui curant, quàm exoriantur.

Denique, puſillanimitas cauſa eſt & effectus ſcrupulorum.neſcio deterior ne parens an filia.faciliùs certè expugnatur antequam producat ſcrupulos, quam poſtquam ex ſcrupulis orta in habitum naturámque conuertitur. Ad Satanam autem eludendum cogitet pœnitens eum in ſcrupulis immittendis abuti contra nos
Homi.4. in epi. 2. ad Cor. pœnitentia noſtra,nec (vt ait ſanctus Chryſoſtomus) ſufficere illi inducere nos ad apertum peccatum, niſi etiam perniciem nobis afferat ex immodico mœrore ex pœnitentia contracto. *Perquam autem ridiculum,* inquit, *eſt & pudendum, vt per medicamenta noſtra ipſe*
2.Cor.2. *vulnera efficiat. ob id Paulus, Non enim ignoramus cogitationes ipſius.* De ſcrupulis & puſillanimitate adhuc plura ſecundo libro.

Enitendum pœnitenti ne in priſtina peccata recidat, quæ ſolet eſſe tentatio communis poſt conuerſionem.

CAPVT XIX.

TENTATIO tertio loco explicanda eſt, quæ pœnitenti maxime infeſta eſt & periculoſa. Concitatur autem à memoria vitæ præteritæ, quam in cupiditatibus carnis explendis libere traduxit, quam ſtatim ſequitur grauis mœſtitia in voluntate, quod ab ea ſuauitate vitæ per pœnitentiam ſe perpetuo excluſum
Lib.24. mor c.7. intelligat. *Occurrit,* inquit S.Gregorius, *illa familiaris ſua delectatio carnalis, quæ inueterata dudum quanto eum diutius tenuit, tanto arctiùs adſtringit, atque à ſe tardiùs abire permittit. Et quis ibi mœror, qua anxietas cordis, quando hinc ſpiritus vocat, hinc caro reuocat: hinc amor nouæ conuerſationis inuitat, hinc vſus vetuſtæ peruerſitatis impugnat: hinc deſiderio ad celeſtem patriam flagrat. & hinc in ſemetipſo carnalem concupiſcentiam tolerat?* propoſitum eſt autem diabolo in hac tentatione, illa recordatione, & hoc mœrore, quaſi funibus duobus. Incipientem iam

Digitized by Google

ingredi viam vitæ ad antiqua flagitia retrahere. qui recidiuus caſus in morbum ſpiritualem animæ eſt grauiſſimus; cui propterea ſalutaria remedia quærenda ſunt.

Sit igitur primùm cognitio maximę indignitatis, quæ ineſt huic rei. quid enim indignius excogitari poteſt, quàm paulò antè ingemuiſſe, fleuiſſe, Dei miſericordiã infinitam, Sanctos omnes imploraſſe, obteſtatum eſſe, omnia denique miſcuiſſe, vt peccatorum venia impetraretur & repente mutato conſilio ſui obliuiſci, Dei gratiam pro nihilo putare, virtuti nuncium remittere, quidlibet aliud cogitare, & eſſe atque fueras, & velle ſemper eſſe volueras? ô præclara hominum erga Deum fidem, quam Deo impudentiùs frangis, quàm ſi tibi res eſſet cum viliſſimo quolibet homuncione! Cùm legimus aut audiuimus Iudæos obuiam proceſſiſſe Chriſto Hieroſolymam ingredienti, & honorificentiſſimè eum appellaſſe filium Dauidis, Regem Iſrael, benedictum qui veniret in nomine Domini: poſteà verò breui interuallo nullam prorſus ob nouam cauſam in contrariam partem verſos, impetu quaſi facto in prætorem exclamaſſe, *crucifige eum*, miramur meritò, & exardeſcimus aduerſus inconſtantiam gentis, inauditámque barbariem. quid ergo faciendum nobis eſt, cùm intelligimus ita vt res eſt, eundem pœnitentem ad Chriſti pedes abiectum in confeſſione miſericordiam poſtulare, quòd peccarit, qui mox in eadem grauioráque peccata relapſus omnis immemor beneficij, bellum Chriſto indicit, iterúmque eum in ſemetipſo crucifigit? reos proditionis deteſtantur homines, & communis lucis vſura priuant; quo ſupplicio ac morte dignum exiſtimabimus eum, qui non ſolùm ſalutem propriam, ſed etiam Chriſtum ipſum, cui nomen in baptiſmo dederat, & in confeſſione reddiderat, nefariè prodit diabolo? & quem conſcientiam expiando, hoſpitem in ea receperat, ex ea, iterum peccando turpiter ejicit? *An* (vt ait S. Chryſoſtomus) *non ſunt hæc magni odij & contemptui manifeſta ſigna?*

Secundùm remedium eſt timor. ſiquidem cùm primum peccamus, faciliùs nobis ignoſcitur cùm ad eadem ſæpius peccata redimus, difficilior ſine dubio eſt

Primum remediũ.

Ioan. 12.

Hom. 2. in epi. ad Eph. c. 1.

Secundũ remediũ.

reditus in Dei gratiam: tum quia grauior eſt iniuria, iuſtiórque Dei à nobis auerſio, tum quia noſipſi in ſcelere callum obducimus. denique quia creſcit ſatanæ vis, & dominatus in animum. vt propterà difficilem prædicent patres reſipiſcentiam ab tam graui lapſu, nec ferè

Heb. 10. poſſibilem. in quam ſententiam ſcribit Apoſtolus: *Voluntariè peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quadam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios.* Quod etiam ex multorum euentu diſci-

Ser. 3. SS. Petri & Pauli. mus: *Eorum* (inquit S. Bernardus) *qui peccant, antequam Deum nouerint, antequam miſerationes eius experti ſint, antequã portauerint iugum ſuaue & onus leue, priuſquã deuotionis gratiã & conſolationis acceperint Spiritus S. eorũ inquã copioſa redemptio eſt, & tales omnes nos fuimus. At eo-*

Luc. 14. *rum qui poſt conuerſionẽ ſuã peccatis & vitijs occupãtur, ingrati accepta gratia, & poſt miſſam manũ ad aratrũ retro reſpiciunt, tepidi & carnales facti, aut poſt agnitã viã veritatis retro eunt, eorũ vtiq; perpaucos inuenias, qui poſt hæc redeant in gradũ priſtrinũ, ſed magis in ſordibus poſiti ſordeſcãt adhuc. nec tamẽ ſi quis eiuſmodi eſt deſperamus de eo, tãtũ vt ſurgere velit citò. quãto enim diutiùs permanebit, tãto euadet difficiliùs.* Et hęc ſit prima cauſa difficultatis huius.

1\. Altera cauſa eſt, quia noſipſi nobiſcum portamus la-

2\. queum, quo illaqueamur à Satana, vel potiùs quo veluti

2\. Pet. 2. altero quodam inferni rudente (vt S. Petrus loquitur) ab eodẽ præcipites ducimur in noua flagitia. hæc autem caro eſt, & concupiſcentiæ fomes nobis innatus. quam

Ser. 3. ſuper Qui habitat. rationẽ exaggerat grauiſſimè idem S. Bernardus: *Quid vltrà pauendum eſt? vnum vtique idque grauiſſimum peccatum Iudæ, peccatum apoſtaſiæ. Legimus de filijs Iſrael, quia corde redierũt in Ægytum, nam corpore reuerti clauſum poſt eorum talos mare rubrum prohibebat. hoc eſt, quod ſingulis quibuſque vehementer timendum, ne quando fortè eatenus Deum offendant, vt manifeſtè abijciantur & euomantur ab eo, neque enim ſumus Apoſtolo ſanctiores, qui tamen verebatur ne fortè cum alijs prædicaſſet, ipſe reprobus efficeretur. ſed id tandiu timendum eſt, donec laqueus contritus eſt, donec corpus iſtud animam depoſuerit: nam & ipſum corpus la-*

queus quidam eſt. vnde & oculus legitur animam deprædari: minimè ergo decet eſſe ſecurum hominem, qui ſecum portat laqueum ſuum. Thren. 3.

Tertia ratio timoris eſt ipſa vis & natura peccati repetiti, quod ſine dubio eſt longè deterius, maiúſque damnum affert animo, quàm febris recidiua corpori. paria ſunt, quia qui in eandem febrim ſæpius recidit, experitur eam grauiorem ſemper, magiſque frangi vires corporis, quo frequentiùs ea vrgetur ob efferueſcentem in dies magis vim æſtus illius interni, qui cauſa febris eſt. quare ſic febricitans vt plurimum deſperatur à medicis. quod idem planè accidit animæ, cùm ab æſtu concupiſcentiæ ad priſtina peccata frequenter reuocatur. at hîc præterea aliquid grauius. nam nec febris, nec peſtis vlla eſt quæ ita corpori interitum adferat, vt à Deo reſuſcitandum non ſit ante extremum & generale iudiciũ: at peccata recidiua eam tyrannidem in animam exercent, vt eam plerumque penitus perdant; at tunc extra ſpem ponant ſalutis æternæ vllo ampliùs tempore recuperandæ. ſiquidem dicitur, ſuper quatuor non conuertam. 3. Amos 1.

Tertium remedium eſt horror ab huiuſmodi peccatis, qui haud ſcio an poſſit in homine excitari maior, quàm quem commouent ſacræ literæ, cùm hac de re loquuntur: *Si enim*, inquit S. Petrus, *refugentes coinquinationes mundi in cognitione Domini noſtri & Saluatoris Ieſu Chriſti his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus. melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato. contingit enim illud veri prouerbij, canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti: ſi canis*, inquit S Auguſtinus, *hoc faciens horret occulis, tu quid eris oculis Dei?* Et alibi eadem ſcriptura, *Qui nutriebantur in croceis amplexati ſunt ſtercora.* Et, *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo.* Et, *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Sed legatur caſus huius deplorationis apud S. Bernardum: *Turpis mutatio ſtudiorum, vt cui antè fuerat ſtudij peregrinantem & exulem animam ſuam ſacris meditationibus* *Tertium remedimũ.* *2. Pet. 2.* *In Pſ. 83.* *Thren. 4.* *Ioelis 1.* *Pſal. 37.* *Ser. 35. in Cant.*

anquam cœleſtibus paſcere bonis, Dei beneplacitum & myſteria voluntatis eius inquirere, penetrare deuotione cœlos, & mente ſupernas circuire manſiones, ſalutare patres atque Apoſtolos, & choros Prophetarum, Martyrúmque admirari triumphos, ac ſtupere ordines Angelorum; nunc omnibus his omiſſis turpi ſe mancipet corporis ſeruituti, ad obediendum carni, ad ſatisfaciendum ventri & gulæ, ad mendicandum in 1. Cor. 7. *vniuerſa terra, vnde ex ea, quæ præterit mundi figura, ſuam ſemper famelicam curioſitatem aliquatenus conſoletur, exitus aquarum deducant oculi mei, ſuper huiuſmodi animam, quæ cum nutrietur in croceis, demum amplexatur ſtercora.* Et Pſal. 48. paulò pòſt: *Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.* Geneſ. 3. *puto dicerent iumenta, ſi loqui fas eſſet: Ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis.* Quomodo autem coram Deo ſtare debeat diabolus aduerſus huiuſmodi recidẽtes in iu- Tom. 6. dicij die explicat S. Auguſt. cõcione ad Catechumenos.

Sed vt hæc remedia vtilitatem afferant Incipienti, iíſque iuuetur ne denuo prolabatur in familiaria peccata; inſtituendus eſt, primùm ne negligens ſit in cura cogitationum, quæ ſtimulant ad veterem vitam replicandam: immò quo illæ magis ſe inculcant menti, eo celeriùs & fortiùs rejiciantur. quod præceptum omnium antiquorum patrum eſt, ſed præſertim ſancti Cypriani: *Diaboli,* Serm. de ieiunio. inquit, *titillationibus obuiandum eſt, nec coluber foueri debet, donec in ſerpentem formetur.* S. Hieronymi quoque Epiſt. ad Euſtach. & aliorum: *Nolo* (inquit ſanctus Hieronymus) *ſinas cogitationem creſcere, nihil in te Babylonium, nihil confuſionis adoleſcat, dum paruus eſt hoſtis interfice, & nequitia elidatur in ſemine.* Qua de re etiam alibi nobis agendum erit.

2. Deinde aperienda eſt ſpirituali magiſtro mentis turbatio cùm primùm excitatur: quod antè docuimus in primis duobus capitibus hujus libri, & conſtans eſt ſanctorum patrum voluntas.

3. Frequentanda etiam ſunt ſacramenta Confeſſionis & Euchariſtiæ, vt ex vtroque tanquam ex pretioſiſſimo vaſe hauriantur medicamenta animæ neceſſitati accommodata, præſertim verò robur Pſa. 103. ad reſiſtendum diabolo & conatibus eius. Siquidem cœleſtis panis confirmat cor hominis, & vinum illud, vt

Zacharias ait,germinat virgines.Poſtremò inſiſtendum orationi eſt,& crebrò illa vſurpanda,quæ ſancto Auguſtino familiaris eſt, *Da quod iubes, & iube quod vis,continentiam iubes,perſeuerantiam iubes, da quod iubes; & iube quod vis.* Docet autem idem ſanctus Auguſtinus aduerſus recidiui peccati periculum memoriam crucifixi valere,eámque ex animo repetendam.legantur quæ apud illum ſcripta ſunt libro quinquaginta humiliarum, homilia vigeſima:ad eandem rem pertinent alia quædam, quæ poſteà & in hoc & in ſequenti libro tractanda ſunt. *Zacha.* 9. *Libr.* 10. *confeſſ. cap.* 19. 31. *&c.*

Ex ardua & difficili vita ſpirituali tentatio quarta & quinta.

CAPVT XX.

SANCTVS Bernardus hanc tentationem primam dicit eſſe poſt conuerſionem. intelligamus nos primam & præcipuam,eſt enim ex ſe grauiſſima, & ſanè parum refert immorari in definiendo, quo ordine hæ tentationes inſurgunt. cùm ſanctus Auguſtinus hanc ipſam dicat eſſe ſecundam. Sic autem ſcribit ſanctus Bernardus: *Scimus quia aduerſus eos qui conuertuntur,primum eſſe certamen de moleſtijs corporis conſueuit,caro enim hactenus indomita caſtigari,& in ſeruitutem redigi, nequaquam æquanimiter patitur, ſed adhuc memor recens perditæ libertatis acriùs concupiſcit aduerſus ſpiritum maximéque in his pœnis, in quibus eſtis vos quotidie morientes: immò verò morte affecti tota die,quæ & ſuprà vires ſunt,& vltra naturam,& contra conſuetudinem veſtram.Quid igitur mirum?turbant iſta maximè eos, qui necdum conſueuerunt, necdum ſatis in promptu habent recurrere ad orationes,reſurgere ad meditationes ſanctas, vt ſic releuetur diei pondus & æſtus.* Hanc tentationem ait nominari in Pſalmo timorem nocturnum,& non noctem quia non tam afflictio,quæ nocte ſignificatur,quàm timor afflictionis *Serm.* 6. *in Pſal. Qui habitat. In Pſal.* 106.

Digitized by Google

tentatio eſt. *Nam & omnes laboramus*, inquit, *cùm tamen non omnes inde tentemur; & qui tentantur, multo magis timore futuræ pœnæ, quàm præſentis dolore læduntur.* Item S. Bernardus in progreſſu eiuſdem ſermonis adfert adiumenta ad hunc timorem excutiendum.

1 Primum adiumentum continetur illis verbis: *Caminus*, inquit, *eſt timor iſte: ſed vt examinet, non exurat, veritas facit.* Et ideo in Pſalmo: *Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno.* Legimus in Iob:

Iob. 41. *territi purgabuntur.* quia terror tentationis huius animum purgat, ſubitque locum pœnæ peccatis debitæ, ex quo fit, vt pœnitéti timor & turbatio huiuſcemodi ſalutaris pœnitentia ſit, ideoque à Deo pœnitéti iniici permittitur, vt eo tanquam auri ſanies igne, planè exurantur peccatorum reliquiæ, quæ tam multæ poſt culpæ remiſſionem in pœnitentis animo corporéque ſuperſunt, vt hinc etiam intelligamus, quàm verum ſit

Rom. 8. quod ait Apoſtolus: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* quando etiam ex his tentationis ſpinis vua & ex his tribulis ficus debitæ ſatisfactionis exiſtit.

2 Secundum adiumentum eſt conſentaneum primo. petitur autem ex conſideratione peccatorum, quæ commiſimus: propter quæ æternis etiam pœnis addicti eramus. ex illis igitur tanto Dei beneficio ereptos, quid erit in hac vita tam moleſtum & difficile, quod à rectè viuendo & à pœnitentiæ operibus deterreat? *Nocturnus* (inquit S. Bernardus) *& tenebroſus timor; ſed facilè hunc radius veritatis exuperat: ingerit enim oculis cordis nunc*

Pſal. 37. *quidem peccata, quæ egimus, vt quemadmodum de ſe Propheta ait, & nos in flagella parati ſumus annunciantes iniquitatem noſtram, & cogitantes pro peccato noſtro; nunc verò æterna ſupplicia, quæ meruimus, vt in comparatione eorum, quæ euaſimus, vniuerſa, quæ patimur delicias reputemus.*

3. Tertium adiumentum eſt ex contemplatione cœleſtis beatitudinis, & præmij illius inexplicabilis, quod victoribus & perſeuerantibus tanquam corona certaminis à Deo donabitur. *Nunc*, inquit, *quoque ingerit cœleſtia*

Rom. 8. *præmia, ad quæ tendimus: crebrò videlicet memorantes,*

quoniam non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Sed ex meditatione paſſionis & mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti exiſtit quartum & quidem magnum adiumentum ad timorem hunc omnino abjiciendum. *Nunc etiam*, inquit *ea quæ pro nobis pertulit Chriſtus: vt crebrò conſiderantes quanta ſuſtinuit illa meieſtas pro inutilibus ſeruis, erubeſcamus non ſuſtinere vel parua pro nobis.*

Alia etiam multa auxilia ſuppetunt ad expugnandum prædictum timorem. cùm nimirum conſideramus neceſſe eſſe virtuti operam dare, virtutem autem in difficili re arduaque verſari: virtutes innumeras ac ſingulares non aliter comparari, quàm ferendo dura quæque & aſpera, dolorem etiam & infamiam, ſi opus ſit: decipi falſæ opinionis errore, qui exiſtimant, vitam ſanctè traductam plenam eſſe anguſtijs, laboribus, tormentis ita vt omnino expers ſit ſuauitatis & voluptatis, cùm virtus non ſit ſine voluptate, & iugum Chriſti ſuaue ſit onuſque leue, non poſſe ſufficere vires corpori delicato ad ieiunia, cilicia, vigilias; denique non perſeueraturum vſque in finem hominem hiſce caſtris aut armis minimè aſſuefactum; cum nihil ſit difficile volenti, & ipſi cùm volumus, rebus alioquin moleſtis & alienis patientia & conſuetudine aſſueſcamus, idque vt appetitus noſtros expleamus. ſed rem hanc copioſè alij. Pœnitenti hoc morbo laboranti ſubueniendum eſt exercitiis ſpiritualibus de gloria cœleſti, de pœnis inferni, de fructu etiam virtutis. *Mat.* 11. *Platus lib.* 3. *cap.* 16.

Ego hìc adiungam quintam tentationem, quæ incipienti in hoc ſtadium iam inuecto occurrere præterea ſolet, non ſine magni damni periculo. ſi non rejiciatur viriliter. ea autem eſt cogitatiò illa, ſe ſuo cùm adhuc viueret ex arbitrio & appetitui fræna relaxaret, nunquam tot & tam multas, ſed ne vnam quidem exiguam ex his curis & moleſtiis expertum eſſe, quibus in hoc ſtatu hoc eſt in ipſo virtutis aditu & gratiæ Dei limine acerbè curitur. Cui reſponderi poteſt, maximam eſſe tentationis fructum, quo non vult Deus eum carere. nam

Eccle. 34. *qui non eſt tentatus, quid ſcit?* inquit Sapiens: hanc viam tenuiſſe ſanctos omnes, tam antiquos quàm recentiores. Chriſtum ipſum Dei filium dilectiſſimum huius militiæ ducem eſſe & anteſignanum: omnes adhortari ad crucem perferendam, eiúſque ſequenda veſtigia, denique (inquit Apoſtolus (*eum tentatum fuiſſe per omnia.* rem hanc vtriuſque teſtamenti libris ſignatam, expreſſam, teſtatamque eſſe. vt conqueri poſſit nullus, ſe, cùm vocatus eſt ad nouam vitam, ad delicias aut voluptates vocatum, & non potiùs ad laborem, ad tentationem, ad crucem, immo etiam ad mortem pro Chriſto ſubeundam, ſi opus fuerit. iure & candidè igitur ſecum agi, ſi quod priùs denunciatum eſt euenire, & quod prædictum eſt fore, iam fieri cernit & ſentit.

Matt. 16. Hebr. 4.

Prima cauſa. Sunt tamen rei huius certæ quædam & peculiares cauſſæ, quarum prima eſt tentatio; exploratio quædam eſt, qua inueſtigat Satanas, quo modo pœnitens ſe habeat in amicitia, qùam tum primum cum Deo iuiuit, ſtabilis ne illa ſit, an vacillet. at quis non intelligit, hac exploratione nihil illi opus eſſe cum peccatoribus, quos planè videt Deo inimicitias indixiſſe, & ad ſuum ipſius arbitrium viuere?

Secunda cauſa. Altera cauſa eſt; inuadit Satanas in hominem, quem tentat, & ſumma vi aggreditur, vt eum loco dimoueat, & abducat à certa viuendi ratione. *Peccatorem*, vt ait S. Auguſtinus, *non eſt quòd hanc ob cauſam aderiatur. nam poſſidet vtitúrque eo, vt libet.* attentat tunc potiùs hominem Deus, ſtimulátque conſcientiam peccatoris, vt ſeſe colligat & reſipiſcat. quem ſi audit, illuſtrat continuò gratiæ ſuæ ſplendore, conuertit & reuocat ad virtutem, & ſic attentatum non deſerit, niſi priùs ipſe deſeratur. quod poſtremum vt fiat, ad extremam hominis perniciem ſumma vi eodem tempore nititur diabolus, menti tenebras obducens, conſcientiæ ſtimulos obtundens, eámque animo tranquillitatem adferens, qua voluptariæ vitæ dediti exiſtimant, maiorem eſſe nullam. quare diabolus tentationes arcet, non admouet, cùm peccas. contra verò ſi vitam ſanctam inſtituis quid libet mouet, vt te dimoueat. *Primordia ſemper boni pulſat,*

Serm. de tempore. 85. & 95.

Serm. 11.

inquit

inquit S. Chriſologus, *tentat rudimenta virtutum: ſancta in ipſo ortu feſtinat extinguere, ſciens quòd ea ſubuertere fundata non poſſit.*

Tertia cauſa eſt illa, quam adfert S. Gregorius eamque copiosè proſequitur in Moralibus ſumma eſt: ſemina tentationis in nobis ſunt, ſed occulta quandiu viuimus, aut vitiis dediti, aut negotiorum ſecularium cura diſtracti, ea caput exerunt, ac ſe produnt, cùm primùm ſecundùm Deum viuere incipimus. ſed præſtat ad illa, quæ ſcribit attendere. *Plerúmque conuerſus quiſque* (inquit) *talibus tentationum ſtimulis agitatur, qualibus ante conuerſionis gratiam nunquam pulſatum ſe eſſe reminiſcitur. non quia tunc hæc eadem radix tentationis deerat, ſed quia non apparebat. humanus quippe animus multis cogitationibus occupatus ſæpe ſibimetipſi aliquo modo manet incognitus, vt omnino quod tolerat, neſciat; quia dum per multa ſpargitur, ab interna ſui cognitione remouetur. ſi autem Deo vacare appetat, & ramos multimodæ cogitationis abſcindat, tunc libere conſpicit, quod de interna carnis radice procedit. Carduus namque ſi naſcatur in via, itinerantium pedibus conteritur, atque ipſo vſu tranſeuntium eius ſuperficies, ne appareat, confringitur. ſed quamuis deſuper fruticantes ſpinæ non appareant, ſubtus tamen radix occulta perdurat, ſi autem eum tranſeuntium pedes terere & calcare ceſſauerint, mox in ſuperficiem ſurgendo progreditur, & per ſpinam prodit in publicum, quidquid in radice viuebat occultum. Ita & in corde ſecularium ſæpe occulta quædam tentationum radix non facilè apparet exurgere, quia velut in via actionum ſita tranſeuntium teritur pede cogitationum, & per innumeras curas quaſi multis itinerantibus premitur, ne videatur. Si autem per conuerſionis gratiam à via cordis curarum turba remoueatur, vt nulla actionum inſolentia conterat, nullus cogitationum tumultus premat, tunc quod occultum latebat agnoſcitur. tunc de radice vitiorum pungit liberè ſpina tentationum.* Hæc S. Gregor. Certum igitur eſt, in nobis eſſe mali noſtri principium, & domi noſtræ ſcatere fontes tentationum, & periculorum nobis imminentium. Contra nos ipſos igitur arma ſumenda ſunt, & graue bellum gerendum ſemper qui-

Tertia cauſa.
Lib. 24. moral. cap. 7.

dem, ſed principio magis, cùm feruescit magis concupiſcentia noſtra,& furit audacia Satanas.

Vniuerſales cauſæ & remedia tentationum Incipientium.

CAPVT XXI.

TENTATIONVM antedictarum & reliquarum omnium quatuor ſunt velut capita & cauſæ, quas hic vberiùs explicare neceſſe eſt, vt faciliùs, iis inſpectis, quæ ſint ad ſingulas conuellendas & propulſandas
Prima apta remedia,intelligamus.
cauſa. Prima cauſa permittens tentationem Deus eſt. S.Gre-
1.Re.18. gorius in illa verba: *Spiritus Domini malus irruebat in Saul,* ait,diabolum dici ſpiritũ Domini propter poteſtatem à Deo permittente acceptam,malum autem ex nocendi voluntate tentationem autem nunquam Deus permittit, niſi ad maiorem ſui gloriam, & noſtram, qui
I tentamurvtilitatem interdum quidem ,vt tentationibus
Libr. 23. quaſi quibuſdam ſtimulis excitemur ad appetendam
mor.c.15. quietem cœleſtis patriæ, & ab amore præſentis vitæ diſtrahamur. tractat id S.Gregorius: *Plerumque,* inquit
Pſal 40. *in eo, quod ad requiem conſtruitur, maior dolor tentationis inuenitur. vnde rectè per Prophetam dicitur, vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. omne quod hic ſibi parauit ad requiem, hoc ei mutaſti occulto iudicio ad perturbationem. quod pio quidem Dei conſilio agitur, vt huius peregrinationis tempore electorum vita turbetur. via quippe eſt vita præſens, qua ad paradiſum tendimus, & idcirco occulto iudicio frequenti perturbatione conterimur, ne viam pro pa-*
2 *tria diligamus.* Nonnunquam verò, vt vnde vires nobis ad pugnandum ſubminiſtrentur, intelligamus, à Deo ſcilicet, & non à nobis, *Tentatus,* inquit idem S. Gregorius, *non ſolùm vires, à quo ſuſcipiat, diſcit, ſed quanta eas*
2. Mor. *vigilantia ſeruet, intelligi, ſæpe enim quem tentationis cer-*
cap.26. *tamen ſuperare non valuit, ſua deterius ſecuritas ſtrauit,*

nam m

nam dum lapſus quiſque ſe in otio remittit, diſſolutam mentem corruptori proſtituit. at ſi eum ex diſpenſatione supernæ pietatis tentatio non repente vehementer irruens, ſed tẽperato acceſſu erudeiẽs pulſet; nimirum ad inſidias prouidendas euigilat, vt contra hoſtem ſe in certamine cautiùs accingat. Aliquando verò tentatione nos affligi permittit Deus in vindictam priſtinæ conuerſationis. *Quem enim diligit Deus, caſtigat: corripit autem omnem filium, quem recipit,* documento autem nobis eſt hac in re Dauid, qui à Deo percuti maluit, quã ab hominibus. melius inquiens eſſe, incidere in manus Dei, quam in manus hominum. hæc porrò tentatio ad probandum eſt, non ad ſeducendum, vt auctor eſt S. Auguſtinus. 3. Hebr. 12. 1. Para. 21.

In promptu autem ſunt præſidia aduerſus tẽtationes huiuſmodi. Primum autem eſt oratio ad Deum, quo ſupplices cum Dauid dicamus: *Ceſſet iam manus tua, & Domine ne in furore tuo arguas me.* Libr. 2. de cõſenſu Euãg. in c. 30. 1. Par. 21. Pſal. 6.

Secundum, ſpes de diuina miſericordia ſiquidem qui nos punit pater eſt, qui nunc ſe pro patre, ne poſtea pro iudice ſeueriſſimo gerat, porrò quantã ſpem facit nobis dictum illud Apoſtoli: *Fidelis Deus, qui non patietur nos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere.* 2. 1. Cor. 10

Tertiũ eſt alacriter de manu Domini pœnitentiam, quam imponit, ſuſcipere, ſiquidem pro cõmiſſis ſceleribus luenda pœna eſt & quidem æterna, ni reſipiſcamus. quæ igitur ſuauior pœna nobis vnquam accidet, quàm ea quam Deus de nobis per ſemetipſum ſumit dum viuimus? *Durus eſt hic ſermo,* inquit S. Bernardus, *ergo ne durum eſt momentaneum hoc & leue tribulationis, quod ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis? durum eſt breuiſſimo ac leuiſſimo labore cruciatus illos & tormenta redimere, quæ nullus terminus finiat, nullus animus valeat cogitare.* 3. Serm. 3. in Pſal. Qui habitat. 2. Cor. 4.

Quartum eſt inuicta patientia in huiuſmodi tentationibus tolerandis. qua de re idem: *Glorificate dilectiſſimi, & portate Chriſtum in corpore veſtro: onus delectabile, ſuaue pondus, ſarcinam ſalutarem, etiam ſi premere aliquando videtur, etiamſi interdum latera tundit, & flagellat* 4. Serm. 7. in Pſal. Qui habitat.

recalci

recalcitrantem, etiamſi quando in chamo & fræno maxillas conſtringit, & coërcet omnino feliciter, eſto vt iumentum. Pſal. 72. *vt iumentum factus ſum apud te, in ego ſemper tecum. ſcio aliquam ſimilitudinem iumentorum homini commendari, non eam, quæ non intelligendo & inſipientia, ſed patientiæ imitatione conſiſtit.*

Secunda cauſa. Matth. 4.

Secunda tentationum cauſa diabolus eſt. qui propterea aduerſarius & tentator antonomaſticè nominatur. cuius propoſitũ peſſimum eſt. neque enim ſpectat aliud, quàm ruinam & interitum hominis, animæ præſertim, cuius ſalute reſtaurari ruinas, quas ille edidit in cœlis, iniquiſſimè fert. quidlibet propterea molitur & agit, vt ſaluti hominum aduerſetur, & eam quibuſcunque poteſt viribus & artibus impediat, qui quanquã (vt Luc. 14. Scriptura loquitur) cum viginti millibus venit ad nos, hoc eſt infinitis machinis, & magno robore, poſſumus nos tamẽ cũ decẽ millibus, hoc eſt multo minore virtutum numero, immo cum vna Dei gratia occurrere illi, certamq́ue nobis victoriã polliceri. At quibus id armis conſequi debeamus, diſcamus ex his quæ propria Dæmonis ſunt, quibus ipſe quaſi præſidiis nititur ad tentandum.

I. Serm. 3. in Pſal. Qui habitat.

Primùm quidem aſtutiſſimus eſt Dæmon. *Sed quid ſunt* (inquit S. Bernardus) *venatores iſti? venatores vtique peſſimi, & nequiſſimi, callidiſſimi, & crudeliſſimi. Venatores qui cornu non ſonant, vt audiantur, ſed ſagittant in occultis immaculatum. ipſi rectores ſunt tenebrarum, aſtutiſſimi verſutia & malitia diabolicæ fraudis, ita vt ſicut eſt ante venatorem beſtia, ſic ad eorum comparationem ſit quilibet aſtutiſſimus hominum. præter eos duntaxat, qui cum Apoſtolo non ignorant cogitationes eorum. quibus in* Dei *ſapientia datum eſt fraudes deprehendere malignorum.* 2. Cor. 2.

Primũ, ſequi maiorũ conſilia.

Aduerſus huiuſmodi dolos Dæmonis, qui ſunt planè innumeri, vnico telo nos armat idem Sanctus, cum ait, loquens cum Incipientibus, de quibus & nos agimus. *Obſecro vos nouellæ plantationes Dei, vos qui nondum exercitatos habetis ſenſus ad diſcretionem boni & mali, nolite ſequi cordis veſtri iudicium, nolite abundare in ſenſu veſtro, ne vos tanquam rudes adhuc verſutus ille venator decipiat.*

obſe

obſecro vos humiliamini ſub potenti manu Dei paſtoris veſtri, & acquieſcite eorum conſiliis, qui melius norunt venatoris illius verſutias. De his fraudibus ſuo loco dicemus, nunc inſtituimus Incipientem, qui tutus ab inſidiis diaboli erit, ſi ſteterit conſilio.

Deinde eſt diabolus valde robuſtus, ac potens viribus: *Non eſt*, inquit Iob, *poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei*, & quantum in ipſo eſt, vires ſuas exerit omnes, & propterea à S. Petro deſcribitur, *tanquam leo rugiens, qui circumeat quærens quem deuoret.* Præſertim verò aduerſus eos, quos ſibi eripi, & in Dei gratiam & clientelam traduci videt. Verùm poſtquam Chriſti morte & ſanguine victus proſtratuſque eſt, nobis quidem etiam nunc pugna cum illo eſt, tanquam cum valentiore, ſed quem ligauerit Chriſtus, ita vt iam non vincat niſi volentes. quod tractat S. Auguſtinus: *Ante aduentum Chriſti*, inquiens, *ſolutus erat diabolus. venit Chriſtus, & alligauit diabolum. ſed dicet aliquis: quare adhuc tantum præualet? Verum eſt fratres, quia multum præualet, ſed tepidis & negligentibus, & Deum in veritate non diligentibus dominatur. alligatus eſt enim tanquam innexus canis catenis, & neminem poteſt mordere, niſi eum, qui ſe illi mortifera ſecuritate coniunxerit. quàm ſtultus eſt, quem canis in catena poſitus mordet. tu te illi per voluntates & cupiditates noli coniungere, & ille ad te non præſumit accedere. latrare poteſt, ſolicitare poteſt, mordere omnino non poteſt niſi volentem. non enim cogẽdo, ſed ſuadendo nocet: nec extorquet à nobis conſenſum, ſed petit.* Ergo optimum remedium aduerſus hanc tentationem, eſt bona vita cum vigilantia coniuncta.

Secundũ bona vita cum vigilantia.
Iob 41.
1. Pet. 5.
Serm. 197. de tempore.

Sed pręſtantiſſimum etiam remedium contra diaboli quamcunque poteſtatem eſt vera fides in Chriſtum: *In omnibus*, inquit Apoſtolus, *ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere.* Et S. Petrus, *cui reſiſtite fortes in fide*, ſcilicet in Chriſtum. mirum enim eſt quàm facilè diaboli vis concidat, ad eius fidei commemorationem, qua tyrannidem ſuam extinctam reminiſcitur.

Tertium remediũ fiducia in Chriſtum.
Epheſ. 6.
1. Pet. 5.

Eſt denique diabolus vt immaniſſimus ex vna parte,

ſic ex

Quartũ remediũ magnitudo animi.

ſic ex altera parte timidiſſimus, maximè poſt triũphum, quem de eo tulit Chriſtus Ieſus crucifixus. vt igitur ſi auditur, cùm tentat, aſſentientem in animam ſæuiſſimus irrumpit, eamque miſerè labefactat & exterminat; ſic ſi fortiter repellitur. nihil eſt eo vilius nihil fractius. quare in acie aduerſus diabolum magno & alacri animo ſtandum eſt. *Reſiſtite*, inquit S Iacobus. *diabolo & fugiet a vobis.* Quod à S. Gregorio explicatur illis verbis: *Secundum ſeptuaginta Myrmicaleon dicitur, leo & formica. formicis enim leo eſt, volatilibus formica: quia nimirũ antiquus hoſtis ſicut contra conſentientes fortis eſt, ita contra reſiſtentes debilis. ſi enim eius ſuggeſtionibus aſſenſus præbetur, quaſi leo tolerari nequaquam poteſt. ſi autem reſiſtitur, quaſi formica atteritur. aliis ergo leo eſt, aliis formica, quia crudelitatẽ illius carnales mentes vix tolerant, ſpirituales verò infirmitatem illius pede virtutis calcant.*

Iacob. 4. Lib. 5. mor. cap. 17.

Tertia cauſa. Iacob. 1.

Tertia tentationum cauſa nos ipſi ſumus, in primis concupiſcentia. *Vnuſquiſque enim tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.* Aduerſus hunc domeſticum hoſtem ſuſcipiendem bellum initio, & continenter gerendum per cõtinuam abnegationem paſſionũ noſtrarum omniumque prauarum propenſionũ, quæ in nobis ſunt. Caſſianus: *Non enim eſt nobis aduerſarius extrinſecus formidandus, in nobiſmetipſis hoſtis incluſus eſt, inteſtinum nobis quotidie geritur bellum: deuicto eo, omnia quæ forinſecus ſunt reddentur infirma, ac militi Chriſti vniuerſa peccata erunt & ſubdita. non habebimus aduerſarium nobis extrinſecus metuendum, ſi ea quæ intra nos ſunt, ſpiritui deuicta reddantur.* Ad hoc autem eſt neceſſarium conſtans propoſitum otiique deteſtatio & fuga. ſiquidem, vt ait S. Chryſoſtomus, *non lapſus & ruinæ cauſa tentatio eſt, ſed inſtabilitas animi & ignauia, qua plerumque ſine tẽtatione homo ſponte deiicitur.* Inſtituendus eſt autem Incipiens, quomodo primis noxiarum cogitationum & delectationum ſtimulis, ſtatim ac excitantur, magno ſtudio repugnandum ſit. Siquidem ex huius rei ignoratione & neglectu vel in antiqua peccata reciditur, vel maximè retardatur vitæ ſpiritualis progreſſus & quia alibi hac de re diſſerendum eſt, id in præſentia indicaſſe ſufficiat,

Primum remediũ abnegatio, mortificatio. Lib. 5. cap. 21. Secundũ remediũ conſtans propoſitũ & otij fuga. Hom. quòd nemo læditur niſi à ſe ipſo. Tertium cogitatio

quod

quod nullo modo Incipientem latere debet,& plurimun *nũ & mo-*
etiam valet ad fugandum aduerſarium.S.Bernard *Credo* *tuum ſu-*
etiam,inquit,*ſi cogitationes iſtas quam citò in nobis aduer-* *bita re-*
timus,non patimur remorari, ſed in ſpiritu vehementi ani- *pulſa.*
mus aduerſus illas excitatur; quoniam inimicus confuſus *Serm. de*
abſcedet à nobis,nec tam libenter illico reuertetur. *modo orã di 3.*

Quarta cauſa tentationum eſt. quicquid extra nos *Quarta*
eſt,quod in ſeipſo quoquomodo cõtineat aliquid, quod *cauſa.*
hominis appetitum flectere, allicere, & à recta ratione
poſſit abducere.quæ tentationis cauſa latiſſimè patet,&
nulla creatura ferè eſt de quã dici non poſſit illud,quod
à Salomone dicitur de iis,ex quibus conflabantur idola:
Creatura Dei in odium facta ſunt, & in muſcipulam pedi- *Sap.14.*
bus inſipientium. Quod alij legunt:*Et in tẽtationẽ anima-*
bus.Hoc modo Euam tentauit pomũ illud pulchrũ viſu, *Gen.3.*
Ioſeph hera,Berſabee Dauidem, Iudã loculi, quos por- *Infrà 39.*
tabat,non quòd creaturæ Dei bonæ non ſint,quando ex *2.Re. 11.*
illis ijſdem viri ſancti occaſiones capiũt diuinæ laudis? *Ioan. 13.*
ſed quòd hominis natura deprauata ex iis velut aranea
ex floribus ſuccum trahit, quẽ in venenum vertat & ne
longum faciam, ad hoc genus tentationum reducuntur
occaſiones omnes labendi in peccatum, quas offerunt
creaturæ, homines præſertim,de quibus non ſine cauſa
Dominus:*Cauete*,ait,*ab hominibus*. Et re vera pœnitenti *Matt.10.*
hæc maxima cauſa eſt non perſeuerandi aliquando in
propoſito & operibus pœnitentiæ, quod nimirum ad
priſtinas occaſiones oculos animúmque conuertat.

Eſt igitur huius tentationis victoria poſita in occa- *Conſt.*
ſionibus peccati omnino tollendis, quod fusè perſequi- *monaſt.*
tur S:Baſilius his verbis:*Non elaborandum*,inquit, *in mo-* *cap.4.*
derandis animi motionibus & corporis affectionibus tãtùm, Remediũ
ſed quoad fieri poſſit:ab earum etiam rerum congreſſu longiſ- *fuga oc-*
ſimè fugiendum eſt cum primis, quæcunque in conſpectum *caſionũ.*
nobis adducta,refricata libidinum memoria, conſilium ra-
tioniſque vim nobis perturbant atque confundunt, bellaque
& ſolicitos in animo angores cient.etenim bellum, quod præ-
ter voluntatem incidat nobis excipere, fortaſſe neceſſarium
ſit:ipſum verò aliquẽ ſibi volũtariũ creare, id verò ſummæ
ſtultitiæ eſt. Siquidẽ ignoſci ei forſitan poſſit, qui in priore illo

victus

Digitized by Google

De reſur. Domini. Serm. 1.

victus ſit (nolim autem hoc omnino Chriſti athletis euenire) at quum poſteriore hoc ſuperatus diſcedat, is præterquam quòd rem admodum ridiculam facit, non meretur etiam, cur ſibi ignoſcatur, quocirca fugiendæ in primis cum mulieribus congreſſiones ſunt collocutionéſque, neque ad eas vnquam accedendum. Et cætera quę ille in hanc ſententiam copioſè diſſerit. S. Bernard. etiam: *Sit*, inquit, *vera compunctionis indicium opportunitatis fuga, ſubtractio occaſionis.*

Vltimum remediũ eſt perſeuerantia impugnãdo. Serm. in Pſalm. Qui habitat. 5.

Ad extremum afferendum eſt remedium omnium, ni fallor, maximè neceſſarium & vtile, patiétiſſima inquam tentationis tolerantia, quandiu adeſt, & contra eam pugnæ perſeuerantia: *Hoc enim*, inquit S Bernardus, *præmonitos vos eſſe volo, neminem ſuper terram abſque tentatione victurum, vt cui fortè tollitur aliqua, alteram ſecurus expectet, qua in re conſideranda eſt nobis tam benigna erga nos diuinæ pietatis diſpenſatio, vt quibuſdam nos tentationibus patiatur diutius occupari, ne fortè periculoſiores occurrant: ab aliquibus verò citiùs liberet, vt poſſimus in alijs, quas nobis vtiliores fore prævidet, exerceri.* De tentationibus proficientium agendum eſt ſequenti libro.

Vſus exempla.

CAPVT XXII.

QVONIAM verò vſus optimus eſt magiſter, vſus autem rei, qua de agimus, conſiſtit partim in meditatione rerum hactenus explicatarum, & in ſui ipſius diligenti diſcuſſione; partim in bonarum actionum exercitatione; vt de bonis actionibus nihil hîc eſt à nobis dicendum, ſic videntur meditationis & examinis exempla aliqua ſubjicienda, tam hîc, quàm in vnoquoque extremo libro ſequenti: Quorum ſimilitudinem ſequi poſſit ſpiritualis magiſter, ad commodiorem exercitationem eorum, quorum eſt in ſpiritu educator.

I. Exemplum igitur ſit Meditatio de peccato, ex antecedenti

cedenti capite ſexto, in hæc puncta diſtributa.

Primum Punctum. Peccatum à Deo auertit hominem, & ab homine Deum, hunc homini grauiſſimè infenſum, & eidem hominem ſummè inimicum conſtituens. I.

Secundum Punctum. Quam ob rem homo propter peccatum intelligitur dignus qui deſtituatur à Deo, & ſuo modo nihil efficitur, ad extremam ſimul inopiam ſpiritus redactus, gratia nimirũ Dei priuatus & gloria. II.

Tertium Pũctum. Peccatum hominem facit amicum diaboli, imò ſeruum eius & mancipium, ac proinde gehennæ ignis hæredem. III.

Quartum Punctum. Peccatum res eſt fœdiſſima, & vt ſcriptura loquitur, volutabrum luti, fæx, putredo, corruptio. IV.

Quintum Punctum. Peccatum eſt animæ Tyrannus, eam duriſſima ſeruitute premens. V.

Exemplum aliud Meditationis eiuſdem de peccato, ex antecedenti capi te decimoquinto.

Primum Punctum. Peccatum eſt iniuria Deo illata à peccatore, contemptio ſummæ Majeſtatis eius, dum illius præceptum voluntatémque ſpernit, præ amore ſui & creaturarum: rebellio item, & quædam quaſi apoſtaſia à Deo. I.

Secundum Punctum. Peccatum eſt pondus grauiſſimum, hominem trahens ac deprimens ad quæque vilia, abiecta, nefaria. II.

Tertium Punctum. Peccatum eſt præcipitium, quo peccator, ni ſtatim reſipiſcat, in alia grauiora ſcelera continuò præcipitat. III.

Quartum punctum. Peccatum eſt Satanæ regnum, & Tyrannis immaniſſima. IV.

Quintum Punctum. Peccatum noſtris viribus eſt omnino inexpiabile, adeò vt (audet dicere S. Bernardus) neceſſe fuerit pro eo filium Dei hominem factum vulnerari, hoc eſt, ſanguinem profundere, & morte crucis ignominioſiſſima conſummari, nec niſi diuinis eius meritis & gratia, ex eo vlla ratione ſubleuari poſſimus. V.

Ad hanc normam confici poſſunt meditationes de

Beneficio conuerſionis, ex capite quarto & quinto; de Timore ex capite ſeptimo, de Compunctione ex capite octauo, de Oratione pœnitentis ex capite decimoquinto & decimoſexto libri huius.

Vſus autem diſcuſſionis ſui ipſius in hoc libro maximè pendet ex cognitione ſtatus, in quo eſt homo conſtitutus. Si enim adhuc peccator eſt, ſeipſum recognoſcat peccatorem eum videlicet, quem deſcribit ſuperior meditatio: ſi quærit aut exiſtimat ſe iam conuerſum à peccato, examinet ſe ad ſigna perfectæ conuerſionis, quæ in capite vndecimo habentur: Si tentationibus pulſatur, habet omnia, quæ ad eas pertinent in capite decimoſeptimo, & ſequentibus, vſque ad finem libri: Ex his facilè ſeliget magiſter capita examinis ad cuiuſque ſtatum accommodati.

*

Digitized by Google

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS LIBER II.

IN QVO PONITVR DOCTRINA DE ABNEGATIONE, quæ prima pars eſt ſtatus proficientium.

Progreſſus ſpiritualis donum Dei eſt: hominis tamen ſtudium induſtriámque requirit.

CAPVT I.

DIXIMVS initio primi libri hominum proficientium gradum in ſpirituali viuendi ratione adoleſcentiæ aut ætati mediæ comparari. Nūc ad huius ætatis explicationem aggredimur. adſit qui incrementum dat Deus. ſiquidem Deus gratia ſua hominem vt creaturam nouam generat ad vniuerſam ſpiritualem vitam; ſic animatum iam ac formatum deinceps alit, promouet, perficit, vt non ſit volentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei, vt ait Apoſtolus qui ob eandem quoque cauſam ſpiritualem progreſſum augmentum Dei appellat. *1. Cor. 3.* *Rom. 9.*

Intelligendum igitur in primis eſt, progreſſum ſpiri-

Coloſ.2. tualem non minus, quàm conuerſionem à peccato donum Dei eſſe: in qua multus eſt Dauid & Apoſtolus. Sanctus etiam Auguſtinus in concionibus ſuper Pſalmos. Ex quibus adfero duo. Primùm eſt in ea verba: Legem pone mihi Domine viam mandatorum tuorum: *ad hoc*, inquit, *poſſit ſibi legem poni, quæ vtique ſi non ei poſita fuiſſet, non in via mandatorum Dei* (*vt ante dicit*) *in cordis latitudine cucurriſſet. ſed quia proficiens loquitur, & Dei donum nouit eſſe quod proficit; quid aliud petit, cùm ſibi legem poni petit, niſi vt in ea magis magiſq; proficiat? quemadmodum ſi poculum plenum teneas, & ſitienti dare incipias, & haurit bibendo, & poſcit deſiderando.* Secundum S. Auguſtini dictum eſt in alia Pſalmi verba: *Adoleſcentior ſum ego, & contemptus.* Senior, inquit, *agnoſcatur vetus homo, & nouus iunior. ſenior, qui portat imaginem terreni hominis, iunior qui cœleſtis, quia non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale, poſtea ſpirituale. ſit ergo licet quilibet, quãtum ad ætatem pertinet corporis, annoſa vetuſtate decrepitus, iunior erit apud Deum percepta gratia nouitate conuerſus. & in hoc corrigit viam ſuam, in cuſtodiendo verba eius, hoc eſt, verbum fidei, quod prædicamus, & ipſa eſt fides. quæ per dilectionem operatur. ſed iſte iunior populus gratiæ filius, homo nouus, cantator noui cantici, hæres teſtamenti noui, iſte iunior non Cain, ſed Abel, non Iſmael, ſed Iſaac, non Eſau, ſed Iſrael, non Manaſſes, ſed Ephraim, non Heli ſed Samuel, non Saul, ſed Dauid, quid adiungat attendite. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis. Quid eſt enim à Deo repelli, niſi non adiuuari? mandatis quippe eius rectis & arduis humana non contẽperatur infirmitas, niſi præueniẽs eius adiuuet caritas. Indebita Dei miſericordia ſanatur debita miſeria noſtra. Inde eſt, quod & corrigit viam ſuam in cuſtodiendo verba Dei; illo regente, illo fauente, neque enim per ſe ipſe poſſet, cùm Hieremias fateatur, & dicat: Scio Domine, quoniam non eſt hominis via eius, neque viri, vt corrigat viam ſuam. Et iſte ſuperius optauit, vtinam dirigantur viæ meæ, & hic: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi: continuò diuinum quæſiuit auxilium, ne in corde eius Dei eloquia ſine fructu abſconderentur, niſi opera iuſtitiæ ſequerentur.*

Marginal references: Pſal. 118. — 1. Cor. 15. — Hier. 10.

Ex his illud perſpicuum eſt, orationem ad profectum ſpiritus à Deo impetrandum neceſſariam eſſe. ſi enim donum Dei eſt, certè ab eo, in cuius eſt manu, flagitandum eſt, ſimúlque petendum, vt tam difficilis itineris: quod eius inſtinctu ingredimur, ſit ipſe, ſi fas eſt dicere, comes, & dux, quod, vt explicat S. Auguſtinus, fecit Dauid, cùm dixit: *Deduc me, Domine, in tua iuſtitia propter inimicos meos.* & alibi ſæpe. Apoſtolus etiam frequens eſt in huiuſmodi ad Deum precibus, præſertim in gratiam filiorũ, quos Chriſto per Euangeliũ genuerat. *Et hoc oro,* inquit; *vt caritas veſtra magis ac magis abundet*: præcipuè verò cùm ſcribit Epheſiis: *Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis ſecundum diuitias gloriæ ſuæ virtutem, corroborari per ſpiritum eius in interiori homine, Chriſtum habitare per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati.* Nec deſunt, qui quod Saluator docuit nos dicere inter orandum. *Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra*, intelligi velint de optantibus perfectionem, quales ſunt viri ſpirituales, ibi cœli nomine indicari, vt terra imperfecti. In Pſal. quintũ. Philip. 2. Epheſ. 3. Matt. 6. S. Augu. Serm. 48. de diuerſ.

Et quia orationis nõ poſtrema pars eſt gratiarũ actio, eam familiarem proficienti eſſe debere innuũt ſacræ literæ, & Patres docent. Ob id enim Apoſtolus ibidem ait: *Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu, in omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen.* Et S. Auguſtinus: *Semper magnificetur Dominus: peccator es, magnificetur, vt vocet: confiteris, magnificetur, vt ignoſcat: iam iuſtè viuis, magnificetur, vt regat: perſeueras vſque in finem, magnificetur, vt glorificet.* In Pſal. 69.

Gratiarum actioni proficientis coniuncta maxima humilitas eſſe debet, ad declinandum ſuperbiæ periculum, quæ etiam rectè factis inſidias ſtruit. *Quis ſapiens, & cuſtodit hæc?* inquit Dauid. *Non ſuperbus, non inflatus,* ait Auguſtinus, *Quare? quia intelligit miſerationes Domini, & non merita ſua, non vires, non potentiam, ſed miſerationes Domini: qui errantem & egenum in viam deduxit & pauit: qui pugnantem aduerſus difficultatem peccatorum, & colligatum vinculis conſuetudinis, ſoluit & liberauit: qui faſtidientem verbum Dei, & tædio quodam penè morientem,* Pſal. 106. In Pſal. 106.

miſſa medicina verbi ſui, recreauit: qui periclitantem inter naufraga & procelloſa maris huius diſcrimina, mari placato ad portum perduxit: qui eum denique conſtituit in eo populo, vbi humilibus dat gratiam, non in illo, vbi ſuperbus reſiſtit. Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc? Vnde cuſtodiet? per humilitatem intelligendo miſerationes Domini, quia vtique
Pſ.106. *dictum eſt: Confiteantur Domino miſerationes eius, & mirabilia eius filiis hominum.*

Sed Dei munus eſſe profectum ſpiritus, & quidem præſtantiſſimum, habemus etiam ex eo, quod vel eadem res eſt cum perſeuerantia in recta viuendi ratione, vel eius eſt aſſiduus comes. Perſeuerantia autem donũ Dei
Ioan.15. eſt, quod nullis hominis meritis, ſed ſola ſummáque Dei benignitate poſſidetur. *Elegi enim vos*, inquit Dominus, *vt eatis, & fructum adferatis, & fructus veſter maneat*

Vt verò hoc veriſſimum ſit, poſtulat tamen hic progreſſus ingens hominis ſtudium & induſtriam: de qua
1.Tim.4. re Apoſtolus, cùm Timotheum inſtituit, ſic ſcribit: *Exerce autem te ipſum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt pietas autem ad omnia.* Et in hac antiquorum patrum & monachorum optimus quiſque totum animum omnémque curam poſuit. Quam ob cauſam monachi Aſcetæ à Græcis dicti ſunt: & eorum profeſſionem, quam Latini mitiore vocabulo conuerſationem & diſciplinam appellant, iidem nominant exercitationem, rem ſine dubio propiùs attingentes. S. Baſilius quoque quæ in hanc ſententiam præclarè ſcripta reliquit, propter eandem rationem Aſcetica ſiue exercitamenta nuncupauit.

Cap.3. Partes huius exercitationis (eſt autem hæc altera conuerſio ad Deum, ſub initium primi libri commemorata) diuina ſcriptura refert. In primis verò principes Apoſtolorum in epiſtolis, quas nos toto hoc libro explicaturi ſumus. Nunc tractationi huic ſatis erit locus S. Petri, quo Chriſtianos recenti adhuc conuerſione feruentes magis inflammat ad viam ſpiritus proſequen-
1.Pet.2. dam, cùm ſcribit: *Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, rationabiles ſine dolo lac*

Digitized by Google

concupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutem, ſi tamen guſtatis quoniam dulcis eſt Dominus. Vbi quamquam Apoſtolus exercitationis huius pleraque omnia capita recenſet, vrget tamen in primis ſtudium & cupiditatem progreſſionis ſpiritualis. *Concupiſcite*, inquit, *vt creſcatis, ſi tamen guſtaſtis:* quod ſanè ad vniuerſum ſpiritus incrementum maximo adiumento eſſe, nemo non videt. Cùm igitur huius nos hoc loco generalia fundamenta ponamus, vt hactenus ipſum à Deo, tanquam à capite fluere, quod eius eſt principium primum conſtituimus, ſic nunc alterum explicemus: quod quidem ab hominis ſtudio, non niſi tamen Deo iuuante, naſcitur.

Proficientis animum profectus & perfectionis ſpiritualis maximè ſitientem eſſe oportet, nihilq́; ei de ingrediendi deſiderio remittendum.

CAPVT II.

CONSTANTISSIMA ſententia Patrum & Theologorum eſt proficienti neceſſarium eſſe vehementem voluntatem progrediendi in ſpiritu perfectionis. cui reſpondeat par conatus, viriúmque animi, & corporis exercitatio: in hocque maximum eſſe momentum ad omnem virtutem. Igitur huius rei cauſæ nunc explicandæ ſunt.

Harum prima eſt diuina voluntas, quæ vult omnes perfectos: *eſtote* (inquit Dominus) *perfecti, ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Et S. Iacobus: *Vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes.* Et S. Petrus: *Vt in omni conuerſatione ſancti ſitis, quoniam ſcriptum eſt, Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum.* ad ſanctitatis autem diuinæ imitationem altiſſimamque perfectionẽ minimè peruenitur, niſi magna animi corporíſque contentione & labore. ideo idẽ Dominus hortatur: *Contendite intrare per anguſtam portam.* Et: *Tollite iugum meum ſuper vos.* Quin accendit animos ad vim cœlis ipſis adferendam: *A diebus,*

Prima cauſa. *Mat. 5.* *Iacob. 1.* *1. Pet. 1.* *Leu. 19.* *Luc. 13.* *Mat. 11.*

Ibidem Regul.19 inquit, *Ioannis Baptiſtæ regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Et S.Baſilius in Ethicis oſtendit, Chriſtum Dominum in ſuis actionibus exemplo nobis vt eſſet etiam in hac re, nulla perſuaſione aut euentu à ſuſcepto laborum patientiæque propoſito dimoueri voluiſſe vnquam; adeò vt Petrum, cum auocantem à cogitatione mortis pro nobis obeundæ, peſſimè acceperit, *Mat. 16.* dixerítque illi: *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi*, & alibi idem S.Baſilius ad Apoſtoli Pauli ſimile ſtudium *Epiſt. ad Chilonẽ.* amplectendum Chilonem commouet. *Huc te*, inquit, *ſuo exemplo inuitat Paulus inter luctæ ſpiritualis athletas Agoniſtes longè eximius: qui cùm acquieſcere nollet, tot alioqui officijs vitæ retroactæ, ſed vlteriore & quotidiana virtutum acceſſione progredi: ad hunc loquitur modum:* *Phil.3.* *Eorũ, quæ retro ſunt, obliuiſcens, ad ea, quæ priora ſunt, me extendens, ad deſtinatum proſequor, ad brauium ſupernæ vocationis.*

Secunda cauſa. Secunda cauſa eſt gratiæ diuinæ natura: eſt enim gratia talis animis hominum, qualis orbi terrarum ſolis huius, quem cernimus, lux, nempe dat illis calorem, fœcunditatem, & lumen, fugatis priùs peccatorum tenebris, & ſterilitate vitæ ſuperioris in nouæ vitæ & bonorum operum vbertatem conuerſa. Hæc igitur diuina lux ſuas progreſſiones facit, vbi ſemel exorta eſt in animis hominum, & vt alter ſol, quaſi quodam aſcenſu, ad ſpirituales actiones ingreditur. Aurora & prima lux eſt diluculo pœnitentiæ in Incipientibus: eiuſdem argumento in proficientibus illuſtratur animus maiore lumine, & virtutum ſemina mirabiliter augeſcunt. Demum complectũtur in meridie perfectionis adhuc maiore luce perfectorum mentes, quod ipſum à Salomone *Prou.4.* ſignificatum eſt, cùm ait: *Iuſtorum ſemina quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectum diem.* & quia in Eccleſia nunquam deſunt qui ſe ipſos ad virtutem excolunt, de ea dicitur in Canticis: *Cant.6.* *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens*, in incipientibus; *pulchra vt luna*, in proficientibus, *electa vt ſol*, in perfectis. Ad gratiam accedit natura: quæ quanquam à gratia longe multũque ſuperatur, vt quæ ordine inferior & humilior eſt, eam tamen à cõmuni vtriuſque parente & effectore

Deo

Digitized by Google

Deo capacitatem accepit ad virtutem, pietatem,& religionem, vt gratia Dei perfuſa auidiſſimè in res ſupernaturales feratur, ſequatúrque motionem & ductum gratiæ in deſiderio boni in dies maioris, vſque ad immenſum & infinitum bonum ſupernaturalis beatitudinis,quę idcirco etiam à Theologis naturalis finis hominis eſſe dicitur. Et verè à S.Baſilio ſcriptum eſt: *Is genius eſt, ea humana vitæ conditio, nunquam contenta acceptis, ſpe alitur continenti, & ſecura præteritorum inhiat futuris.* S. Thom. 1.p.q.12. artic. 1. Epiſt. ad Chilonē.

Sed vt ad rem propiùs accedamus, tertia ratio, cur ſemper in deſiderio proficiendi debeat eſſe proficiens, eſt ipſamet natura profectus & deſiderij. Siquidem vt adſit apta natura, & gratia Dei non parua, ſi velit homo languere licet illi per naturam præſertim deprauatam; & à gratia quantumlibet ſtimuletur ad res arduas, nunquam tamen cogitur contra voluntatem. Quare Apoſtolus monet, *ne deſimus gratiæ Dei*; & patrum in hoc deſudat induſtria, vt intelligat proficiens, ſibi ſumma voluntate & ſtudio in ſpiritus profectum incumbendum eſſe, & tam ardenti deſiderio progrediendi incenſum eſſe oportere, vt non ſolùm de eo nihil remittat, ſed nunquam ſe adeò profeciſſe, quin ſibi adhuc magis proficiendum, putet. ſiquidem progreſſus ſpiritus, curſus quidam eſt, de quo Dauid: *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Initium viæ huius eſt vita noua in Chriſto, & deſiderium vſque in finem perſeuerandi. Terminus, perfectio, & tandem beatitudo cœleſtis, progreſſiones, & quaſi paſſus quidam ſpirituales, inflammata deſideria, ſtudiáque virtutum, & in pietate exercitationes mentis & corporis aſſiduæ. Qui hoc curriculum ingreſſus, hæret in primo gradu bene inſtitutæ vitæ, ſi eo contentus nil vltrà requirit, otioſus eſt; ſi exiſtimat virtutis perfectionem ſe eſſe adeptum, ſuperbus quare non proficit hic, ſed deficit. Itaque patres hunc falſæ opinionis errorem conuellunt, dum aiunt, hæc eſſe pugnantia, currere & reſiſtere in via, & fieri non poſſe, vt progrediatur qui ſe perueniſſe iam putat, aut contra, perueniat aliquando, cui vltrà progrediendi nulla cura eſt. Sic ſanctus Bernardus: *Non vis*, inquit,

Tertia cauſa. Heb.12. Pſal.118. Ep.254.

proficere? vis ergo deficere, non, inquis, ſed ſic viuere volo, & manere in quo perueni, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod eſſe non poteſt. Et paulo pòſt: *Si proficere currere eſt, ibi proficere, vbi & currere deſinis. vbi verò non currere, ibi & deficere incipis.* Hinc planè colligitur, *quia nolle proficere non niſi deficere eſt.* Gen. 28. *Vidit ſcalam Iacob, & in ſcala Angelos, vbi nullus reſidens, nullus ſubſiſtens apparuit, ſed vel aſcendere vel deſcendere videbantur vniuerſi: quatenus palàm daretur intelligi, inter profectum & defectum in hoc ſtatu mortalis vitæ nihil mediũ inueniri: ſed quomodo ipſum corpus noſtrum continuè aut creſcere conſtat aut decreſcere, ſic neceſſe ſit ſpiritum aut proficere ſemper aut deficere.* In Pſ. 69. Sanctus etiam Auguſtinus: *Quantumcunque hic vixerimus,* inquit, *quantumcunque hic profecerimus, nemo dicat, Sufficit mihi, iuſtus ſum: qui dixerit, remanſit in via, non nouit peruenire. Vbi dixerit, ſufficit, ibi hæſit. Attende Apoſtolum,* Phil. 3. *cui non ſufficit, Fratres, inquit, ego me non arbitror apprehendiſſe.* 1. Cor. 3. *Et rurſum dicit: Qui ſe putat aliquid ſcire, nondum ſcit, quemadmodum oporteat eum ſcire. Vnum autem, quæ retro ſunt, oblitus; in ea, quæ antè ſunt, extentus, ſecundùm intentionem ſequor ad palmam ſupernæ vocationis. Ille ergo currit, tu hæſiſti? ille dicit nondum ſe perfectum, & tu iam de perfectione gloriaris? Confundantur qui dicunt tibi, euge, euge. Confundaris & tu inter illos, qui dicis tibi, euge, euge.* Et alibi huiuſmodi hominem apertè ſuperbum appellat; & addit, *Melior eſt peccator humilis, quàm iuſtus ſuperbus.* Serm. 50. de tẽpore.

Deſiderij verò humani, ſi deſiderium eſt, ea eſt natura, vt ardens & actuoſum ſit, nec antè quieſcat cupiditas, quàm obtineatur quod cupitur. Quare ſi perfectionem Incipiẽs deſiderat, vt deſiderare debet, quieta mente non erit, niſi cùm ea fruetur in æterna felicitate. Interim igitur ferueat deſiderium vſúſque virtutis, & quo in ipſo curſu & contentione procedendi accedit propiùs, ſentítque magis ſpiritus ſuauitatem, eo etiam magis diuini amoris facibus inflammetur. Ob hanc enim cauſam ait ſanctus Auguſtinus, ſanctorum hominum deſideria tam ſancta differri. *Deſiderium,* inquit, *eorum differtur, vt creſcat, creſcit, vt capiat; non enim parum* In Pſ. 83.

aliquid

aliquid daturus eſt Deus deſideranti, aut parum exercendus eſt ad capacitatem tanti boni. non aliquid Deus, quod fecit, daturus eſt, ſed ſe ipſum, qui fecit omnia. ad capiẽdum Deum exercere: quod ſemper habiturus es, diu deſidera.

Porrò ad ſemper, dum viuitur in hoc ſæculo, proficiendum, præter tres explicatas cauſas, multa ſunt, quæ hominem excitant. Primum eſt ſanctarum animarum & Angelorum gaudium. *O ſi cognoſceremus*, ait S. Bernardus, *& nos quomodo expectant, & quantum deſiderant aduentum noſtrum, quàm ſolicitè quærunt, quàm libenter audiunt bona de nobis? quid tamen de his loquor, qui didicerunt ex his, quæ paſſi ſunt, compaſſionem, quando & ipſi Angeli ſancti nos deſiderant? nonne de vermiculis iſtis; & de puluere iſto reſtaurandi ſunt muri cœleſtis Hieruſalem? exultare Angelos fecimus, quando conuerſi ſumus ad pœnitentiam; proficiamus & feſtinemus de nobis eorum implere lætitiam.* 1. Bernar. Ser. 2. in vigilia Natalis Domini.

Sed vrget nos magis ad progrediendum illud alterum, quod addit idem pater. *Currite*, inquit, *frates, currite, non ſoli Angeli, ſed ipſe Angelorum vos Creator expectat. nuptiæ paratæ ſunt, ſed nondum plena domus: adhuc expectãtur de quibus nuptiæ impleantur.* Idem auctor eſt alibi, Deum parentem optimum filiorum ſuorum profectibus paſci: *Bonus*, inquit, *paterfamilias, qui ſuorum domeſticorum curam gerit, maximè in diebus malis, vt alat eos in fame, cibans illos pane vitæ & intellectus, & ſic nutriens ad vitam æternam. at paſcens nihilominus paſcitur ipſe, & quidem eſcis, quibus libenter veſcitur, profectibus noſtris. Etenim gaudium Domini fortitudo noſtra. Ita ergo & dum paſcit paſcitur, & paſcitur cùm paſcit, ſimul nos gaudio ſuo ſpirituali reficiens, & de noſtro æquè ſpirituali progreſſu gaudens. cibus eius pœnitentia mea, cibus ſalus mea, cibus eius ego ipſe.* 2. Ibidem. In Cant. ſerm. 61.

Exemplum autem Chriſti Domini quos ſtimulos ad currendam viam ſpiritus, tanto duce peræeunte, addere debet hominibus? *Ipſe*, ſcribit ſanctus Bernardus alio loco, *hominis ſæculique auctor, quamdiu cum hominibus conueſatus eſt, nunquid ſtetit? & quidem, teſte ſcriptura, pertranſiit benefaciendo & ſanando omnes pertranſiit ergo ſicut* 3. Ep. 254. Act. 10.

non infructuoſè, ita non remiſſè, non pigre, non lento gradu ſed quemadmodum de eo ſcriptum eſt, Exultauit vt gigas ad currendam viam. porrò currentem non apprehendit, qui & ipſe pariter non currit. & quid prodeſt Chriſtum ſequi, ſi non contingat conſequi: Ideo Paulus aiebat. Sic currite, vt
Pſal.18. *comprehendatis. Ibi, Chriſtiane fige tui curſus profectuſque*
1.Cor.9. *metam, vbi Chriſtus poſuit ſuam. Factus eſt, inquit, obediens vſque ad mortem. Quantumlibet ergo cucurreris, ſi vſque ad*
Phil.2. *mortem non perueneris, brauium non apprehendes. Brauium Chriſtus eſt.*

4. Huc pertinent exempla etiam ſanctorum hominum, & quidem omniùm, omnes enim inflammatis ſtudijs rapuit charitas ad Chriſti imitationem, & ſuum profectum. nec enim aliter fieri quodammodo poteſt: nam vt
1.Cor.9. ait Apoſtolus, *charitas vrget*, & ſtatus proficientiū libertas eſt quidem à peccato. ſed ſeruitus iuſtitiæ, vt docet
2.2.q. 183. artic.4. S.Thomas, hoc eſt ex iuſtitiæ habitu inclinãs ad bonum maius. quod multo adhuc magis verum eſt in religioſis hominibus, qui ſe perpetuis votis ad perfectionis ſtudiū obligarunt. Ob id iis preſertim præcipiebat S.Antonius: *Hoc ſit primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propoſiti vigore laceſcere.* Et moriens hoc
S. Athanaſius in vita S. Antonij. idem quaſi teſtamento legauit: *Hodie*, inquiens, *vos religioſum ſtudium arripuiſſe arbitramini, & cœptæ voluntatis fortitudo ſuccreſſat.*

Primum Conſiliū. Sed ad hoc ſtudium ſemper proficiendi plurimum iuuabant hæc duo ſanctorū Patrum concilia. Vnum eſt, ſi proficiens ſibi certò perſuadeat ſe quotidie incipere.
Libr.22. moral. Cap.20. Sic S.Gregorius: *Humana mens*, inquit, *dum igne amoris excoquitur, ſemper in ſe ſeruat claritatem pulchritudinis, quotidiana innouatione feruoris. neſcit enim mens per torporem veteraſcere, quæ ſtudet per deſiderium ſemper inchoare.*
Epheſ.4. *hinc nempe per Paulum dicitur, Renouamini ſpiritu mentis*
Pſal.82. *veſtræ. Hinc Pſalmiſta, qui ad perfectionis culmen iam peruenerat, quaſi inchoans dicebat: Ego dixi, nunc cœpi. quia videlicet ſi laſſeſcere ab inchoatis bonis volumus, valde neceſſe eſt, vt inchoare nos quotidie credamus.*

Alterum conſilium Alterum conſilium facit, ne proficiens animo cadat, ſi ſe quantum optat, nondum profeciſſe cognoſcit: nam

Digitized by Google

ſcribit S. Auguſtinus: *Ipſa eſt perfectio hominis, inueniſſe, ſe nõ eſſe perfectum.* Et ſanctus Bernardus: *Indefeſſum,* inquit *proficiendi ſtudium, & iugis conatus ad perfectionẽ perfectio, reputatur: & ſtudere perfectooni, eſt eſſe perfectũ.* atque hæc, vt ait alibi, *eſt ſcientia Sanctorum, ſcilicet cum Apoſtolo ſentire: Ego me non arbitror apprehendiſſe.* Et quanquam hæc ſcientia dolorem aliquem adferat proficienti melior tamen eſt, quàm illa, quæ inflat: *Ergo proficite,* inquit S. Auguſtinus, *fratres, diſcutite vos ſemper ſine dolo, ſine adulatione, ſine palpatione. Semper tibi diſpliceat quod es, ſi vis peruenire ad id, quod non es, nã vbi tibi placuiſti, ibi remanſiſti.* Et hactenus explicata ſint duo prima principia ſtatus proficientium.

Ser. 50. de tẽpore. Ep. 254. Lib. 2. de conſideratione. Phil 3. 1. Cor. 8. Ser. 50. de verbis Apoſtoli.

Proficiens intentionem in Deum, & eius gloriam imprimis dirigit, eamque ab omni alterius propoſiti admiſtione liberam ſeruat.

CAPVT III.

NVNC tertium fundamentum ponamus. Tertium, inquam, explicationis ordine, primum tamen natura, & vſu; & hoc eſt Intentio; quæ mentis oculus à Chriſto Domino dicitur. Quæritur ergo, quid in hac exercitatione propoſitum eſſe debeat proficienti, & quo omnes cogitationes, affectiones, & actiones, tanquam ad cynoſoram dirigere debeat. & breuiter reſpondendũ eſt: Deus, & ad Deum. Eſt enim profectus, vt antè attigimus, & vberiùs poſtea proſequemur, ædificij ſpiritualis incrementũ, curſus itẽ, & aſcenſio quædã. Deus autẽ finis ædificij huius eſt, & curriculi terminus. Siquidẽ, vt ait Apoſt. *Omnis ædificatio in Chriſto cõſtructa creſcit in templum ſanctũ,* hoc eſt in templũ Deo habitatore dignum. Et Dauid currentes incitans: *Accedite,* inquit, *ad eum.* Et certè in ſummo faſtigio ſcalarum, quibus cœlum verſus conſcendentes Angelos vidit Iacob, qui ap-

Matt. 6. *Epheſ. 2.* *Pſal. 33.* *Gen. 28.*

paruit

paruit, Deus eſt. Vt intelligat proficiens, ſe per omnes profectus ſui gradus aſcendere ad Deum ſolum, ac non niſi Deum in omni vita ſpectare debere. Hoc vt magis intelligatur, attentè quæ ſequuntur conſideranda ſunt.

Primũ. Primum hoc ſit. Deus eſt finis hominis, non ſolum quia eſt finis omnium earum rerum, quæ ab ipſo conditæ ſunt, neque enim Deo quidquam melius eſt à quo ad agendum moueatur Deus. Et ideo dicitur à Salomo- *Pro.16.* ne: *Omnia propter ſemetipſum operatus eſt Dominus*; Sed etiam quia creauit hominẽ, vnum, qui ex omnibus animantibus Dei capax eſſet, vt pote qui ad imaginem ipſius formantus eſt, & ad ipſius gratiam & gloriam ca- *Lib.1. confeſſionum cap.1.* peſſendam factus. Ideo S. Auguſtinus: *Feciſti nos, Domine, ad te.* Quod S. Eucherius copioſè declarans, *Primũ*, *Epiſtola ad Valerianum.* inquit, *inſtituti atque editi in lucem hominis officiũ eſt, proprium cognoſcere auctorem cognitumque ſuſcipere; vitamque, id eſt diuinum donum, in diuinum officium cultumque conferre: vt quod Dei munere ſumpſit. Dei deuotione conſumetur: atque id, quod ab eodem indignus cœpit, eidem ſubiectus impendat. Sana quippe opinione agimur, vt eductos nos ſicut ab ipſo, ita ipſi arbitremur. vnde ille planè magnificeque perſpicit creatoris noſtri in effingendo homine ſententiam, quiſquis ita intelligit quod nos & ipſe & ſibi fecit.*

Secundũ. Deinde intelligendum etiam eſt illud. res omnes à Deo creatas ad hunc finem conſequendum homini in- *Pſal 8.* ſeruire debere. Ideo enim inquit Dauid. *Omnia ſubiecisti* *1.Cor.3.* *ſub pedibus eius.* Et Apoſtolus: *Omuia veſtra ſunt.* Et Salo- *Prou.17.* mon: *Fidelis viri totus mundus diuitiarum eſt.*

Tertium. Ex his duobus conficitur tertium, Deum finem eſſe actionum humanarum. Si enim Deus hominis per ſe finis eſt, hoc eſt, hominis, quia homo eſſe, actionũ humanarum neceſſe eſt etiam finem eſſe, vt hinc ſapientiſ- *Act.17.* ſimè ab Apoſtolo dictũ ſit Areopagitis: *Homines à Deo in mundo hoc poſitos, vt quærant Deum, ſi fortè attrectent eum, quia non longè eſt ab vnoquoque noſtrum.* Res autem creatas non finem hominis vllo modo eſſe, ſed adminicula ſolùm, ad quæ adnitamur, vt ſummum bonum & *Libr. 1. de doctri-* finem noſtrũ adipiſcamur. Quare perpetuò docet S. Auguſtinus Deo ſolo, quia finis eſt, frui nos, cæteris rebus

vti. Ideo peruerſè & præpeſterè agit peccator cùm peccat, fruitur enim creato & commutabili bono in quo tanquam in vltimo fine cõquieſcit, reiecto interim Deo incommutabili & ſummo bono in quo ſolo conditus eſt vt conquieſcat. *Nec eſt*, inquit S. Auguſtinus, *alia vita hominum vitioſa atque culpabilis, quàm malè vtens & malè fruens.* Et ante illum Origenes, *Peccator rebus Dei abutitur ad ea, quæ non vult Deus; non enim Deus dilectionem horum, ſed vſum hominibus dedit.*

na Chriſtiana, cap. 35. Et 10. de Trinit. cap. 10. 11. de Trinit. cap. 10. Homil. 1. in Cant. tomo. 8. S. Hieronymi.

Porrò Deus finis hominis & actionum eius intelligitur dupliciter. Primùm quidem ad vtilitatem, deinde ad honorem & gloriam ipſius Dei. Vtilitas ab homine nulla poteſt Deo afferri, ſed gloria ſolum. Finis ergo eſt Deus hominis ea ſignificatione, vt homo in rebus omnibus Dei gloriam quærat: & quidquid molitur, cogitat, agit, ab eo fiat propter Dei laudem. Quod, à Salomone luculenter explicatur in Eccleſiaſtico; in quo cùm diſſeruiſſet de hominis creatione, dignitate, ornamentíſque cæteris tum naturæ tum gratiæ, ad oſtendendum in quem finem ea in vtrumque noſtri generis parentem collata eſſent diuinitùs beneficia, addit: *Vt nomẽ ſanctificationis collaudent, & gloriam in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius.* Et Moyſes: *Faciet te excelſiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen, & gloriam ſuam.* Quod in oratione dominica preçari nos docuit Chriſtus, cùm dicimus. *Sanctificetur nomen tuum.* Et apertè Apoſtolus, *Omnia*, inquit, *in gloriam Dei facite.* Et S. Bernardus, *Deo quodammodo inſulſa noſtra obedientia ſeu patiẽtia eſt, niſi omniũ, quæ agimus vel patimur, ſit cauſa.* Huc dirigere & quaſi collineare propoſiti ſui intentionem omnem in rebus omnibus debet proficiẽs, diligentérque cauere, ne quidquam aliud inter agendum mentem irrepat, quod oculi huius ſpiritualis animæ lumen obſcurare aliquo modo poſſit. Legatur S. Baſilius in regulis fuſius diſputatis.

Eccl. 17. Deut. 26 Matt. 6. 1. Cor. 10. Sermone de obedientia & patiẽtia. Inter. 5.

Maculant autem ſplendorem intentionis humanæ multa. Primùm ſi ad quidlibet agendum moueatur homo, ne incurrat damna, tam vitæ huius, quales ſunt paupertas, morbi, mors, & aliæ id genus calamitates, quàm

Primò.

alterius

alterius, vt æterni ſupplicij apud inferos, aut etiam purgatorij ignis. Qui hanc ob cauſam bene viuit, tim ore
In Pſal. 127. ſeruili ducitur, vt latè docet S. Auguſtinus: quod & alienum eſt à proficientis ſtatu, & actionem alioquin illuſtrem ſua nobilitate ſpoliat, vilémque reddit & vulga-
Hom. 38. lib. 50. homiliarum. rem. Simili modo ſe habent, qui ad hæc terrena & caduca bona, tãquam ad mercedem ſuorum rectè factorum, aliquid rectè faciendo intuentur. Legantur quæ ſcribit S. Auguſtinus in illa verba: *Nunquid Iob gratis colit Deũ?*
Iob 1. *adhuc ad hoc*, inquit, *prouocamur ab aduerſario, vt gratis Deum colamus, quando ille quærens quod obijciat, pro magno ſe putauit inueniſſe, quia dixit: Nunquid gratis colit? colis non gratis, vt aliquid ab ipſo accipias.*

Secundo. Secundò, peſtis intentionis eſt inanis gloria, quam
Matt. 6. tantopere deteſtatur Dominus in Euangelio: *Attendite* inquit, *ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.* Et alibi ſæpe, præſertim cùm præcipit de eleemoſynis, de orationibus, de ieiuniis. Hæc autem bonis actionibus hominis facilè & ferè ſemper inſidiatur innumeris propè rationibus, quas
Libr. 1. moraliũ. cap. 20. S. Gregorius ad tria capita reuocat. *Bona*, inquit, *noſtra tribus modis antiquus hoſtis inſequitur, vt videlicet hoc, quod rectum coram hominibus agitur in interni iudicis conſpectu vitietur. aliquando namque in bono opere intentionem polluit, vt omne quod in actione ſequitur, eo purum mundumque non exeat, quia hoc ab origine perturbat. cùm enim facilia ad decipiendum corda hominum conſpicit, eorum deſideriis auram tranſitorij fauoris opponit; vt in his, quæ recta faciunt ad appetenda ima fortitudine intentionis inclinentur. Vnde rectè ſub Iudæ ſpecie, vnaquaque anima miſera intentionis laqueo capta, per Prophetam dicitur, Facti ſunt ho-*
Thren. 2. *ſtes eius in capite. Cum verò hi hoſtes intentionem vitiare non præualent, in via poſitos laqueos tegunt, vt in eo, quod bene agitur, cor exaltans ſe ex latere ad vitium deriuetur. Sæpe enim bono operi, dum laus humana obuiat, mentem opo-*
Pſal. 141. *rantis immutat. Vnde Pſalmiſta, In via hac, qua ambulabã,*
Hier. 41. *abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* Et *Hieremias, de quibuſdam, cùm veniſſent, inquit, ad medium ciuitatis, interfecit*

eos. Cùm

eos. Cùm verò antiquus hoſtis nec in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quos propheta conſpexerat, cùm dixit, Ipſi calcaneum meum obſeruabunt. Tota ergo virtute perſpiciendus fluuius operis, ſi purus emanat ex fonte cogitationis. Omni cura ſeruandus eſt à malitiæ puluere oculus cordis, ne hoc, quod in actione rectum hominibus oſtendat, apud ſemetipſum per vitium prauæ intentionis intorqueat. Curandum itaque eſt, ne bona noſtra pauca ſint, ne inueniamur ſteriles, ne indiſcuſſa, ne inueniamur vecordes. Vide etiam D. Bernardum in tractatu de paſſione Domini. Pſal. 55.

S. Auguſtinus hoc idem argumentum tractans dicit, Dauid contra inanem gloriam orãdo pugnare, cùm ait: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Non quia,* inquit, *ipſa laus humana culpanda ſit (nam quid tam optandum eſt hominibus, quàm vt eis placeant, quæ debent imitari?) ſed propter ipſam laudem bene operari, eſt vanitatem in ſuis operibus intueri: quandoquidem & ipſa ab hominibus laus homini iuſto quantacumque prouenerit, non ibi eſſe debet eius finis boni, ſed etiam ipſa referenda eſt ad laudem Dei, propter quam bona faciunt verè boni. Denique in eodem ſermone Dominus dixerat, Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Vbi finem poſuit in gloria Dei. Non ergo ſit finis boni noſtri operis in laudibus hominum, ſed ipſas laudes hominum corrigamus, & ad Dei laudes omnia referamus, à quo nobis datur, quidquid in nobis ſine laudantis errore laudatur.* Addit idem pater alibi: *Hoc ſi quæris, vt glorificetur Deus, noli timere, ne videaris ab hominibus. Etiam ſic tectus eſt eleemoſyna tua in abſcondito, vbi ſolus ille eſt, cuius tu gloriam quæris, te videt hoc quærere.* Cap. 21. Pſa. 118. Matt. 5. Ser. 27. de diuerſis.

Duo igitur nobis præſtanda ſunt, vt intentionem puram integrámque ſeruemuss. Vnum eſt diſcutere diligenter nos ipſos initio actionis, & poſtea circumſpicere in progreſſu, & termino eiuſdem. Et eſt S. Gregorij monitum. Alterum eſt S. Auguſtini, ſubſternere diuinæ gloriæ, quidquid laudis humanæ ex rectè factis nobis poſſit accedere. 1. 2.

Reſtat vltimum maximi momenti, in quo ſumma in- 3.

tentionis rectæ perfectio poſita eſt,& quod eam non ſolùm macula,ſed omni maculæ ſuſpicione liberat. Ita nimirum in omni vitæ inſtituto & actione ferri intentione in Deum,vt nihil omnino nec ipſa cœleſtis beatitudo,aut quidpiam quæratur aliud, quàm Deus ipſe, eiuſque diuinæ volontatis beneplacitum. S.Auguſtinus ſic habet : *Cauere debemus,ne ad præmium diligamus Deum. Quidquid tibi aliud dederit , minus eſt,quàm ipſe. colis non gratis,vt aliquid ab eo accipias.gratis cole,& ipſum accipies.* Et alibi : *Nec illud,quod tibi pro magno præſtat Deus , præponas illi, qui præſtitit : quod enim dulcius à Deo præmium, quàm ipſe Deus ?* S.etiam Chryſoſtomus rem hanc grauiter & frequenter prædicat: *Hoc,*inquit,*parum quod agere videmur,nec ita honeſtè & emendatè gerimus,vt decet liberos,ſed priùs requirimus,ſi mercedem habeamus , an non. In verecũda ſatis, & non tam libero digna vox,quàm mercenario. Quid agis , ô homo? quid ineptis?ad hoc creatus es, vt conditori tuo placeas , vt Domino tuo ſeruias , & tu de mercedibus cõgitas ? Si omnino dignus fueris , agere aliquid, quod Deo placeat,aliam adhuc præter hoc ipſum,quod placere meruiſſe , mercedem requiris ? Verò ignoras quantum bonum ſit placere Deo. Si enim ſcires , nunquam aliud aliquid extrinſecus mercedis aut muneris expeteres. Neſcis quia maior augetur tibi merces,quando non ſpe mercedis operaris, ſed ſtudio placendi ?* Et alibi : *Maior tibi merces , ſi modò citra mercedis ſpem feceris. Ob hoc Deus & gehennam comminatus eſt , & cœlorum regnum promiſit,vt à nobis ametur. Amemus igitur illum , vt amare quidem par eſt ; hoc enim magna certè merces eſt,hoc cœlorum regnum,& voluptas,& deliciæ , & gloria , & honor: hoc lumen , hoc beatitudo infinita.*

Serm.38. libr.50. homil. Serm.32. de tempore, c.4. Lib.2. de compunctione.

Homil.5. in cap.2. Rom. Et hom.42. 1. Cor.6.

Sed ad extremum huius dogmatis adeò præclari ratio explicanda eſt ad hunc modum : Vniuerſum malum malique periculum, quod intẽtioni humanæ in vſu virtutum occupatæ imminet,creatur homini ab amore ſui, qui quaſi lucifer alter ſeipſum Deo in mente hominis opponit, exigitque (id quod ſoli Deo debetur) actionum eius omnium finis eſſe & haberi,& quod eſt maximo animorum ſenſu deplorandum,re ipſa id à peccato-

ribus

Digitized by Google

ribus obtinet. quod à S.Gregorio ſubtiliter ſcribitur in hæc verba: *Nonnunquam amor ſuus ſe menti ingerit, eámque la enti mo u à re titudine iuſtitiæ diuer it. Et quo ſe totam auctori reddere negligit, eo in ſe iuſtitiæ viri contradicit.* Et à ſancto Auguſtino breuiùs, ſed expreſſiùs cùm amorem hunc proprium & priuatum appellat æmulum Deo. Hac igitur ratione recta tendentem hominis animum auertit à recto & à Deo, efficitque vt ſe deflectat homo ad ſeipſum, commodúmque ſuum in rebus omnibus conſectandum. Vnde originem habet atrocitas peccati, quod committitur aduerſus Deum, cui, vt ante diximus, ob hanc cauſam iniuriam maximam facit qui peccat.

Lib. 2. mor. cap. 27.

Lib. 11. de Gē. ad litt. c. 15.

Amorem hunc, quod attinet ad intentionem, frangunt quidem duo ante dicta præcepta S. Gregorij & S.Auguſtini, ſed extingunt penitus ea, quæ nunc attulimus ex S.Chryſoſtomo. nihil enim intentionem hominis ab omni contagione terrena magis liberat, quàm ſi nulla propriæ vtilitatis ratione habita in ſuſcepto propoſito conſtanter perſeueret, frequentique conatu & exercitatione animum aſſuefaciat actionibus & cogitationibus, quæ illum abſtrahant ab omni re, quæ Deus non eſt. Aduerſus amorem hunc nobis eſt magni animi contentione certandum. Sed id quo modo, & quibus auxiliis fieri debeat, poſt dicemus.

Proficiens intentionem etiam ad Chriſtum Dominum dirigit, & quid ad intentionis huius perfectionem pertineat.

CAPVT IV.

Nihil repugnat Deum finem eſſe hominis & actionum eius, & eiuſdem etiam finem conſtitutum eſſe Chriſtum Saluatorem & Dominum noſtrum à patre. Siquidem omnia dedit ei Pater in manus, & eum conſtituit hæredem vniuerſorum. Quare omnia per ipſum & propter ipſum

Ioan. 13. Hebr. 1.

Hebr. 2. *Apoc. 22.*

facta ſacræ literæ tradũt, & ipſe ſe appellat A & Ω, principium & finem. Eſt autem finis hominis Chriſtus quoniam caput eſt Eccleſiæ, quæ ſub eius ſignis militat in terris, & in qua ipſe de inimicis triumphans, regnum ſibi ſempiternum ſtatuit, quod tamen, vt ait Apoſtolus, *1. Cor. 15.* tradet tandem Deo & Patri, tanquam fini omnium vltimo, & maximo dominatori. Finis igitur eſt ſub fine, finis tamen.

Sed ob aliam etiam cauſam finis eſt Chriſtus, quia nimirum exemplar eſt virtutum omnium, & idea perfectionis, ad quam ſolùm vel maximè intueri debet quicumque virtutis & perfectionis ſtudioſus eſt, vt eius in *Epheſ. 4.* ſe ipſo imaginem exprimat. *Donec occurramus omnes,* inquit S. Paulus, *in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Et vt intelligamus, id in primis Apoſtolum dictum velle proficientibus addit: *Veritatem facientes creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam adminiſtrationis, ſecundum operationem in mẽſuram vniuſcuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.* Et ibidem, hoc ipſum dicit eſſe, Chriſtum didiciſſe, & in eo edoctum eſſe. Hanc finis in Chriſto rationem *In prol. 7 Pſal. pœnitent.* affert S. Gregorius, cùm exponit titulùm Pſalmi ſexti, *In finem, id eſt,* inquit, *in Chriſtum, qui eſt initium & finis. Chriſtus finis dicitur, vel quia eſt conſummatio Legis & Prophetarum, vel quia bonorum omnium perfectio eſt, quia nullum bonum perficitur, niſi quod in ſummo bono ſolidatur. Sicut enim nobis non ſufficit alios bonos quærere, niſi ſtudeamus ad eius agnitionem peruenire; ita eo inuento, nullus iam melior quæritur: quia omnis creatura eo, ſub cuius pedibus omnia à Patre ſunt ſubiecta, inferior inuenitur.*

Lib. de fide & ſymbolo, c. 4. li. 83 Quæſt. q. 25. & q. 42. Conſt.

Sed Chriſtum ad exemplum perfectionis homini à Patre datum eſſe, præterquam quod ex ſacris literis intelligitur, dicitur etiam à Patribus, S. Auguſtino præſertim & S. Baſilio, & ita fieri, plane neceſſe erat, nam quanquam non deerant, qui de virtutibus diſſererent, & benè beatéque viuendi præcepta traderent; ij tamen primùm non de omnibus diſputabant, non de humilitate, cuius

nec

nec nouerant nomen; non de vera caſtitate, cuius ex- *mon. c. 2.*
pertes fuerant etiam Philoſophi. *Quare Saluator*, inquit *Hom. 33.*
S. Auguſtinus, *docuit primus humilitatem, docuit primus* *50. hom.*
caſtitatem. Deinde quæ docuerũt, qua errorum labe ſunt aſperſa? legantur politica ipſorum, & Senecæ tractationes: quàm multa eáque præclara de virtutum actionibus & vſu per ignorantiam prætermiſerunt? ac, vt dicam breuiter, perfectionis rationem & vim ne ſomniarunt quidem. Denique quantamcumque ſanctitatem ſimularent Ethnici, vitam certè coram Deo, cui aperta ſunt animorum penetralia, minus ſanctam, ne dicam turpem, traduxerunt. Quando etiam ſanctiſſimorum alioquin virorum, qui veram religionem ante Chriſtum coluerunt, grauiſſimos fuiſſe lapſus, non ignoramus: & nullus adeò inſigni virtute claruerit, qui abſque mendacio diceret: *Mundus ſum à peccato.* ſolus igitur Chriſtus liber à culpa is fuit, à quo exemplum virtutis omnis petendum eſſet. ſolus ipſe perfectionis auctor & magiſter. *Omnis virtus noſtra*, ait S. Bernardus, *tam longe eſt à vera virtute, quàm longè eſt ab ea forma, quam verbo & exemplo commendauit Chriſtus præſens in carne.*

Prou. 20.
Ser. 4. de aduentu.

Sed quàm multa antè incognita docuerit Chriſtus de virtute, de moribus, teſtes ſint Euangeliſtæ, qui eius Conciones accuratè deſcribunt de timore gehennæ, de ieiunio, oratione, eleemoſyna, humilitate, vero Dei cultu, fide, ſpe, charitate in Deum, benignitate, & beneficentia erga proximos, etiam inimicos maledicos, necem afferẽtes, iniuriarum obliuione, mundi contemptu, malorum tolerantia, mortis, crucis, tormentorum quorumcumque deſiderio, amore æternæ vitæ, obedientia, caſtimonia, virginitate, paupertate, affectionum prauarum mortificatione, abnegatione ſui, octo denique illis actionibus à communi hominum ſenſu remotiſſimis, in quibus vitæ præſentis beatitudinem collocauit, teſtes ſint Chriſti diſcipuli in ſcriptis ſuis de eadem Chriſti *Matt. 6.*
diſciplina ſubtiliſſimè ſuprà humanam intelligentiam diſputantes. Teſtes denique omnes Patres tam Latini, quàm Græci, qui non in doctrina ſolùm, ſed etiam in vita Saluatoris & moribus inaudita & admiranda vir-

Digitized by Google

tutis exempla paſſim obſeruant & deducunt. Atque ad dandum huius rei ſpecimem aliquod, affero ex vno S. Auguſtino locum: *Satellites*, inquit, *voluptatum diuitias pernitioſè populi appetebant: pauper eſſe voluit, honoribus & imperijs inhiabant: Rex fieri noluit: carnales filios magnum bonum putabant: tale coniugium prolémque contempſit. contumelias ſuperbiſſimè horrebant: omne genus contumeliarum ſuſtinuit: iniurias intolerabiles eſſe arbitrabantur: quæ maior iniuria, quàm iuſtum innocentémque damnari? dolores corporis execrabantur: flagellatus atque cruciatus eſt. mori metuebant: morte mulctatus eſt. ignominioſiſſimum mortis genus crucem putabant: crucifixus eſt. omnia, quæ habere cupientes non rectè viuebamus, carendo vilia fecit. omnia, quæ vitare cupientes à ſtudio deuiabamus veritatis, perpetiendo deiecit. Non enim vllum peccatum committi poteſt, niſi dum appetuntur ea, quæ ille contempſit; aut fugiuntur ea, que ille ſuſtinuit. Tota itaque vna vita eius in terris per hominem, quem ſuſcipere dignatus eſt, diſciplina morum fuit.* Hæc ille.

Libro de vera relig. c. 16.

Atque hæc cauſa eſt, cur Chriſtus ſol iuſtitiæ, lux mundi, via, veritas, & vita nominetur in Scripturis ſacris. Ipſe eſt enim luminare illud magnum, vt S. Chryſoſt. exponit, de quo apud Prophetam ſcriptum eſt: *Populus qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* Ipſe, qui poſitus eſt in ſignum, ſicut Moyſis ſerpens, ſanans omnem infirmum, & omnia ad ſe trahens. Proficientis autem in primis Apoſtolus iubet in eum, tanquā in exemplar, intueri, cùm ſcribit: *Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen reſpicientes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.* Quo loco illud ex S. Gregorio commemorandum eſt. cùm enim dixiſſet, veteris teſtamenti Patres contemplatione myſteriorum redemptionis exultaſſe, addit: *penſemus itaque ſi mentes ſpiritualium patrum in illo delectatæ ſunt, qui nec dum venerat, ſed præuidebatur, cuius reatus ſit eius vias, eius exempla, eius monita, poſtquam venit, & redemptionem exhibuit, non amare?*

Hom. 5. in Matt. Eſaia. 9. Matt. 4. Ioan. 3. Infrà. 12. Hebr. 12. Hom. 12. in Ezec.

Sed hic non eſt prætermittendum id, quod ex S. Bernardi ſermone quodam accepimus. Intentio motio voluntatis eſt, non mouetur autem voluntas niſi ab amore

Serm. 20. in Cant.

boni

Digitized by Google

boni, quod optat. Duplex autem amor voluntati erga Chriſtum ineſſe poteſt, & vtriuſque explicatio ad intētionis erga eandem perfectionem maximè pertinet. Primus amor eſt incipientium, ſecundus eſt proficentium, Quare quamuis initio liceat homini priore amore in Chriſtum ferri, deinceps tamen perfectionis ætate procedente, poſteriorem ſequi neceſſe eſt. Sic autem ſcribit S.Bernardus: *Nota, inquit, amorem cordis quodammodo eſſe carnalem, quod magis erga carnem Chriſti, & quæ in carne Chriſtus geſſit vel iuſſit, cor humanum afficiat. Hoc repletus amore, facile ad omnem de huiuſmodi amore ſermonem compungitur. nihil audit libentiùs nihil legit ſtudioſiùs, nihil frequentiùs recolit, nihil ſuauiùs meditatur. Inde holocauſta orationum tanquam ex adipe vituli ſaginati impingat. adſtat orantis hominis Dei ſacra imago aut naſcentis, aut lactentis, aut docentis, aut morientis, aut reſurgentis, aut aſcendentis, & quidquid tale occurrerit, vel ſtringat neceſſe eſt animum in amorem virtutum, vel carnis exturbet vitia, fuget illecebras, deſideria ſedet. Ego hanc arbitror, inuiſibili Deo fuiſſe cauſam, quod voluit in carne videri, & cum hominibus homo conuerſari. vt carnalium, videlicet qui niſi carnaliter amare non poterant cunctas primò ad ſuæ carnis ſalutarem amorem affectiones retraheret, atque ita gradatim ad amorem perduceret ſpiritualem, nonne in hoc gradu adhuc ſtabant qui dicebant: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te? ſolo profectò corparalis præſentiæ amore reliquerant omnia, adeò vt ſalutaris futuræ paſſionis & mortis ne audire quidem verbum æquanimiter ſuſtinerent, ſed nec gloriam aſcendentis poſtmodum niſi cum graui mœrore ſuſpicere. Itaque in ſola interim gratia præſentis ſuæ carnis eos ab amore omnis carnis ſuſpenderat. Monſtrabat autem eis poſtea altiorem amoris gradum, cùm diceret, ſpiritus eſt, qui viuificat, caro non prodeſt quicquam. Puto hunc aſcenderat iam, qui dicebat: Etſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed nunc iam nō nouimus, nam aliàs quidem nequaquam ſine ſpiritu ſancto vel in carne diligitur Chriſtus, etſi non illa plenitudine: cuius tamen mēſura deuotionis hæc eſt, vt totū cor illa ſuauitas occupet totū ſibi ab amore vniuerſæ carnis ac carnalis illecebræ vēdicet*

Mat. 19. *Lucæ 18.* *Ioan. 6.* *2. Cor. 5.*

hoc quippe toto corde diligere eſt. Alioquin ſi carnis meæ quamlibet conſanguinitatem vel voluptatem fortè præfero carni Domini mei, per quod me videlicet minùs ea implere contingat, quæ in carne manens verbo & exemplo me docuit, nonne liquidò conſtat, quòd toto nequaquã diligo corde, cùm id diuiſum habens, partem impendere videar eius carni, partem intorquere ad propriam?

Matt. 10. *Denique qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus, & qui amat filium aut filiam pluſquam me, non eſt me dignus. Ergo, vt breuiter dicam, toto corde diligere eſt omne, quod blanditur de carne propria vel aliena, ſacroſanctæ eius carnis amori poſtponere. in quo æquè mundi gloriam comprehendo, quia gloria mundi gloria carnis eſt, & qui in ea delectantur, carnales eſſe non dubium eſt. Licet verò donum & magnum donum ſpiritus ſit iſtiuſmodi erga carnem Chriſti deuotio, carnalem tamen dixerim hunc amorem, illius vtique amoris reſpectu, quo non tam verbum caro iã ſapit, quàm verbum ſapientia, verbum iuſtitia, verbum veritas, verbum ſanctitas, pietas, virtus, &*

1. Cor. 1. *ſi quid aliud, quod ſit huiuſmodi, dici poteſt. Et hæc nempe omnia Chriſtus, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. An tibi æquè & vno modo affecti videntur? is quidem, qui Chriſto paſſo piè compatitur, compungitur & mouetur facilè ad memoriam horum, quæ pertulit, atque iſtius deuotionis ſuauitate paſcitur, & confortatur ad quæque ſalubria, honeſta, & pia: item ille, qui iuſtitiæ zelo ſemper eſt accenſus, qui veritatem vbique zelat, qui ſapiẽtiæ feruet ſtudijs, cui amica ſanctitas vitæ & morũ diſciplina, cuius mores erubeſcunt iactãtiam, abhorrent detractionẽ, inuidiam neſciunt, ſuperbiã deteſtãtur, omnem humanam gloriam non ſolum fugiunt, ſed & faſtidiũt & contemnunt, omnem in ſe carnis & cordis impuritatem vehementiſſimè abominantur & perſequuntur, omne denique tanquam naturaliter & malum reſpuunt, & quod bonum eſt amplectuntur? nónne, ſi compares vtriúſque affectiones, conſtat quodammodo illum ſuperiorem reſpectu quidem huius amare quaſi carnaliter? bonus tamen iſte eſt amor carnalis, per quem vita carnalis excluditur, contemnitur & vincitur mundus. Proficitur autem in eo, cùm ſit rationalis; perficitur, cùm efficitur etiam ſpiritualis.* Hæc

ſanctus

Digitized by Google

ſanctus Bernardus. Qui rationalem appellat poſteriorem amorem, cum in omnibus fidei articulis ad Chriſtum pertinentibus quod tradit fidei regula mordicus tenemus, & in vſu virtutum vlla ſuperſtitione aut leuitate, aut ſpiritus quaſi feruentioris vehementia à diſcretionis norma minimè diſcedimus. Spiritualem autem nominat eundem, cùm tantus eſt in homine ſpiritus vigor, vt nulla vi laborum vel tormentorum nec etiam mortis metu iuſtitia deſeratur.

Poſterior item amor ille eſt, quo qui incenſus eſt, non tam Chriſti corpus corporiſve actiones aut paſſiones amat, quàm per eas ſpirituales virtutes eius & dona; hoc eſt, ipſa virtutis omnis boníque exemplaria, ex prioreque illo ſibi gradum facit ad hunc poſteriorem, ad eum modum, quo ſanctus Auguſtinus docet nos amare ſpiritum & virtutes in ijs hominibus, qui corpore alioquin deformes, & fortaſſis monſtroſi, propter illas tamen nobis cariſſimi & amiciſſimi ſunt. *Hom. 38. 50. homiliarum.*

Exempla amoris carnalis erga Chriſtum Dominum, quem ſanctus Bernardus laudat, multa ſunt apud poſteriores, pióſque auctores contemplationum de vita, & de paſſione Chriſti inter quos libros principem locum aliqui aſſignant illi quem S. Bonauentura inſcripſit Stimulum diuini amoris. Cæterum proficiens ne primo amori inſultat, ſed eo quaſi fundamento iacto aditum ſibi faciat ad ſecundum, dicatque cum Apoſtolo: *Etſi cognouimus Chriſtum ſecundùm carnem, ſed nunc iam non nouimus.* Sunt autem huius amoris incitamenta magna apud eundem Apoſtolum in eſtiſtola ad Philippenſes, cùm ait: *Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu.* Et ád Hebræos cùm ſcribit: *Reſpicientes in auctorem fidei, & recogitate eum, qui talem ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem.* Et alibi paſſim. *Ludouicus Granatenſis libr. 3 Symbol. cap. 21.* *2. Cor. 5.* *Phil. 2.* *Hebr. 12.*

* * *

Quis ſit ſcopus proficientis & perfecti, & quæ ſumma perfectionis Chriſtianæ.

CAPVT V.

IN ſuperioribus capitibus quatuor, ſpiritualis profectus perfectioniſque fundamenta ſunt poſita: nunc totius ædificij forma ante oculos ſtatuenda eſt, vt partes deinde ſingulas faciliùs explicemus, id autem fiet, ſi vniuerſę ædificationis huius (ſic enim appellatur etiam profectus ab Apoſtolo) ſcopus, qui idem eſt cum proximè propoſito fine proficientis, declaretur. Scopus enim non idem eſt, ac finis: qui enim ſagittam arcu iacit in ſignum, finem habet propoſitum laudem, aut cuiuſque modi præmium: ſcopum verò ſignum ipſum iaculo ferire. ſic finis proficientis in virtutibus Deus eſt, & eius gloria, quod docuimus capite tertio, ſcopus autem nunc inquirendus eſt, & quidem Chriſti Domini imitationem ſcopum proficienti præfigere maximè conſentaneum eſt, quando ad hanc ab eo omnia referenda ſunt, vt capite quarto oſtenſum eſt. Explicandum tamen adhuc eſt, quid nam ſit illud, in quo cogitationes omnes proficientis euigilare debeant, vt Chriſtum Dominum perfectè imitetur: hic enim propriè ſcopus erit proficienti propoſitus.

Epheſ. 2.

Rem hanc tractant Patres, præſertim S. Baſilius & Caſſianus: aliqua etiã hunc ſpectantia tradunt alij; ſed in hac re maximè verſatur Caſſianus, qui poſt multa ſic habet: *Finis*, inquit, *regnum Dei ſeu cælorum regnum eſt, deſtinatio verò, id eſt ſcopus puritas cordis, ſine qua ad illum finẽ impoſſibile eſt quempiã peruenire. In hac igitur deſtinatione defigẽtes noſtræ intentionis obtutus, velut ad certam lineã curſum rectiſſimũ dirigemus, ac ſic paululum ab hac cogitatio noſtra deflexerit, ad contemplationem eius ilico recurrẽtes rurſus eã velut quadam norma rectiſſima corrigemus.* Et paulo pòſt: *Habentes quidem (ait Apoſtolus) fructũ veſtrũ in ſanctificatione, finem verò vitã æternã. Scopus verò eſt puritas cordis, quam ſanctificationem non immeritò nuncupauit, ſine qua*

Regula fuſiùs. Reſp. 5. & ſermone de inſtitutione monachorum, Collatione prima. Cap. 4. Cap. 5. Rom.

præ di

prædictus finis non poterit apprehendi; ac ſi aliis verbis dixiſſet, Habentes quidem ſcopum veſtrum in cordis puritate, finem verò vitam æternam. De qua deſtinatione alibi docens nos idem beatus Apoſtolus, ipſum nomen, id eſt ſcopum, ſignificanter exprimens, ita intulit: Quæ poſteriora ſunt obliuiſcens, ad ea verò, quæ antè ſunt extendens me, ad deſtinatum perſequor brauium ſupernæ vocationis Domini. Phil. 3. *tanquam ſi dixiſſet, hac deſtinatione, qua illa, quæ poſteriora ſunt obliuione tranſmitto, id eſt, anterioris hominis vitia, ad finem brauij cœleſtis peruenire contendo.*

Quanquam verò Caſſianus puritatem nonnũquam à charitate non ſeparat, quia ſimul inſunt animo; opinatur tamen, eas inter ſe diſcrepare quod non obſcurè ſignificat, cum profectus atque adeò perfectionis diuinæ gradus enumerat. *Collatione prima. c. 7.* Sic enim ſcribit: *Principium noſtræ ſalutis ſapientiaque, ſecundùm ſcripturas, timor Domini eſt: de timore* Domini *naſcitur compunctio ſalutaris: de compunctione cordis procedit abrenunciato, id eſt, nuditas & contemptus omnium facultatum: de nuditate humilitas procretur, de humilitate mortificatio voluntatum generatur, mortificatione voluntatum extirpantur atque marceſcunt vitia vniuerſa, expulſione vitiorum virtutes fructificant atque ſuccreſcunt, pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur, puritate cordis Apoſtolicæ caritatis perfectio poſſidetur.*

Hæc Caſſiani ſententia vera eſt, & ideò probanda: certũm namque eſt perfectionem eſſe charitatem, charitas autem ſcopus quidem vltimus eſt proficientis, ſed nõ proximus. anteuertit enim chatitatem. cùm infunditur à Deo, animæ præparatio; præparatur anima depulſione vitiorum, & adeptione virtutum, quæ duo puritas cordis complectitur hæc igitur ſcopus eſt proficientis.

His porrò duabus partibus, hoc eſt, extractione vitiorum & inſitione virtutum, conſtare progreſſum proficientis, & perfectionem acquiri certiſſimum eſt. namque idem Caſſianus alio loco perfectionis cognitionem explicãs: *Actualis perfectio,* inquit, *duplici ratione ſubſiſtit:* *Coll. 14. cap. 3.* *nam primus eius eſt modus, vt omnium natura vitiorum*

& cura

& curationis ratio cognoſcatur. Secundus vt ita diſcernatur ordo virtutum, earumque perfectione mens noſtra formetur, vt illis non iam velut coacta & quaſi violento imperio ſubdita famuletur, ſed tanquam naturali bono delectetur atque paſcatur. Sed præter Caſſianum, idem etiam affirmant alij Patres. S. Baſilius ſcribit in hac re caput eſſe illud, *vt Chriſtianus, qui ingreditur genus vitæ, quod eſt ſecundum philoſophiam, id eſt, ſecundùm virtutis perfectionem, vitioſas animi affectiones diuerſas ac varias, quibus illius anima inſici ſolet, ad ſe ſegreget.* S. Auguſtinus: *Creſcat*, inquit, *quod habemus, & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati ſunt homines, omnia illis peccata dimiſſa ſunt, iuſtificati ſunt à peccatis, negare non poſſumus. Reſtat tamen lucta cum carne, reſtat lucta cum diabolo, reſtat lucta cum mundo.* Quo loco addit etiam alteram partem profectus ſpiritualis poſitam eſſe in amore iuſtitiæ, hoc eſt, omnium virtutum, quod idem ſermone ſequenti copioſius: *Amãda*, inquit, *iuſtitia eſt, & in iſta iuſtitia amanda gradus ſunt proficientium*: quos gradus vbi perſecutus eſt, ſubiungit: *O amore, ô ire, ô ſibi perire, ô ad Deum peruenire. Qui animam ſuam amat, perdet illam, & qui perdiderit animam ſuam propter me, inueniet illam. ſic amandus eſt amator inuiſibilis pulchritudinis.* Idem ad Paulinum ſcribens, & preſſiùs agens, ſic ait: *De agenda iſta temporali vita eo modo, per quem veniendum eſt ad æternam, noui concupiſcentias carnales eſſe frenandas, tantumque remittendum in delectationes ſenſuum corporalium, quantum ſuſtentandæ huiuſmodi agendæque vitæ ſatis eſt, omneſque moleſtias corporales pro veritate Dei & ſalute æterna noſtra & proximi patienter fortiterque tolerandas. noui etiam proximo ad hoc conſulendum omni ſtudio charitatis, vt iſtam vitam rectè gerat propter æternam. præponenda etiam nobis ſpiritualia carnalibus, incommutabilia mutabilibus, & hæc omnia tanto magis minúſve poſſe hominem, quanto magis minúſve adiuuatur gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum cur autem ille ſic, ille autem ſic adiuuetur, vel non adiuuetur, neſcio: id tamen dominum ſumma ſibique nota æquitate facere ſcio.* Et S. Gregor. *Exercitatus ſum, & defecit*, inquit, *paulisper ſpiritus meus. Quid eſt, quod ait ſpiritus*

De inſtitutione monachorum.

Serm. 16. de verbis Apoſtol.

Serm. 17.

Matt. 16

Epi. 250.

Lib. 22. moralium, cap. 14.

meus,

Digitized by Google

meus, niſi ſpiritus hominis, videlicet ſpiritus electionis? & quia per occultam gratiam ad amorem Dei temperata deſuper menſuram proficimus, quanto in nobis quotidie de Dei ſpiritu virtus creſcit. tanto noſter ſpiritus deficit. qui ſpiritus erroris, quia non à nobis ſubitò pœnitus amputatur, bono paulisper defeciſſe perhibetur. Tunc verò in Deo plenè proficimus cùm à nobis ipſis funditus defecerimus.

Hoc idem ex ſacris litteris ante etiam habebamus. Quidam huc referunt verba Domini Hieremiæ facta: *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes*; euelluntur enim vitia & plantantur virtutes. Apoſtolus quoque rem hanc ſæpiſſime repetit. Romanos ideo monet: *Vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati*, hoc eſt vitia, *vt non ſeruiamus peccato* Et: *Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis. Nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.* Corinthios etiam ſic alloquitur: *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.* Et: *Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus. perficientes ſanctificationem in timore Dei* In eandem ſententiam multa ſunt ab eo ſcripta in epiſtolis ad Galat. ad Epheſ. & Coloſ. Duo illa illuſtriora ſunt. Primũ, *Deponite vos ſecundùm priſtinam conuerſationem veterum hominem, qui corrũpitur ſecundũ deſideria erroris. Renouamini autem ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitat veritatis.* Secundum: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem ſecundùm imaginem eius, qui creauit illum.* Quid plura? Chriſtus Dominus ipſe hoc ſanxit & promulgauit cùm dixit: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam*, (*quotidie* additur apud S. Lucam) *& ſequatur me.*

Caſſianus collatione 14. cap. 3.
Hier. 1.
Rom. 6. & 12.
1. Cor. 5.
2. Cor. 7.
Galat. 5.
Epheſ. 4.
Coloſ. 3.
Matt. 16.
Luc. 9.

Eſt igitur puritas cordis ſcopus proficientis, prout ea ex his duabus partibus exiſtit, veteris hominis diſpoſitione, & ſpiritus reuocatione; ſiue abnegatione ſui, crucisque complexu, & Chriſti domini in virtutum vſu imitatione. Ob quam cauſam vniuerſæ etiam huius tra-

ctationis de proficientibus ſcopus erit.

Primum. Antequam autem aggrediar ad primam ex his duabus partibus explicandam, operæpretium exiſtimo præmonere duo. Vnum eſt, & ex antedictis intelligitur, nemini ad perfectionem, etiamſi religioſæ vitæ votis non teneatur, intercludi aditum, ſi velit vitam veterem abjicere, & complecti nouam. Immo auctor eſt Caſſianus, ſecularibus hominibus id aliquando concedi, quod religioſis tepidis eorum culpa negatur: *Facilius*, inquit, *ad ſalutarem conuerſationem ac perfectionis faſtigium carnalis quis, id eſt, ſecularis, vel gentilis accedit, quàm is, qui profeſſus monachum, nec tamen viam perfectionis arripiens ſecundùm regulam diſciplinæ, ab illo ſemel ſpiritualis feruoris igne diſceſſit. Ille namque corporalibus ſaltem vitiis humiliatus, atque immundum ſe ſentiens contagione carnali, ad fontem veræ purificationis ac perfectionis culmen quãdoque compunctus accurrit, & horreſcens illum, in quo eſt, gelidiſsimum ſtatum, ſpiritus ardore ſuccenſus, ad perfectionem faciliùs conuolabit.*

Caſſianus collatione 4. cap. 10.

Secundũ. Alterum eſt, multo magis homini deſudandum in fugandis vitiis, & ſe ipſum perfectè domando, quàm in conſectandis virtutibus. Ob quam cauſam ſcribit Caſſianus à Domino dictum fuiſſe Hieremiæ de vitiis euellendis, deſtruendis, diſperdendis, diſſipandis, de virtutibus autem ſolùm plantandis & ædificandis, quia *longè*, inquit, *difficilius eſt euelli ac deſtrui corporis animæque paſsiones, quàm ſpirituales extrui plantarique virtutes ideo fortaſſe quia vitia plura ſunt, quàm virtutes, & naturæ corruptæ quaſi cognata virtures autem extraneæ: aut etiam quia idem labor & induſtria, quæ in vitijs conuellendis ponitur, virtutibus inſerendis inſeruit.* Sed ad priorem partem accedamus, in qua peculiaris ſcopus proficientis eſt ſui ipſius abnegatio, aut ſi malimus ita loqui, mortificatio, vel ſuimet perfecta victoria.

Collatione. 14. c. 3.

***

Digitized by Google

De prima cura proficientis in abnegatione aduerſus peccata venialia.

CAPVT VI.

IN hac parte profectus, quam abnegationem cum Euãgelio nominamus, poſt primum illud & maximum, quod eſt peccatis mortiferis bellum perpetuũ indixiſſe, prima cura proficientis verſetur in peccatis venialibus pręcauendis, ne committantur, & poſtea etiam declinãdis. Inſunt enim homini iuſtificato etiam peccata venialia abſque iuſtitiæ detrimento; quia *ſi dixerimus*, inquit S. Ioannes, *quia peccatum nõ habemus ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt*. Et ita inſunt, vt quæ magna eſt infelicitas humani generis, & originalis peccati pœna, nõ poſſint, quamdiu hîc viuimus, ex aliqua parte non ineſſe. Quare enitendũ eſt, vt hæc ipſa admodum pauca ſint, & ad perexiguum tempus ac etiam non vltra punctum temporis durent.

Prima Ioan. 1.

Quamuis enim impium ſit, & à catholica fide alienum, impeccantiam aſſerere, quod (vt auctor eſt S. Hieronymus) fecerunt poſt Originem Euagrius, Rufinus, & quidam alij monachi, immo ipſe Hæreſiarcha Pelagius; eſt nihilominus animæ ſaluberrimum, & proficienti neceſſarium, quantum fieri poteſt, & quantum ad id Dei gratia adiuuatur, ab omnibus etiam leuiſſimis culpis vacuum ſe integrumque ſeruare: *Ob hanc cauſam*, inquit S. Auguſtin. *multa peccata venialia occulta eſſe Deus voluit, & ita occulta, vt periculoſiſſimũ ſit de iis definire, & fortaſſis*, ait, *propterea latent, ne ſtudium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigreſcat: quoniam ſi ſcirentur quæ vel qualia ſint delicta, pro quibus etiam permanentibus nec profectu vitæ melioris abſumptis interceſſio ſit inquirenda & ſperanda iuſtorum, eis ſecura ſe obuolueret humana ſegnities, nec euolui talibus implicamentis vllius virtutis expeditione curaret*. Et S. Bernard. blaſphemiam in Spiritum ſanctum ait eſſe, ſi dicas: *Non eſt magnum, ſi in his maneam venialibus minimiſque peccatis. Hæc eſt*, inquit, *dilectiſſimi*,

Proœmio 4. commentarij in Hieremiam, & in epiſtola ad Cteſiphõtem.

Libr. 21. de ciuit. Dei, c. 27.

Sermone 1. in conuerſione S. Pauli.

impœnitentia, hæc blaſphemia in Spiritum ſanctum, blaſphemia irremiſſibilis, nimirum propterea quòd ad illius grauiſſimæ blaſphemiæ ſimilitudinem, qui ita diceret, loqueretur. Et peccatum veniale non remittitur quandiu in eo perſiſtendi propoſitum non mutatur. Denique S. Chryſoſtomus ob eandem cauſam audet dicere, magis adhuc timenda parua peccata, quàm magna: *Magna enim*, ait, *vt aduerſemur, ipſa peccati natura efficit; parua autem hac ipſa re, quia parua ſunt, deſides reddunt, & dum contemnuntur, non poteſt ad eorum expulſionem animus generosè inſurgere.*

Homi. 87. in Matth.

Sed quanquam perfectionis amatori difficilè non eſt, id perſuadere, afferre tamen rationes quibus adducti leuia peccata, quantum poſſumus, euitemus, perutile eſt.

Prima ratio. *Libro de præcepto. & diſpẽſat.* *Epheſ. 4.* *Rom. 3.*

Prima igitur ratio ſit, peccatum etiam veniale eſſe contra Dei mandatum, vt his verbis explicat S. Bernardus: *Omne peccatum contra Dei mandatum præſumitur.* Et paulo pòſt: *Stultiloquium, ſeu vaniloquia, & quæque otiosè dicta, vel facta, vel cogitata huiuſmodi nunquam niſi contra mandatum & Dei mandatum vſurpantur: peccata quippe ſunt, & Deus prohibet omne peccatum, & tamen venialia non criminalia reputantur.* quod intelligitur eo modo, quem Theologi aperiunt, cùm aiunt, peccatum veniale eſſe non tam contra quàm præter Dei voluntatem, prohibitum tamen & malum. Denique, vt loquitur S. Paulus: *Contriſtat Spiritum ſanctum.* Et quia, vt ſignificat idem Apoſtolus: *Non ſunt facienda mala, vt veniant bona*, idcirco nullum peccatum veniale committi fas eſt, propter quodcumque etiam excellentiſſimum bonum naciſcendum, aut quodcumque vel maximum malum repellendum.

Secunda ratio. *Epheſ. 5.* *Lib. 50. homil. 50. c. 3.*

Secunda ratio, animam viri iuſti peccata venialia ſua turpitudine fœdant. ideo inquit Apoſtolus, Chriſtum Eccleſiam purgaſſe ita, *vt maculam non haberet neque rugam*, careret, inquam, vtriuſque peccati macula. Et S. Auguſtinus clariſſimè ait: *Noſtrum decus ita exterminant, vt ab illius ſponſi ſpecioſi forma præ filiis hominum caſtiſſimis amplexibus ſeparent.* Et ibidem affirmat, quamuis animã lethali vulnere non afficiant, efficere tamen maculo-

ſam,ac velut ſcabie infectam. Et apertè comparantur in Euangelio & in Canticis ſordibus pedum, quas nemo neſcit, quam putidæ & moleſtæ ſint. Qui lotus eſt, inquit Dominus, non indiget niſi vt pedes lauet. Et Sapiens. Laui pedes meos, quomodo iterum coinquinabo illos? *Ioan.13. Cant.5.*

Tertia ratio. Etſi exigua ac leuia peccata hęc ſint, non inulta tamen dimittit Deus nec impunita: *Peccata enim*, inquit S. Proſper ſiue S. Aug. *ſiue parua ſiue magna, impunita eſſe non poſſunt, quia aut homine pœnitente aut Deo iudicante plectuntur.* Et alio in loco elegantiſſimè explicat S Aug. quomodo purgatorij flammis expientur peccata venialia, pro quibus hic debitæ pœnæ exſolutæ non fuerint: *Per fluuium igneum,* ſcribit, *& vada feruentibus globis horrenda tranſibunt: quanta fuerit peccati materia, tanta & pertranſeundi mora: quantum exegerit culpa, tantum ſibi ex homine vindicabit quadam flamma rationabilis diſciplina & quantum ſtulta iniquitas ſuggeſſerit, tantum ſapiens pœna deſæuiet.* *Tertia ratio. In ſentẽtijs c.210. Lib.50. homil. hom.16.*

Quarta ratio. Venialia peccata quamuis à ſalute minimè diſiungant, deteriora tamen ſunt, quàm fortaſsè putant, qui in ea nullo negotio vel etiam data opera prolabuntur, aiunt enim Patres ea tandem, ſi multa ſint, interitum adferre: *Quid enim,* inquit S. Aug. *intereſt ad naufragium, vtrum vno graui fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim ſubrepens aqua in ſentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta impleat nauem, atque ſubmergat?* Et alibi: *Minutæ ſunt guttæ, quæ flumina implent, minuta ſunt grana arenæ, ſed ſi multa arena imponatur, premit atque opprimit.* Idem aſſerit S. Iſidorus & alij, ſiquidem, vt addit S Auguſt. *In quotidianis peccatis timenda eſt ruina multitudinis, & ſi non magnitudinis, quoniam non leuia ſunt, quia plura.* Quod intelligi dicunt Theologi ea ratione, quia hæc etiam ſimul iuncta, etſi nunquam vni peccato mortali exęquentur, ſternunt tamen viam ad illud, & prognoſtica ſunt, eum, qui huiuſmodi peccatis paſcitur, non longè abeſſe à grauiore caſu, & mortis æternæ periculo: præſertim quia peccata aliqua, etſi venialia, eius ſunt naturæ, *Vt ex paruis*, vt *Quarta ratio. In Pſal. 108. Tract.12 in Ioan. Lib.2 de ſummo bono, cap. 18. De decem chordis, cap.11.*

Hom. 87. in Matt. inquit S. Chriſoſt. *maxima fiant negligentia noſtra: nemo enim*, ait, *repente ad extremam improbitatem inſilijt.* Habet inſitum quendam anima pudorem atque innatum, quem ſubitò calcare atque proiicere non poteſt, ſed ſenſim atque paulatim ex negligentia perit. Quid enim eſt riſus? orta tamen ex immoderato riſu pauliſper ſcurrilitas, à ſcurrilitate turpiloquium, à turpiloquio operatio turpis profecta eſt.

Quinta. Sed aliud & magnum ſanè damnum adferunt animæ peccata venialia, obſcurant conſcientiæ lumen, minuúntque charitatis ardorem. quod quam graue malum ſit, intelligendum illi præſertim, qui ex animo amant Dominum Ieſum Chriſtum; è quorum numero S. Chryſoſt. ſic ſcripſit: *Non ſolùm Chriſto adhæreamus, ſed etiam Chriſto agglutinemur per facta & opera. Nam qui ſeruat, inquit, mandata mea, ipſe in me manet. etenim per multa exempla nos vnit. Conſidera autem. Ipſe eſt caput, nos autem corpus, inter caput & corpus non poteſt eſſe vllum interſtitium, ipſe fundamentum, nos ædificium. Ipſe eſt vitis, nos palmites. Ipſe eſt ſponſus, nos ſponſa. Ipſe eſt paſtor, nos oues. Ille eſt via, nos qui ingredimur. Nos rurſus templum ſumus, ipſe qui inhabitat. Ipſe eſt primogenitus, nos fratres. Ipſe eſt hæres, nos cohæredes. Ipſe eſt vita, nos viuentes. Ipſe eſt reſurrectio, nos reſurgentes. Ipſe eſt lux, nos qui illuminamur. Hæc omnia indicant vnitatem, nec ſinunt aliquid vacuum eſſe intermedium, ne minimum quidem: nam qui parum abſceſſerit, multum etiam procedens abſcedet: corpus enim ſi ab enſe accipit diſiunctionem, interibit. Quamobrem hoc paruum non eſt paruum, ſed eſt ferè totum.*

1. Cor. 3. Oratione 8.

Sexta. Sed ad alterius mali, quod ex peccatis venialibus exiſtit explicationem venio. Hoc autem eſt mora & tarditas, quam adferunt proficienti, ne pergat, vt incœperat, & vt par eſt, in virtutum curriculo, quod eſt ingreſſus. ſunt enim peccata venialia veluti compedes quidam inducti in pedes proficientium, vt vel in via reſiſtát, vel certè ingrediantur tardiſſimè; ſunt vincula, quibus conſtringuntur, ne ruere poſſint in amplexum Chriſti: ſunt denique veluti amari quidam ſucci, quibus aſpergit ſatanas cibos menſæ Chriſti, vt ne guſtent proficientes,

quàm

quàm ſuauis eſt Dominus, & inde in ſalutem creſcant. Quod ex his, quæ nunc ſubiicientur, erit etiam magis perſpicuum.

Quibus auxilijs iunctur proficiens aduerſus eadem peccata venialia, & quomodo in eis ſe gerat.

CAPVT. VII.

QVIA quotidiana ſunt peccata venialia, exciduntque proficientibus etiam non cogitantibus, & quaſi inuitis, poſtulant remedium facilè, & quod ſemper habeatur in promptu. Idcirco clementiſſimus Deus ea multis variiſque rationibus expiari ſapientiſſimè prouidit: remittuntur enim perceptione ſacramentorum, & ſacramentalium, quæ vocant, Epiſcopi benedictione, aſperſione aquæ ſacræ, oratione dominica, pœnitẽtia, pia pectoris percuſſione, eleemoſyna, & charitatis amore feruenti.

Verùm vt hæc ad leuium peccatorum veniam ſatis ſint, non ſufficit tamen proficienti, peccatis, quæ commiſſa ſunt, profligandis tantùm incumbere, ſed multo magis antè laborandum eſt, ne ea committat. Hoc vt aſſequatur, ſimulque antedicta pericula ſubterfugiat, ad hæc, quæ ſequuntur, multum ſtudij adhibeat, neceſſe eſt.

Primum ſit, accuratè quotidiè conſcientiæ ſuæ latebras diſcutere, & aſſiduè aduerſus peccata, quantumlibet minima, ſeuera pœnitentia nouaque animi deliberatione pugnare. Eſt hoc ad omnia vitia conuellenda ſingulare remedium: nec recens inuentum, ſed præceptum antiquiſſimorum Patrum S. Chryſoſtomi & Baſilij, quorum ille ſic ſcribit: *Habeto codicem conſcientiam tuam, & ſcribe quotidiana peccata: Antequam veniat ſomnus reminiſcere peccata tua, ſiquid in verbo, ſeu in facto, vel in cogitatione peccaſti. Hoc enim, dicit Propheta: Quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris cõpungimini.* Et poſt pauca: *Dicito in corde tuo, & in anima tua. Expẽdimus*

Primum

Hom. 2. in Pſal. 50.

Pſal. 4.

diem, ò anima, quid boni fecimus, aut quid mali operati ſumus? & ſi quid boni feciſti gratias age; ſi quid mali, de cætero ne facias. Iudicium facito tibimetipſi terribile; leuiorem præpara confeſſionem cogitationum tuorum. Hic verò nempè S. Baſilius, numerat etiam aliqua huiuſmodi peccatorum capita, quę inquiramus, cogitationes nimirum, verba, mentis inter orandum euagationem, tædium pſallendi, deſiderium vitæ liberioris & communis, denique addit delictum, quod deprehenſum fuerit, nullo modo occultandum eſſe, ſed confeſſione etiam publica & fratrum oratione diluẽdum. Vide etiam quæ ſcribit S. Bernardus. Quòd ſi moleſtum eſt id quotidie agere, non ideò tamen eſt minus neceſſarium, quotidie enim peccamus: ſiquidem *ſepties in die cadit iuſtus*. Quotidie igitur mederi malis noſtris debemus. Optandum ſanè fuerat, vitam per ſe miſeram ſine peccatis traducere, ſed quando noſtro malo & primi parentis incuria in hanc calamitatem coniecti ſumus, vt ſine peccato non ſimus, neceſſitati ſeruiendum eſt. *Et quoniam*, vt ait S. Auguſtinus, *inſudat aqua per anguſtas rimulas nauicula noſtra: ne impleatur ſentina, & cymba mergatur, non ceſſetur à nautis, ambulent manus, & quotidie, quod nautæ faciunt, exhauriatur ſentinas.* Vti autem hic neceſſe eſt S. Chryſoſtomi præcepto, quo ait: *Suſpendito cogitationes tuas in equuleo.* hoc eſt, non ſolùm peccata tua recognoſcas, ſed etiam eorũ radices inquiras, ex quo ſcilicet habitu, paſſione, propenſione, occaſionéve incurras in ea peccata, vt tandem ſecuris ad radidem poni poſſit, & ea præciſa, quod ex ea oritur peccatum aliquando exareſcat.

Serm. de Inſtit. monachorum. — *Serm. 55. in Cant.* — *Prou. 24.* — *Hom. 42 l. 50. hom.*

Secundũ.

Secundum eſt illud, ſubinde animo recolere, in homine diuinæ gratiæ donis cumulato, quales ſunt proficientes, & religioſam vitam profitentes, peccata alioquin minima, maiora cenſeri & eſſe: quo enim illuſtrior eſt qui peccat, eo magis extat labes, qua aſpergitur & maculatur peccando. S. Iſidorus ſic habet: *Peccata, quæ incipientibus leuia ſunt, perfectis viris grauia reputantur: tanto enim maius cognoſcitur eſſe peccatum, quanto maior, qui peccat, habetur. Creſcit enim delicti cumulus, iuxta ordinem meritorum, & ſæpe quod minoribus igno-*

Lib. 2. de ſummo bono. cap. 18.

Digitized by Google

ſcitur, maioribus imputatur. S. Bernard. Eugenio ſummo Pontifici, quid ſentiat hac de re, explicat illo dicto iam ſatis celebri. *Inter ſaculares nugæ, nugæ ſunt: in ore ſacerdotis blaſphemia.* Et addit: *conſecraſti os tuum Euangelio: talibus iam aperire illicitum, aſſueſcere, ſacrilegum eſt.* In fine l. 2. de conſ.

Tertium eſt, ob hanc cauſam viri ſanctitatis ſtudioſi grauiſſimè vindicant in ſeipſis peccata, etiam venialia. *Quid peccatores,* inquit S. Iſidorus, *de magnis ſceleribus agere debēt, quādo etiā perfecti leuia quoque delicta quaſi grauiſſima lugent?* Exempla multa ſanctorum hominum adferri poſſent, ſed legātur corū hiſtoriæ: admiranda enim ſunt, quæ hac in re ab iis præclarè quidem ad documentum, in ſe ipſos tamen iniurioſè facta narrantur. Non prætéribo ſilentio quod de Euſebio monacho refert Theodoretus: *Is,* ait, *dum alter quidem legeret Euangeliorum hiſtoriam, ad contemplationem quorundam agricolarum, qui in ſubiecto campo terram coleret, tractus eſt: qui proptereà ſuis deinceps oculis legem tulit, vt neque campum illum vnquam contemplarentur, neque cœleſti pulchritudine, & chori aſtrorum aſpectu fruerentur. Sed anguſtiſſima vitēs ſemita, id eſt, vnius palmi, ferente ad oratorium, extra eam deinceps egredi non eſt paſſus. Vt autem ad id eum quoque traheret aliquā neceſſitas cum lumbos zona ferrea alligaſſet, & grauiſſimum collare collo impoſuiſſet; alio ferro coniunxit zonam collari, vt hoc modo inclinatus cogeretur aſſiduè in terram deſpicere. Has ipſe de ſe exegit pœnas, quòd illos eſſet contemplatus agricolas, continuauitque totos quadraginta annos, quibus poſtea vixit.* 3. Ibid. Hiſtoria Sanctorū ſect. 4.

Quartum addo, magnum nimirum virtutum vſum, & exercitationem orationis præſertim, humilitatis, deſiderij æternæ vitæ, amoris denique in Deum & Chriſtum Dominum, eo in dies ardentioris, quò huiuſmodi neceſſitati & culpæ iidem ſe diutius obnoxios eſſe cognoſcunt: *Quoniam,* inquit S. Auguſtinus, *tentatio eſt vita hominis ſuper terram, etiamſi à criminibus longè ſimus, non tamen deeſt vbi deſiderijs peccati, vel facto, vel dicto, vel cogitatu obediamus: quando aduerſus maiora vigilantibus quædam incautis minuta ſubrepunt. Et propter hoc qui ambulant in vijs Domini dicunt: Dimitte nobis debita noſtra.* 4. In Pſal. 118. concione 3.

In 2. Pſ. pœnit.

Et S Gregorius in illa verba: *Pro hac orabit ad te omnis Sanctus, Quanto*, inquit, *electus quiſque maiori ſanctitate pæminet, tanto magis de his, ſine quibus hæc vita non ducitur, venialibus peccatis dolet. Quis ſanctior Paulo, qui de ſe diffidens de corpore mortis per Dei gratiam liberari expectat?* (Rom. 7.) *Sancti enim viri licet magnis iam virtutibus polleant, habent tamen adhuc de culpa obſcuritate, quod ferant. Et licet iam magna vitæ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas, veluti quaſdam noctis reliquias, nolentes trahunt. Quod diuina profectò pietatis diſpenſatione agitur, vt qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, ad humilitatis celſitudinem ſua meliùs infirmitate ſubleuetur, quatenus vnde parua reprehenſibilia humiliter patitur, inde meliùs iniuſtitiæ virtute roboretur: & eo ſe in virtutis culmine erectũ nimimè ſentiat quo ſuis viribus etiam parua, quæ eum impediunt, non expugnant. Orat ergo pro remiſſione peccati omnis Sanctus, quia ſine peccati macula ſolus inuenitur homo* IESVS CHRISTVS. *Verum ne aliquid intelligas tranſitorium appeti in oratione Sanctorum, adiungitur, Ad te, electi enim Dei orantes, vt ad Deum perueniant, infirmitatis ſuæ inceſſanter exceſſus deplorant, quia & inde refectionis intimè dulcedinem ſentiunt, vnde vim ſuauiſſimi amoris per lachrymas emittant.*

Vt autē ſciamus quā leuia ſint peccata ſanctorũ hominũ, de quibus prædicti patres verba fecerunt, libet ea ex Caſſiano, qui idem ſentit & ſcribit, memorare. *Aliud eſt admittere peccatũ mortale, & aliud eſt cogitatione, quæ peccato non careat, præueniri, vel ignorãtia aut obliuionis errore, aut facilitate otioſi ſermonis offendere, aut ad punctũ in fidei theoria aliquid hæſitare, aut ſubtili quadam cenodoxiæ titillatione pulſari, aut neceſſitate naturæ aliquantiſper à ſumma perfectione recedere: hæc enim ſunt ſeptem lapſuum genera, in quibus vir ſanctus licet nounun quam cadat, tamen iuſtus eſſe non deſinit.* (Coll. 22. cap. 13.) Ecce qualia ſint ex Caſſiani ſententia peccata venialia perfectorum: hoc eſt quàm exigua, quàm exilia, quàm ferè nulla, vt nos tandem noſtrimet pudeat, qui religioſi ſumus, & perfectionis ſtudioſi, & tamen multa, tam magna: & tam ſæpe peccamus, nec tamen eas virtutes exercemus in tam vbere materia, qua-

rum ſancti viri in tam ſterili ſegete leuiſſimorum fructus vberrimos aſſiduè capiunt.

Quæ peccata venialia magis retardent progreſſum proficientis.

CAPVT VIII.

VIDIMVS quomodo ſancti viri ex ſpinis peccatorum ſuorum, videlicet minimorem, florem fructúmque virtutis accipiăt: nunc agendum eſt de grauioribus illis peccatis venialibus quidem, ſed quæ ſi non reſecentur, ſuffocant tandem ſementem diuinæ gratiæ, aut certè ne fructum ferat, impediunt. Hæc autem non ſunt ſubreptitia illa, quæ nobis etiam inſciis, & quodammodo nolentibus inſurgunt; ſed alia quædam, quæ venialia ex genere nominantur, & ab homine ſponte committuntur. Ex iis quædam hîc exempli cauſa ponemus, vt de ſimilibus aliis generis eiuſdem idem iudiciũ fiat.

Primum omnium occurrit ingrati animi vitium: quo fit vt poſt conuerſionem noſtram, quaſi diuinorum beneficiorum immemores, non ſolùm animo verbíſque Deo gratias non habeamus, ſed, quæ maxima eſt ingratitudo, ne rectè quidem factis, vt par eſſet, diuino beneficio reſpondeamus, ſed contenti præteritorum peccatorum venia, deinceps oſcitanter viuimus, tanquam de ſalute ſecuri. Egregiè hoc quoque S Bernardus: *Non ſine cauſa, cùm ſint eadem nobis cum patribus, initia, diſpar valde conuerſationis profectus inuenitur: adeò vt cùm eos profeciſſe de die in diē & curſum conſummaſſe legamus, apud nos magnus æſtimaretur, ſi quis vel ipſa conuerſionis ſuæ primordia conſeruaret. Vt non minus humilis aut timoratus, non minus ſolicitus & circumſpectus, non minus feruens ſpiritu, non minus patiens ac manſuetus in medio, quàm in initio videretur. Quantos enim videmus, quaſi oblitos ſui & peccatorum ſuorum, Dei quoque & beneficiorum eius immemores, ſic non redimere, ſed amittere tempus,* *Sermone contra ingratitudinem.*

Digitized by Google

vt de moribus & affectionibus ſuis vix vltima apud ipſos mentio fiat? Et poſt pauca: *Iſtos quid aliud agere dixerim, quàm ſecuros iam de gratia Domini ſui, fiducialiter de ea, quam longo tempore promeruerunt, familiaritate præſumere? hoc nempe eſt, quod vulgari prouerbio dicitur, Familiaris dominus fatuum nutrit ſeruum. Sed vbi eſt, dilectiſſimi, quod*

Pſal. 38. *toties canitis? Quoniam ego aduena ſum apud te, & peregri-*

Lucæ 17. *nus ſicut omnes patres mei? heu heu non inuenitur qui redeat & agat gratias Deo, niſi hæc alienigena: nonne decem mundati ſunt, & nouem vbi ſunt? meminiſtis verba Saluatoris hæc eſſe, nouem illorum ingratitudinem arguentis. Bene ſiquidem oraſſe, obſecraſſe, poſtullaſſe leguntur, qui leuauerunt vocem dicentes: I E S V Fili Dauid miſerere mei. Sed defuit eis quarta, quàm adiecit Apoſtolus, Gratiarum actio, quando non redierunt nec egerunt gratias Deo.* Et hoc eſt peccatum tepidorum, de quo etiam poſtea.

2 Secundum peccatũ eſt eorum, qui propterea feſtinatione ducti, cùm vix digni ſint minimis gratiæ Dei donis, aſpirant ad maxima, & cùm detineri adhuc debeant pœnitentiæ aliarumque virtutum actionibus, ardenter

Ser. 4. in Cantic. appetunt deuotionis & amoris Dei ſummum. Hi etiam audiant ſanctum Bernardum, qui ſic eos alloquitur: *Nolo repente fieri ſummus, paulatim proficere volo. Quantum diſplicet Deo impudentia peccatoris, tantum pœnitentis verecundia placet. Citiùs placas eum ſi menſuram tuam ſeruaueris, & altiora te ne quæſieris. Longus ſaltus & arduus eſt de pede ad os. Sed nec acceſſus conueniens. Quid enim? recenti adhuc conſperſus puluere, ora ſacra continges? heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præſentaris? per manum tibi trãſitus ſit. illa prius te tergat. Illa te erigat. Quo modo eriget? dando vnde præſumas. Quid iſtud? decor continentiæ, & digni pœnitentiæ fructus, quæ ſunt opera pietatis. Hæc te de ſtercore erigent in ſpem audendi potiora.* His addendum, eos, qui huiuſmodi ſunt, vt in proprio abundent ſenſu, ſunt tamen conſilij ſanioris inopes, ideoque illis in primis neceſſaria eſt magiſtri ſpiritualis cura; qua de re idem S. Bernardus ſermone ſeptuageſimo ſeptimo ſuper Cantica:

3. Tertium peccatum eſt mendacium, etiam officij aut

Digitized by Google

ioci cauſa prolatum, ſi quidem lege diuina prohibetur omne mendacium. *Os enim quod mentitur, occidit animam.* Et in Pſalmis laudatur: *Qui loquitur veritatem in corde ſuo, & non egit dolum in lingua ſua.* Qua in re grauius peccamus nos, quàm non dicam antiquiores Iudæi, ſed aliqui etiam Chriſtiani & antiqui Scriptores, qui exiſtimarũt, prudentem virum poſſe aliquando officioſo mendacio vti, non ſecus atque medicamento: quia res hæc ab Eccleſia temporibus illis non ita perſpicuè definita erat, vt noſtra hac tempeſtate, in qua ſacris canonibus interdicitur quodcunque mendacium, vitæ etiam ſeruandæ cauſa pronunciatum. Inter illos ſcriptores numeratur Caſſianus pluribus locis ſententiam pro mendacio ferens, ſecutus ſanè antiquiores alios, quibus idem dogma placuerat, Contra quos tamen ſcribit doctiſſimè ſuo more S. Auguſtinus duobus libris de mendacio, & contra mendacium inſcriptis: cuius ſunt illa verba: *Aut ergo cauenda mendacia rectè agendo, aut confitenda ſunt pœnitendo: non autem cùm abundent infeliciter viuendo, augenda ſunt & docendo.* Et alibi ait: omne mendacium à viris ſpiritualibus omnino alienum eſſe. Quod vtinam proficientibus noſtri temporis diuinitus concedatur. Vereor enim ne quia multi in hoc vitio fugando negligentiores ſunt, expertes quoque ſint magnorum Dei munerum: quibus ad progrediendum in ſpiritu maximè opus habent.

Prou. 17. *Pſal. 14.* *Cap. ſuper eod. de vſuris & 22. quaſt. 3. libr. 5. c. 37. & 9. & collat. 17. c. 15. & ſeq. Tomo 4. Libr. con. tra mendacium, cap. 7. In Pſ. 4.*

Mendacio affinis eſt maledictio & contumelia, quæ ſunt etiam pleriſque familiariſſimæ, & tamen ſcribit Salomon, *eas in proferentem ſuperuenire.* Et Origenes auctor eſt rem eſſe fœdam, & oris inquinati, conſuetudinem maledicendi, etiam ſi voto & animo maledico maledicta nõ proferantur. Quid dicam de detrectationibus & murmurationibus, quando à verbis etiam otioſis vt abſtineamus, monemur à Domino? & vt perfectionem aſſequamur, neceſſe ſit maximam cuſtodiam ori adhibere, quod adeò difficile, laborioſum, & diuturni temporis eſt, vt dicat S. Iacobus: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.* Longiſſimè igitur abeſt à perfectione Chriſtiana, non ſolùm qui verbo offendit,

Prou. 26 *Hom. 14. in c. 24. Leuit.* *Iacobi 3.*

Digitized by Google

ſed multo maximè qui maledicendi & obtrectandi licentiam ſibi permiſſam putat, quòd ipſe ijs vitijs careat quæ in alijs perſtringit, & ſi ſalutis aliorũ cauſa id ſe facere arbitretur.

Et vt breuiter dicamus, quodlibet peccatum veniale, quantumlibet leue, moram infert & impedimentum progredienti ad perfectionem, præſertim verò ſi iam in habitum euaſerit. Si enim ſemel atque iterum commiſſum retardat, quid facturum putamus cùm eſt diuturna conſuetudine firmatum? *Omne Malum naſcens* inquit ille, *facilè opprimitur, non item cùm inueteratum eſt.* Quare principijs obſtandum: quanquam enim peccata hæc ſpinæ ſint, quæ leuiter feriunt, cùm parua ſunt, cùm tamen vſu robuſtiora fiunt, infixa magis animo, interiorem hominem, ſi non proſternunt, concidunt tamen, & quaſi delumbant, redduntque deformiter in via ſpiritus claudicantem. Meminerit igitur proficiens, peccatum, & ſi veniale, non condonari à Deo, niſi eius peccatorem pœnituerit. Vix autem hominem pœnitet eorum, quæ diuturnitate callum obduxerunt, & ad quæ vſu continuo repetita, voluntas quodammodo obdureſcit.

Cicero. Philippica 5.

Concludam tractationem hanc de peccatis, ſi priùs monuero quorundam peccatorum proficientium mentionem fieri à S. Auguſtino, cùm, ſcribit in hunc modum, *Inter flagitia & facinora, & tam multas iniquitates ſunt peccata proficientium, quæ à bene iudicantibus & vituperantur ex regula perfectionis, & laudantur ſpe frugis ſicut herba ſegetis.* Hæc autem non ſunt ea, de quibus hactenus locuti ſumus, quæ nemo non videt, quàm nullius ſpei ſint: ſed illa potius, de quibus Caſſianus ait: *Incipientem aliquando inanis gloriæ cogitationibus ſuſtentari, ne in grauiora peccata labatur*: vel illa de quibus idem ſanctus Auguſtinus alibi ſic: *Animæ virtutis capaces ac fertiles præmittunt ſæpe vitia, quibus hoc ipſum indicent, cui virtuti ſint potiſſimùm accommodatæ, ſi fuerint præceptis exculta.* Confirmat id exemplis Moyſis, Petri,

Cnoat. 5. Confeſſ. cap. 9.

Libr. 3. cap. 12.

Libr. 22. contr. Fauſtũ. cap. 70.

Digitized by Google

& Sauli:& concludit, reſecandum hoc vitium, vel eradicandum, ſed tamen tam magnum cor, tanquam terra frugibus, ita ferendis virtutibus excolendum. Huius generis ſunt zelus ſalutis animarum feruidus & intemperatus, correctionis fraternæ vſus intempeſtiuus, animi imbecillitas ac deiectio ex præteritorum peccatorum memoria, ſolicitudo ex cogitatiuncula, motu animi repentino, verbo, ſilentio, & ſimilibus ad ſuperſtitionem vſque, denique ardentiora, quã par eſt pœnitentiæ ſtudia, quibus nonnunquam ſeſe dant incipientes aut etiam proficientium aliqui, quæ laudanda ſunt ad eum modum, quo orationis luxuries quædam in nouis oratoribus commendatur. Sed ſicut hæc ſtylo poſtea depaſcenda eſt, ſic illa magiſtri ſpiritualis prudentia moderanda.

De habenda cura abnegationis prauorum habituum: quorum etiam ponitur generalis diuiſio, deinceps pertractanda.

CAPVT IX.

SECVNDA cura proficientis in abnegatione, poſt illam nimirum, quam in peccatis profligandis ponit, verſari debet in reuellendis abjiciendiſque illis prauis affectionibus aut habitibus; quibus homo, dum peccat, inbuitur. Siquidẽ, vt ait ſanctus Auguſtinus, *cum aliquibus cupiditatibus nati ſumus, aliquas conſuetudine fecimus: nam propter illas, cum quibus nati ſumus, baptizantur infantes, vt ſoluantur à reatu propaginis malæ, quã habuerunt. Conſuetudini ſemper repugnandũ eſt.* Exemplũ adfert ebrioſi ante baptiſmũ: *Qui*, inquit, *baptizatus eſt, dimiſſa sũt illi omnia, quibus inebriatus eſt. Reſtat aduerſaria cõſuetudo.* Et cõcludit: *Quod dixi de ebrietate, de omnibus vitijs intelligas* Ex quibus illud (quod etiam experientia magiſtra diſcimus) compertum eſt. Vitia, quæ ante

Ser. 45. de tẽpore. Vide etiã S. Greg. Lib. 4. moral. c. 31.

Digitized by Google

remiſſionem peccatorum, ſiue, ea per baptiſmum ſiue per pœnitentiam obtineatur, à peccatore cõtracta ſunt, quod quidem ad culpam attinet, aboleri, non autem quod ſpectat, ad effectionem ſiue habitum naturæ, ſi ad eum iam antè perducta fuerant. Manere igitur, deleta culpa, prauos conſuetudinis habitus, tanquam peccati ſoboles, & hominis hoſtes, contra quos continenter à proficiente pugnadum eſt, donec eorum vis vniuerſa peruertatur. Atque hoc eſt, quod hoc loco tractandum ſuſcipimus. Et quamuis non omnia vitia omnibus etiam peccatoribus communia ſint, ſed vt varia ſunt hominum ſtudia, variæ item peccãdi conſuetudines & cauſæ, alia aliis vitia inſint, & ſingulis propria; nobis tamen, qui diſciplinam vniuerſam explicamus, conuenit agere de vniuerſis. Et tametſi nonnulli quoque proficientes reperiantur, qui vitiorum, de quibus loquimur, expertes ſunt; iis nihilominus, vt ea præcaueant, perutile futurum eſt, cognoſcere quæ cuiuſque vis & natura ſit, & quibus rationibus expugnetur.

Collatione vltima, c. 15.

Nulla porrò partitio prauorum habituum propoſito noſtro magis conuenit, quàm illa, quæ eſt apud Caſſianum. Cùm enim docuiſſet animæ vitia ſimiliter ad corporis morbos illud nomen accipere, quod habet ea pars, quam occupant, tres autem eſſe partes animæ, rationalem, iraſcibilem, concupiſcibilem; conuenienter huic diuiſioni vitia vniuerſa in tres partes diſtribuit, his verbis: *si rationabilem animæ partem vitiorum peſtis inſecerit, cenodoxiæ, elationis, inuidiæ, ſuperbiæ, præſumptionis, hæreſeos vitia procreabit. Si iraſcibilem vulnerauerit ſenſum furorem, impatientiam, triſtitiam, acediam, puſillanimitatem, crudelitatemque parturiet. Si concupiſcibilem corruperit portionem gaſtrimargiam fornicationem, philargyriam, & deſideria noxia, terrenaque germinabit.* Alibi autem idem Caſſianus ſupraſcripta vitia omnia contrahit ad octo capita, de quorum connexione & curatione ita ſcribit: *ex priora, gaſtrimargia, fornicatio, philargyria, ira, triſtitia, acedia, quadam inter ſe cognatione, & , vt ita dixerim, concatenatione connexa ſunt, ita vt prioris exuperantia ſequentis efficiatur exordium: nam de*

Collatione 5. c. 10.

abundan

abũdantia gaſtrimargiæ fornicationem, de fornicatione philargyriam, de philargyria iram, de ira triſtitiam, de triſtitia acediam neceſſe eſt pullulare. Ideoque ſimili contra hæc modo atque eadem ratione pugnandum eſt, & à præcedentibus ſemper aduerſus ſequentia nos oportet inire certamina. Faciliùs enim cuiuſlibet arboris noxia latitudo ac proceritas exareſcit, ſi antea radices eius, quibus innititur, vel nudatæ fuerint, vel ſucciſæ. Quamobrem vt acedia vincatur, antè triſtitia ſuperanda eſt, vt triſtitia propellatur, ira priùs extrudenda eſt, vt extinguatur ira, philargyria calcanda eſt, vt euellatur phylargiria, fornicatio compeſcenda eſt, vt fornicatio ſubruatur, gaſtrimargiæ vitium eſt caſtigandum. Reſidua verò duo, id eſt, cenodoxia & ſuperbia, ſimiliter illa, qua de ſuperioribus vitiis diximus, ratione vincuntur, ita vt incrementum prioris ortus efficiatur alterius. Cenodoxiæ enim exuperantia ſuperbiæ fomitem parit. Sed ab illis prioribus vitiis penitus diſſident, nec ſimili cum eis ſocietate fœderantur. Et contrario modo & ordine ſuſcitantur: nam illis euulſis, hæc vehementiùs fructificant, & illarum morte viuaciùs pullulant atque ſuccreſcunt. Et paulo pòſt: *Vt ſuperbia poſſit excludi, cenodoxia eſt præfocanda. Licet autem octo vitia ſibi inuicem connexa ſint, ſpecialiùs tamen in quatuor coniugationes & copulas diuiduntur. Gaſtrimargia nãque fornicatio peculiari conſortio fœderatur, philargyria ira, triſtitia acidia, cenodoxia ſuperbia familiariter coniugatur.* Nobis igitur à gaſtrimargiæ vitio incipiendum eſt.

De gulæ abnegatione & victoria.

CAPVT X.

ESSE nobis primum certamen contra gulę vitium (quod alij nominant gaſtrimargiã) ineundum, docent Patres, in primis autem Caſſianus, cuius rei hæ rationes ſunt. Prima: *Impoſſibile eſt*, inquit, *ſaturum ventrem pugnas interioris hominis experiri: qui enim gula ſuperfluos* *Libr. 4. cap. 3. 11. 16. 20. &c. Prima ratio. Cap. 13. Cap. 20.*

appetitus inhibere non potuit, quomodo æſtus carnalis concupiſcentiæ valebit extinguere? & qui non quiuit, paſſiones in propatulo ſitas paruaſque compeſcere, quemadmodum occultas nulloque hominum eſte prurientes moderatrice diſcretione poterit debellare? Et S. Greg. *Neque ad conflictum ſpiritualis agonis aſſurgitur: ſi non priùs intra noſmetipſos hoſtis poſitus, gulæ videlicet appetitus, edometur.* Hæc autem ratiò inde vim habet, quòd malitia eſt vita hominis, nobiſque contra ſpiritus hoſtes innumeros ſemper in acie verſandum eſt, *Non enim coronabitur*, ait Apoſtolus, *niſi qui legitimè certauerit.*

Lib. 30. moraliũ. cap. 13.

2. Tim. 2.

Secunda ratio.

Cap. 10.

Cap. 16.

Ex quo etiam pendet altera eorundem ſcriptorum ratio: *Nũquam*, inquit Caſſianus, *robuſtioribus æmulis colluctari poſſe confidas eum, quem in leuiori conflictu conſpexeris ab infirmiorib. paruiſque ſuperari, ſpirituales enim nequitiæ non niſi victoribus huius vitij, & his, qui merentur in ſpirituali agone contendere, concertare dignãtur. Inſultant victis potiùs tanquam peccati ſeruis. Immo per Apoſtolum ironia vtentem non optantis, ſed exprobantis affectu, iiſdem obijcitur Tentatio vos non apprehendit, niſi humana. Ac ſi diceret, non mereri mentis robore conquiſito grauiores pugnas, nequitiarum cœleſtium experiri, qui carnem fragilem reſiſtentẽ ſpiritu ſubiugare nequiuerunt. Quamobrem cùm affirmat eſſe colluctandum aduerſus principes & poteſtates tenebrarũ harum, iam victoriam de corpore reportatam eſſe ſignificat, aſſerens antè ſibi non eſſe colluctationem cum carne & ſanguine.*

1. Cor. 10.

Epheſ. 6.

Tertia ratio.

Libr. 5. in primo Regum, cap. 11.

Tertia ratio eſt S. Greg. qui ita ſcribit: *Ex vno gulæ vitiò innumera vitiorum agmina ad conflictum animæ producuntur, & cùm idem gulæ vitium reciditur, alia multa nobis vitia ſubiugamus.*

Quarta ratio.

Cõſtitut. monaſt. cap. 5.

Quarta ratio eſt S. Baſilij ex vtilitate petita ſicut ſuperior: *Ventris*, inquit, *moderatio animi perturbationum compreſſio eſt, perturbationum autem cõpreſſio animi pax eſt atque tranquillitas, animi verò tranquillitas nihil aliud, quàm virtutum fœcundiſsimus fons.*

Hic autem erit de vitiis tractationis ordo, vt primò naturam cuiuſque vitij inueſtigemus, deinde effectus, tertiò remedia, poſtremò indicia victoriæ de eodem vitio partæ, ſiue in eo abnegando profectũ explicemus.

Natura & vis gulæ ex tentationibus, quibus hominē aggreditur, facilè congnoſcitur. Hæ autem à S. Greg. referuntur, *Quinque nos*, inquit, *modis gulæ vitium tentat. Aliquando namque indigentiæ tempora præuenit: aliquando verò tempus non præuenit, ſed cibos lautiores quærit: aliquā do qualibet ſumenda ſint, præparari accuratius expetit: aliquando autem & qualitati ciborum, tempori congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram moderatæ refectionis excedit: nonnunquam verò & abiectiùs eſt quod deſiderat: & tamen ipſo æſtu immenſi deſiderij deteriùs peccat. Mortis quippe ſententiam patris ore Ionatas meruit, quia in guſtu mellis conſtitutum edendi tempus anteceſsit.* 1.Re. 14. *Et ex Ægypto populus eductus in eremo occubuit, quia deſpecto manna, cibos carnium petijt, quos lautiores putauit.* Num. 11. *Et prima filiorum Heli culpa ſuborta eſt, quòd in eorum voto Sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de ſacrificio carnes accipere, ſed crudas quæreret, quas accurratiùs exhiberet.* 1.Reg. 2. *Et cùm ad Hieruſalē dicitur, hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, apertè oſtenditur, quòd idcirco ſalutem perdidit, cum ſuperbiæ vitio menſuram moderatæ refectionis exceſsit.* Ezec. 16. *Et primogenitorum gloria Eſau amiſsit, quia magno æſtu deſiderij vilem cibum, ſcilicet lenticulam, concupiuit: quàm dum vendendis etiam primogenitis prætulit, quo in illam appetitu anhelaret, indicauit.* Geneſ. 25 *Neque enim cibus, ſed appetitus in vitio eſt. Vnde & lautiores cibos plerumque ſine culpa ſumimus, & abiectiores non ſine reatu conſcientiæ deguſtamus. Hic quippe, quem diximus Eſau, primatum per lenticulam perdidit; & Helias in Eremo per virtutem ſpiritus carnes edendo ſeruauit. Vnde antiquus hoſtis quia non cibū, ſed cibi concupiſcentiā eſſe cauſam damnationis intelligit, & primum ſibi hominem non carne ſed pomo ſubdidit; & ſecundum non carne ſed pane tentauit.* Geneſ. 3. Matt. 4. Huc pertinet quod idem S. Greg. alio loco & Caſſianus in inſtitutionibus tradunt de tribus gulæ ſpeciebus. Lib, 21. in primū Regum, cap. 3. Cap. 23.

Effectus autem gulæ ex his, quæ capitis initio dicebamus, ex parte manifeſti ſunt, & apertè recenſentur ab eodem S. Greg. nomine filiarum gulæ, his verbis, *De veneris ingluuie, inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia* Libr. 31. maraliū, cap. 17.

multilo

multiloquium, hebetudo ſenſus circa intelligentiam propagantur. Has autem ſic intelligi debere auctor eſt S Tho. *Gula*, inquit, *propriè conſiſtit circa immoderatam delectationem, quæ eſt in cibis & potibus, & ideò illa vitia inter filias gulæ computantur, quæ ex immoderata delectatione cibi & potus conſequuntur. Quantum ad rationem, cùm animus hebetatur ex immoderatione cibi & potus, & hinc eſt hebetudo ſenſus circa intelligentiam, propter fumoſitates perturbantes caput.* Ob id Salomon, *cogitaui abſtrahere à vino carnem meam, vt animum meum tranſferrem ad ſapientiam. Quantum ad appetitum verò, qui quaſi ſopito gubernaculo rationis deordinatur plurimum, ponitur inepta lætitia, inordinatum verbum, hoc eſt, multiloquium, inordinatus actus, id eſt, ſcurrilitas, aliter iocularitas, quæ riſum mouet aliis, denique ex parte corporis ponitur immunditia, id eſt, incontinentia omnis ad libidinem pertinens.* An autem gulæ intemperantia ad Eccleſiaſticos & religioſos viros vſque pertineat, intelliget, qui leget extremam apologiam S. Bernardi ad Gulielmum Abbatem. Nos ad remedia veniamus.

2.2.q. 147. artic.6.

Eccleſ.2.

Primum remediũ.

Primũm remedium eſt abſtinentia & iniunium, quo quiſque facilè intelligit, curari gulæ vitium tanquam contrario contrarium. Sed S. Chryſoſtomus ſcribit non ſolùm ipſam delectationem, quæ gulæ vitij maxima pars eſt, abſtinentia frangi, ſed auferri etiam reliquam eius ſobolem, quam ex S. Gregorio recenſuimus; ſic enim habet: *Angelorum nempe ieiunium imitatio eſt, contemptus præſentium, ſchola precum, alimonia animæ, frænum oris: mitigat concupiſcentias, ſciunt qui ieiunant; & mitigat voluptates, mollit furorem, compeſcit iram, ſedat fluctus naturæ, excitat rationem, claram facit animam, alleuiat carnem, fugat fœdas intemperantias nocturnas. Bene compoſiti ſunt ieiunis geſtus, facilis lingua, abeſt ritus ebriorum, recta eſt cogitatio, non enim effunduntur concupiſcentiæ, hilaris eſt continentia, ſerenitas inualeſcit.* Hoc autem remedium non tam de ieiunio, quam de temperantia accipi debet: quæ ſine dubio idem non eſt, ac ieiunium, vt etiam docet S. Auguſtinus. ſi quidem ieiuniorum, quæ Eccleſiæ lege iubentur, ſunt ſtata tempora, ſunt proprij ritus

Serm.1. de ieiunio.

Epiſt.86.

quos

quos etiam ſeruamus, cùm ieiunia ſponte ſuſcipimus: temperantia non eſt temporis legibus aſtricta: vſum eius quotieſcunque volumus, habemus: habere autem debemus ad ſingulas horas & momenta, vt hac aſſiduitate abſtinentiæ non ſolùm os, ſed cupiditatem multo magis cohibeamus, rationique ac Deo obedientem reddamus.

Secundum remedium affertur ab omnibus, qui hoc argumentum tractant: vt videlicet non minus aliis vitiis omnibus, quàm nocentibus cibis abſtineat illi, qui gulæ cupiditatem coërcere deſiderat. Cuius rei hæc ratio eſt, quia ſicut immoderata ciborum cupiditas & vſus fons eſt aliorum vitiorum; ſic viciſſim alia vitia mutuam illi gratiam, gulam fouendo, referũt. Neque enim ſine cauſa ij, *quorum Deus venter eſt*, dicuntur ab Apoſtolo *terrena ſapere*, hoc eſt, terreſtribus & vitioſis cogitationibus delectari. *Secundũ remediũ.* *Phil. 3.*

Tertium remedium eſt S. Gregorij, nobis ad carnis illecebras & diaboli inædias eludendas agendum eſſe contra quàm faciunt qui gulæ tentationi ſuccumbunt: *Hi enim*, inquit, *ſæpe ieiunare diſponunt, ſed cùm conſueta gula vincuntur, eo die manducandum iudicant, in futuro ieiunandum. At ſancti viri, vt hoſti illudant, rigorem conuerſationis in præſenti habent: pro illuſione infirmitatis, carni commodum quoddam in futuro promittunt: nam ſæpe ingentia ſunt quæ agunt, ſed pro infirmitate carnis ſemper agere dura & aſpera promittere non præſumunt. Tanto quidem faciliùs eadem dura ſuſtinent, quanto eorum onera ſibi ineſſe in perpetua promiſſione non vident. Sed dum optimè viuunt, & quotidie proficere & non deſicere conantur, illud carnis licitum blandimentum, de quo deſperare non poſſunt, ſemper carni in futura æſtimatione promittunt: Sed ei cœpptæ afflictionis dolorem infligere nequaquam deſinunt.* Quod monitum ſancti Patris eò ſpectat, vt dum corpus caſtigamus, auertamus nos ipſos ab ea perturbatione, quàm immittit diabolus, non ſuffecturas corporis vires ad tollerandam inædiam longi temporis: agamúſque quod agimus, vt eſt in prouerbio: *Sufficit enim diei malitia ſua, & craſtinus dies ſolicitus erit ſibi.* Et, *Maior eſt Deus corde noſtro.* *Terium remediũ.* *Lib. 5. in primum Regum, cap. 11.* *Matt. 6.* *1. Ioan. 3.*

Quartũ remediũ. Quartum remedium eſt ſeriò operam dare rebus ſpiritualibus: huiuſmodi enim cogitationes & ſtudia quàm maximè animum abſtrahunt à corporis cura. Ex quo ſequitur corporis imbecillitas & macies: *Gula*, ait S. Gregorius, *per abſtinentiam frangitur, ſed abſtinentiam ciborum corporalium habere non poteſt, qui mentem ſpiritualibus cibis non replet: Potenter enim corpus extenuat, qui amore cœleſtium cor inflammat: quia dum ſpiritualia fortiter diligit, deſideria carnis valenter premit.*

Libr. 5. in primum Regum, cap. 15.

Quintũ remediũ. Quintum remedium eſt reſpicere ad exẽplar Chriſti Domini, quem ſcimus eſuriiſſe ſæpe, & ſitiiſſe: ſiquidem de eo legimus: *Cùm exiret à Bethania eſuriit.* Et, *Manè reuertens in ciuitatem eſuriit.* Et, *Mulier*, inquit, *da mihi bibere.* Et poſt ieiunium item eſuriens tentatur à diabolo, vt conuertat lapides in panem. Sitim tamen & famem mira patientia & animi tranquillitate tolerat, nec etiam allatis cibis depellit, ſi eum vrget animarum ſalus. Vt cùm ad conuertendam Samaritanam intentus, cibum ſe alium habere ad manducandum, diſcipulis hortantibus, vt comedat, eſuriens licet, reſpondet. Sed maximè facit ad gulæ voluptatem omnem abnegandam, quod Chriſto Domino in medio ſuorum tantorum tormentorum poſito accidit. Scribunt enim Euangeliſtæ: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle miſtum.* Et, *Dabant ei myrrhatum vinum.* Denique cùm moribundus modeſtiſſimè ſuam ſitim inſinuat Chriſtus illa voce: *Sitio*, teſtatur S. Ioannes, ſatellites ſpongiam aceto plenam hyſſopo circumponentes, obtuliſſe ori eius. Et cùm accepiſſet Ieſus acetum dixit: *Conſummatum eſt, & inclinato capite tradidit ſpiritum.*

Marc. 11. Matt. 23. Ioan. 4. Ioan. 4. Mat. 22. Mar. 15. Ioan. 19.

Denique huc pertinent, quæ habet B. P. Ignatius in regulis de temperando victu libri ſuorum Exercitiorum, & illud in primis, vti proficiens ſe quotidie diligenter examinet, inquirátque, quomodo ſe in hoc primo cum vitioſitate conflictu gerat. Quod item fit, ſi proficiens prius intelligat, qua tentatione ex ſupradictis pulſetur: quódve ex allatis remediis ſibi & ſuo morbo ſalutare magis fore putet, eóque vtatur aſſiduè.

Digitized by Google

Quæ ſint indicia abnegationis gulæ, & profectus, in ea proficientis.

CAPVT. XI.

CLamorem exactoris non audit. Ita legimus ſcriptum apud Iob. Quo loco S. Gregor. ſic habet: *Nonnulli per exactorem intelligi ventrem volunt: ipſe namque à nobis quoddam debitum exigit, quia quotidianum fructum ſibi humani laboris impendi etiam per naturam quærit. Ineſt enim edendi & bibendi naturæ neceſſitas, fame ſitique quaſi quibuſdam vocibus à nobis exigens, quotidianum tributum cibi & potus, à quo liberi nunquam ſumus, quandiu in mortali corpore viuimus.* Quare gulæ vitium ab aliis hoc diſcrepat, quod naturæ neceſſitatem poteſt ſemper prætexere, cùm inuadit hominem, quod non poſſunt alia: & propterea *ſic neceſſe eſt*, ait idem, *vt artem quiſque continentiæ teneat, quatenus non carnem, ſed vitia carnis occidat. Adiutorem quippe habemus intentionis internæ hunc hominem, quem exteriùs geſtamus; & ipſi inſunt motus laſciuiæ, & ipſi effectus ſuppetunt operationis bonæ. Sæpe verò dum in illo hoſtem inſequimur, etiam ciuem, quem diligimus, trucidamus: & ſæpe dum quaſi conciui parcimus, ad prælium hoſtem nutrimus.*

Cap. 39. Lib. 30. moraliũ. cap. 13.

Cap. 14. Libr. moraliũ 30.

Primum igitur indicium abnegationis vitij huius, & profectus proficientis in ea, ſit timor, ne rapiatur homo aliquando occaſione neceſſitatis, extra metas neceſſitatis. Qua de re S. Aug. *Non ego*, inquit, *immunditiam obſonij timeo ſed immunditiam cupiditatis. Scio Noë omne carnis genus, quod cibo eſſet vſui, mãducare permiſſum. Eliam cibo carnis refectum, Ioannem mirabili abſtinentia præditum, animalibus, hoc eſt, locuſtis in eſcam cedentibus, non fuiſſe pollutum. Et ſcio Eſau lenticulæ concupiſcentia deceptum, & Dauid propter aquæ deſiderium à ſe ipſo reprehenſum, & Regem noſtrum non de carne, ſed de pane eſſe tentatum. Ideóque & populum in eremo, non quia carnes deſiderauit, ſed quia eſcæ deſiderio aduerſus Dominum murmurauit, improbari. In his ergo tentationibus poſitus*

Primum indiciũ.

Lib. 10. confeſſionũ. c. 31. Geneſ. 9. 3. Reg. 17. Matth. 3. Gen. 25. 2. Reg. 23. Matth. 4. Num. 11.

certo quotidie aduerſus concupiſcentiam manducandi & bibendi: non enim eſt, quod ſemel præcidere & vlteriùs non attingere decernam, ſicut de concubitu potui. Itaque freni gutturis temperata relaxatione & conſtrictione tenendi ſunt. Et quis eſt, Domine, qui non rapiatur aliquantulum extra metas neceſſitatis? quiſquis eſt, magnus eſt, magnificet nomen tuum. Ego autem non ſum, quia peccator homo ſum.

Secũdum indicium. Secundùm indicium eſt pugna, quam ſuſcipit proficiens aduerſus ipſammet gulæ delectationem, quam percipit eiuſdem neceſſitatis occaſione. Hæc autem duplex eſt ex ſententia euſdem S. Auguſtini. Prior eſt, ſi

1 *Ibid.* antequam cibum capias, ita te compares, ac ſi medica-

Ibid. mentum ſumere deberes De qua re ſic idem: *Nunc autem ſuauis eſt mihi neceſſitas, & aduerſus iſtam neceſſitatem pugno ne capiar, & quotidianum bellum gero in ieiunijs ſæpius in ſeruitutem redigens corpus meum, & dolores mei voluptate pellũtur. Nam fames & ſitis quidam dolores ſunt. Vrunt, & ſicut febris necant, niſi alimentorum medicina ſuccurrat: quæ quoniam præſto eſt ex cõſolatione munerum tuorum, in quibus noſtræ infirmitati terra, & aqua, & cœlum ſeruiunt, calamitates deliciæ vocantur. Hoc me docuiſti, vt quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam.*

2. Poſterior eſt cùm edacitate compreſſa, abnegationis prædictæ virtute, inſurgit inter edendum noua voluptas, in qua iudicanda acutiores nos eſſe oportet, quo quid in ea vitioſum ſit, occultius eſt. Nam, vt ait S. Gre-

Libr. 30. moral. cap. 14. gorius: *Facilè eſt deprehendere cùm voluptas eius neceſſitatem præuenit: Sed valde eſt difficile diſcernere cùm in ipſo eſu neceſſario ſe occulta ſubiungit: nam quia præeuntem naturæ appetitum ſequitur, quaſi à tergo veniens tardiùs videtur. Eo enim tempore, quo neceſſitati debitum ſoluitur, quia per eſum voluptas neceſſitati miſcetur, quid neceſſitas petat, & quid, ſicut dictum eſt, voluptas ſuppetat, ignoratur.* Sed redeamus ad ſanctum Auguſtinum, qui ſuo nos exemplo inſtituit, quomodo pugna hæc nobis ineunda ſit: *Sed dum ad quietem ſatietatis*, inquit, *ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ: ipſe enim tranſitus voluptas eſt, & non eſt alius, qua*

Digitized by Google

tranſeatur, quàm quo tranſire cogit neceſſitas. Et, cùm ſalus ſit cauſa edendi & bibendi, adiungit ſe tanquam pediſſequa periculoſa iucunditas, & plerumque praire conatur, vt eius cauſa fiat, quod ſalutis cauſa me facere vel dico vel volo, nec idem modus vtriuſque eſt. Nam quod ſaluti ſatis eſt, delectationi parum eſt. Et ſæpe incertum fit, vtrùm adhuc neceſſaria corporis cura ſubſidium petat, an voluptaria cupiditatis fallacia miniſterium ſuppetat. Ad hoc incertum hillareſcit infelix anima, & in eo præparat excuſationis patrocinium, gaudens non apparere quid ſatis ſit moderationi valetudinis, vt obtentu ſalutis obumbret negotium voluptatis.

Aduerſus hanc voluptatem adeò occultam & implicatam neceſſitati noſtræ, non aliter agendum videtur ſancto Auguſtino, quàm quod in huiuſmodi rebus faciendum eſſe ſcriptura nos docet: *Cùm ignoremus, quid agere debeamus, ad te ſunt oculi noſtri ne pereamus.* 2. Par. 20. *His,* inquit S. Auguſtinus, *tentationibus quotidie conor reſiſtere, & inuoco dexteram tuam ad ſalutem meam, & ad te refero æſtus meos, quia conſilium mihi de hac re nondum ſtat. Multa nobis orantibus tribuis, & quidquid boni, antequam oremus, accipimus, à te accipimus, & vt hoc poſtea cognoſceremus, à te accipimus. Audiui vocem tuam: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua auertere.* Eccl. 18. *Omnia poſſum, inquit Apoſtolus, in eo qui me confortat, Cõforta me, vt omnia poſſim.* Phil. 4. *Da quod iubes, & iube quod vis. Iſte ſe accepiſſe confitetur. Audiui alium rogantem vt accipiat. Aufer à me, inquit, concupiſcentias ventris.* Eccl. 23. *Vnde apparet, ſancte Deus meus, te dare cùm fit, quod imperas fieri.*

Tertium indicium

Tertium indicium eſt virtus, præſertim verò caſtitas, tum animi, tum corporis. vt enim ex intemperantia gulæ vitia, ſic conſequens eſt, vt ex abnegatione gulæ abſtinentiáque virtutes exiſtant. Illæ, inquam, virtutes, quæ intemperatis vitiis ſunt contrariæ. Sanctus Gregorius in illa Scripturæ verba: *Reliqui verò diſperſi ſunt, ita vt nec relinquerentur duo pariter,* ſic ſcribit, *probatio vera abſtinentia non eſt in attenuatione corporis, ſed in perfectione caſtitatis: nam bene ſerpens atteritur, ſi ſic gula reſtringitur, vt libidinoſi motus corporis omnis violentia minuatur. Bene ergo alij in fugam verſi perhibentur, quia* Libr. 5. in primũ Regũ, c. 11.

cùm abſtinentes quoſque diuina gratia perfectè remunerat, à corporalibus eorum motibus omnium obſcœnitatum aculeos tollit: ſed eis ipſis motus naturales deſerit, vt tentari ſemper poſſint, vinci nunquam poſſint: dum id deſerit, quod eis valde diſplicet, ſed ſic debilitat, quod deſerit; vt praualere victoribus non permittat. Ibidem plura S. Pater, ſed ea pertinent ad alium locum, à nobis poſtea hoc eodem libro tractandum. Concludit tandem, *bene ergo de electorum perfecta victoria dicitur, quia diſperſi ſunt, vt duo pariter ex his non ſint relicti: quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, vt ab eis, quicquid à carne, quicquid à mente ingeritur, leuiter ſuperetur, dum conuenire in pugnam non ſinitur.*

Quartũ indicium.

Quartum indicium ex Caſſiano habetur. Eſt autem cùm non ſolùm non voluptati, ſed etiam magnæ moleſtiæ eſt proficienti ad reficiendas corporis vires, & valetudinem ſuſtentandam, neceſſitas cuiuſlibet moderationis adhibendæ cibi potioniſque. *Ob quod*, ait, *ciborum non ſolùm ſuperfluus appetitus virtutum contemplatione calcandus eſt, ſed etiam ipſi naturæ neceſſarius, tanquam caſtitati contrarius non ſine cordis anxietate ſumendus eſt. Et ita demum vitæ noſtræ inſtituendus eſt curſus, vt nullum magis ſit tempus, quo ſentimus nos à ſpiritualibus ſtudiis reuocari, quàm quo deſcendere ad neceſſariam corporis curam eius fragilitate compellimur. Cúmque ad hãc neceſſitatem ſubmittimur, vſui potiùs vitæ, quàm mẽtis deſiderio famulantes quantòtius ab ea velut à ſalutaribus nos ſtudiis retrahentes, ſubtrahi feſtinemus: nequaquam enim poterimus eſcarum præſentium ſpernere voluptates, niſi mens contemplationi diuinæ defixa, amore virtutum potiùs & pulchritudine rerum cœleſtium delectetur.*

Libr. 5. cap. 14.

Summam totius perfectionis huius attigit Dominus illis verbis: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Et illis: Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius, qui miſit me.

Matt. 4.

Ioan. 5.

***

Quanam

Quanam regula generalis ſeruanda ſit in corporis caſtigatione & mortificatione ſubeunda.

CAPVT XII.

SED monet hic locus, vt diſſeramus de grauiſſima illa cogitatione, quæ aliquando angit multos proficientes, vrgétque vt pergant ſequi vſque ad vitæ finem, non ſolum magnam frugalitatem victus, ſed etiam ſummam abſtinentiam, ieiunia, vigilias, aliáſque afflictiones quaſcunque ferre poteſt corpus: quod hæc fuerit ſanctorum hominum vita, & id illis videatur ad perfectionem iter expeditum & vnicum.

Neque verò hîc agitur de pœnitentibus, aut de iis, quibus ad declinanda peccati pericula huiuſmodi vitæ inſtitutum, quod cum magna corporis mortificatione coniunctum ſit, neceſſarium eſt (de his enim, quæ ſententia patrum ſit, primo libro explicauimus) nec in controuerſiam vocatur, ſanctum ne ſit ieiunium, ſalutares vigiliæ, vtilis & neceſſaria caſtigatio carnis, id enim affirmare & credere fide Catholica tenemur omnes. Sed illud eſt quod quæritur, an quamtacunque corporis vexatio ſuſtineri poſſit à nobis, ea ſemper amplectenda ſit & tenenda mordicus; etiamſi alia charitatis opera Deo grauiſſima ab illa nos aliquando auocent: & quidem eius generis aliqua, in quibus ex vocationis inſtituto collocare nos operam debeamus, idque quoniam ita requirit ipſa perfectionis vis atque natura. De qua tota re mihi videtur reſponderi poſſe per capita, quæ ſequuntur.

Primum caput eſt leges, quæ quibuſdam religioſis familiis de vitæ genere auſtero ex earum inſtituto à Patribus datæ ſunt, obſeruandæ ſunt diligenter ab iis, qui in eas adſcripti ſunt: non ſunt tamen producendæ tanquam norma viuendi omnibus perfectionis Euangelicæ ſectatoribus retinenda, neque enim id fieri poteſt. Et ne diſcedamus à religioſorum hominum exemplis, Caſſianus ſic ſcribit: *Apud Ægypti monachos ſummæ repu-* *Primum caput.* *Libr. ca- pit. 11.*

tantur deliciæ, ſi herba ſale condita, quam lapſanum vocant, aqua diluta, ad refectionem fratribus apponatur. Et addit: *Quæ in hac prouincia, nempe Gallicana, nec aërum temperies, nec qualitas noſtra fragilitatis admittit.*

S. Bernardus Ciſtercienſium familiæ maximus amplificator ſic ſancit de monachis ægrotis illius ordinis:
Ep. 321. *Minimè competit religioni veſtræ medicinas quærere corporales, ſed nec expedit ſaluti: nam de vilibus quidem herbis, & quæ pauperes deceant, interdum aliquid ſumere tolerabile eſt, & hoc aliquando fieri ſolet: at verò ſpecies emere, quærere medicos, accipere potiones, religioni indecens eſt, & contrarium puritati: maximéque ordinis noſtri nec honeſtati congruit nec puritati: hæc enim omnia gentes inquirunt. Scimus autem, quia qui in carne viuunt, Deo placere non poſſunt. Spiritualia proinde ſpiritualibus comparanda; & quærenda potio humilitatis, & clamandum in toto corde, Sana animam meam Domine, quia peccaui tibi.*

Pſal. 40. Reg. fuſiùs diſputat, c. 55. Et nihilominus ſanctus Baſilius monachis ſui temporis leges ſanctiſſimas præſcribens, quibuſdam non tam artis quàm hominum vitijs indicatis, medicinæ ſcientiam valde commendat: appellátque munus diuinitus hominibus datum: *Neque enim*, inquit, *fortuitò orta de terra herbæ ſunt ad ſingula morborum genera accommodata; ſed nimirum hæ ſupremi Opificis voluntate editæ ſunt, eo conſilio, aui iis nos ad vtilitatem noſtram vti poſſemus. Quocirca ea quidem, quæ in radicibus, floribúſve, aut foliis, aut fructibus, aut ſuccis naturalis vis ineſt, aut quodcunque etiam ex metallis marive aliquid ad corporis noſtri vſum appoſitum habere inuentum ſit, ea omnia earum rerum inuentioni ſimilia iudicari debent, quibus in cibo potionéque vti conſueuimus.* Idque poſtquam ſacrarum literarum teſtimoniis & exemplis confirmaſſet, concludit: *Mihi ad colendam continentiam hæc ars haud mediocre momentum videtur adferre. Siquidem animaduerto ab eo delicias amputari, & crapulam damnari, epularum prætereà varietatem, & exquiſitam nimis condimentorum prauè excogitatam ſolertiam, tanquam inutilem improbari. In ſumma denique indigentiam ab ea ſanitatis matrem appellari.*

Ep. 109. S. Auguſtinus etiam medicos conſulendos religioſis,

cùm

cùm infirma ſunt valetudine, apertè ſcribit in regula Monachorum. Deinde aliquæ religiones ſanctiſſimè interdicunt vſu carnium ſuis alumnis. Aliæ etiam lactis, caſei, ouorum. Aliquæ plures ieiuniorum quadrageſimas celebrant ſingulis annis, aliæ pauciores. Religioſi multi interulas cilicinas induũt laneas alij, lineas etiam nonnulli. Cædunt ſe multi verberibus crebrò, alij rarius idque ex regulæ præſcripto. Non poſſunt ſanè proficientes inſtituta hæc omnia ſimul complecti. Sed nec vocantur plerique omnes ad eorum aliquod vnum. Ergo non ſunt hæc omnibus, aut certè non omnibus ſingula iter ad perfectionem neceſſarium: Sed ijs, quibus Dei magno dono contingit ad ea aggregari.

Denique Caſſianus de ieiuniis (quæ eadem eſt ratio de cæteris quoque corporis afflictionibus) ſic habet: *Super ieiuniorum modo haud poteſt facilè vniformis regula cuſtodiri, quia nec robur vnum cunctis corporibus ineſt, ſicut cæteræ virtutes animi ſolius rigore parantur: & idcirco quia non in ſola fortitudine mentis animæque conſiſtunt, cùm corporis enim poſſibilitate participant, talem his definitionem traditam accepimus. Diuerſum quidem eſſe refectionis tempus ac modum, & qualitatem pro impari ſcilicet corporum ſtatu, vel ætate, vel ſexu, vnam tamen eſſe omnibus, pro mentis continentia atque animi virtute, caſtigationis regulam.* Libr. 4. cap. 5.

Secundum caput. Ita religioſus quiſque ſecundùm ſuæ religionis huiuſmodi inſtituta viuere debet, vt ne latum quidem vnguem diſcedat ab eis. Hoc pertinet ad ſingularitatis vitium euitandum: quod in religioſo quoque conuentu ſolet exiſtimari grauiſſimum. *Quicquid enim*, ait Caſſianus, *extra conſuetudinem præſumitur, vſúmque communem, vt vanæ gloriæ atque oſtentationis morbo pollutum, antiquiſſima Patrum traditio notat; nec quenquam ex his, quos merito ſcientia & diſcretionis enituiſſe peruidimus, vel quos ad imitandum gratia Chriſti, velut ſplendiſſima luminaria, omnibus prælocauit, eſu panis, qui apud eos vilis habetur ac facilis, abſtinuiſſe cognouimus: nec eorum quempiam, qui hanc regulam declinantes, prætermiſſo panis vſu, leguminum, vel olerum, ſeu pomorum* Secundũ caput. Libr. 5. c. 23. 24.

refectionem ſectati ſunt, inter probatiſſimos habitum aliquando conſpeximus, ſed ne diſcretionis quidem aut ſcientiæ gratiam conſecutum. Eandem ſententiam ante Caſſianum habuerat S.Baſilius: ſic enim reſpondet interrogationi, An in familia fratrum permitti alicui debeat, vt pluſquam cæteri ieiunet, vigiletve ex proprio ipſius voluntatis arbitrio: *Cùm Dominus*, inquit, *dixerit, Deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me, Patris: quidquid quiſque ex propria voluntatis arbitrio facit, id cùm facientis proprium ſit, alienum eſt à cultu pietatis: metuendúmque eſt, ne de ea, quod videtur facere, ipſi dicatur à Domino: Ad te conuerſio eius: & tu dominaberis illius: in collatione enim cum cæteris, hoc quod quis in rebus etiam bonis velit excellere, contentionis vitium eſt, quod ex appetitione naſcitur inanis gloria: quod vitium fugiendum eſſe Apoſtolus docens ait: Non enim audemus inſerere aut comparare nos quibuſdam, qui ſe ipſos commendant. Quocirca omiſſis propriis voluntatibus, atque vt videri velimus aliquid excellentius facere, quàm cæteri, parere debemus Apoſtolo admonenti, Siue manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Sibi enim placere, & inani gloria & contentionis ſtudio delectari, res ſunt prorſus alienæ ab iis, qui bonum certamen legitimè certant.* Ad extremum S.Baſilius ita concludit, quod etiam Incipientibus conuenire primo libro diximus: *Si verò ſit, qui neceſſario acriore ſibi vel ieiunio, vel vigilia vel aliaqua re opus eſſe arbitretur, rationem illi quare id ſic exiſtimet, iis aperito, quibus credita eſt communis diſciplinæ procuratio, & quod illi ſtatuerint, id obſeruato. Siquidem fieri poteſt plerumque vt neceſſitati ipſius alia ratione melius conſulatur.*

Reg. bre. cap. 128.

Ioan. 6.

Geneſ. 4.

2. Cor. 10

1 Cor. 10

Tertium caput. Nec caſtigationis corporis norma, quæ ad omnes pertinent, accipienda eſt ab eo inſtinctu etiam diuino, quo moti ſecuti eam ſunt aliqui ſancti viri in hoc vitæ genere excellentes: Is enim inſtinctus varius eſt & multiplex: *Siquidem diuiſiones gratiarum ſunt: & vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo.* Alioquin protrahatur ieiuniũ ſine vllo cibo potiùs vſque ad dies quadraginta, quia tale fuit ieiunium Moyſis

Tertium caput.

1. Cor. 12.

primùm

Digitized by Google

primùm, deinde Eliæ, poſtremò Chriſti Domini. Expectemus à Domino dimidium panis fragmentum ad victum quotidianũ, quia id ſancto Paulo heremitarum parenti diuinitus conceſſum, legimus apud ſanctum Hieronymum. Contenti ſimus ſolo ſanctiſſimæ Eucharistiæ pabulo, nec aliud præterea quicquam ad victum adhibeamus; quia hoc etiam aliquibus à Deo datum eſt. Toto vitæ tempore, quod reliquum eſt, in columna pedibus innixi viuamus, quia hoc fecit Simeon ille Stilita. Concludamus nos ad multorum ſequenda veſtigia in carceres, in ſepulchra, in obſcuriſſima & anguſtiſſima ergaſtula: quæ ſanè facta quanquam dubitandum non eſt à ſanctis illis hominibus ex auctoritate diuina geſta eſſe, nullus eſt qui non videat, ea admiranda quidem eſſe, non eſſe tamen ſcripta, vt imitationi exponerentur; ſed vt in iis etiam prædicemus infinitam Dei poteſtatem & ſapientiam, qui mirabilis eſt in ſanctis ſuis: & quædam aliquando præcipit, quæ fieri vult quidem ab aliquibus, ſed quo conſilio ea fieri velit, homines interim vult latere donec intremus in ſanctuarium eius, & intelligamus in nouiſſimis illius. Quæ igitur, inquies, ſeruanda norma eſt, ad quam in hoc vitæ genere ſeueriore nos ipſos dirigamus?

In vita Pauli.

Pſal. 67.

Pſal. 72.

Quartum caput. Debet proficiens animo maximè affectus eſſe erga genus vitæ ſeuerioris, ſuoque corpori ac ſenſui, hoc eſt veteri homini, eam vexationem & mortificationem optare, quàm vix ac ne vix quidem poſſit efficere. Id verò neceſſarium eſt, tum vt aſſequatur proficiens abſtinentiam, ſobrietatem, & alias huius generis virtutes; ſunt enim hæ propriæ virtutes animi, & quæ ne ad effectum perueniant, impediuntur aliquando grauioribus occupationibus, vel corporis infirmitate: tum vt paratus ſit ad quaſcunque res aduerſas, & ea, quæ cum corporis pœna coniuncta ſunt, fortiter ferenda, quandocunque ſeſe occaſio obtulerit. Id enim proprium eſt hominis Chriſtiani, ne dum religioſi: & officium planè Apoſtolicum, cuius præclariſſimũ exemplum nobis eſt vel vnius Apoſtoli Pauli

Quartũ caput.

vita

Digitized by Google

Phil. 4. vita. Ego, inquit, *didici, in quibus ſum ſufficiens eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare*, (vbique & in omnibus inſtitutus ſum) *& ſatiari, & eſurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Et alibi: *In labore* *2. Cor. 11.* *& ærumna, in vigiliis multis, in fame & ſiti, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate.* Has autem perpeſſiones & calamitates ſibi cum aliis Apoſtolus communes eſſe *1. Cor. 4.* teſtatur, cum ait, *Vſque in hanc horam & eſurimus, & ſiti-* *2. Cor. 4.* *mus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & in omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur, aporiamur, ſed non deſtituimur; perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur; deiicimur, ſed non perimus; ſemper mortificationem* IESV *in corpore noſtro circunferentes, vt & vita* IESV *manifeſtetur, in corporibus noſtris.* Et ſanè hanc eandem fuiſſe vitam, hoc eſt, viuendi rationem IESV intelligit, qui legit Euangelium, in quo quam famen & ſitim, quam inediā Dominus tolerarit, quas vigilias ſuſceperit, quāto, vt ita dicam, odio, carnem ſuam innocentiſſimam, ſanctiſſimam habuerit propter ſalutem & inſtitutionem noſtrā, quàm ſemper animo paratiſſimus fuerit ad grauiſſima quæque mala noſtri cauſa expectanda & ſuſtinenda, luce clarius intuemur. Hic idem igitur ſit proficientis animus, hæc voluntas, vt etiā ſi deſint huiuſmodi mala, quæ ferat, non deſit tamē firma deliberatio tenendi occaſionem quamcunque, cùm dabitur, eadem omnia ſubeundi.

Quintum caput. Quintum caput. Poſitis ſupradictis rebus omnibus, non mihi videtur certior regula afflictionis corporis ſuſcipiendæ vel rjiciendæ, quàm illa, quàm adfert ad hoc idem ſtatuendum ſapientiſſimus vir Baſilius his *Conſtit. mon. c. 5.* verbis: *Ita amplectenda à nobis continentia eſt, vt eam cum viribus corporis commetiamur.* Per continentiam autem intelligit omnem corporis & animæ mortificationem, ſed corporis præſertim Sic autem ſequitur: *Quæ ſolo animo cernuntur virtutes, eæ omnes omnibus promiſcuè æqualiter ſeruandæ proponentur: veluti manſuetudo, morum facilitas, ſummiſſio animi, bonitas, amor in fratres, innocentia, ſtudium veritatis, miſericordia, lenitas, humanitas: has enim peculiares animi eſſe virtutes dicimus: quando ad*

Digitized by Google

eas parendas, colendáſue animo, corpus nihil plus adfert, quàm quòd ipſi quadam veluti curia eſt, in qua huiuſcemodi res deliberantur. Porrò modum vires coporis finient, ſi neque leuiores quis labores ſuſcipiet, quàm quantis ferendis eſſe par poſsit: neque ſi ea item perſequi voluerit, quæ ſuſtinere ſe non poſſe intelligat. Si quidem huius rei haberi quoque rationem arbitror, ne propterea quod incontinentia cultu ſeruatus modus non ſit, corpus eneruauerimus, inertes deinde, & ad res gerendas inutiles exiſtamus: neque enim eo conſilio Dominus hominem finxit, vt ſegnis ac languens deſideret, ſed contrà potiùs, vt eſſet, qui ſe in laboribus honeſtis exerceret. Hanc ſententiam Baſilio dignam confirmant præcepto, quod Deus initio homini dedit etiam ante peccatum, vt operaretur, & multo magis poſt lapſum, cùm dixit: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Deinde quia reliqua, diuina oracula, præſertim S. Pauli, præcipiunt vt laboremus, & corpus actuoſum motionique expoſitum habeamus. Et Deus non condidit nos, vt diſſoluto corpore, quaſi ſpirantes mortui iaceremus. Conſeruãdum igitur illud eſt, quod Deus optimam rationem ſecutus fecit, cùm nos condidit, alioquin ſimiles erimus oleribus, quæ ſolis ardore langueſcunt, & *quaſi beta ſemielixa*, vt eſt apud Prophetam: cùm tamen fœcũdas arbores imitari potiùs debeamus, quæ & ipſæ copioſæ ſunt, & alios fructuum quos habent, vbertate delectãt. Nec Deo ſeruiemus, niſi ex dimidia tantùm parte, ſolo videlicet animo, non autem corpore, & tamen conſtamus duplici hac natura, vt duplici etiam virtute tum animi tum corporis exerceamus.

Geneſ. 2. Infrà 3.

2. Theſſ. 3. & 4.

Iſaia 51. ſecundũ 70. qui vbi vulgata editio habet quaſi Oryx illaqueatus legunt, quaſi beta ſemicocta.

Adfert deinceps Chriſti Saluatoris exemplum, quod omnibus ipſemet ad imitandum proponit, cùm ait: *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur.* Ac primùm quidem docet, quænam virtutum animi documenta præbuerit, lenitatis, patientiæ, facilitatis, manſuetudinis, humanitatis, comitatis, humilitatis, prudentiæ, & reliquarum omnium; deinde ſubiungit: *Corporis verò cuiuſmodi & quanta? prima ſua ætate parentum imperio ſubiectus, omnes labores corporis cum ipſis tolerauit: iiſque victum quæſiuit. Aetate iam progreſſus non in angulo abiectus, & corpore*

Ioan. 12.

viribus deſtituto, indiguit aliorum miniſterio; ſed itineribus & quidem pedibus continenter conficiendis, diſcipulis miniſtrando; immo & eorum pedes lauando, doctrina & longioribus ſermonibus inſtruendo, ex locis alijs in alia ſe transferendo, ſaluti noſtra conſulere non intermiſit. Poſtea etiam recenſet, quæ de ſe ipſo narrat S. Paulus: & proponit omnium Apoſtolorũ viuendi rationem minimè otioſam, ſed laboribus omnibus obnoxiam: Sicut etiam antiquorum Patrum veteris Teſtamenti. tandemque concludit: *Perſpicuum igitur eſt ex legibus natura, doctrina diuinarum literarum, ſanctorum omnium virorum exemplis, Saluatoris ipſius vita inſtituto, & illa perfecta viuendi norma, & honeſtius & vtilius eſſe, confirmando corpori ſuggerere quàm adimere vires: idque ſtrenuum reddere obeũda bona actioni, quàm vltronea quapiam maceratione ex letum.* Ex quibus perſpicuum in primis eſt, S. Baſilium loqui non ſolùm, vt quibuſdam viſum eſt, de conſeruandi corporis viribus, ad exercenda opera manuum, quæ ille monachis indixit; ſed etiam & multo magis ad labores illos grauiores ſubeũdos, quos Apoſtolica vita & Saluatoris noſtri exemplum ab Euangelij miniſtris, & vineæ Domini cultoribus ſuſcipi oportere demonſtrant.

Eſt igitur ſententia ſancti Patris hæc: ſuſtentandum eſſe corpus, vt par ſit oneribus Chriſtianæ vocationis, quæcunque ea ſit, ferendis, eaque inuoluntariis ieiuniis vigiliis, & aliis corporis vexationibus regula ſeruanda, quæ nihil impediat munera rectæ & ex Deo inſtitutæ cuiuſque vitæ. Ad quod vt magna prudentia opus eſt, *ne per cauſam,* vt inquit ille, *neceſſitatis corporis, eo impingamus, vt voluptatibus ſeruiamus*; ſic qui prudentia vſus, & ad prædictum finem ſuæ vocationis conſequendum, corpori neceſſarium cibi ſubſidium tribuit, *nihil eſt*, ait ſanctus Pater, *quambrem eo inferior habendus ſit, qui ab eo ſe temperarit.* Quod adeò certum verumque eſt, vt ſectatoribus etiam ſolitudinis, vt finem ſuum conſequantur, hoc idem faciendum eſſe, Caſſianus his verbis admoneat: *Omni cautione atque ſolertia iugis circumſpecti cordis ſeruetur intentio, ne quomodo iudicio noſtra diſcretionis errante, aut inconſiderata continentia cupiditate ſuc-*

Coll. 21. cap. 22.

cenſi,

cenſi, aut deſiderio nimiæ remiſsionis illecti, ſubſtantiam virium noſtrarum iniqua trutinæ examinatione libremus: Sed in altera quidem lance animæ puritatem, in altera vires corporis collocantes, ita verò conſcientiæ iudicio vtraque pendamus, vt in neutram partem vnius rei affectu præponderante, peruerſi, vel ad immodicam diſtrictionem, vel ad nimiam remiſsionem, æqualitatis libram propenſiùs inclinemus, & illud dicatur nobis, Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti. *Geneſ. 1.*

Poſtremum illud eſt, doctrinæ huius, quam ex S. Baſilio attulimus, ratio præcipua hæc eſt: ieiunia, vigiliæ, & alia huiuſmodi corporis afflictiones non tam perfectio ſunt, quàm inſtrumenta perfectionis, vt docet Caſſianus, & confirmat ſanctus Thomas: non enim corpus deprimimus, quia eius demolitionem ac interitum appetamus, ſed vt eius deiectione ac mortificatione nobis gradum ad virtutes, perfectionemque faciamus. Eatenus igitur corpus affligendum, quatenus id ad perfectionem conſequendam confert. Qui modus non vnus eſt, ſeu varius, vt variæ ſunt corporum humanorũ conſtitutiones, varia valetudinis ratio. varia item ingenia, nec eadem in omnibus facilitas, quia alius alio eſt ad bonum aptior; non eædem etiam omnibus ad virtutes occaſiones & incitamenta: plura oppoſita aliquibus impedimenta, pauciora aliis, vt omnino neceſſe ſit, etiam in corporũ pœnis magnas exiſtere varietates: cuius tamen menſura euidẽs eſt corporis robur, & valetudo relata ad progreſſum in virtutibus & perfectione faciendum. ex propriæ cuiuſque vocationis inſtituto. Legantur etiam quæ hac de re idem ſanctus Baſilius ſcribit in regulis breuioribus.

Sextum caput.
Coll. 21. cap. 15.
2. 2. quæ. 188. articul. 7.
Reg. 123.

***

De abnegatione exercenda aduerſus linguæ incontinentiam, præſertim in verbis otioſis.

CAPVT XIII.

LINGVAE vitia gulæ ſoboles eſſe, S. Gregorius affirmat; & ſunt ſine dubio cognata. palato quippe & ore omnia gignuntur. Nobis hic de lingua, vt vniuerſitas iniquitatis eſt, & nominatur à ſancto Iacobo, nequaquam agendum eſt: Siquidem proficiens, ſi proficiens eſt, abſtinet à grauibus illis mortiferiſque peccatis, quæ blaſphemiis, detractionibus, huiuſcemodiq́ue aliis linguæ officiis committuntur. Quoniam tamen in hæc ipſa vel labi per incuriam, vel etiam recidere proficiens poteſt, inſtituendus eſt, qua ratione ſecurim ad radicem mittere, ipſúmque omniũ linguæ malorum fontem ſiccare poſſit. Hoc enim ad perfectionis ſtudioſum maximè pertinet Eſt autem id, vt à verbis etiam otioſis, quantum poteſt, caueat. Verbum enim otioſum, vt eius rationem & vim explicemus, peccatum eſt: *Dico autem vobis*, inquit Dominus, *quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Sic verò deſcribitur à ſancto Gregorio: *Otioſum verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis aut intentione piæ vtili[illegible]is caret.* Et S. Hieronymus ſic ſcribit in Matthæum: *Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate & loquentis dicitur & audientis. Si omiſſis ſerijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterùm qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otioſi verbi, ſed criminoſi tenebitur reus.*

Iacob. 3.

Natura verbi otioſi.

Matt. 12.

Libr. 7. moraliũ, cap. 17.

Lib. 2. cap. 12.

Quo loco illud reticendum non eſt, vt otioſa verba ex ore dicẽtis prodeunt, ſic prodire etiam poteſt & oratio otioſa. Hæc autem ea eſt, cùm quis dicendi genere inutili & inani, aut etiam offenſionis aliquid habente, vtitur ad populum & pro concione: In qua ſententia eſt S. Auguſtinus, qui cùm produxiſſet illud Dauidis dictũ,

In populo

In populo graui laudabo te, ait, *nec illa ſuauitas delectabilis eſt, qua non quidem iniqua diliguntur, ſed exigua & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornantur, qualia nec magna atque ſtabilia decenter & grauiter ornarentur. Eſt tale aliquid in* Epiſtola B. Cypriani, *quod ideò puto vel accidiſſe, vel conſultò factum eſſe, vt ſciretur à poſteris, quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia reuocauerit, & ad eloquentiam grauiorem modeſtiorémque reſtrinxerit: qualis in eius conſequentibus literis ſecurè amatur, religioſè appetitur, ſed difficillimè impletur. Ait ergo quodã loco, Petamus hanc ſedem: dant ſeceſſum vicina ſecreta, vbi dum erratici palmitum lapſus pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt.* Non *dicuntur iſta niſi mirabiliter affluentiſſima fœcunditate, ſed profuſione nimia grauitati diſplicent. Quapropter vir ſanctus & poſſe ſe, oſtendit, ſic dicere, quoniam dixit alicubi, & nolle, quia poſtmodum nuſquam.* Effectus verbi otioſi vno verbo à Salamone indicantur, cùm ait: *In multiloquio non deerit peccatum.*

Lib. 4. de doctrina Chriſtiana, c. 34.
Pſal. 34.
Effectus verbi otioſi.
Prov. 10.

Duplex autem hoc peccatum eſt, vnum leuius, & eſt culpa ipſa venialis, quæ ex verbo otioſè prolato contrahitur: alterum eſt periculum grauioris peccati, quod ex multiloquio per imprudentiam ſæpenumero incurritur. quæ ſunt omnia linguæ flagitia à ſancto Bernardo in hunc modum breuiter commemorata: *Quis numeret quantas modicum linguæ membrum contrahat ſordes? quàm multiplex in labijs incircũciſis immunditia coaguletur? quàm ſit grauis pernicies oris incircumſpecti? Eſt lingua diſſoluta ſermonibus otioſis, eſt lingua impudica, eſt & magniloqua, quarum prima laſciuia, ſequens arrogantiæ famulatur. Eſt etiam lingua doloſa, & item lingua maledica, quarum altera in falſiloquam & adulatoriam ſubdiuiditur: altera verò nũc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in oculto. quàm vera ſententia, fratres, in multiloquio non effugiendum peccatum?* Quorum malorum ex otioſo verbo deriuationem declarat S. Gregorius: *Dum enim*, ait, *ab otioſis verbis nequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque ſtultæ increpationis effrenatur. Quibuſdam enim ſuæ ruinæ gradibus deſidioſa mens in foueã lapſus impellitur; nam dum*

Serm. de triplici cuſtodia.
Libro 7. mor. c. 17.

otioſa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus. Quæ ille ibidem copioſè perſequitur. Ad vniuerſitatem igitur iniquitatis, quam in lingua ſedem collocaſſe S. Apoſtolus dicit, aditum primum patefaciunt hominibus otioſa verba.

Ibidem.

Sed grauiſſimum illud damnum cenſeri debet, quod adferunt proficienti verba otioſa, præſertim cùm multa ſunt: nempe mentis euagationem, & quaſi per peregrinationem longiùs à cogitationibus vtilioribus, vix vt ad ſe redire deinde queat. *Humana mens*, ait ſanctus Gregorius, *aquæ more, & circumcluſa ad ſuperiora colligitur, quia illud repetit, vnde deſcendit, & relaxata deperit, quia ſe per infima inutiliter ſpargit: quot enim ſuperuacuis verbis à ſilentij ſui cenſura diſſipatur, quaſi tot riuis extra ſe ducitur: vnde & redire interiùs ad ſui cognitionem non ſufficit, quia per multiloquium exteriùs ſparſa, vim intimæ conſiderationis amittit.*

Remedia cõtra verba otioſa. Primum remediũ. Reg. bre. cap. 24. Ephes. 4.

Primum remedium eſt ex ſancto Baſilio: *Adeò magnum*, inquit, *eſt otioſi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, quod dicatur, tamen niſi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquam liber eſt à periculo, qui illud loquitur: quippe qui eo, quòd ad ædificationem illud non accommodauit, contriſtaſſe noſcitur Spiritum ſanctum Dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus, cùm ait: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et ſubiecit illud: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Quàm verò pernicioſa res ſit contriſtare Spiritum ſanctum quid opus eſt vt dicatur?*

Secũdum remediũ. Hom. 11. in Ezec. Coloſ. 3.

Secundum remedium eſt diſcere vtiliter loqui, & huic rei aſſueſcere. Id autem fiet, ſi quæ in loquendo conſiderare debeat, Doctor Euangelicus S. Gregorius docet, ea quaſi locutionis ſuæ leges ſibi ſeruandas, quiſque exiſtimet. Sunt autem hæc: *Penſare doctor debet*, inquit, *quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Quid, vt iuxta Pauli vocem ſermo noſter ſemper in gratia ſit ſale conditus. Cui, quia ſæpe verbum, quod hæc admittit perſona, altera non admittit, ſæpe eadem perſona ſecundum factum fit altera. Quando, quia ſæpe*

etiam differtur verbum, poſtmodum benignè recipitur, & nonnunquam langueſcit; ſi hoc, quod antè proferri debuit, tempus amiſerit. Qualiter, quia verba, quæ hunc ad ſalutem reuocant, alium vulnerant. Paulus Titum monet, argue cum omni imperio. Timotheum verò, argue, obſecra, increpa cum omni patientia. Quid eſt quod vni imperium, alteri patientiam præcipit, niſi quod vnum leuioris, alterum feruentioris ſpiritus eſſe conſpexit? Quantum, ne ſi eum, qui multa ferre non valet, per verba, vel increpationis vel exhortationis longius trahimus, auditorem noſtrum ad faſtidium perducamus. Vnde prædicator egregius, Obſecro vos, fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij, etenim perpaucis ſcripſi vobis. Hoc infirmis præcipuè congruit. Tit. 2. 2. Tim. 4. Hebr. 4.

Tertium remedium. conſiderare tempus illud, quod fruſtra teritur inutiliter loquendo, pretioſum tempus eſſe, diuinitus nobis conceſſum, vt eo vtamur ad ſalutem ſempiternam procurandam: *Nemo*, inquit S. Bernardus, *parui æſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis. Siquidem tempus acceptabile eſt, & dies ſalutis. Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec aduertit inſipiens, quid amittat. Libet, aiunt, confabulari, donec hora prætereat. Hora, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam; ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miſeratio conditoris indulget. Donec tranſeat, inquis, tempus, quo diuinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam hæreditatem, excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem.* *Tertium remediũ.* *Ibidem.*

Quartum remedium pertinet ad eos, qui ex ſuperiori loco cum verba faciunt, vt dicebamus, otioſè multa dicunt. Et vt nihil dicamus de iniuria, quam faciunt Dei verbo, quod tanti ponderis eſt, inani illud ſermone eleuando, audiant ſaltem eiuſdem diuini verbi præclariſſimum & perfectiſſimum oratorem Auguſtinum: is enim hoc dat conſilium aduerſus futilem illum orandi modum: *Agat*, inquit, *noſter eloquens vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur, & hæc ſe poſſe pietate magis orationum, quàm oratorum facultate non dubitet, vt orando pro ſe & pro illis, quos eſt allocuturus, ſit orator* *Quartũ remediũ.* *Libr. 4. de doctrina Chriſtiana. cap. 14. & 15.*

antequam dictor. Ipſa hora iam vt dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, & quod impleuerit, fundat. Et poſt aliqua: *Si loquitur in eis Spiritusſanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum?* Et in eodem extremo libro: *In ipſo ſermone malit rebus placere, quàm verbis, nec exiſtimet dici meliùs, niſi quod dicitur veriùs: nec doctor verbis ſeruiat, ſed verba doctori. Hoc eſt, quod Apoſtolus ait; Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Et ad hoc valet, quod ait ad Timotheum, Noli contendere verbis: non quod aduerſarijs, oppugnantibus veritatem, nihil ſnopro veritate dicamus: nam ſcribit, vt potens ſit in doctrina ſana, & contradicentes poſſit redarguere: Sed verbis contendere, eſt, non curare, quomodo error veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.*

Cap. 28.

1. Cor. 1.

2. Tim. 2.

Tit. 1.

Indicium autem ſermonis vtilis & alieni ab otioſitate verborum, eſt, cùm proficiens ita ſe comparat ad loquendum, vt vtilitatem ſemper ſpectet, cùm loquitur: *verborum autem vtilitas,* inquit ſanctus Baſilius, *ea opinor fuerit, ſi aut de virtute in loco diſſeratur, aut ſi ad rei alicuius, quæ facienda eſt, inſtet, vrgeátque vſum, ſermo accommodetur, aut etiam denique ad audientium ædificationem referatur. Qui autẽ in alio quouis genere ſermones verſentur, ij reiici tanquam ſuperuacanei & inutiles debent.* Certè non eſt hæc aduerſus inutilem locutionem abnegationis ratio in poſtremis habenda à proficiente: quia *ſi quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.*

Primum indicium vtilis locutionis.
Conſtit. monaſtic. cap. 12.

Iacob. 3.

Secũdum indicium.

Alterum indicium eſt imitatio modi loquendi & tacendi, quo vſus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, dum inter homines verſaretur, qui licet non caruerit figuris vſitatioribus ad hyperbolem vſque, vt eſt illa: *Excolantes culicem, camelum autem glutientes;* fuit nihilominus ſimpliciſſimus, & inſtitutus ſolùm ad captum vtilitatémque auditorum. Quare fuit apertus ſemper Dominus & veritatis amantiſſimus *Si veritatem dico,* ait: prudentiſſimus in dicendo: *Et ſtupebant ſuper prudentia & reſponſis eius.* Silentij in tempore cultor eximius, præſertim in propria cauſa: *Et non reſpondit ei ad*

Matt. 23.

Ioan. 8.

Lucæ 2.

Matt. 27.

vllum verbum, ita vt miraretur Præſes vehementer: potens verbo maximè inter concionandum. *Et ſtupebant in doctrina eius quia in poteſtate erat ſermo ipſius*: vehemens item & feruens ſpiritu: quare crebrò etiam vocem tollebat, clamans: in reprehenſionibus peccatorum acer: Serpentes: *Genimina viperarum. Generatio mala & adultera*, inquit: ſuauis nihilominus & gratioſus. *Et mirabantur*, ait ſanctus Lucas, *in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius*: Semper intentus ad animarum conuerſionem & ſalutem: quare etiam dum non concionaretur, omnem occaſionem capiebat de rebus ſpiritualibus agendi ex quacũque præſenti materia: vt cùm agit de aqua cum Samaritana muliere: *Et dediſſem tibi*, inquit, *aquã viuam*. Et cùm diceretur illi, *Domine ſemper da nobis panem hunc*, ait: *Ego ſum panis vitæ; qui venit ad me non eſuriet*.

Lucæ 4.

Ioan. 7. & 12. Matt. 23. & 12. Luc. 4.

Ioan. 4.

Ioan. 6.

De abnegatione luxuriæ.

CAPVT XIV.

SANCTVS Gregorius in illa verba primi libri Regum: *Recenſui quæcumque fecit Amalech Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via, cùm aſcenderet de Ægypto*: Per Amalech vitium luxuriæ ſiue fornicationis intelligit; per aſcendentes de Ægypto nouiter, vt ille ait conuerſos ad dominum, qui peccatorum tenebras & ima deſerunt, & ad lumen veritatis accedunt, & montem boni operis aſcendunt. *In via autem*, inquit, *Amalech Iſrael reſtitit, quia libido ad perfectionis ſummam tendentibus arma voluptatis objicit; & corda, quæ poteſt gladio immundæ ſuggeſtionis ferit. Et quia valdè fortis & violenta eſt pugna fornicationis, reſtitiſſe perhibetur, non quomodolibet obuiaſſe: reſiſtere quidem forti expugnationi inſtare eſt. Iſrael de Ægypto aſcendit, quia electi omnes, dum ſanctè viuendo proficiunt, ad ſupernam patriam pertingere conantur. Et quia quandiu in carne ſunt, carnis legem legi mentis contrariam habent, ſibi vtique per validos modos Amalech reſiſtentem vident. Quid eſt autẽ, quòd contra alios ſolis armis pugnabat*

Libr. 6. in primum Reg. c. 15.

Exod. 17. *Moyſes, contra Amalech autem non ſolis armis, ſed etiam virtute orationis? ſed profectò magnum certamen fornicationis oſtenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate ſuperatur.* Caſſianus etiam affirmat aduerſus ſpiritum fornicationis certamen eſſe longum præ cæteris ac diuturnum, & perpaucis ad purum deuictum. Immane bellum, & quod cùm à primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominum genus, non, niſi priùs cætera vitia ſuperentur, extinguitur.

Libr. 6. cap. 1.

Natura vitij luxuriæ.

1. Reg. 15.

Porrò naturam vitijs huius pulchre deſcribit idem S. Gregorius explicans illud: *Non parcas ei, & non concupiſcas illius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum, & lactentem, & bouem, & aſinum, & ouem, & camelum. Quis eſt autem,* inquit, *qui parcit Amalech, niſi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne laſciuiæ aliquid retinet? namplerique turpitudinis opera non exercent, ſed linguam à turpi locutione non cohibent, plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant, quidam nihil turpe agunt, ſed quod actu refugiunt, corde concupiſcunt. Parcit itaque Amalech, qui blandimenta laſciuiæ aut in locutione, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dicit non parcas ei, quia de tam nequiſſimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Non concupiſces ipſius aliquid, vt penitus eradicetur à cogitatione. Qui ſunt viri interficiēdi, niſi ſuadētes motus turpitudinis? viri etenim ſunt, quia violenter ſuggerunt, & corruptis mentibus ſemina prauitatis infundunt. Mulieres ſunt mentis concupiſcentiæ, quæ prædictis motibus ad fœtus impios ſubſternuntur. Paruuli & lactantes qui ſunt, niſi qui de Amalechitarum virorum & mulierum commiſtione generantur? nam ſi motus malæ ſuggeſtionis quaſi adulteri mente recipitur, concupiſcentia quaſi meretrix impragnatur: quæ ſi effundere partum ſinitur, libidinum motus non ſolùm in mente, ſed etiam in carne generantur: qui dum naſcuntur, paruuli ſunt, quia adhuc carni violentiam mouendo non inferunt. Lactantes ſunt, cùm tenui & negligenti cogitatione nutriuntur. Lac ergo paruulorum eſt cogitatio immunditiæ, quia ſi motus turpis per cogitationem non paſcitur, quaſi negato ſibi lacte paruuli necantur. Quod lac meretrix mater porrigit, quia dum ardor concu-*

Digitized by Google

piſcentiæ mentem præuenit, quaſi ex peſſima cordis vbertate agitatur, vt peiores mentium ſoboles in carne nutriatur. Quid verò in boue niſi conſilium fraudulentum accipitur, quod exemplo veterum carnis voluptatem ſuggerit, qui inter carnis opera omnipotenti Deo placuere? Quis autem nomine innocentum vita ſignatur, hoc eſt ſimulatio innocentiæ: quidam enim dum formam humani corporis, proprietates vtriuſque ſexus, & inſitam libidinem membris conſiderant, quaſi naturali bono ſe hoc poſſe vti licenter putant. Quaſi ergo ouis eſt, quando continentibus illud quaſi bonum ſuggeritur, quod verè bonum non eſſe liquido comprobatur. Camelus ruminat, ſed non findit vngulam & eſt quædam cogitatio luxuriæ, quæ quaſi à ratione incipit, ſed per diſcretionem nõ finitur: nonnulli etenim continentiam profeſſi, dum à carnis concupiſcentia ſuperantur in coniugali vita ſaluari poſſe confidunt. Quid aſinus niſi aperta nequitia fornicationis accipitur, quoſdam enim diabolus in apertum chaos fornicationis inuoluit, quibuſdam per fraudes illudit. Aſinus etiam aliena onera portare conſueuit, quo robur coniugalis copulæ deſignatur: quia electi coniuges onera ſua fortiter portant; ne per carnis infirmitatem in fornicationis barathrum remiſſiùs corruant. Aſinus ergo interficiendus eſt, ſed Amulechita, quia copula coniugis in honeſtate thalami roboranda eſt, ſed à turpitudine interficienda. Debent quidem coniuges debitum ſuum inuicem reddere, ſed turpiter conuenire non debent. Omnia ergo Amalech demoliri iubentur, quia qui caſtè viuere proponunt, de blandimento carnis in ſe aliquid retinere non debent. Et Alibi: *Beatus* inquit, *Iob crimen luxuriæ definiens, ait; Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans: quia nimirum reatus huius facinoris non ſolùm vſque ad inquinamentum maculat, ſed vſque ad perditionem vorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non obruitur, immenſitate huius criminis obruuntur, ſecutus adiunxit & omnia eradicans genimina.*

Libr.21. mor.c.9.

Effectus luxuriæ commemorat breuiter S.Pontifex alio loco hiſce verbis: *Ut luxuria, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror autem vel deſperatio futuri generantur.* Quos ſic explicat S.Thomas: *Per vitium*

Effectus luxuriæ. Libr.31. *moral.*

cap.17. 22.q.153. artic.5.

luxuria maximè appetitus concupiſcibilis, vehementer intendit ſuo obiecto delectabili propter vehementiam paſſionis & delectationis; & ideo conſequens eſt, quod per luxuriam maximè ſuperiores vires deordinentur, ſcilicet ratio & voluntas. Sunt enim rationis quatuor actus in agendis: primò ſimplex intelligentia, quæ apprehendit aliquem finem, vt bonum, & quantum ad hoc ponitur cæcitas mentis. Secundus actus eſt conſilium de his, quæ ſunt agenda propter finem: & quantum ad hoc ponitur præcipitatio, quæ importat ſubtractionem conſilij. Tertius actus eſt iudicium de agendis, & quantum ad hoc ponitur conſideratio. Quartus eſt præceptum rationis de agendo, & quantum ad hoc ponitur inconſtantia. Ex parte autem voluntatis conſequitur duplex actus inordinatus, quorum vnus eſt appetitus finis; & quantum ad hoc ponitur amor ſui, quantum ad delectationem: quam inordinatè appetit, & per oppoſitum odium Dei: alius autem eſt eorum, quæ ſunt ad finem; & quantum ad hoc ponitur affectus præſentis ſæculi, in quo vult frui voluptate, & per oppoſitum deſperatio futuri: quia dum nimis detinetur carnalibus delectationibus, non curat peruenire ad ſpirituales, ſed faſtidit.

De remedijs contra prædictum vitium, & indicijs victoriæ de eodem, ſimúlque de ſenſuum abnegatione.

CAPVT XV.

Primum remediũ. Libr.6. cap.1. Libr.5. in pr.mũ Regum, cap.14.

PRIMVM remedium, quod ab omnibus imprimis cõmẽdatur, eſt humilitas & oratio. *Ante omnia*, inquit Caſſianus, *humilitas vera, ſine qua nullius penitus vitij poterit triũphus acquiri.* Et ſanctus Gregor. *Nam ſi mens Deo ſubdi humiliter deſpicit, arnis ſua deſideria dominãdo ac præeminendo nõ premitit.* Hac humilitatis virtute paratur cognitio imprimis ſalutaris, qua intelligit homo inimicitias, quas in carne ſua circumfert, hoſtiũ ad-

uerſantium robur, audaciam, inſidias, periculum denique æterni ſupplicij quod imminet, niſi viriliter perpetuóque contra ſe ipſum decertet, carnem domando libidinémque coercendo. Propterea cum Salomone ad Deum qui ſolus in tanto diſcrimine opem ferre poteſt & vult, magna humilitate mentis accurrit, continentiam & fortitudinem poſtulans. *Et ſciui*, inquit, *quia aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum; adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Per continentiam quippe*, ait S. Auguſtinus, *colligimur & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus, Minus enim te amat*, (Deum alloquitur) *qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me. Continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis.* Sapien. 8. Libr. 10. Confeſſ. cap. 29.

Secundum remedium eſt abſtinentia & carnis afflictio, *Abſtinentia ciborum*, ait ſanctus Gregorius, *contra hoc vitium fortiſſima eſt. Si enim ignis libido eſt, ſubtrahis igni materiam, cùm cibos ſubtrahis, & vinum præſertim, in quo, vt eſt apud Apoſtolũ, luxuria eſt.* Qua de re S. Hieronymus: *Hoc obteſtor*, inquit, *ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum. Vinum & adoleſcentia duplex incendiũ voluptatis. Quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?* Secundũ remediũ. Libr. 5. in primum Regum, cap. 14. Ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.

Tertium remedium eſt interioris hominis cuſtodia & cura; *Principaliter*, ait Caſſianus, *vitij huius correctio de cordis perfectione deſcendit. Lex quo etiã huius morbi virus Domini voce prodire ſignatur, De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia. Illud ergo eſt primitus expiandum, vnde fons vitæ & mortis manare cognoſcitur, dicente Salomone: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit.* Tertium remediũ. Libr. 8. cap. 2. Mat. 15. Prou. 4.

Porrò expiationis cordis duplex eſt ratio. Vna eſt abiectio & expulſio prauarum cogitationum ſtatim ac in animo excitantur, quod præſcribitur ab omnibus Patribus. Altera eſt, vt loco vitioſarum, caſtæ honeſtæúe cogitationes mentem occupent. *Vitare*, inquit S. Gre-

viribus deſtituto, indiguit aliorum miniſterio; ſed itineribus & quidem pedibus continenter conficiendis, diſcipulis miniſtrando; immo & eorum pedes lauando, doctrina & longioribus ſermonibus inſtruendo, ex locis alijs in alia ſe transferendo, ſaluti noſtræ conſulere non intermiſit. Poſtea etiam recenſet, quæ de ſe ipſo narrat S. Paulus: & proponit omnium Apoſtolorũ viuendi rationem minimè otioſam, ſed laboribus omnibus obnoxiam: Sicut etiam antiquorum Patrum veteris Teſtamenti. tandemque concludit: *Perſpicuum igitur eſt ex legibus naturæ, doctrina diuinarum literarum, ſanctorum omnium virorum exemplis, Saluatoris ipſius vitæ inſtituto, & illa perfecta viuendi norma, & honeſtius & vtilius eſſe, confirmando corpori ſuggerere quàm adimere vires: idque ſtrenuum reddere obeũdæ bonæ actioni, quàm vltronea quapiam maceratione ex letum.* Ex quibus perſpicuum in primis eſt, S. Baſilium loqui non ſolùm, vt quibuſdam viſum eſt, de conſeruandi corporis viribus, ad exercenda opera manuum, quæ ille monachis indixit; ſed etiam & multo magis ad labores illos grauiores ſubeũdos, quos Apoſtolica vita & Saluatoris noſtri exemplum ab Euangelij miniſtris, & vineæ Domini cultoribus ſuſcipi oportere demonſtrant.

Eſt igitur ſententia ſancti Patris hæc: ſuſtentandum eſſe corpus, vt par ſit oneribus Chriſtianæ vocationis, quæcunque ea ſit, ferendis, eaque inuoluntariis ieiuniis, vigiliis, & aliis corporis vexationibus regula ſeruanda, quæ nihil impediat munera rectæ & ex Deo inſtitutæ cuiuſque vitæ. Ad quod vt magna prudentia opus eſt, *ne per cauſam*, vt inquit ille, *neceſſitatis corporis, eo impingamus, vt voluptatibus ſeruiamus*; ſic qui prudentia vſus, & ad prædictum finem ſuæ vocationis conſequendum, corpori neceſſarium cibi ſubſidium tribuit, *nihil eſt*, ait ſanctus Pater, *quam ob rem eo inferior habendus ſit, qui ab eo ſe temperarit.* Quod adeò certum verumque eſt, vt ſectatoribus etiam ſolitudinis, vt finem ſuum conſequantur, hoc idem faciendum eſſe, Caſſianus his verbis admoneat: *Omni cautione atque ſolertia iugis circumſpecti cordis ſeruetur intentio, ne quomodo iudicio noſtræ diſcretionis errante, aut inconſideratæ continentiæ cupiditate ſuc-* *Coll. 21. cap. 22.*

cenſi,

cenſi, aut deſiderio nimiæ remiſsionis illecti, ſubſtantiam virium noſtrarum iniqua trutina examinatione libremus: Sed in altera quidem lance animæ puritatem, in altera vires corporis collocantes, ita verò conſcientiæ iudicio vtraque pendamus, vt in neutram partem vnius rei affectu præponderante, peruerſi, vel ad immodicam diſtrictionem, vel ad nimiam remiſsionem, æqualitatis libram propenſiùs inclinemus, & illud dicatur nobis, Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti. Geneſ. 1.

Poſtremum illud eſt, doctrinæ huius, quam ex S. Baſilio attulimus, ratio præcipua hæc eſt: ieiunia, vigiliæ, & alia huiuſmodi corporis afflictiones non tam perfectio ſunt, quàm inſtrumenta perfectionis, vt docet Caſſianus, & confirmat ſanctus Thomas: non enim corpus deprimimus, quia eius demolitionem ac interitum appetamus, ſed vt eius deiectione ac mortificatione nobis gradum ad virtutes, perfectionemque faciamus. Eatenus igitur corpus affligendum, quatenus id ad perfectionem conſequendam confert. Qui modus non vnus eſt, ſeu varius, vt variæ ſunt corporum humanorũ conſtitutiones, varia valetudinis ratio. varia item ingenia, nec eadem in omnibus facilitas, quia alius alio eſt ad bonum aptior; non eædem etiam omnibus ad virtutes occaſiones & incitamenta: plura oppoſita aliquibus impedimenta, pauciora aliis, vt omnino neceſſe ſit, etiam in corporũ pœnis magnas exiſtere varietates: cuius tamen menſura euidẽs eſt corporis robur, & valetudo relata ad progreſſum in virtutibus & perfectione faciendum. ex propriæ cuiuſque vocationis inſtituto. Legantur etiam quæ hac de re idem ſanctus Baſilius ſcribit in regulis breuioribus.

Sextum caput.

Coll. 21. cap. 15.

2. 2. quæ. 188. articul. 7.

Reg. 123.

⁂

De abnegatione exercenda aduerſus linguæ incontinentiam, præſertim in verbis otioſis.

CAPVT XIII.

LINGVAE vitia gulæ ſoboles eſſe, S. Gregorius affirmat;& ſunt ſine dubio cognata. palato quippe & ore omnia gignuntur. Nobis hîc de lingua, vt vniuerſitas iniquitatis eſt,& nominatur à ſancto Iacobo, nequaquam agendum eſt: Siquidem proficiens, ſi proficiens eſt, abſtinet à grauibus illis mortiferiſque peccatis, quæ blaſphemiis, detractionibus, huiuſcemodique aliis linguæ officiis committuntur. Quoniam tamen in hæc ipſa vel labi per incuriam, vel etiam recidere proficiens poteſt, inſtituendus eſt, qua ratione ſecurim ad radicem mittere, ipſúmque omniū linguæ malorum fontem ſiccare poſſit. Hoc enim ad perfectionis ſtudioſum maximè pertinet Eſt autem id, vt à verbis etiam otioſis, quantum poteſt, caueat. Verbum enim otioſum, vt eius rationem & vim explicemus, peccatum eſt: *Dico autem vobis*, inquit Dominus, *quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Sic verò deſcribitur à ſancto Gregorio: *Otioſum verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis aut intentione piæ vtilitatis caret.* Et S. Hieronymus ſic ſcribit in Matthæum: *Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate & loquentis dicitur & audientis. Si omiſſis ſerijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterùm qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otioſi verbi, ſed crimino ſi tenebitur reus.*

Iacob.3.

Natura verbi otioſi.

Matt.12.

Libr.7. moraliū, cap.17.

Lib.2. cap.12.

Quo loco illud reticendum non eſt, vt otioſa verba ex ore dicẽtis prodeunt, ſic prodire etiam poteſt & oratio otioſa. Hæc autem ea eſt, cùm quis dicendi genere inutili & inani, aut etiam offenſionis aliquid habente, vtitur ad populum & pro concione: In qua ſententia eſt S. Auguſtinus, qui cùm produxiſſet illud Dauidis dictū,

In populo graui laudabo te, ait, *nec illa ſuauitas delectabilis eſt, quæ non quidem iniqua diliguntur, ſed exigua & fragilia bona ſpumeo verborum ambitu ornantur, qualia nec magna atque ſtabilia decenter & grauiter ornarentur. Eſt tale aliquid in Epiſtola B. Cypriani, quod ideò puto vel accidiſſe, vel conſultò factum eſſe, vt ſciretur à poſteris, quam linguam doctrinæ Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia reuocauerit, & ad eloquentiam grauiorem modeſtioremque reſtrinxerit: qualis in eius conſequentibus literis ſecurè amatur, religioſè appetitur, ſed difficilimè impletur. Ait ergo quodã loco, Petamus hanc ſedem: dant ſeceſſum vicina ſecreta, vbi dum erratici palmitum lapſus pendulis nexibus per arundines baiulas repunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Non dicuntur iſta niſi mirabiliter affluentiſſima fœcunditate, ſed profuſione nimia grauitati diſplicent. Quapropter vir ſanctus & poſſe ſe, oſtendit, ſic dicere, quoniam dixit alicubi, & nolle, quia poſtmodum nuſquam.* Effectus verbi otioſi vno verbo à Salamone indicantur, cùm ait: *In multiloquio non deerit peccatum.*

Lib. 4. de doctrina Chriſtiana, c. 34.
Pſal. 34.
Effectus verbi otioſi.
Prov. 10.

Duplex autem hoc peccatum eſt, vnum leuius, & eſt culpa ipſa venialis, quæ ex verbo otioſè prolato contrahitur: alterum eſt periculum grauioris peccati, quod ex multiloquio per imprudentiam ſæpenumero incurritur. quæ ſunt omnia linguæ flagitia à ſancto Bernardo in hunc modum breuiter commemorata: *Quis numeret quantas modicum lingua membrum contrahat ſordes? quàm multiplex in labijs incircũciſis immunditia coaguletur? quàm ſit grauis pernicies oris incircumſpecti? Eſt lingua diſſoluta ſermonibus otioſis, eſt lingua impudica, eſt & magniloqua, quarum prima laſciuia, ſequens arrogantia famulatur. Eſt etiam lingua doloſa, & item lingua maledica, quarum altera in falſiloquam & adulatoriam ſubdiuiditur: altera verò nũc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in oculto. quàm vera ſententia, fratres, in multiloquio non effugiendum peccatum?* Quorum malorum ex otioſo verbo deriuationem declarat S. Gregorius: *Dum enim,* ait, *ab otioſis verbis nequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque ſtultæ increpationis effrenatur. Quibuſdam enim ſua ruinæ gradibus deſidioſa mens in foueã lapſus impellitur; nam dum*

Serm. de triplici cuſtodia.
Libro 7. mor. c. 17.

otioſa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus. Quæ ille ibidem copioſè perſequitur. Ad vniuerſitatem igitur iniquitatis, quam in lingua ſedem collocaſſe S. Apoſtolus dicit, aditum primum patefaciunt hominibus otioſa verba.

Sed grauiſſimum illud damnum cenſeri debet, quod adferunt proficienti verba otioſa, præſertim cùm multa ſunt: nempe mentis euagationem, & quaſi per peregrinationem longiùs à cogitationibus vtilioribus, vix vt ad

Ibidem. ſe redire deinde queat. *Humana mens,* ait ſanctus Gregorius, *aquæ more, & circumcluſa ad ſuperiora colligitur, quia illud repetit, vnde deſcendit, & relaxata deperit, quia ſe per infima inutiliter ſpargit: quot enim ſuperuacuis verbis à ſilentij ſui cenſura diſſipatur, quaſi tot riuis extra ſe ducitur: vnde & redire interiùs ad ſui cognitionem non ſufficit, quia per multiloquium exteriùs ſparſa, vim intimæ conſiderationis amittit.*

Remedia cōtra verba otioſa. Primum remediū. Reg. bre. cap. 24. Ephes. 4. Primum remedium eſt ex ſancto Baſilio: *Adeò magnum,* inquit, *eſt otioſi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, quod dicatur, tamen niſi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquam liber eſt à periculo, qui illud loquitur: quippe qui eo, quòd ad ædificationem illud non accommodauit, contriſtaſſe neſcitur Spiritum ſanctum Dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus, cùm ait, Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et ſubiecit illud: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Quàm verò perniciòſa res ſit contriſtare Spiritum ſanctum quid opus eſt vt dicatur?*

Secūdum remediū. Hom. 11. in Ezec. Secundum remedium eſt diſcere vtiliter loqui, & huic rei aſſueſcere. Id autem fiet, ſi quæ in loquendo conſiderare debeat, Doctor Euangelicus S. Gregorius docet, ea quaſi locutionis ſuæ leges ſibi ſeruandas, quiſque exiſtimet. Sunt autem hæc: *Penſare doctor debet,* in-

Coloſ. 4. quit, *quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Quid, vt iuxta Pauli vocem ſermo noſter ſemper in gratia ſit ſale conditus. Cui, quia ſæpe verbum, quod hæc admittit perſona, altera non admittit, ſæpe eadem perſona ſecundum factum fit altera. Quando, quia ſæpe*

etiam

etiam differtur verbum, poſtmodum benignè recipitur, & nonnunquam langueſcit; ſi hoc, quod antè proferri debuit, tempus amiſerit. Qualiter, quia verba, quæ hunc ad ſalutem reuocant, alium vulnerant. Paulus Titum monet, argue cum omni imperio. Timotheum verò, argue, obſecra, increpa cum omni patientia. Quid eſt quod vni imperium, alteri patientiam præcipit, niſi quod vnum leuioris, alterum feruentioris ſpiritus eſſe conſpexit? Quantum, ne ſi eum, qui multa ferre non valet, per verba, vel increpationis vel exhortationis longius trahimus, auditorem noſtrum ad faſtidium perducamus. Vnde prædicator egregius, Obſecro vos, fratres, vt ſufferatis verbum ſolatij, etenim perpaucis ſcripſi vobis. Hoc infirmis præcipuè congruit. Tit. 2. 2. Tim. 4. Hebr. 4.

Tertium remedium. conſiderare tempus illud, quod fruſtra teritur inutiliter loquendo, pretioſum tempus eſſe, diuinitus nobis conceſſum, vt eo vtamur ad ſalutem ſempiternam procurandam: *Nemo*, inquit S. Bernardus, *parui æſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis. Siquidem tempus acceptabile eſt, & dies ſalutis. Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec aduertit inſipiens, quid amittat. Libet, aiunt, confabulari, donec hora prætereat. Hora, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miſeratio conditoris indulget. Donec tranſeat, inquis, tempus, quo diuinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam hæreditatem, excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem.* *Tertium remediū.* *Ibidem.*

Quartum remedium pertinet ad eos, qui ex ſuperiori loco cùm verba faciunt, vt dicebamus, otioſè multa dicunt. Et vt nihil dicamus de iniuria, quam faciunt Dei verbo, quod tanti ponderis eſt, inani illud ſermone eleuando, audiant ſaltem eiuſdem diuini verbi præclariſſimum & perfectiſſimum oratorem Auguſtinum: is enim hoc dat conſilium aduerſus futilem illum orandi modum: *Agat*, inquit, *noſter eloquens vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur, & hæc ſe poſſe pietate magis orationum, quàm oratorum facultate non dubitet, vt orando pro ſe & pro illis, quos eſt allocuturus, ſit orator* *Quartū remediū.* *Libr. 4. de doctrina Chriſtiana. cap. 14. & 15.*

antequam dictor. Ipſa hora iam vt dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, & quod impleuerit, fundat. Et poſt aliqua: *Si loquitur in eis Spiritusſanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum?* Et in eodem extremo libro: *In ipſo ſermone malit rebus placere, quàm verbis, nec exiſtimet dici melius, niſi quod dicitur verius: nec doctor verbis ſeruiat, ſed verba doctori. Hoc eſt, quod Apoſtolus ait; Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Et ad hoc valet, quod ait ad Timotheum, Noli contendere verbis: non quod aduerſarijs, oppugnantibus veritatem, nihil ſnos pro veritate dicamus: nam ſcribit, vt potens ſit in doctrina ſana, & contradicentes poſſit redarguere: Sed verbis contendere, eſt, non curare, quomodo error veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.*

Cap. 28.

1. Cor. 1.

2. Tim. 2.

Tit. 1.

Primum indicium. vtilis locutionis. *Conſtit. monaſtic. cap. 12.*

Indicium autem ſermonis vtilis & alieni ab otioſitate verborum, eſt, cùm proficiens ita ſe comparat ad loquendum, vt vtilitatem ſemper ſpectet, cùm loquitur: *verborum autem vtilitas,* inquit ſanctus Baſilius, *ea opinor fuerit, ſi aut de virtute in loco diſſeratur, aut ſi ad rei alicuius, quæ facienda eſt, inſtet, vrgeátque vſum, ſermo accommodetur, aut etiam denique ad audientium ædificationem referatur. Qui autē in alio quouis genere ſermones verſentur, ij reiici tanquam ſuperuacanei & inutiles debent.* Certè non eſt hæc aduerſus inutilem locutionem abnegationis ratio in poſtremis habenda à proficiente: quia *ſi quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.*

Iacob. 3.

Secūdum indicium.

Alterum indicium eſt imitatio modi loquendi & tacendi, quo vſus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, dum inter homines verſaretur, qui licet non caruerit figuris vſitatioribus ad hyperbolem vſque, vt eſt illa: *Excolantes culicem, camelum autem glutientes;* fuit nihilominus ſimpliciſſimus, & inſtitutus ſolùm ad captum vtilitatémque auditorum. Quare fuit apertus ſemper Dominus & veritatis amantiſſimus *Si veritatem dico,* ait: prudentiſſimus in dicendo: *Et ſtupebant ſuper prudentia & reſponſis eius.* Silentij in tempore cultor eximius, præſertim in propria cauſa: *Et non reſpondit ei ad*

Matt. 23.

Ioan. 8.

Lucæ 2.

Matt. 27.

vllum

Digitized by Google

vllum verbum, *ita vt miraretur Praſes vehementer*: potens verbo maximè inter concionandum. *Et ſtupebant in doctrina eius quia in poteſtate erat ſermo ipſius*: vehemens item & feruens ſpiritu: quare crebrò etiam vocem tollebat, clamans: in reprehenſionibus peccatorum acer: Serpentes: *Genimina viperarum. Generatio mala & adultera*, inquit: ſuauis nihilominus & gratioſus. *Et mirabantur*, ait ſanctus Lucas, *in verbis gratia, quæ procedebant de ore eius*: Semper intentus ad animarum conuerſionem & ſalutem: quare etiam dum non concionaretur, omnem occaſionem capiebat de rebus ſpiritualibus agendi ex quacũque præſenti materia: vt cùm agit de aqua cum Samaritana muliere: *Et dediſſem tibi*, inquit, *aquã viuam*. Et cùm diceretur illi; *Domine ſemper da nobis panem hunc*, ait: *Ego ſum panis vitæ*; *qui venit ad me non eſuriet*.

Luca 4. *Ioan. 7. & 12.* *Matt. 23. & 12.* *Luc. 4.* *Ioan. 4.* *Ioan. 6.*

De abnegatione luxuriæ.

CAPVT XIV.

SANCTVS Gregorius in illa verba primi libri Regum: *Recenſui quæcumque fecit Amalech Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via, cùm aſcenderet de Ægypto*: Per Amalech vitium luxuriæ ſiue fornicationis intelligit; per aſcendentes de Ægypto nouiter, vt ille ait conuerſos ad dominum, qui peccatorum tenebras & ima deſerunt, & ad lumen veritatis accedunt, & montem boni operis aſcendunt. *In via autem*, inquit, *Amalech Iſrael reſtitit, quia libido ad perfectionis ſummam tendentibus arma voluptatis obijcit; & corda, quæ poteſt gladio immundæ ſuggeſtionis ferit. Et quia valdè fortis & violenta eſt pugna fornicationis, reſtitiſſe perhibetur, non quomodolibet obuiaſſe: reſiſtere quidem forti expugnationi inſtare eſt. Iſrael de Ægypto aſcendit, quia electi omnes, dum ſanctè viuendo proficiunt, ad ſupernam patriam pertingere conantur. Et quia quandiu in carne ſunt, carnis legem legi mentis contrariam habent, ſibi vtique per validos modos Amalech reſiſtentem vident. Quid eſt autẽ, quod contra alios ſolis armis pugnabat*

Libr. 6. in primum Reg. c. 15.

Exod. 17. *Moyſes, contra Amalech autem non ſolis armis, ſed etiam virtute orationis? ſed profectò magnum certamen fornicationis oſtenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate ſuperatur.* Caſſianus etiam affirmat aduerſus ſpiritum fornicationis certamen eſſe longum præ cæteris ac diuturnum, & perpaucis ad purum deuictum. Immane bellum, & quod cùm à primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominum genus, non, niſi priùs cætera vitia ſuperentur, extinguitur.

Libr. 6. cap. 1.

Natura vitij luxuriæ.

1. Reg. 15.

Porrò naturam vitijs huius pulchrè deſcribit idem S. Gregorius explicans illud: *Non parcas ei, & non concupiſcas illius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum, & lactentem, & bouem, & aſinum, & ouem, & camelum. Quis eſt autem,* inquit, *qui parcit Amalech, niſi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne laſciuiæ aliquid retinet? nam plerique turpitudinis opera non exercent, ſed linguam à turpi locutione non cohibent, plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant, quidam nihil turpe agunt, ſed quod actu refugiunt, corde concupiſcunt. Parcit itaque Amalech, qui blandimenta laſciuiæ aut in locutione, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dicit non parcas ei, quia de tam nequiſſimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Non concupiſces ipſius aliquid, vt penitus eradicetur à cogitatione. Qui ſunt viri interficiēdi, niſi ſuadētes motus turpitudinis? viri etenim ſunt, quia violenter ſuggerunt, & corruptis mentibus ſemina prauitatis infundunt. Mulieres ſunt mentis concupiſcentiæ, quæ prædictis motibus ad fœtus impios ſubſternuntur. Paruuli & lactantes qui ſunt, niſi qui de Amalechitarum virorum & mulierum commiſtione generantur? nam ſi motus malæ ſuggeſtionis quaſi adulteri mente recipitur, concupiſcentia quaſi meretrix impregnatur: quæ ſi effundere partum ſinitur, libidinum motus non ſolùm in mente, ſed etiam in carne generantur: qui dum naſcuntur, paruuli ſunt, quia adhuc carni violentiam mouendo non inferunt. Lactantes ſunt, cùm tenui & negligenti cogitatione nutriuntur. Lac ergo paruulorum eſt cogitatio immunditiæ, quia ſi motus turpis per cogitationem non paſcitur, quaſi negato ſibi lacte paruuli necantur. Quod lac meretrix mater porrigit, quia dum ardor concu-*

Digitized by Google

piſcentiæ mentem preuenit, quaſi ex peſſima cordis vbertate agitatur, vt peiores motuum ſoboles in carne nutriantur. Quid verò in boue niſi conſilium fraudulentum accipitur, quod exemplo veterum carnis voluptatem ſuggerit, qui inter carnis opera omnipotenti Deo placuere? Ouis autem nomine innocentum vita ſignatur, hoc eſt ſimulatio innocentiæ: quidam enim dum formam humani corporis, proprietates vtriuſque ſexus, & inſitam libidinem membris conſiderant, quaſi naturali bono ſe hoc poſſe vti licenter putant. Quaſi ergo ouis eſt, quando continentibus illud quaſi bonum ſuggeritur, quod verè bonum non eſſe liquido comprobatur. Camelus ruminat, ſed non findit vngulam & eſt quædam cogitatio luxuriæ, quæ quaſi à ratione incipit, ſed per diſcretionem nō finitur: nonnulli etenim continentiam profeſſi, dum à carnis concupiſcentia ſuperantur in coniugali vita ſaluari poſſe confidunt. Quid aſinus niſi aperta nequitia fornicationis accipitur, quoſdam enim diabolus in apertum chaos fornicationis inuehit, quibuſdam per fraudes illudit. Aſinus etiam aliena onera portare conſueuit, quo robur coniugalis copulæ deſignatur: quia electi coniuges onera ſua fortiter portant, ne per carnis infirmitatem in fornicationis barathrum remiſſiùs corruant. Aſinus ergo interficiendus eſt, ſed Amalechita, quia copula coniugis in honeſtate thalami roboranda eſt, ſed à turpitudine interficienda. Debent quidem coniuges debitum ſuum inuicem reddere, ſed turpiter conuenire non debent. Omnia ergo Amalech demoliri iubentur, quia qui caſtè viuere proponunt, de blandimento carnis in ſe aliquid retinere non debent. Et Alibi: *Beatus* inquit, *Iob crimen luxuriæ definiens, ait; Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans: quia nimirum reatus huius facinoris non ſolùm vſque ad inquinamentum maculat, ſed vſque ad perditionem vorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non obruitur, immenſitate huius criminis obruuntur, ſecutus adiunxit & omnia eradicans genimina.* Libr.21. mor.c.9.

Effectus luxuriæ commemorat breuiter S. Pontifex alio loco hiſce verbis: *De luxuria, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror autem vel deſperatio futuri generantur.* Quos ſic explicat S. Thomas: *Per vitium* Effectus luxuriæ. Libr.31. moral.

cap.17. 22.q.153. artic.5.

luxuria maximè appetitus concupiſcibilis, vehementer intendit ſuo obiecto delectabili propter vehementiam paſſionis & delectationis; & ideo conſequens eſt, quod per luxuriam maximè ſuperiores vires deordinentur, ſcilicet ratio & voluntas. Sunt enim rationis quatuor actus in agendis: primò ſimplex intelligentia, quæ apprehendit aliquem finem, vt bonum, & quantum ad hoc ponitur cæcitas mentis. Secundus actus eſt conſilium de his, quæ ſunt agenda propter finem: & quantum ad hoc ponitur præcipitatio, quæ importat ſubtractionem conſilij. Tertius actus eſt iudicium de agendis, & quantum ad hoc ponitur conſideratio. Quartus eſt præceptum rationis de agendo, & quantum ad hoc ponitur inconſtantia. Ex parte autem voluntatis conſequitur duplex actus inordinatus, quorum vnus eſt appetitus finis; & quantum ad hoc ponitur amor ſui, quantum ad delectationem: quam inordinatè appetit, & per oppoſitum odium Dei: alius autem eſt eorum, quæ ſunt ad finem; & quantum ad hoc ponitur affectus præſentis ſæculi, in quo vult frui voluptate, & per oppoſitum deſperatio futuri: quia dum nimis detinetur carnalibus delectationibus, non curat peruenire ad ſpirituales, ſed faſtidit.

De remedijs contra prædictum vitium, & indicijs victoriæ de eodem, ſimúlque de ſenſuum abnegatione.

CAPVT XV.

Primum remediũ

PRIMVM remedium, quod ab omnibus imprimis cõmẽdatur, eſt humilitas & oratio. *Ante omnia*, inquit Caſſianus, *humilitas vera, ſine qua nullius penitus vitij poterit triũphus acquiri*. Et ſanctus Gregor. *Nam ſi mens Deo ſubdi humiliter deſpicit, armis ſua deſideria dominãdo ac præminendo nõ premitit*. Hac humilitatis virtute paratur cognitio imprimis ſalutaris, qua intelligit homo inimicitias, quas in carne ſua circumfert, hoſtiũ ad-

Libr.6. cap.1. Libr.5: in pr.mũ Regum, cap.14.

uerſantium

uerſantium robur, audaciam, inſidias, periculum denique æterni ſupplicij quod imminet, niſi viriliter perpetuóque contra ſe ipſum decertet, carnem domando libidinémque coercendo. Propterea cum Salomone ad Deum qui ſolus in tanto diſcrimine opem ferre poteſt & vult, magna humilitate mentis accurrit, continentiam & fortitudinem poſtulans. *Et ſciui*, inquit, *quia aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum; adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Per continentiam quippe*, ait S. Auguſtinus, *colligimur & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus, Minus enim te amat*, (Deum alloquitur) *qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me. Continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis.* — *Sapien. 8.* — *Libr. 10. Confeſſ. cap. 29.*

Secundum remedium eſt abſtinentia & carnis afflictio, *Abſtinentia ciborum*, ait ſanctus Gregorius, *contra hoc vitium fortiſſima eſt. Si enim ignis libido eſt, ſubtrahis igni materiam, cùm cibos ſubtrahis, & vinum præſertim, in quo, vt eſt apud Apoſtolũ, luxuria eſt.* Qua de re S. Hieronymus: *Hoc obteſtor*, inquit, *ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum. Vinum & adoleſcentia duplex incendiũ voluptatis. Quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?* — *Secundũ remediũ.* — *Libr. 5. in primum Regum, cap. 14.* — *Ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.*

Tertium remedium eſt interioris hominis cuſtodia & cura; *Principaliter*, ait Caſſianus, *vitij huius correctio de cordis perfectione deſcendit. Ex quo etiã huius morbi virus Domini voce prodire ſignatur, De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia. Illud ergo eſt primitus expiandum, vnde fons vitæ & mortis manare cognoſcitur, dicente Salomone: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit.* — *Tertium remediũ* — *Libr. 8. cap. 2.* — *Mat. 15.* — *Prov. 4.*

Porrò expiationis cordis duplex eſt ratio. Vna eſt abiectio & expulſio prauarum cogitationum ſtatim ac in animo excitantur, quod præſcribitur ab omnibus Patribus. Altera eſt, vt loco vitioſarum, caſtæ honeſtæúe cogitationes mentem occupent. *Vitare*, inquit S. Gre-

viribus deſtituto, indiguit aliorum miniſterio; ſed itineribus & quidem pedibus continenter conficiendis, diſcipulis miniſtrando, immo & eorum pedes lauando, doctrina & longioribus ſermonibus inſtruendo, ex locis alijs in alia ſe transferendo, ſaluti noſtræ conſulere non intermiſit. Poſtea etiam recenſet, quæ de ſe ipſo narrat S. Paulus: & proponit omnium Apoſtolorũ viuendi rationem minimè otioſam, ſed laboribus omnibus obnoxiam: Sicut etiam antiquorum Patrum veteris Teſtamenti. tandemque concludit: *Perſpicuum igitur eſt ex legibus naturæ, doctrina diuinarum literarum, ſanctorum omnium virorum exemplis, Saluatoris ipſius vitæ inſtituto, & illa perfecta viuendi norma, & honeſtius & vtilius eſſe, confirmando corpori ſuggerere quàm adimere vires: idque ſtrenuum reddere obeũdæ bonæ actioni, quàm vltronea quapiam maceratione exoletum.* Ex quibus perſpicuum in primis eſt, S. Baſilium loqui non ſolùm, vt quibuſdam viſum eſt, de conſeruandi corporis viribus, ad exercenda opera manuum, quæ ille monachis indixit; ſed etiam & multo magis ad labores illos grauiores ſubeundos, quos Apoſtolica vita & Saluatoris noſtri exemplum ab Euangelij miniſtris, & vineæ Domini cultoribus ſuſcipi oportere demonſtrant.

Eſt igitur ſententia ſancti Patris hæc: ſuſtentandum eſſe corpus, vt par ſit oneribus Chriſtianæ vocationis, quæcunque ea ſit, ferendis, eaque inuoluntariis ieiuniis vigiliis, & aliis corporis vexationibus regula ſeruanda, quæ nihil impediat munera rectæ & ex Deo inſtitutæ cuiuſque vitæ. Ad quod vt magna prudentia opus eſt, *ne per cauſam*, vt inquit ille, *neceſſitatis corporis, eo impingamus, vt voluptatibus ſeruiamus*; ſic qui prudentia vſus, & ad prædictum finem ſuæ vocationis conſequendum, corpori neceſſarium cibi ſubſidium tribuit, *nihil eſt*, ait ſanctus Pater, *quambrem eo inferior habendus ſit, qui ab eo ſe temperarit.* Quod adeò certum verumque eſt, vt ſectatoribus etiam ſolitudinis, vt finem ſuum conſequantur, hoc idem faciendum eſſe, Caſſianus his verbis admoneat: *Omni cautione atque ſolertia iugis circumſpecti cordis ſeruetur intentio, ne quomodo iudicio noſtræ diſcretionis errante, aut inconſiderata continentia cupiditate ſuc-*

Coll. 21. cap. 22.

cenſi,

cenſi, aut deſiderio nimiæ remiſſionis illecti, ſubſtantiam virium noſtrarum iniqua trutinæ examinatione libremus: Sed in altera quidem lance animæ puritatem, in altera vires corporis collocantes, ita verò conſcientiæ iudicio vtraque pendamus, vt in neutram partem vnius rei affectu præponderante, peruerſi, vel ad immodicam diſtrictionem, vel ad nimiam remiſſionem, æqualitatis libram propenſiùs inclinemus, & illud dicatur nobis, Nonne ſi rectè offeras, rectè autem non diuidas, peccaſti. *Geneſ. 1.*

Poſtremum illud eſt, doctrinæ huius, quam ex S. Baſilio attulimus, ratio præcipua hæc eſt: ieiunia, vigiliæ, & alia huiuſmodi corporis afflictiones non tam perfectio ſunt, quàm inſtrumenta perfectionis, vt docet Caſſianus, & confirmat ſanctus Thomas: non enim corpus deprimimus, quia eius demolitionem ac interitum appetamus, ſed vt eius deiectione ac mortificatione nobis gradum ad virtutes, perfectionemque faciamus. Eatenus igitur corpus affligendum, quatenus id ad perfectionem conſequendam confert. Qui modus non vnus eſt, ſeu varius, vt variæ ſunt corporum humanorũ conſtitutiones, varia valetudinis ratio. varia item ingenia, nec eadem in omnibus facilitas, quia alius alio eſt ad bonum aptior; non eædem etiam omnibus ad virtutes occaſiones & incitamenta: plura oppoſita aliquibus impedimenta, pauciora aliis, vt omnino neceſſe ſit, etiam in corporũ pœnis magnas exiſtere varietates: cuius tamen menſura euidẽs eſt corporis robur, & valetudo relata ad progreſſum in virtutibus & perfectione faciendum. ex propriæ cuiuſque vocationis inſtituto. Legantur etiam quæ hac de re idem ſanctus Baſilius ſcribit in regulis breuioribus.

Sextum caput. *Coll. 21. cap. 15.* *2. 2. quæ. 188. articul. 7.* *Reg. 123.*

***

De abnegatione exercenda aduerſus linguæ incontinentiam, præſertim in verbis otioſis.

CAPVT XIII.

LINGVAE vitia gulæ ſoboles eſſe, S. Gregorius affirmat; & ſunt ſine dubio cognata. palato quippe & ore omnia gignuntur. Nobis hîc de lingua, vt vniuerſitas iniquitatis eſt, & nominatur à ſancto Iacobo, nequaquam agendum eſt: Siquidem proficiens, ſi proficiens eſt, abſtinet à grauibus illis mortiferiſque peccatis, quæ blaſphemiis, detractionibus, huiuſcemodique aliis linguæ officiis committuntur. Quoniam tamen in hæc ipſa vel labi per incuriam, vel etiam recidere proficiens poteſt, inſtituendus eſt, qua ratione ſecurim ad radicem mittere, ipſúmque omniū linguæ malorum fontem ſiccare poſſit. Hoc enim ad perfectionis ſtudioſum maximè pertinet Eſt autem id, vt à verbis etiam otioſis, quantum poteſt, caueat. Verbum enim otioſum, vt eius rationem & vim explicemus, peccatum eſt: *Dico autem vobis*, inquit Dominus, *quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Sic verò deſcribitur à ſancto Gregorio: *Otioſum verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis aut intentione piæ vtilitatis caret.* Et S. Hieronymus ſic ſcribit in Matthæum: *Otioſum verbum eſt, quod ſine vtilitate & loquentis dicitur & audientis. Si omiſſis ſerijs de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterùm qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otioſi verbi, ſed crimino ſi tenebitur reus.*

Iacob.3. *Natura verbi otioſi.* *Matt.12.* *Libr.7. moraliū, cap.17.* *Lib.2. cap.12.*

Quo loco illud reticendum non eſt, vt otioſa verba ex ore dicētis prodeunt, ſic prodire etiam poteſt & oratio otioſa. Hæc autem ea eſt, cùm quis dicendi genere inutili & inani, aut etiam offenſionis aliquid habente, vtitur ad populum & pro concione: In qua ſententia eſt S. Auguſtinus, qui cùm produxiſſet illud Dauidis dictū,

In populo

n populo graui laudabo te, ait, nec illa ſuauitas delectabilis ſt, qua non quidem iniqua diliguntur, ſed exigua & fragilia ona ſpumeo verborum ambitu ornantur, qualis nec magna atue ſtabilia decenter & grauiter ornarentur. Eſt tale aliquid Epiſtola B. Cypriani, quod ideò puto vel accidiſſe, vel conltò factum eſſe, vt ſciretur à poſteris, quam linguam doctria Chriſtianæ ſanitas ab iſta redundantia reuocauerit, & d eloquentiam grauiorem modeſtioremque reſtrinxerit: quaś in eius conſequentibus literis ſecurè amatur, religioſè apetitur, ſed difficilimè impletur. Ait ergo quodā loco, Petamus anc ſedem: dant ſeceſſum vicina ſecreta, vbi dum erratici almitum lapſus pendulis nexibus per arundines baiulas reunt, viteam porticum frondea tecta fecerunt. Non dicuntur a niſi mirabiliter affluentiſſima fœcunditate, ſed profuſio nimia grauitati diſplicent. Quapropter vir ſanctus & ſſe ſe, oſtendit, ſic dicere, quoniam dixit alicubi, & nolle, ia poſtmodum nuſquam. Effectus verbi otioſi vno vero à Salamone indicantur, cùm ait: In multiloquio non erit peccatum.

Lib. 4. de doctrina Chriſtiana, c. 34. Pſal. 34.

Effectus verbi otioſi. Prou. 10.

Duplex autem hoc peccatum eſt, vnum leuius, & eſt lpa ipſa venialis, quæ ex verbo otioſè prolato conahitur: alterum eſt periculum grauioris peccati, quod multiloquio per imprudentiam ſæpenumero incurrir. quæ ſunt omnia linguæ flagitia à ſancto Bernardo hunc modum breuiter commemorata: Quis numeret antas modicum lingua membrum contrahat ſordes? quàm ultiplex in labijs incircūciſis immunditia coaguletur? quàm grauis pernicies oris incircumſpecti? Eſt lingua diſſoluta monibus otioſis, eſt lingua impudica, eſt & magniloqua. arum prima laſciuia, ſequens arrogantia famulatur. Eſt am lingua doloſa, & item lingua maledica, quarum altera falſiloquam & adulatoriam ſubdiuiditur: altera verò nūc facie contumelias irrogat, nunc detrahit in oculto. quàm ra ſententia, fratres, in multiloquio non effugiendum peccum? Quorum malorum ex otioſo verbo deriuatiom declarat S. Gregorius: Dum enim, ait, ab otioſis vernequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque a increpationis effrenatur. Quibuſdam enim ſua ruina dibus deſidioſa mens in foueā lapſus impellitur; nam dum

Serm. de triplici cuſtodia.

Libro 7. mor. c. 17.

otioſa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus. Quæ ille ibidem copioſè perſequitur. ad vniuerſitatem igitur iniquitatis, quam in lingua ſedem collocaſſe S. Apoſtolus dicit, aditum primum patefaciunt hominibus otioſa verba.

Ibidem.

Sed grauiſſimum illud damnum cenſeri debet, quod adferunt proficienti verba otioſa, præſertim cùm multa ſunt: nempe mentis euagationem, & quaſi per peregrinationem longius à cogitationibus vtilioribus, vix vt ad ſe redire deinde queat. *Humana mens,* ait ſanctus Gregorius, *aquæ more, & circumcluſa ad ſuperiora colligitur, quia illud repetit, vnde deſcendit, & relaxata deperit, quia ſe per infima inutiliter ſpargit: quot enim ſuperuacuis verbis à ſilentij ſui cenſura diſſipatur, quaſi tot riuis extra ſe ducitur: vnde & videre interiùs ad ſui cognitionem non ſufficit, quia per multiloquium exteriùs ſparſa, vim intimæ conſiderationis amittit.*

Remedia cõtra verba otioſa. Primum remediũ. Reg. bre. cap. 24. Epheſ. 4.

Primum remedium eſt ex ſancto Baſilio: *Adeò magnum,* inquit, *eſt otioſi verbi periculum, vt licet genere ipſo de numero bonorum ſit, quod dicatur, tamen niſi ad ædificationem fidei dirigatur, nequaquam liber eſt à periculo, qui illud loquitur: quippe qui eo, quòd ad ædificationem illud non accommodauit, contriſtaſſe neſcitur Spiritum ſanctum Dei. Hoc enim apertè docuit Apoſtolus, cùm ait, Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat, ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et ſubiecit illud: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis. Quàm verò pernicioſa res ſit contriſtare Spiritum ſanctum quid opus eſt vt dicatur?*

Secũdum remediũ. Hom. 11. in Ezec. Coloſ. 3.

Secundum remedium eſt diſcere vtiliter loqui, & huic rei aſſueſcere. Id autem fiet, ſi quæ in loquendo conſiderare debeat, Doctor Euangelicus S. Gregorius docet, ea quaſi locutionis ſuæ leges ſibi ſeruandas, quiſque exiſtimet. Sunt autem hæc: *Penſare doctor debet,* inquit, *quid loquatur, cui loquatur, quando loquatur, qualiter loquatur, & quantum loquatur. Quid, vt iuxta Pauli vocem ſermo noſter ſemper in gratia ſit ſale conditus. Cui, quia ſæpe verbum, quod hæc admittit perſona, altera non admittat, ſæpe eadem perſona ſecundum factum ſit altera. Quando, quia ſæpe*

etiam differtur verbum, poſtmodum benignè recipitur, & nonnunquam langueſcit; ſi hoc, quod antè proferri debuit, tempus amiſerit. Qualiter, quia verba, quæ huuc ad ſalutem reuocant, alium vulnerant. Paulus Titum monet, argue cum omni imperio. Timotheum verò, argue, obſecra, increpa cum omni patientia. Quid eſt quod vni imperium, alteri patientiam præcipit, niſi quod vnum leuioris, alterum feruentioris ſpiritus eſſe conſpexit? Quantum, ne ſi eum, qui multa ferre non valet, per verba, vel increpationis vel exhortationis longius trahimus, auditorem noſtrum ad faſtidium perducamus. Vnde prædicator egregius, Obſecro vos, fratres, vt ſuſferatis verbum ſolatij, etenim perpaucis ſcripſi vobis. Hoc infirmis præcipuè congruit. Tit. 2. 2. Tim. 4. Hebr. 4.

Tertium remedium. conſiderare tempus illud, quod fruſtra teritur inutiliter loquendo, pretioſum tempus eſſe, diuinitus nobis conceſſum, vt eo vtamur ad ſalutem ſempiternam procurandam: *Nemo*, inquit S. Bernardus, *parui æſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis. Siquidem tempus acceptabile eſt, & dies ſalutis. Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile, nec aduertit inſipiens, quid amittat. Libet, aiunt, confabulari, donec hora prætereat. Hora, quam tibi ad agendam pœnitentiam, ad obtinendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad promerendam gloriam miſeratio conditoris indulget. Donec tranſeat, inquis, tempus, quo diuinam tibi repropitiare debueras pietatem, properare ad Angelicam ſocietatem, ſuſpirare ad amiſſam hæreditatem, excitare remiſſam voluntatem, flere commiſſam iniquitatem.* Tertium remediũ. Ibidem.

Quartum remedium pertinet ad eos, qui ex ſuperiori loco cùm verba faciunt, vt dicebamus, otioſè multa dicunt. Et vt nihil dicamus de iniuria, quam faciunt Dei verbo, quod tanti ponderis eſt, inani illud ſermone eleuando, audiant ſaltem eiuſdem diuini verbi præclariſſimum & perfectiſſimum oratorem Auguſtinum: is enim hoc dat conſilium aduerſus futilem illum orandi modum: *Agat*, inquit, *noſter eloquens vt intelligenter, vt libenter, vt obedienter audiatur, & hac ſe poſſe pietate magis orationum, quàm oratorum facultate non dubitet, vt orando pro ſe & pro illis, quos eſt allocuturus, ſit orator* Quartũ remediũ. Libr. 4. de doctrina Chriſtiana. cap. 14. & 15.

antequam dictor. Ipſa hora iam vt dicat accedens, priuſquam exerat proferentem linguam, ad Deum leuet animam ſitientem, vt eructet quod biberit, & quod impleuerit, fundat. Et poſt aliqua: *Si loquitur in eis Spiritus ſanctus, qui perſequentibus traduntur pro Chriſto, cur non & in eis, qui tradunt diſcentibus Chriſtum?* Et in eodem extremo libro: *In ipſo ſermone malit rebus placere, quàm verbis, nec exiſtimet dici melius, niſi quod dicitur verius: nec doctor verbis ſeruiat, ſed verba doctori. Hoc eſt, quod Apoſtolus ait; Non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Et ad hoc valet, quod ait ad Timotheum, Noli contendere verbis: non quod aduerſarijs, oppugnantibus veritatem, nihil nos pro veritate dicamus: nam ſcribit, vt potens ſit in doctrina ſana, & contradicentes poſſit redarguere: Sed verbis contendere, eſt, non curare, quomodo error veritate vincatur, ſed quomodo tua dictio dictioni præferatur alterius.*

Cap. 28. *1. Cor. 1.* *2. Tim. 2.* *Tit. 1.*

Indicium autem ſermonis vtilis & alieni ab otioſitate verborum, eſt, cùm proficiens ita ſe comparat ad loquendum, vt vtilitatem ſemper ſpectet, cùm loquitur: *verborum autem vtilitas*, inquit ſanctus Baſilius, *ea opinor fuerit, ſi aut de virtute in loco diſſeratur, aut ſi ad rei alicuius, quæ facienda eſt, inſtet, vrgeátque vſum, ſermo accommodetur, aut etiam denique ad audientium ædificationem referatur. Qui autẽ in alio quouis genere ſermones verſentur, ij reiici tanquam ſuperuacanei & inutiles debent.* Certè non eſt hæc aduerſus inutilem locutionem abnegationis ratio in poſtremis habenda à proficiente: quia *ſi quis in verbo non offendit, hic perfectus eſt vir.*

Primum indicium vtilis locutionis. Conſtit. monaſtic. cap. 12. *Iacob. 3.*

Alterum indicium eſt imitatio modi loquendi & tacendi, quo vſus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, dum inter homines verſaretur, qui licet non caruerit figuris vſitatioribus ad hyperbolem vſque, vt eſt illa: *Excolantes culicem, camelum autem glutientes*; fuit nihilominus ſimpliciſſimus, & inſtitutus ſolùm ad captum vtilitatémque auditorum. Quare fuit apertus ſemper Dominus & veritatis amantiſſimus. *Si veritatem dico*, ait: prudentiſſimus in dicendo: *Et ſtupebant ſuper prudentia & reſponſis eius.* Silentij in tempore cultor eximius, præſertim in propria cauſa: *Et non reſpondit ei ad*

Secũdum indicium. *Matt. 23.* *Ioan. 8.* *Lucæ 2.* *Matt. 27.*

vllum

vllum verbum, *ita vt miraretur Praſes vehementer*: potens verbo maximè inter concionandum. *Et ſtupebant in doctrina eius quia in poteſtate erat ſermo ipſius*: vehemens item & feruens ſpiritu: quare crebrò etiam vocem tollebat, clamans: in reprehenſionibus peccatorum acer: Serpentes: *Genimina viperarum. Generatio mala & adultera*, inquit: ſuauis nihilominus & gratioſus. *Et mirabantur*, ait ſanctus Lucas, *in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius*: Semper intentus ad animarum conuerſionem & ſalutem: quare etiam dum non concionaretur, omnem occaſionem capiebat de rebus ſpiritualibus agendi ex quacũque præſenti materia: vt cùm agit de aqua cum Samaritana muliere: *Et dediſſem tibi*, inquit, *aquã viuam.* Et cùm diceretur illi; *Domine ſemper da nobis panem hunc,* ait: *Ego ſum panis vitæ; qui venit ad me non eſuriet.*

Luca 4. *Ioan. 7. & 12.* *Matt. 23. & 12.* *Luc. 4.* *Ioan. 4.* *Ioan. 6.*

De abnegatione luxuriæ.

CAPVT XIV.

SANCTVS Gregorius in illa verba primi libri Regum: *Recenſui quæcumque fecit Amalech Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via, cùm aſcenderet de Ægypto*: Per Amalech vitium luxuriæ ſiue fornicationis intelligit; per aſcendentes de Ægypto nouiter, vt ille ait conuerſos ad dominum, qui peccatorum tenebras & ima deſerunt, & ad lumen veritatis accedunt, & montem boni operis aſcendunt. *In via autem*, inquit, *Amalech Iſrael reſtitit, quia libido ad perfectionis ſummam tendentibus arma voluptatis objicit; & corda, quæ poteſt gladio immundæ ſuggeſtionis ferit. Et quia valdè fortis & violenta eſt pugna fornicationis, reſtitiſſe perhibetur, non quomodolibet obuiaſſe: reſiſtere quidem forti expugnationi inſtare eſt. Iſrael de Ægypto aſcendit, quia electi omnes, dum ſanctè viuendo proficiunt, ad ſupernam patriam pertingere conantur. Et quia quandiu in carne ſunt, carnis legem legi mentis contrariam habent, ſibi vtique per validos modos Amalech reſiſtentem vident. Quid eſt autẽ, quòd contra alios ſolis armis pugnabat*

Libr. 6. in primum Reg. c. 15.

Exod. 17. *Moyſes, contra Amalech autem non ſolis armis, ſed etiam virtute orationis? ſed profectò magnum certamen fornicationis oſtenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate ſuperatur.* Caſſianus etiam affirmat aduerſus ſpiritum fornicationis certamen eſſe longum præ cæteris ac diuturnum, & perpaucis ad purum deuictum. Immane bellum, & quod cùm à primo tempore pubertatis impugnare incipiat hominum genus, non, niſi priùs cætera vitia ſuperentur, extinguitur.

Libr. 6. cap. 1.

Natura vitij luxuria. 1. Reg. 15.

Porrò naturam vitijs huius pulchre deſcribit idem S. Gregorius explicans illud: *Non parcas ei, & non concupiſcas illius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum, & lactentem, & bouem, & aſinum, & ouem, & camelum.* *Quis eſt autem*, inquit, *qui parcit Amalech, niſi qui aut in cogitatione, aut in ore, aut in carne laſciuiæ aliquid retinet? nam plerique turpitudinis opera non exercent, ſed linguam à turpi locutione non cohibent, plerique per opus luxuriam vitant, per cogitationem non vitant, quidam nihil turpe agunt, ſed quod actu refugiunt, corde concupiſcunt. Parcit itaque Amalech, qui blandimenta laſciuiæ aut in locutione, aut per intentionem, aut per cogitationem tenet. Dicit non parcas ei, quia de tam nequiſſimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Non concupiſces ipſius aliquid, vt penitus eradicetur à cogitatione. Qui ſunt viri interficiēdi, niſi ſuadētes motus turpitudinis? viri etenim ſunt, quia violenter ſuggerunt, & corruptis mentibus ſemina prauitatis infundunt. Mulieres ſunt mentis concupiſcentiæ, quæ prædictis motibus ad fœtus impios ſubſternuntur. Paruuli & lactantes qui ſunt, niſi qui de Amalechitarum virorum & mulierum commiſtione generantur? nam ſi motus malæ ſuggeſtionis quaſi adulteri mente recipitur, concupiſcentia quaſi meretrix impregnatur: quæ ſi effundere partum ſinitur, libidinum motus non ſolùm in mente, ſed etiam in carne generantur: qui dum naſcuntur, paruuli ſunt, quia adhuc carni violentiam mouendo non inferunt. Lactantes ſunt, cùm tenui & negligenti cogitatione nutriuntur. Lac ergo paruulorum eſt cogitatio immunditiæ, quia ſi motus turpis per cogitationem non paſcitur, quaſi negato ſibi lacte paruuli necantur. Quod lac meretrix mater porrigit, quia dum ardor concu-*

piſcentiæ mentem præuenit, quaſi ex peſſima cordis vbertate agitatur, vt peiores m tuum ſoboles in carne nutriatur. Quid verò in boue niſi conſilium fraudulentum accipitur, quod exemplo veterum carnis voluptatem ſuggerit, qui inter carnis opera omnipotenti Deo *placuere? Ouis autem nomine innocentum vita ſignatur, hoc eſt ſimulatio innocentiæ: quidam enim dum formam humani corporis, proprietates vtriuſque ſexus, & inſitam libidinem membris conſiderant, quaſi naturali bono ſe hoc poſſe vti licenter putant. Quaſi ergo ouis eſt, quando continentibus illud quaſi bonum ſuggeritur, quod verè bonum non eſſe liquido comprobatur. Camelus ruminat, ſed non findit vngulam & eſt quædam cogitatio luxuriæ, quæ quaſi à ratione incipit, ſed per diſcretionem nō finitur: nonnulli etenim continentiam profeſſi, dum à carnis concupiſcentia ſuperantur in coniugali vita ſaluari poſſe confidunt. Quid aſinus niſi aperta nequitia fornicationis accipitur, quoſdam enim diabolus in apertum chaos fornicationis inuoluit, quibuſdam per fraudes illudit. Aſinus etiam aliena onera portare conſueuit, quo robur coniugalis copulæ deſignatur: quia electi coniuges onera ſua fortiter portant, ne per carnis infirmitatem in fornicationis barathrum remiſſiùs corruant. Aſinus ergo interficiendus eſt, ſed Amulechita, quia copula coniugis in honeſtate thalami roboranda eſt, ſed à turpitudine interficienda. Debent quidem coniuges debitum ſuum inuicem reddere, ſed turpiter conuenire non debent. Omnia ergo Amalech demoliri iubentur, quia qui caſtè viuere proponunt, de blandimento carnis in ſe aliquid retinere non debent.* Et Alibi: *Beatus* inquit, *Iob crimen luxuriæ definiens, ait; Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans: quia nimirum reatus huius facinoris non ſolùm vſque ad inquinamentum maculat, ſed vſque ad perditionem vorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non obruitur, immenſitate huius criminis obruuntur, ſecutus adiunxit & omnia eradicans genimina.* Libr.21. mor.c.9.

Effectus luxuriæ commemorat breuiter S.Pontifex alio loco hiſce verbis: *De luxuria, cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odium Dei, affectus præſentis ſæculi, horror autem vel deſperatio futuri generantur.* Quos ſic explicat S.Thomas: *Per vitium* *Effectus luxuriæ.* Libr.31. *moral.*

uerſantium robur, audaciam, inſidias, periculum denique æterni ſupplicij quod imminet, niſi viriliter perpetuóque contra ſe ipſum decertet, carnem domando libidinémque coercendo. Propterea cum Salomone ad Deum qui ſolus in tanto diſcrimine opem ferre poteſt & vult, magna humilitate mentis accurrit, continentiam & fortitudinem poſtulans. *Et ſciui*, inquit, *quia aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum; adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Per continentiam quippe*, ait S. Auguſtinus, *colligimur & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus, Minus enim te amat*, (Deum alloquitur) *qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me. Continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis.* — *Sapien. 8.* — Libr. 10. *Confeſſ. cap. 19.*

Secundum remedium eſt abſtinentia & carnis afflictio, *Abſtinentia ciborum*, ait ſanctus Gregorius, *contra hoc vitium fortiſſima eſt. Si enim ignis libido eſt, ſubtrahis igni materiam, cùm cibos ſubtrahis, & vinum præſertim, in quo, vt eſt apud Apoſtolũ, luxuria eſt.* Qua de re S. Hieronymus: *Hoc obteſtor*, inquit, *ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum. Vinum & adoleſcentia duplex incendiũ voluptatis. Quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?* — *Secundũ remediũ. Libr. 5. in primum Regum, cap. 14. Ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.*

Tertium remedium eſt interioris hominis cuſtodia & cura; *Principaliter*, ait Caſſianus, *vitij huius correctio de cordis perfectione deſcendit. E quo etiã huius morbi virus Domini voce prodire ſignatur, De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia. Illud ergo eſt primitus expiandum, vnde fons vitæ & mortis manare cognoſcitur, dicente Salomone: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit.* — *Tertium remediũ* Libr. 8. *cap. 2. Mat. 15. Prou. 4.*

Porrò expiationis cordis duplex eſt ratio. Vna eſt abiectio & expulſio prauarum cogitationum ſtatim ac in animo excitantur, quod præſcribitur ab omnibus Patribus. Altera eſt, vt loco vitioſarum, caſtæ honeſtæ-úe cogitationes mentem occupent. *Vitare*, inquit S. Gre-

Ibidem. Conſtit. monaſt. cap. 5.

gorius, *turpes cogitationes non præualet, qui honeſtas in ſe non habet; quia enim ſemper cogitamus, exquirenda ſunt nobis bona, ne mala cogitemus.* Et. S. Baſilius; *Illud diligenter pietatis cultor obſeruato, num qua ex incuria in ipſius animo domicilium ædificarit praua affectio, & delituerit; nuncubi peruigil illa ac vehemens in eum mentis intentio oblanguerit, ne fortè ſpiritus ſanctificatio, & quæ inde in animum promanat illuminatio, obſcurata ſit; vigentibus enim his quæ diximus, bonis, nullam prorſus rebellionis occaſionem nanſciſcentur hæ corporis affectiones: quippe cùm animus in rerum altiorum cura ſit occupatus, neque corpori vſquam excitandi libidines locum concedat: Si enim cogitantibus nobis ſæpe-numero aliquid de rebus vitæ huius, mente acriter in aliquam cogitationem defixa, neque oculi neque aures muneribus funguntur ſuis, animúſque relictis ſenſibus in ea commentatione totus inhæret; multo profectò facilius ſi in animis noſtris diuinus amor viguerit, omnis prorſus vel leuiſſima à nobis de libidinibus aberit cogitatio. Quod ſi ſeſe hæ interdum loco paululum commouerint, exemplo eas facillimè in ordinem redige magnanimus prudentia.* Huc pertinent ea, quæ de obſcuritate diuinæ legis ad carnem animæ ſubijciendam, prædicant Patres, maximè verò S. Auguſtinus: *Expedit*, inquit, *inferius ſubijci ſuperiori, vt & ille, qui ſibi ſubijci vult, quod eſt inferius, ſe ſubijciat ſuperiori ſuo. Agnoſce ordinem, quære pacem. Tu Deo, tibi caro. Quid iuſtius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi, ſerui tu ei, qui fecit te, vt tibi ſeruiat quod factum eſt propter te: non enim hunc ordinem nouimus, tibi caro, tu Deo: Sed tu Deo, & tibi caro. Si autem contemnis tu Deo, nunquam ſubijcietur tibi caro.*

In Pſal. 143.

Quartũ remediũ. Libr. 6. c. 3.

Quartum remedium eſt cuſtodia ſenſuũ. *Vt enim*, inquit Caſſianus, *certa ægritudine laborantibus vtile eſt, vt cibi noxij ne oculorum quidem obtutibus offerantur ne quod aſpectus occaſione deſiderium eis lethale gignatur: ita plurimum confert ad depellendum hunc ſpecialiter morbum quies & ſolitudo.* Quod de omnibus quinque ſenſibus intelligi, aſſerit S. Auguſtinus his verbis: *Si virginitatem animæ integram ſeruare deſideras, quantum potes, obſerua blãdimenta draconis: ne fortè ſi incautus fueris quinque*

Libr. 50. homiliarũ ho. 15.

enſus, qui in te ſunt, quaſi quinque virgines, permittas à ſerpen e corrumpi. Quicquid enim pulchreſcit viſu, quicquid dulceſcit guſtu, quicquid blanditur auditu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid molleſcit attactu, in his omnibus ſi incauti fuerimus, ſurrepentibus concupiſcentijs malis, animæ virginitatem corrumpi permittimus, & impletur illud, quod per Prophetã dictum eſt: Intrauit mors per feneſtras veſtras. Eandem rem tractat ſanctus Baſilius cùm ſcribit de virginitate; iubetque ita nos moderari progreſſum ſenſuum ad exteriora, ne ſi ad quæ velint effundantur, ſupernatantem ſibi interdum animam fluctibus agitent, & ad ſua vitia pertrahant. Ea item quæ ab exterioribus in animam inuehuntur per ſenſus, anguſtis aditibus ita colare, vt ſordidum nihil in eam penetret: idque in primis egendum cenſet erga tactum, guſtũ, & viſum. Porrò tota hæc cura in abnegatione ſenſuum poſita eſt, quæ tantæ efficacitatis eſſe debet, vt Dominus de ea loquens dixerit ſemel iterumque: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum menbrorum tuorum, quàm totum corpus tuũ mittatur in gehennam.* Idem addit de manu dextera. Illo ſenſuum oculorum, hoc tactum ſignificans: loquebatur autem Dominus tunc de non videnda muliere ad coucupiſcendum eam.

Hier. 9. *Lib. 4. de vera virginitate.*

Matt. 5. & 18.

Quintum remedium eſt conſideratio odij infiniti, quod infinitũ Chriſto Domino fuit in luxuriæ vitium, quo iuſtiſſimè incitatus quidlibet, vt illud exterminaret, effecit. nam non ſolùm leges antiquas, quibus prohibetur, renouauit; ſed eas accurratè ſingulari opera ſermonéque declarauit; illis grauiſſimas pœnas appoſuit: remedia ac huiuſcemodi peccata euitanda, & ſalutaria dedit & mirifica, ipſo etiam loquendi modo quantum ab eis abhorreret ſignificans: vt cùm ait *Erue oculum, abſcinde manum, proijce.* Suaſit deinde virginitatem, cœlibatum, quæ Chriſtianæ perfectionis magnam partem eſſe voluit, auxit vtriuſque laudem perpetuitatis vtriuſque commendatione, cuius ipſe primus auctor & hortator extitit: nec auctor modò, ſed nouum & ſingulare exemplum, Quippe qui à virgine conceptus,

Quintum remediũ.

Digitized by Google

de virgine natus, virginitatis maternæ integritate ſeruata, virgo ita vixit toto vitæ ſuæ tempore, vt nec minimam quidem, licet tentatus per omnia fuerit in aliis abſque peccato, voluptatis huius titillationem experiri voluerit. Et aduerſarij Iudæi, qui, vt canes venatici peruestigarunt omnia dicta eius & facta in eius vitam curioſiſſimè inquirentes, ne tenuiſſimę quidem ſuſpicionis maculæ huius odorem aſſecuti vnquam ſunt, quo eum huius culpæ reum facere, ſe poſſe crediderint.

Primum indicium.

Primum indicium neceſſarium perfectæ continentiæ & caſtitatis eſt, cùm homo Dei gratia & abnegationis virtute eò peruenit, vt ſi experitur carnis ſtimulos, eos ſine ſua culpa patiatur. S. Gregorius hanc appellat perfectionem caſtitatis, & adddit: *Non quidem tolli poteſt carni, quòd lex carnis membra non moueat, ſed tamen tolli poteſt carni violentia motionis, vt relinquatur ei motus; ſed eidem motui omnis delectationis obſcœnitas auferatur, & ſimplex motus ille ſit, in quo aliqua libidinis turpitudo non ſit. Et poſtea, cum abſtinentes quoſque diuina gratia perfectè remunerat, à corporalibus eorum motibus omnium obcœnitatum aculeos tollit; ſed eis ipſos motus naturales deſerit, vt tentari ſemper poſſint, vinci nunquam poßint, dum id deſerit, quod eis valde diſplicet. ſed ſic debilitat, quod deſerit, vt praualere victoribus, non permittat.* Confirmat denique id Apoſtoli verbis: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Item: *Quia debilitatos viderat, qui remanſerant (motus) dicit, nulla creatura poterit nos ſeparare à charitate Chriſti. Quid eſt ergo quod deplorat, legem ineſſe membris legi mentis repugnantem? niſi quia perfecti viri hoc ipſum, quòd ſimplices motus carnis contra voluntatem ſuſtinent, vehementer dolent. Vellent quippe ſic manere in carne, vt contra voluntatem de carne nulla ſuſtinerent: quod quidem quia impoſſibile eſt, præmiſit, dicens: Velle adiacet mihi, poſſe autem non inuenio: non enim quod volo bonum, hoc ago, ſeb quod odi malum, illud fercio: quaſi dicat, vellem eſſe in carne, non ea paſection, qua perfectus in carne perfectus eſt, ſed ſicut Angeli Dei in cœlo. Sed hoc poſſe non inuenio, quia, quandiu mors peccati abſorpta in futura reſurrectione non fuerit, illud, quod in*

In primũ Regum l. 5. c. 11.
Libro 6. mor. c. 27
Rom. 7.
Rom. 8.

me pecca

me peccatum inhabitat, *mouet me contra me.* S.Auguſtinus idem ſentit,aitque,*concupiſcentiam quis ambigat,poſſe minui,non poſſe conſumi?*

Lib. contra Iulianum.c.5. & l.2.circa finem.

Secundum indicium eſt præuentio prauæ cogitationis,aut ſubita & facilis victoria eiuſdem,cùm ſe ingerit animo. Hoc idem affirmat S.Gregorius: *Ad Sanctorum* inquit, *conflictum aliquando immunda cogitatio præuenit: aliquando inſurgentem ſibi ſentiunt legem carnis contra legem mentis:ſed quia victores iam ſunt;hoſtes in fugam verſos non timent, ſi ad pugnam redeunt, quia cum eis pariter pugnare non poſſunt;nam cùm praua cogitatio obuiat, priùs eam abjiciunt, quam de eius ſuggeſtione caro moueatur. Bene ergo de electorum perfecta victoria dicitur, quia diſperſi ſunt alij, & duo pariter ex eis non ſunt relicti; quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, vt ab eis quicquid à carne, quicquid à mente ingeritur, leuiter ſuperetur, dum conuenire in pugnam non ſinitur. Et hanc quidem victoriam de omnibus ſenſibus corporis electi percipiunt.*

Secundũ indicium Ibidem.

Tertium indicium eſt diminutio concupiſcentiæ, quamuis enim hæc non omnino tollitur, virtute tamen & frequenti abnegationis vſu frangitur, *Deſideria carnis*, inquit S.Aguſt. *ſunt in alijs maiora,in alijs minora, prout quiſque in hominis interioris nouitate profecerit.* Ex qua ſancti Auguſtini doctrina, accedente ſimul aliqua experientia,cum ſtudio perfectionis coniũcta, exiſtunt aliqua alia indicia,quæ dat Caſſianus, quæ nos etiam hîc ponemus ad proficientem excitandum ad amorem caſtitatis,& laborem abnegationis.

Tertium indicium Lib.1. de *nuptijs & concupiſcentia, cap.27.*

Quartum indicium, ad hunc amorem accedunt maxime hominis animum gradus caſtitatis, quos recenſet idem auctor his herbis: *Primus eſt, ne vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus, ne mens illius voluptuarijs cogitationibus immoretur. Tertius, ne femineo vel tenuiter ad concupiſcentiam moueatur aſpectu. Quartus, ne vigilans vel ſimplicem carnis perferat motum. Quintus, ne cùm memoriam generationis humanæ, vel tractatus ratio, vel neceſſitas lectionis ingeſſerit, ſubtiliſsimus mentem voluptariæ actionis perſtringat aſ-*

Quartum indicium Coll.12. *cap.17.*

ſenſus,

ſenſus, ſed velut opus quoddam ſimplex, ac miniſterium humano generi neceſſario contributum tranquillo & puro cordis contempletur intuitu, nihilque amplius de eius recordatione concipiat, quàm ſi operationem laterum mente pertractet. Sextus gradus eſt, ne illecebroſis phantaſmatibus ſeminarum vel dormiens illudatur.

Cap. 10. 20. 21. & 22. Hæc Caſſiani doctrina ſimilis eſt illi, quam tradidit in ſexto inſtitutionum libro: videtúrque contraria ſententiis ſanctorum Patrum, Auguſtini præſertim & Gregorij, qui aſſerunt motus carnis tolli non poſſe, & concupiſcentiam non poſſe conſumi: fauere etiam illis, qui cum Stoicis, apathiā laudant, & vt finem proficientibus propoſitum volunt. Quare piè exponēdus eſt Caſſianus: primùm quidem, vt id velit dicere, perfectum hominem Dei gratia id faciente, ad eum caſtitatis gradum poſſe conſcendere, in quo conſtitutus cōcupiſcentiæ ſtimulos vix ac ne vix quidem ſentiat, perinde ac ſi eius incitamenta omnino iam eſſent extincta; quod ille ſignificat, Coll. 12. cap. 12. cùm ita ſcribit: *Magna ac mirifica ſunt, nec vlli hominum, niſi his tantùm, qui experti ſunt, nota, quæ Dominus fidelibus ſuis, adhuc in iſto corruptionis vaſculo conſtitutis ineffabili liberalitate largitur.* Pſal. 138. *De quibus Propheta: Mira opera tua.* Et paulo poſt: *Quis enim non obſtupeſcat opera Dei, cùm illam ignem libidinis, quem naturalem antea, & velut inextinguibilem eſſe credebat, ita refriguiſſe perſenſerit, vt ne ſimplici quidem corporis motu ſe ſentiat incitari?* Et quidem aliquibus donum hoc diuinitus fuiſſe conceſſum dubitat nemo, qui vel leuiter ſanctorum virorum res geſtas attigerit.

Deinde quanquam Caſſianus videtur velle abrogare omnem motionem carnis etiam in dormientibus, nihilominus ipſemet alicubi ſignificat, in perfectis etiam viris remanere ſenſum aliquem huiuſmodi motionum, quem non putat de caſtitatis perfectione quicquam detrahere: ſic enim ait in ipſamet eadem collatione, in qua Cap. 11. adeò ſeuerus eſt aduerſus carnis ſtimulos: *Quòd autem per hoc ineuitabilem commotionem carnis aſſeritis, quòd vrina, cùm veſicam iugi ſtillatione repleuerit, quieta ſuſcitet membra, licet veris ſectatoribus puritatis ad obtinendam*

cum nihil præiudicet iſta commotio, quam hac ſolet interdum etiam per ſoporem neceſſitas excitare: ſciendum tamen eſt, quod ita ſi commota fuerint membra, ad quietem propriam reducantur caſtitatis imperio, vt non modò cum nullo pruritu, ſed nec cum minima quidem libidinis recordatione ſedentur. Addit ita temperatè aquam bibendam, vt illum ineuitabilem corporis motum non ſolùm rariſſimum, verùm etiam lentum reddat, ac tepidū, frigidúmque, vt ita dicam, igné, & abſque vllius aduſtionis ardore rorātem ſuſcitet flammam, inſtar Moſaicę viſionis rubi ardentis, & non combuſtæ fornacis etiam Chaldaicæ: denique vt incipiamus in corpore poſſidere: *Cùm ambulaueris per ignem non combureris, flamma non ardebit in te.* Quod etiam in fine collationis expreſſit, cùm ſic ſcripſit: *Hæc eſt conſummatio caſtitatis, vt vigilantem monachum oblectatio libidinis nulla perſtringat, & quieſcentem ſomniorum non fallat illuſio, ſed cùm dormienti tantum per ſopitæ mentis incuriam commotio carnis obrepſerit, quemadmodum ſine vlla titillatione voluptatis excitata eſt, ita etiam ſine vllo pruritu corporis conquieſcat.* Permittit igitur motum carnis & corporis, & in vigilantibus & dormientibus, ſed exutū in perfectis viris oblectatione, voluptate, pruritu. *Exod. 3.* *Dan. 3.* *Eſa. 43.* *Cap. 16.*

Quintum iudicium eſt feruens caſtitatis zelus, quo optemus liberari de corpore mortis huius, hoc eſt, de ſtimulis illis etiam naturalibus carnis, & de ſomniorum quoque ludibriis & corruptionibus, quantum diuino munere nobis conceditur. Quæ fuerunt S. Auguſtini & aliorum vota & preces: *Nunquid, ait, non potens eſt manus tua, Deus omnipotens, ſanare omnes languores animæ meæ, atque abundantiore gratia tua laſciuos motus etiam mei corporis extinguere? Augebis, Domine, magis magiſque munera tua in me, vt anima mea ſequatur me ad te concupiſcentiæ vitio expedita, vt non ſit rebellis ſibi.* Legantur quæ ſcribit etiam ſuper Geneſin. *Quintū iudicium.* *Lib. 10. cōfeſſionum cap. 30.*

Sextum iudicium eſt diligentiſſimam ſenſuum cuſtodia: qua de re multa Patres: ſed admirandum eſt vt ingenij, ſic ſpiritus acumen in S. Auguſtino, quo culpas etiam leuiſſimas in vſu oculorum & aurium cernit: de iiſque à Domino veniam precatur. Loquens enim *Lib. 12. cap. 15.* *Sextum iudiciū.*

de ſacro

Lib.10. confeſſionũ, c.23. Cap.24.

de ſacro pſalmorum cantu, ſic ait: *Cùm mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res, quæ canitur, moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.* Commemorans item non mulierum aut adoleſcentulorum pulchritudinem & aſpectum, ſed colorum & aliarum rerum creatarum formas: *Reſiſto*, inquit, *ſeductionibus oculorum, ne implicentur pedes mei, quibus ingredior viam tuam, & erigo ad te inuiſibiles oculos, vt tu euellas de laqueo pedes meos. Tu ſubinde euellis eos, nam illaqueantur. Tu non ceſſas euellere, ego autem crebrò hæreo, vbique ſparſis inſidijs; quoniam non dormies, neque dormitabis, qui cuſtodis Iſrael.*

Pſa.120.

De auaritiæ abnegatione.

CAPVT XVI.

Natura auaritiæ. Col.3. Libr.11. de ciuit. Dei, c.25.

NON poterat Apoſtolus auaritiam deteſtabiliorem reddere, quàm nominando idolorum ſeruitutem, & hoc ideo, quia vt ait S.Auguſtinus, *Peruerſi & auari frui volunt nummo, vti autem Deo: quoniam non nummum propter Deum impendunt, ſed Deum propter nummum colunt: quia nimirum licet Deum agnoſcant & reuereantur tanquam rerum omnium parentem, immoderato tamen affectu quo in ſordibus pecuniæ inhæreſcunt, eum vltimũ ſui finem & ſummum bonum eſſe re & facto negare videntur. Itaque in pecunia conquieſcunt: ac ſi nulla Dei cura & prouidentia egere deberent vnquam.* Quod ſanè immane ſcelus eſt, & ab eodem patre alibi cum hæreſeos crimine comparatum. Proprietas autem auaritiæ præcipua eſt auiditas inexhauſta plura ſemper poſſidendi, quæ nulla copia, diuitiis nullis ſatiari poſſit; quam ſequitur etiam crudelitas inſatiabilis, quam auari in alios homines adhibent, vt eorum bonis ſuas libidines expleant: vt eos propterea peiores vrſis, & lupis, & Dæmonibus ipſis ſimillimos vocet S Chriſoſtomus: apud quem peſtis huius deteſtationem quiſque facilè legere poterit in eius libris, præſertim in Epiſtolam ad Corinthios.

Lib.4. de baptiſmo 9.donat. c.4.& 5.

Hom.9. 1.Cor.3. ſerm.11.

Duobus

Duobus autem modis auaritiæ tentationibus homines pulſantur: vno videlicet illi, qui in mundo ſunt, nec de nuncio rebus terrenis remittendo cogitant, altero autem qui perfectionem Euangelicam propoſitam habent. Priores enim *tanquam deuictos*, inquit S. Gregorius, *quaſi ex ratione ſolet exhortari cùm dicit, Valde ſine culpa eſt, quòd quædam habenda concupiſcis: quia non multiplicari appetis, ſed egere pertimeſcis, & quod malè alius retinet, ipſe melius expendis*. Et alibi: *Sæpe etiam quod auaritia ex appetitu ſuggerit, neceſſitatem putat: & cùm minora ſufficiant, docet maiora deeſſe, atque incautus animus quandam quaſi neceſſitatem patitur, quam parit, & cùm minima ſunt quæ deſiderat, ſuam ſibi auaritiam aliquo modo excuſat*. In hoc numero ponendi ſunt homines illi Eccleſiaſtici, quos occupat auaritia: quos deplorat idem ſummus Pontifex: *Tenet enim*, inquit, *captiuum cor ſæua cupiditas, & licitum ſuadet eſſe malum, quod imperat. Quis igitur poſt hoc locus contra auaritiam tutus eſſe præualeat, ſi Dei illi à prauis ſacerdotibus aperiatur Eccleſia? quando ouium ſepta inuiolata cuſtodiet, qui intrare lupum inuitat?* 1. Cor. 4. hom. 23. 2. Cor. 11. hom. 15. cap. 5. & 23. c. 10. & 19. 2. Cor. 9. Prior modus. Lib. 31. mor. c. 17. Libro 2. ſuper Ezechielē. hom. 20.

Poſteriores verò nempe perfectionis ſtudioſos homines aliter aggreditur: vel ad modum, quem ſcribit S. Bernardus: *Videmus*, inquit, *pauperes aliquot, qui ſi veram haberent paupertatem, non adeò puſillanimes inuenirentur & triſtes, vtpote reges, & reges cœli. Sed hi ſunt, qui pauperes eſſe volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis deſit, & ſic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam patiantur*: vel certè ad eum modum, quem particulatim tentationes huius generis explicans Caſſianus ponit in hæc verba: *Hæc miſſos quoſdam & rationabiles colores, ob quos reſeruare ſibi aliquid pecuniæ monachus debeat vel parare, deſcribit: nam & ea, quæ præbentur in monaſterio, quæritur non eſſe ſufficientia, & ſano robuſtóque corpore vix poſſe tolerari: quid faciendum ſit, ſi valetudo mala carnis emerſerit, monaſterij præſtationem eſſe pertenuem, & negligentiam erga ægrotantes maximam: ipſum etiam veſtimentum non ſufficere, quod præbetur: & niſi parauerit cibi viatici ſumptus, & cuectionis transmarinæ mercedem, non poſſe cùm voluerit tranſmigrare. Itaque cùm huiuſcemodi cogitationibus laqueauerit mētem,* Alter modus. Ser. 4. de Aduentu. Lib. 7. inſtitut. c. 7.

qualiter vnum ſaltem denarium acquirere poſſit, excogitat. Tum deinde diuturna vita promittitur, ſenectus incurua, infirmitates diuerſæ & prolixæ, quæ niſi maior ſumma in iuuentute fuerit præparata, tolerari in ſenecta non poſſunt. Ibidem plura, quæ vtinam omnia non etiam in homines noſtri temporis religioſos, & paupertatem ſolemni voti religione profeſſos dici poſſint.

Effectus auaritiæ. Effectus auaritiæ recenſentur à ſancto Gregorio hoc modo: *De auaritia proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur.* S. Thomas: *Quia*, inquit, *auaritia eſt ſuperfluus amor habendi diuitias, in duobus excedit; primò enim ſuperabundat in retinendo: & ex hac parte oritur ex auaritia obduratio contra miſericordiam, quia ſcilicet cor auari nõ emollitur, vt de diuitijs ſuis ſubueniat miſeris. Secundò ad auaritiam pertinet ſuperabundare in accipiendo: & ſecundùm hoc auaritia poteſt conſiderari dupliciter: vno modo ſecundùm quod in affectu, & ſic oritur inquietudo, in quantum ingerit homini ſolicitudinem & curas ſuperfluas: alio modo poteſt conſiderari in effectu, & ſic acquirendo aliena vtitur aliquando quidem vi, quod pertinet ad violentias, quandoque autem dolo, quod ſi fiat verbo, fallacia erit quantum ad ſimplex verbum, periurium autem, ſi addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus in opere committitur, ſic quantum ad res erit fraus, quantum ad perſonas proditio, vt patet de Iuda, qui ex auaritia prodidit Chriſtum.*

Lib. 31. moral. c. 31. 2. 2. q. 118. art. 8.

Primum remedium eſt grauitas peccati auaritiæ, de qua initio capitis loquebamur: hæc enim ſi perpendatur, facilè auocat hominem à cupiditate rerum terrenarum: præſertim quia ſcelus hoc non ſolùm per ſe immane eſt, ſed eſt etiam principium & cauſa aliorum peccatorum: *Qui feſtinat ditari*, inquit Sapiens, *non erit innocens. Profectò enim*, ait S. Gregorius, *qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more auium captus, cùm eſcam terrenarum rerum auidè conſpicit, quo ſtranguletur, peccati laqueo non agnoſcit.* Quam etiam ob rem ſcribit Apoſtolus: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & in deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum.* Quare diuitiæ

Prou. 28. Lib. paſtoral. parte 3. cap. 21. 1. Tim. 6.

Digitized by Google

laquei ſunt tentationes: immò *radix omnium malorum,* vt idem ait, *cupiditas eſt.* Igitur poteſt etiam cauſa eſſe impœnitentiæ: at tunc, *quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* *Ibidem.* *Mat.* 16.

Secundum remedium contentum eſſe paucis, vt eſt natura, ſicque magnis moleſtiis liberari Sanctus Gregorius in illa Iob verba: *Cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, & omnis dolor irruet ſuper eum,* ait, *omnis dolor ſuper eum irruit, quem & hic priùs pœna concupiſcentiæ, poſtmodum verò cura cuſtodiæ, & illic quandoque pœna vltionis cremat. Mira autem eſt ſecuritas cordis aliena non quærere, ſed vniuſcuiuſque diei victu contentum manere.* Et huc pertinent quæ idem in paſtorali ſcribit: *Quæ eſt illa pietas cum ſufficiẽtia, ab Apoſtolo laudata, & priùs à Salomone expetita.* Ad quam complectendam facilè adducitur homo, ſi, vt idem Sanctus docet, *verbis admonentis, quàm fugitiua ſit vita monſtretur, ſi eorum ad medium memoria deducatur, qui & ditari in hoc mundo diu conati ſunt, & tamen in adeptis diuitijs diu manere nequiuerunt: quibus feſtina mors repente & ſimul abſtulit, quidquid eorum nequitia nec ſimul nec repente congregauit: qui non ſolùm hic rapta reliquerunt, ſed ſecum ad iudicium cauſas rapinæ detulerunt.* *Secũdum remediũ.* *Libr.* 15. *moraliũ, cap.* 13. *P.* 3. *c.* 21.

Tertium remedium eſt, ſi abundant diuitiæ, liberalitas: officij enim virtutis vitium cõtrarium paulatim conuellitur. Ad quam rem faciunt omnia, quæ de eleemoſynis in ſcripturis & apud ſanctos Patres ſcripta reperiuntur. Et hæc remedia ſufficiant mundanis hominibus, vt declinent auaritiam. Nunc aliqua dicenda, quæ religioſos homines iuuent ad hanc peſtem fugiendam. *Tertium remediũ.*

Quartum remedium. Tam S. Gregorius, quàm Caſſianus referunt cauſam auaritiæ religioſorum hominum in pernitioſiſſimam tepiditatem: *Auaritia*, inquit ſanctus Gregorius, *non ſolet euenire illis, qui viriliter currunt in via Domini, quibus dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, ſed his maximè qui effeminato greſſu gradientes per blandimenta ſæculi reſoluuntur.* Et Caſſianus ait, naſci hoc vitium ex torpidæ mentis ignauia: *Quartũ remediũ.* *Lib.* 30. *moraliũ. cap.* 16. *Pſal.* 30. *Lib.* 7. *cap.* 1.

uerſantium robur, audaciam, inſidias, periculum denique æterni ſupplicij quod imminet, niſi viriliter perpetuóque contra ſe ipſum decertet, carnem domando libidinémque coercendo. Propterea cum Salomone ad Deum qui ſolus in tanto diſcrimine opem ferre poteſt & vult, magna humilitate mentis accurrit, continentiam & fortitudinem poſtulans. *Et ſciui*, inquit, *quia aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia, ſcire cuius eſſet hoc donum; adij Dominum, & deprecatus ſum illum. Per continentiam quippe*, ait S. Auguſtinus, *colligimur & redigimur in vnum, à quo in multa defluximus, Minus enim te amat*, (Deum alloquitur) *qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas Deus meus accende me. Continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod vis.* Sapien.8. Libr. 10. Confeſſ. cap.29.

Secundum remedium eſt abſtinentia & carnis afflictio, *Abſtinentia ciborum*, ait ſanctus Gregorius, *contra hoc vitium fortiſſima eſt. Si enim ignis libido eſt, ſubtrahis igni materiam, cùm cibos ſubtrahis, & vinum præſertim, in quo, vt eſt apud Apoſtolũ, luxuria eſt.* Qua de re S. Hieronymus: *Hoc obteſtor*, inquit, *ſponſa Chriſti vinum fugiat pro veneno. Hæc aduerſus adoleſcentiam prima arma ſunt dæmonum. Vinum & adoleſcentia duplex incendiũ voluptatis. Quid oleum flammæ adiicimus? quid ardenti corpuſculo fomenta ignium miniſtramus?* Secundũ remediũ. Libr.5.in primum Regum, cap.14. Ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.

Tertium remedium eſt interioris hominis cuſtodia & cura; *Principaliter*, ait Caſſianus, *vitij huius correctio de cordis perfectione deſcendit. Lex quo etiã huius morbi virus Domini voce prodire ſignatur, De corde, inquit, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia. Illud ergo eſt primitus expiandum, vnde fons vitæ & mortis manare cognoſcitur, dicente Salomone: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniam ex ipſo vita procedit.* Tertium remediũ Libr.8. cap.2. Mat.15. Prou.4.

Porrò expiationis cordis duplex eſt ratio. Vna eſt abiectio & expulſio prauarum cogitationum ſtatim ac in animo excitantur, quod præſcribitur ab omnibus Patribus. Altera eſt, vt loco vitioſarum, caſtæ honeſtæúe cogitationes mentem occupent. *Vitare*, inquit S. Gre-

Ibidem. Conſtit. monaſt. cap. 5.

gorius, *turpes cogitationes non præualet, qui honeſtas in ſe non habet; quia enim ſemper cogitamus, exquirenda ſunt nobis bona, ne mala cogitemus.* Et. S. Baſilius; *Illud diligenter pietatis cultor obſeruato, num qua ex incuria in ipſius animo domicilium ædificarit praua affectio, & delituerit; nuncubi peruigil illa ac vehemens in eum mentis intentio oblanguerit, ne fortè ſpiritus ſanctificatio, & quæ inde in animum promanat illuminatio, obſcurata ſit; vigentibus enim, his quæ diximus, bonis, nullam prorſus rebellionis occaſionem nanſciſcentur hæ corporis affectiones: quippe cùm animus in rerum altiorum cura ſit occupatus, neque corpori vſquam excitandi libidines locum concedat: Si enim cogitantibus nobis ſæpe-numero aliquid de rebus vitæ huius, mente acriter in aliquam cogitationem defixa, neque oculi neque aures muneribus funguntur ſuis, animúſque relictis ſenſibus in ea commentatione totus inhæret; multo profectò facilius ſi in animis noſtris diuinus amor viguerit, omnis prorſus vel leuiſſima à nobis de libidinibus aberit cogitatio. Quod ſi ſeſe hæ interdum loco paululum commouerint, exemplo eas facillimè in ordinem rediget magnanimus prudentia.* Huc pertinent ea, quæ de obſcuritate diuinæ legis ad carnem animæ ſubjiciendam, prædicant Patres, maximè verò S. Auguſtinus: *Expedit*, inquit, *inferius ſubjici ſuperiori, vt & ille, qui ſibi ſubjici vult, quod eſt inferius, ſe ſubjiciat ſuperiori ſuo. Agnoſce ordinem, quære pacem. Tu Deo, tibi caro. Quid iuſtius? quid pulchrius? Tu maiori, minor tibi, ſerui tu ei, qui fecit te, vt tibi ſeruiat quod factum eſt propter te: non enim hunc ordinem nouimus, tibi caro, tu Deo: Sed tu Deo, & tibi caro. Si autem contemnis tu Deo, nunquam ſubjicietur tibi caro.*

In Pſal. 143.

Quartũ remediũ Libr. 6. c. 3.

Quartum remedium eſt cuſtodia ſenſuũ. *Vt enim*, inquit Caſſianus, *certa ægritudine laborantibus vtile eſt, vt cibi noxij ne oculorum quidem obtutibus offerantur ne quod aſpectus occaſione deſiderium eis lethale gignatur: ita plurimum confert ad depellendum hunc ſpecialiter morbum quies & ſolitudo.* Quod de omnibus quinque ſenſibus intelligi, aſſerit S. Auguſtinus his verbis: *Si virginitatem animæ integram ſeruare deſideras, quantum potes, obſerua blãdimenta draconis: ne fortè ſi incautus fueris quinque*

Libr. 50. *homiliarũ ho. 5.*

ſenſus, qui in te ſunt, quaſi quinque virgines, permittas à ſerpente corrumpi. Quicquid enim pulchreſcit viſu, quicquid dulceſcit guſtu, quicquid blanditur auditu, quicquid lenocinatur odoratu, quicquid molleſcit attactu, in his omnibus ſi incauti fuerimus, ſurrepentibus concupiſcentijs malis, animæ virginitatem corrumpi permittimus, & impletur illud, quod per Prophetā dictum eſt: Intrauit mors per feneſtras veſtras. Eandem rem tractat ſanctus Baſilius cùm ſcribit de virginitate; iubetque ita nos moderari progreſſum ſenſuum ad exteriora, ne ſi ad quæ velint effundantur, ſupernatantem ſibi interdum animam fluctibus agitent, & ad ſua vitia pertrahant. Ea item quæ ab exterioribus in animam inuehuntur per ſenſus, anguſtis aditibus ita colare, vt ſordidum nihil in eam penetret: idque in primis egendum cenſet erga tactum, guſtū, & viſum. Porrò tota hæc cura in abnegatione ſenſuum poſita eſt, quæ tantæ efficacitatis eſſe debet, vt Dominus de ea loquens dixerit ſemel iterumque: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnum menbrorum tuorum, quàm totum corpus tuū mittatur in gehennam.* Idem addit de manu dextera. Illo ſenſuum oculorum, hoc tactum ſignificans: loquebatur autem Dominus tunc de non videnda muliere ad coucupiſcendum eam.

Hier. 9. Lib. 4. de vera virginitate.

Matt. 5. & 18.

Quintum remedium eſt conſideratio odij infiniti, quod infinitū Chriſto Domino fuit in luxuriæ vitium, quo iuſtiſſimè incitatus quidlibet, vt illud exterminaret, effecit. nam non ſolùm leges antiquas, quibus prohibetur, renouauit; ſed eas accurratè ſingulari opera ſermonéque declarauit; illis grauiſſimas pœnas appoſuit: remedia ac huiuſcemodi peccata euitanda, & ſalutaria dedit & mirifica, ipſo etiam loquendi modo quantum ab eis abhorreret ſignificans: vt cùm ait *Erue oculum, abſcinde manum, proijce.* Suaſit deinde virginitatem, cœlibatum, quæ Chriſtianæ perfectionis magnam partem eſſe voluit, auxit vtriuſque laudem perpetuitatis vtriuſque commendatione, cuius ipſe primus auctor & hortator extitit: nec auctor modò, ſed nouum & ſingulare exemplum, Quippe qui à virgine conceptus,

Quintum remediū.

de vir

de virgine natus, virginitatis maternæ integritate ſeruata, virgo ita vixit toto vitæ ſuæ tempore, vt nec minimam quidem, licet tentatus per omnia fuerit in aliis abſque peccato, voluptatis huius titillationem experiri voluerit. Et aduerſarij Iudæi, qui, vt canes venatici peruestigarunt omnia dicta eius & facta in eius vitam curioſiſſimè inquirentes, ne tenuiſſimę quidem ſuſpicionis maculæ huius odorem aſſecuti vnquam ſunt, quo eum huius culpæ reum facere, ſe poſſe crediderint.

Primum indicium. Primum indicium neceſſarium perfectæ continentiæ & caſtitatis eſt, cùm homo Dei gratia & abnegationis virtute eò peruenit, vt ſi experitur carnis ſtimulos, eos ſine ſua culpa patiatur. S. Gregorius hanc appellat perfectionem caſtitatis, & adddit: *Non quidem tolli poteſt carni, quòd lex carnis membra non moueat, ſed tamen tolli poteſt carni violentia motionis, vt relinquatur ei motus; ſed eidem motui omnis delectationis obſcœnitas auferatur, & ſimplex motus ille ſit, in quo aliqua libidinis turpitudo non ſit. Et poſtea, cum abſtinentes quoſque diuina gratia perfectè remunerat, à corporalibus eorum motibus omnium obcœnitatum aculeos tollit; ſed eis ipſos motus naturales deſerit, vt tentari ſemper poſſint, vinci nunquam poßint, dum id deſerit, quod eis valde diſplicet. ſed ſic debilitat, quod deſerit, vt praualere victoribus, non permittat.* Confirmat denique id Apoſtoli verbis: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Item: *Quia debilitatos viderat, qui remanſerant (motus) dicit, nulla creatura poterit nos ſeparare à charitate Chriſti. Quid eſt ergo quod deplorat, legem ineſſe membris legi mentis repugnantem? niſi quia perfecti viri hoc ipſum, quòd ſimplices motus carnis contra voluntatem ſuſtinent, vehementer dolent. Vellent quippe ſic manere in carne, vt contra voluntatem de carne nulla ſuſtinerent: quod quidem quia impoſsibile eſt, præmiſit, dicens: Velle adiacet mihi, poſſe autem non inuenio: non enim quod volo bonum, hoc ago, ſeb quod odi malum, illud ſercio: quaſi dicat, vellem eſſe in carne, non ea perfectione, qua perfectus in carne perfectus eſt, ſed ſicut Angeli Dei in cœlo. Sed hoc poſſe non inuenio, quia, quandiu mors peccati abſorpta in futura reſurrectione non fuerit, illud, quod in*

In primũ Regum l. 5. c. 11.
Libro 6. mor. c. 27
Rom. 7.
Rom. 8.

Digitized by Google

me peccatum inhabitat, mouet me contra me. S.Auguſtinus idem ſentit, aitque, *concupiſcentiam quis ambigat, poſſe minui, non poſſe conſumi?*

Lib. contra Iulianum. c. 5. & l. 2. circa finem.

Secundum indicium eſt præuentio prauæ cogitationis, aut ſubita & facilis victoria eiuſdem, cùm ſe ingerit animo. Hoc idem affirmat S.Gregorius: *Ad Sanctorum* inquit, *conſlictum aliquando immunda cogitatio praeuenit: aliquando inſurgentem ſibi ſentiunt legem carnis contra legem mentis: ſed quia victores iam ſunt; hoſtes in fugam verſos non timent, ſi ad pugnam redeunt, quia cum eis pariter pugnare non poſſunt; nam cùm praua cogitatio obuiat, priùs eam abijciunt, quam de eius ſuggeſtione caro moueatur. Bene ergo de electorum perfecta victoria dicitur, quia diſperſi ſunt alij, & duo pariter ex eis non ſunt relicti; quia per macerationem corporis in tantum proficiunt culmen perfectionis, vt ab eis quicquid à carne, quicquid à mente ingeritur, leuiter ſuperetur, dum conuenire in pugnam non ſinitur. Et hanc quidem victoriam de omnibus ſenſibus corporis electi percipiunt.*

Secundũ indicium Ibidem.

Tertium indicium eſt diminutio concupiſcentiæ, quamuis enim hæc non omnino tollitur, virtute tamen & frequenti abnegationis vſu frangitur, *Deſideria carnis*, inquit S.Aguſt. *ſunt in alijs maiora, in alijs minora, prout quiſque in hominis interioris nouitate profecerit.* Ex qua ſancti Auguſtini doctrina, accedente ſimul aliqua experientia, cum ſtudio perfectionis coniũcta, exiſtunt aliqua alia indicia, quæ dat Caſſianus, quæ nos etiam hîc ponemus ad proficientem excitandum ad amorem caſtitatis, & laborem abnegationis.

Tertium indicium Lib. 1. de nuptijs & concupiſcentia, cap. 27.

Quartum indicium, ad hunc amorem accedunt maxime hominis animum gradus caſtitatis, quos recenſet idem auctor his herbis: *Primus eſt, ne vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secundus, ne mens illius voluptuarijs cogitationibus immoretur. Tertius, ne femineo vel tenuiter ad concupiſcentiam moueatur aſpectu. Quartus, ne vigilans vel ſimplicem carnis perferat motum. Quintus, ne cùm memoriam generationis humanæ, vel tractatus ratio, vel neceſſitas lectionis ingeſſerit, ſubtiliſſimus mentem voluptaria actionis perſtringat aſ-*

Quartum indicium Coll. 12. cap. 17.

ſenſus,

ſenſus, ſed velut opus quoddam ſimplex, ac miniſterium humano generi neceſſario contributum tranquillo & puro cordis contempletur intuitu, nihilque amplius de eius recordatione concipiat, quàm ſi operationem laterum mente pertractet. Sextus gradus eſt, ne illecebroſis phantaſmatibus ſeminarum vel dormiens illudatur.

Cap. 10. 20. 21. & 22. Hæc Caſſiani doctrina ſimilis eſt illi, quam tradidit in ſexto inſtitutionum libro: videturque contraria ſententiis ſanctorum Patrum, Auguſtini præſertim & Gregorij, qui aſſerunt motus carnis tolli non poſſe, & concupiſcentiam non poſſe conſumi: fauere etiam illis, qui cum Stoicis, apathiá laudant, & vt finem proficientibus propoſitum volunt. Quare piè exponẽdus eſt Caſſianus: primùm quidem, vt id velit dicere, perfectum hominem Dei gratia id faciente, ad eum caſtitatis gradum poſſe conſcendere, in quo conſtitutus cõcupiſcentiæ ſtimulos vix ac ne vix quidem ſentiat, perinde ac ſi eius incitamenta omnino iam eſſent extincta; quod ille ſignificat,
Coll. 12. cap. 12. cùm ita ſcribit: *Magna ac mirifica ſunt, nec vlli hominum, niſi his tantùm, qui experti ſunt, nota, quæ Dominus fidelibus ſuis, adhuc in iſto corruptionis vaſculo conſtitutis ineffabili liberalitate largitur. De quibus Propheta: Mira opera tua.*
Pſal. 138. Et paulo poſt: *Quis enim non obſtupeſcat opera Dei, cùm illam ignem libidinis, quem naturalem antea & velut inextinguibilem eſſe credebat, ita refriguiſſe perſenſerit, vt ne ſimplici quidem corporis motu ſe ſentiat incitari?* Et quidem aliquibus donum hoc diuinitus fuiſſe conceſſum dubitat nemo, qui vel leuiter ſanctorum virorum res geſtas attigerit.

Deinde quanquam Caſſianus videtur velle abrogare omnem motionem carnis etiam in dormientibus, nihilominus ipſemet alicubi ſignificat, in perfectis etiam viris remanere ſenſum aliquem huiuſmodi motionum, quem non putat de caſtitatis perfectione quicquam detrahere: ſic enim ait in ipſamet eadem collatione, in qua
Cap. 11. adeò ſeuerus eſt aduerſus carnis ſtimulos: *Quòd autem per hoc ineuitabilem commotionem carnis aſſeritis, quòd vrina, cùm veſicam iugi ſtillatione repleuerit, quieta ſuſcitet membra, licet veris ſectatoribus puritatis ad obtinendam*

eam

eam nihil præiudicet iſta commotio, quam hæc ſoleo interdum etiam per ſoporem neceſſitas excitare: ſciendum tamen eſt, quod ita ſi commota fuerint membra, ad quietem propriam reducantur caſtitatis imperio, vt non modò cum nullo pruritu, ſed ne cum minima quidem libidinis recordatione ſedentur. Addit ita temperatè aquam bibendam, vt illum ineuitabilem corporis motum non ſolùm rariſſimum, verùm etiam lentum reddat, ac tepidũ, frigidúmque, vt ita dicam, ignẽ, & abſque vllius aduſtionis ardore rorátem ſuſcitet flammam, inſtar Moſaicę viſionis rubi ardentis, & non combuſti fornaſſis etiam Chaldaicæ: denique vt incipiamus in corpore poſſidere: *Cùm ambulaueris per ignem non combureris, flamma non ardebit in te.* Quod etiam in fine collationis expreſſit, cùm ſic ſcripſit: *Hæc eſt conſummatio caſtitatis, vt vigilantem monachum oblectatio libidinis nulla perſtringat, & quieſcentem ſomniorum non fallat illuſio, ſed cùm dormienti tantum per ſopita mentis incuriam commotio carnis obrepſerit, quemadmodum ſine vlla titillatione voluptatis excitata eſt, ita etiam ſine vllo pruritu corporis conquieſcat.* Permittit igitur motum carnis & corporis, & in vigilantibus & dormientibus, ſed exutũ in perfectis viris oblectatione, voluptate, pruritu.

Exod. 3. *Dan. 3.* *Eſa. 43.* *Cap. 16.*

Quintum iudicium eſt feruens caſtitatis zelus, quo optemus liberari de corpore mortis huius, hoc eſt, de ſtimulis illis etiam naturalibus carnis, & de ſomniorum quoque ludibriis & corruptionibus, quantum diuino munere nobis conceditur. Quæ fuerunt S. Auguſtini & aliorum vota & preces: *Nunquid, ait, non potens eſt manus tua, Deus omnipotens, ſanare omnes languores animæ meæ, atque abundantiore gratia tua laſciuos motus etiam mei corporis extinguere? Augebis, Domine, magis magiſque munera tua in me, vt anima mea ſequatur me ad te concupiſcentiæ vitio expedita, vt non ſit rebellis ſibi.* Legantur quæ ſcribit etiam ſuper Geneſin.

Quintũ indicium. *Lib. 10. cõfeſſionum cap. 30.*

Sextum iudicium eſt diligentiſſimam ſenſuum cuſtodia: qua de re multa Patres: ſed admirandum eſt vt ingenij, ſic ſpiritus acumen in S. Auguſtino, quo culpas etiam leuiſſimas in vſu oculorum & aurium cernit: de iiſque à Domino veniam precatur. Loquens enim

Lib. 12. cap. 15. *Sextum indiciũ.*

de ſacro

Lib.10. confeſſionũ, c.33. Cap.24.

de ſacro pſalmorum cantu,ſic ait : *Cùm mihi accidit , vt me amplius cantus,quàm res,quæ canitur,moueat,pœnaliter me peccare confiteor , & tunc mallem non audire cantantem.* Commemorans item non mulierum aut adoleſcentulorum pulchritudinem & aſpectum,ſed colorum & aliarum rerum creatarum formas : *Reſiſto* , inquit, *ſeductionibus oculorum , ne implicentur pedes mei , quibus ingredior viam tuam, & erigo ad te inuiſibiles oculos,vt tu euellas de laqueo pedes meos. Tu ſubinde euellis eos,nam illaqueantur. Tu non ceſſas euellere,ego autem crebrò hæreo,vbique ſparſis inſidijs; quoniam non dormies,neque dormitabis,qui cuſtodis Iſrael.*

Pſa.120.

De auaritiæ abnegatione.

CAPVT XVI.

Natura auaritiæ. Col.3. Libr.11. de ciuit. Dei,c.25.

NON poterat Apoſtolus auaritiam deteſtabiliorem reddere, quàm nominando idolorum ſeruitutem, & hoc ideo, quia vt ait S.Auguſtinus, *Peruerſi & auari frui volunt nummo, vti autem Deo : quoniam non nummum propter Deum impendunt , ſed Deum propter nummum colunt : quia nimirum licet Deum agnoſcant & reuereantur tanquam rerum omnium parentem, immoderato tamen affectu quo in ſordibus pecuniæ inhæreſcunt,eum vltimũ ſui finem & ſummum bonum eſſe re & facto negare videntur. Itaque in pecunia conquieſcunt : ac ſi nulla Dei cura & prouidentia egere deberent vnquam.* Quod ſanè immane ſcelus eſt , & ab eodem patre alibi cum hæreſeos crimine comparatum. Proprietas autem auaritiæ præcipua eſt auiditas inexhauſta plura ſemper poſſidendi, quæ nulla copia,diuitiis nullis ſatiari poſſit; quam ſequitur etiam crudelitas inſatiabilis , quam auari in alios homines adhibent,vt eorum bonis ſuas libidines expleant:vt eos propterea peiores vrſis, & lupis , & Dæmonibus ipſis ſimillimos vocet S Chriſoſtomus: apud quem peſtis huius deteſtationem quiſque facilè legere poterit in eius libris,præſertim in Epiſtolam ad Corinthios.

Lib.4. de baptiſmo q.donat. c.4.& 5.

Hom.9. 1.Cor.3. hom.11.

Duobus

Duobus autem modis auaritiæ tentationibus homines pulſantur: vno videlicet illi, qui in mundo ſunt, nec de nuncio rebus terrenis remittendo cogitant, altero autem qui perfectionem Euangelicam propoſitam habent. Priores enim *tanquam deuictos*, inquit S. Gregorius, *quaſi ex ratione ſolet exhortari cùm dicit, Valde ſine culpa eſt, quòd quædam habenda concupiſcis: quia non multiplicari appetis, ſed egere pertimeſcis, & quod malè alius retinet, ipſe melius expendis.* Et alibi: *Sæpe etiam quod auaritia ex appetitu ſuggerit, neceſſitatem putat: & cùm minora ſufficiant, docet maiora deeſſe, atque incautus animus quandam quaſi neceſſitatem patitur, quam parit, & cùm minima ſunt quæ deſiderat, ſuam ſibi auaritiam aliquo modo excuſat.* In hoc numero ponendi ſunt homines illi Eccleſiaſtici, quos occupat auaritia: quos deplorat idem ſummus Pontifex: *Tenet enim*, inquit, *captiuum cor ſæua cupiditas, & licitum ſuadet eſſe malum, quod imperat. Quis igitur poſt hoc locus contra auaritiam tutus eſſe præualeat, ſi Dei illi à prauis ſacerdotibus aperiatur Eccleſia? quando ouium ſepta inuiolata cuſtodiet, qui intrare lupum inuitat?*

1. Cor. 4. hom. 23. 2. Cor. 11. hom. 15. cap. 5. & 23. c. 10. & 19. 2. Cor. 9.

Prior modus.

Lib. 31. mor. c. 17.

Libro 2. ſuper Ezechielẽ. hom. 20.

Poſteriores verò nempe perfectionis ſtudioſos homines aliter aggreditur: vel ad modum, quem ſcribit S. Bernardus: *Videmus*, inquit, *pauperes aliquot, qui ſi veram haberent paupertatem, non adeò puſillanimes inuenirentur & triſtes, vtpote reges, & reges cœli. Sed hi ſunt, qui pauperes eſſe volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis deſit, & ſic diligunt paupertatem, vt nullam inopiam patiantur:* vel certè ad eum modum, quem particulatim tentationes huius generis explicans Caſſianus ponit in hæc verba: *Hæc miſſos quoſdam & rationabiles colores, ob quos reſeruare ſibi aliquid pecuniæ monachus debeat vel parare, deſcribit: nam & ea, quæ præbentur in monaſterio, quæritur non eſſe ſufficientia, & ſano robuſtóque corpore vix poſſe tolerari: quid faciendum ſit, ſi valetudo mala carnis emerſerit, monaſterij præſtationem eſſe pertenuem, & negligentiam erga ægrotantes maximam: ipſum etiam veſtimentum non ſufficere, quod præbetur: & niſi parauerit ſibi viatici ſumptus, & cuectionis tranſmarinæ mercedem, non poſſe cùm voluerit tranſmigrare. Itaque cùm huiuſcemodi cogitationibus laqueauerit mẽtem,*

Alter modus.

Ser. 4. de Aduentu.

Lib. 7. inſtitut. c. 7.

qualiter vnum ſal'em denarium acquirere poſſit, excogitat. Tum deinde diuturna vita promittitur, ſenectus incurua, infirmitates diuerſa & prolixa, qua niſi maior ſumma in iuuentute fuerit praparata, tolerari in ſenecta non poſſunt. Ibidem plura, quæ vtinam omnia non etiam in homines noſtri temporis religioſos, & paupertatem ſolemni voti religione profeſſos dici poſſint.

Effectus auaritiæ. Effectus auaritiæ recenſentur à ſancto Gregorio hoc modo: *De auaritia proditio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violentia, & contra miſericordiam obdurationes cordis oriuntur.* S. Thomas: *Quia*, inquit, *auaritia eſt ſuperfluus amor habendi diuitias, in duobus excedit; primò enim ſuperabundat in retinendo: & ex hac parte oritur ex auaritia obduratio contra miſericordiam, quia ſcilicet cor auari nõ emollitur, vt de diuitijs ſuis ſubueniat miſeris. Secundò ad auaritiam pertinet ſuperabundare in accipiendo: & ſecundùm hoc auaritia poteſt conſiderari dupliciter: vno modo ſecundùm quod in affectu, & ſic oritur inquietudo, in quantum ingerit homini ſolicitudinem & curas ſuperfluas: alio modo poteſt conſiderari in effectu, & ſic acquirendo aliena vtitur aliquando quidem vi, quod pertinet ad violentias, quandoque autem dolo, quod ſi fiat verbo, fallacia erit quantum ad ſimplex verbum; periurium autem, ſi addatur confirmatio iuramenti. Si autem dolus in opere committitur, ſic quantum ad res erit fraus, quantum ad perſonas proditio, vt patet de Iuda, qui ex auaritia prodidit Chriſtum.*

Lib. 31. moral. c. 31. 2. 2. q. 118. art. 8.

Primum remedium eſt grauitas peccati auaritiæ, de qua initio capitis loquebamur: hæc enim ſi perpendatur, facilè auocat hominem à cupiditate rerum terrenarum: præſertim quia ſcelus hoc non ſolùm per ſe immane eſt, ſed eſt etiam principium & cauſa aliorum peccatorum: *Qui feſtinat ditari*, inquit Sapiens, *non erit innocens. Profectò enim*, ait S. Gregorius, *qui augere opes ambit, vitare peccatum negligit, & more auium captus, cùm eſcam terrenarum rerum auidè conſpicit, quo ſtranguletur, peccati laqueo non agnoſcit.* Quam etiam ob rem ſcribit Apoſtolus: *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & in deſideria multa inutilia & nociua, qua mergunt homines in interitum.* Quare diuitiæ

Prou. 28. Lib. paſtoral. parte 3. cap. 21. 1. Tim. 6.

laquei

laquei ſunt tentationes: immò *radix omnium malorum*, vt idem ait, *cupiditas eſt*. Igitur poteſt etiam cauſa eſſe impœnitentiæ: at tunc, *quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* *Ibidem.* *Mat.16.*

Secundum remedium contentum eſſe paucis, vt eſt natura, ſicque magnis moleſtijs liberari Sanctus Gregorius in illa Iob verba: *Cùm ſatiatus fuerit, arctabitur, & omnis dolor irruet ſuper eum*, ait, *omnis dolor ſuper eum irruit, quem & hic priùs pœna concupiſcentiæ, poſtmodum verò cura cuſtodiæ, & illic quandoque pœna vltionis cremat. Mira autem eſt ſecuritas cordis aliena non quærere, ſed vniuſcuiuſque diei victu contentum manere.* Et huc pertinent quæ idem in paſtorali ſcribit: *Quæ eſt illa pietas cum ſufficiẽtia, ab Apoſtolo laudata, & priùs à Salomone expetita.* Ad quam complectendam facilè adducitur homo, ſi, vt idem Sanctus docet, *verbis admonentis, quàm fugitiua ſit vita monſtretur, ſi eorum ad medium memoria deducatur, qui & ditari in hoc mundo diu conati ſunt, & tamen in adeptis diuitijs diu manere nequiuerunt: quibus feſtina mors repente & ſimul abſtulit, quidquid eorum nequitia nec ſimul nec repente congregauit: qui non ſolùm hic rapta reliquerunt, ſed ſecum ad iudicium cauſas rapinæ detulerunt.* *Secũdum remediũ.* *Libr. 15. moraliũ, cap.13.* *P.3.c.21.*

Tertium remedium eſt, ſi abundant diuitiæ, liberalitas: officij enim virtutis vitium cõtrarium paulatim conuellitur. Ad quam rem faciunt omnia, quæ de eleemoſynis in ſcripturis & apud ſanctos Patres ſcripta reperiuntur. Et hæc remedia ſufficiant mundanis hominibus, vt declinent auaritiam. Nunc aliqua dicenda, quæ religioſos homines iuuent ad hanc peſtem fugiendam. *Tertium remediũ.*

Quartum remedium. Tam S. Gregorius, quàm Caſſianus referunt cauſam auaritiæ religioſorum hominum in pernitioſiſſimam tepiditatem: *Auaritia*, inquit ſanctus Gregorius, *non ſolet euenire illis, qui viriliter currunt in via Domini, quibus dicitur: Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, ſed his maximè qui effeminato greſſu gradientes per blandimenta ſeculi reſoluuntur.* Et Caſſianus ait, naſci hoc vitium ex torpide mentis ignauia: *Quartũ remediũ.* *Lib.30. moraliũ. cap.16.* *Pſal.30.* *Lib.7. cap.1.*

quare fugandus eſt tepor cordis, & ſanãdus langor animi, vt pellatur auaritia De tempore autem poſtea agendum nobis eſt vniuersè : nunc teporem, qui auaritiam generat, perſequimur.

Quintum remediũ. *Lib. 7. cap. 14.* *5. Reg. 5.* *Act. 5.*

Quintum remedium eſt cogitatio vtiliſſima peccatorum huius generis, quorum mẽtio fit in ſacris literis, & pœnarum, quas de illis dederunt Deo & hominibus auctores eorum, de quibus ſic Caſſianus: *Giezi*, inquit, *ea, quæ ne antè quidem poſſederat, volens acquirere, non modò gratiam prophetiæ non meruit poſſidere, quam per ſucceſſionem velut hæreditariam à ſuo habuit magiſtro ſuſcipere, verum etiam è contrario æterna lepra ſancti Eliſei maledictione perfunditur. Iudas autem volens reſumere pecunias, quas antea Chriſtum ſecutus abiecerat, non ſolùm ad proditionem Domini lapſus, Apoſtolatus perdidit gradum, ſed etiam vitam ipſam finire nõ meruit communi exitu, eámque violenta morte concluſit. Ananias verò & Saphira reſeruantes partem quandam ex his, quæ poſſederant, Apoſtolico ore morte mulctantur.*

Sextum remediũ. *Heb. 13.* *Deut. 31.* *Lucæ 12.*

Sextum remedium eſt amor paupertatis Euangelicæ, quæ maximè nititur ſpe in Dei optimi & maximi prouidentia, qui dicit: *Non te deſeram neque derelinquam*, & de qua Dominus, cùm auarum deſcripſiſſet, concludens: *Sic eſt qui theſaurizat, & non eſt in Deum diues.* Addit: *Nolite ſoliciti eſſe animæ veſtræ quid manducetis, & corpori, quid induamini. Pater veſter ſcit, quoniam his indigetis.* Et poſt multa amantiſſimè dicta: *Nolite timere puſillus grex, quia complacuit PATRI veſtro dare vobis regnum.*

Lib. inſti. cap. 21.

Oportet autem, vt amori paupertatis comes ſit obedientia religioſis legibus, quæ de paupertate conſtitutæ ſunt, propriæ in vnoquoque religioſorũ ordine. Si enim ab eis vel tantillum diſcedatur, maximam neceſſe eſt aperire ianuam ad perniciem paupertatis & totius diſciplinæ, quæ ab ea pendet. Idcirco etiam minima quæque paupertati non cõgruentia abiicienda ſunt & deteſtanda, tanquam perfectioni inimiciſſima. *De auaritia*, inquit Caſſianus, *erit ſumma victoria, ſi nec minuto quidem nummo conſcientia monachi polluatur : impoſſibile namque eſt, eum, qui victus exigua ſtipe concupiſcentiæ ſemel in corde*

ſuo

ed by Googl

ſuo radicem ſuſceperit, non maioris deſiderij protinus incendio conflagrari. Ideóque non ſolùm pecuniarum eſt cauenda poſſeſſio, verùm etiam voluntas ipſa ab animo penitus extrudenda: non enim tam effectus philargiriæ vitandus eſt, quàm affectus ipſius radicitus amputandus. Et ſanè monſtro ſimilis eſt religioſus ille, hoc eſt, conflatus ex homine mundano & religioſo, qui quę reliquiſſe profitetur, cùm Deo ſe conſecrat, reipſa poſſidet Deo iam conſecratus. Et eo deformius monſtrum eſt, quo fortaſſis quis neglecto ampliori patrimonio, nullius momenti rebus, quaſi aranearum telis muſca, irretitus tenetur. Scitum eſt certè dictum illud S. Baſilij aduerſus Senatorē quendam, quem dicit Caſſianus, mundo ſpreto, quædam ſibi de ſuis facultatibus reſeruaſſe, *& Senatorem,* inquit, *perdidiſti, & monachum non feciſti.* *Lib. 7. cap. 19.*

Septimum remedium eſt exemplum Chriſti Domini, qui auaritiæ inimiciſſimus fuit & verbis & factis. Pauperrimam vitam prætulit omnibus mundi huius commodis, Pauper in ſtabulo natus; in domo, in ſinu parentum pauperum educatus; pauperrimè vixit, immò mendicus alienis opibus, ſuſtentatus, & longè pauperior atque adeò nudus in cruce mortuus eſt, in alienum ſepulchrum inferendus. Vt meritò dixit: *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet vbi reclinet caput ſuum.* *Septimū remediū.* *Luca 9.*

Primum indicium, quo cognoſcitur curationi vicinus auarus, non tam in ipſo auaro eſt, quàm extra: aut ſi in ipſo eſt, ab iis, quę extra ſunt, emanat. Eſt enim auaritia vitium, quod, vt ait Caſſianus: *Sine vlla precedente naturali occaſione concreſcit, ſed ſolius corruptæ ac malæ voluntatis arbitrio, & cùm nulla habeat in nobis de naturali inſtinctu principia, extrinſecus contrahitur.* Hoc eſt, non habet in homine eos impetus appetitus, quos habet fornicatio, gula, & ira. Ob id maiorem vim ad illud in homine progignendum habent rerum externarum ſpecies: vt propterea auaritia appelletur à S. Ioanne *concupiſcentia oculorum.* Inde igitur expectandum remedium, vnde malum exortum eſt: vt videlicet auarus calamitatibus concutiatur, aut in fortunæ, quæ vocant, aut etiam *Primum indicium.* *Lib. 7. cap. 5.* *1. Ioan. 2.*

Pſal.106. in corporis bonis. *Clamauerunt enim ad Dominum cùm*
Iſai.26. *tribularentur.* Et: *Vexatio dat intellectum.* Tunc enim auari, ſi id non alia ratione obtineri poteſt ab huiuſmodi hominibus, vel inuiti fatentur ſpinas eſſe diuitias, & neceſſe eſſe facere ſibi amicos de mammona iniquitatis, vt cùm deficiunt, recipiantur in æterna tabernacula. Et dum in labore hominum ſunt, ſi adhuc non didicerunt bene, deſinunt certè malefacere, abſtinentque à pauperum hominum vexationibus, & ſenſus ipſe metuſque malorum illis ſalutis initium aliquod eſt.

Secundũ. indicium. Secundum indicium recuperandæ valetudinis & auaritiam depellendi in homine religioſo non occurrit maius, quàm ſi magno animo obtemperet legibus ſui ordinis, ac nulla mercede in vinea Domini elaboret; & gratis det, quod accepit, reliqua autem petat ex capite de renunciatione. & quæ ſint veræ diuitiæ religioſi cognoſcat ex his, quæ ſcribit S. Auguſtinus De
Libr.1. cap.10. ciuitate Dei.

De Iræ abnegatione.

CAPVT XVII.

Natura iræ.
Homil. de ira.

SANCTVS Baſilius: *Indignatio,* inquit, *& ira plurimum inuicem differunt: eſt enim indignatio ſtimulus quidam breuis & ſubitus acutúſque paſſionis vapor: ira verò permanens ac diuturna triſtitia, atque ſeſe otioſè vlciſci, velut libido quædam ſe vindicandi. Animaduertere verò opus eſt, quod vtroque modo & affectu homines delinquant, vel furore ſubito contra irritantes commoti, vt per dolos & inſidias eos, à quibus patiuntur iniuriam, circumuenientes, quæ ambo nobis omnino cauenda.*

Ibidem.
Libr.5. in cal.ũ. cap.31.
Prou.22.

Iræ proprietates explicant ſanctus Baſilius, & ſanctus Auguſtinus, & alij, ſed ſanctus Gregorius commemorat, vt ſolet, accuratiſſimè: *Exuit hominem ſimilitudine Dei, qui cum tranquillitate iudicat, dilaniat enim mentem, vt nec ſibimetipſi congruat. Per iram,* inquit, *ſapien-*

tia

tia perditur, vt quid quóve ordine agendum ſit omnino neſciatur. Ira, ait Salomon, in ſinu ſtulti requieſcit. Per iram vita amittitur, etiam ſi ſapientia teneri videatur, ſicut ſcriptum eſt: Ira perdit etiam prudentes. Per iram iuſtitia relinquitur, ſicut ſcriptum eſt: Ira viri iuſtitiam Dei non operatur. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur. Noli, inquit Sapiens, eſſe aſſiduus cum homine iracundo, ne diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ. Et idem: Quis poterit habitare cum homine, cuius ſpiritus facilis eſt ad iraſcendum? quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt, vt beſtialiter ſolus viuat. Per iram concordia rumpitur, ſicut ſcriptum eſt: Vir animoſus ſuſcitat rixas. Per iram lux veritatis amittitur, ſicut ſcriptum eſt: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram: quia cùm menti iracundia confuſionis tenebras incutit, huic DEVS radium ſuæ cognitionis abſcondit. Per iram ſancti Spiritus ſplendor excutitur, quo contra ſcriptum eſt; Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum? Si ergo ira quietem mentis ſubtrahit, ſuam S. Spiritus habitationem claudit: cuius receſſione animus vacuus ad apertam mox inſaniam ducitur: nam ira ſuæ ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe prepedit, facies igneſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti. Lingua quidem clamorem format, ſed ſenſu quid loquatur, ignorat. In quo itaque iſte abreptitiis longè eſt qui actionis ſuæ conſcius non eſt? vnde fit plerumque, vt vſque ad manus ira proſiliat, & quo ratio longiùs recedit, audacior exurgat. Aliquando in maledictionis iaculum linguam vertit: Fratris namque interitum precibus expoſcit: fitque vt voce & voto homicidium peragat. Et paulo pòſt diuerſa iræ genera numerans ait: *Sciendum eſt quòd nonnullos ira citiùs accedit, facilius deſerit, nonnullos verò tardè quidem commouet, ſed diutius tenet: alij namque accenſis calamis ſimiles dum vocibus perſtrepunt, quaſi quoſdam accenſimis ſuæ ſonitus reddunt, citiùs quidem flammam faciunt, ſed protinus in fauilla frigeſcunt: alij autem, lignis grauioribus durioribúſque non diſpares, accenſionem tardè ſuſcipiunt, ſed tamen accenſi ſemel difficiliùs extinguuntur; alij autem, quod eſt nequius, & citiùs iracundiæ flammas accipiunt, & tardiùs deponunt:*

Eccleſ. 7.
Iacob. 1.
Prou. 22.
Prou. 16.
Epheſ. 4.
Eſaia. 66.

nonnulli verò has & tardè ſuſcipiunt, & citiùs amittunt. In quibus nimirum quatuor modis liquido agnoſcimus, quia & ad tranquillitatis bonum vltimus pluſquam primus appropinquat, & in malo ſecundum tertius ſuperat.

Tentatio autem iræ eſt ea ipſa cauſa, quam iratus ſe iuſtam putat habere ſuæ iracundiæ, cùm iraſcitur: nemo enim ſine cauſa iraſcitur, vt propterea ira ſemper ſit cum imagine ſaltem rationis coniuncta; quamuis eadem initium inſaniæ nominetur, quia errore ſuæ opinionis fallitur, qui vitioſè excandeſcit. *Ira* inquit idem S. Gregorius alibi, *deuictum cor, quaſi ex ratione ſolet exhortari, cùm dicit: Quæ erga te aguntur, æquanimiter ferri non poſſunt: immo hæc patienter tolerare peccatum eſt, quia etſi non eis cum magna exaſperatione reſiſtitur, contra te deinceps ſine menſura cumulantur.*

Libr. 31. moraliũ, cap. 16.

Effectus iræ.

Ibidem.

22. q. 158. artic. 7.

Effectus iræ ſunt hi, auctore eodem S. Pontifice: *Rixa tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, blaſphemia.* S. Thomas ſic explicat: *Ira poteſt tripliciter conſiderari vno modo, ſecundùm quod eſt in corde, & ſic ex ira naſcuntur duo vitia: vnum ex parte eius, contra quem quis iraſcitur, quem reputat indignum, vt ſibi tale quid fecerit, & ſic ponitur indignatio; aliud autem vitium eſt ex parte ipſius, in quantum ſcilicet excogitat diuerſas vias vindictæ, & talibus cogitationibus animum ſuum replet, & ſic ponitur tumor mentis. Alio modo conſideratur ira, ſecundùm quod eſt in ore, & ſic ira duplex inordinatio procedit, vna quidem ſecundum hoc, quòd homo in modo loquendi iram ſuam demonſtrat, & ſic ponitur clamor, per quem intelligitur inordinata & confuſa locutio, vt racha: alia etiam eſt inordinatio, ſecundum quod aliquis prorumpit in verba iniurioſa, quæ quidem ſi ſint contra Deum, erit blaſphemia: ſi autem contra proximum, contumelia. Tertio modo conſideratur ira, ſecundùm quod procedit vſque ad factum, & ſic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira.* Lege etiam quæ Caſſianus habet initio octaui libri:

Primo. Secundo. Tertio.

Cap. 1.

Primum remediũ.

Primum remedium proponitur à S. Gregorio his verbis: *Mens ſolicita antequam agere quodlibet incipiat, om-*

nes

Digitized by Google

nes, quas pati poteſt, ſibi contumelias proponat: quatenus Redemptoris ſui probra cogitans ad aduerſa ſe præparet: quæ nimirum venientia tanto fortiùs excipit, quanto ſe cautiùs ex preſcientia armauit: qui enim improuidus ab aduerſitate deprehenditur, quaſi ab hoſte dormiens inuenitur, eúmque citiùs inimicus necat, quia non repugnantem perforat: nam qui mala imminentia per ſolicitudinem prænotat, hoſtiles incurſus quaſi in inſidiis vigilans expectat: & inde ad victoriam valenter accingitur, vnde neſciens deprehendi putabatur, Solerter ergo animus ante actionis ſuæ primordia cuncta debet aduerſa meditari: vt ſemper hæc cogitans, ſemper contra hæc thorace patientiæ munitus, & quicquid acciderit, prouidus ſuperet: & quicquid acceſſerit, lucrum putet. Et quia hic S. Gregorius monet, vt Redemptoris noſtri probra interim cogitentur, affero alterum remedium ex ſancto Baſilio. Sic enim. *Homil. de ira.*

Si ſtultus & indoctus appelleberis, reminiſcere eorum, quæ à Iudeis iactata ſunt in veram ſapientiam. Samaritanus es, & Dæmonium habes. Alapa ſeu pugillo caſus es? Expuit aliquis in faciem, eadem & dominus eſt paſſus; nec enim ab expuentibus aut cadentibus faciem auertit. Calumniam pateris? & Dominus. Tua laceratur veſtis, & à Domino quoque veſtis per vim extracta, & ſuper eam miſſæ ſortes, Nondum condemnatus es, nondum cruci affixus. Multa tibi toleranda, vt ad eius imaginationem peruenias: Talia, & horum ſimilia tibi ſuccurrant, mentiſque tuæ impetum ac iram compeſcant. Similes namque præparationes & animi diſpoſitiones, morſus cordis & impulſus facilè delebunt, & animi cogitationes in tranquillum ſtatum deducent. *Secũdum remediũ. Ioan. 8.*

Tertium remedium ex eodem ſancto Gregorio petatur, *Modus*, inquit, *ſeruandæ manſuetudinis eſt, vt cùm alienos exceſſus inſpicimus, noſtra quibus in aliis exceſſimus delicta cogitemu. Conſiderata quippe infirmitas propria, mala nobis excuſat aliena; patienter namque illatam iniuriam tolerat, qui piè meminit, quod fortaſſe adhuc habeat, in quo debeat ipſe tolerari; & quaſi aqua ignis extinguitur, cùm ſurgente furore animi ſua quique ad mentem culpa reuocatur; quia erubeſcit ſibi peccata non parcere, qui vel Deo vel proximo ſæpe ſe recolit parcenda peccaſſe.* *Tertium remediũ.*

Digitized by Google

Primum indicium.

Primum indicium victoriæ alicuius iræ eſt, cohibere ſaltem externos motus, ſi internos non ita facilè aut citò poſſumus. *Si aliquid animo pateris*, ait S.Baſilius, *ſaltem in te conde triſtitiam. In me turbatum eſt cor meum* inquit *Propheta*, *hoc eſt, non extra turbationem animi oſtendi, ſed veluti quandam intra littus abruptam vndam retinui. Turbatus ſum, & non ſum locutus*, ait idem.

Ibidem. Pſal. 142. Pſal. 76.

Secũdum indicium.

Secundum indicium eſt cùm fœdum nobis videtur ira commoueri, erubeſcimúſque, ſi deprehendimur irati à viris prudentibus. hic enim gradus eſt ad abnegandos & extinguendos irarum internos ardores, cùm videlicet, iam incipimus nos ipſos erubeſcere; etiamſi animo ſolùm, non extrà, iracundia cõcitamur. *Sed dabis*, inquit S.Baſilius, *mentem latrantem & exacerbatam ſi tecũ in tui cordis receſſu rationis tribunal verebere: quemadmodum pueri immodeſtum aliquid agentes viri venerabilis præſentiam vereri ſolent. Itaque animus ipſe ſibi ſpeculum erit, in quo quàm turpis ſit iræ facies, intuebitur, ſe ipſúmque auerſabitur & corriget.*

Tertium indicium.

Tertium indicium eſt, cùm rectè factis & dictis malè dicta factáve alterius in nos compenſamus: id enim maximo argumento eſt iracundiæ iam reſtinctæ. Et quia iracundia leuis eſſe animi atque infirmi videtur, contrà hoc officium magnam animi conſtantiam fortitudinemque declarat. *Ille maledixit*, ait S.Baſilius, *tu benedicas. Verberauit, tu patere. Expuit, nihilique te exiſtimauit, tu cogita quemadmodum es terra, & in terram reuerteris: his namque modis atque rationibus te confirmans, longè leuiora quàm reuera ſint inuenies tibi aduerſarij facta iurgiáque, ſic etiam talionem illi reddes, oſtendéſque, quàm ſis contumelijs inuulnerabilis, ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis, dum alterius inſaniam, occaſionem philoſophiæ ac tuorum feceris meritorum.* Hęc porrò omnia, & quidquid in hanc ſententiam dicitur, requirunt in proficiente magnam animi ſubmiſſionem, & voluntatis propriæ abnegationem, quãdoquidem omnis noſtra iracundia ex eo ortum habet, quòd alij nos cõtemnant, aut certè nos ab aliis contemni exiſtimamus. Et ſi horum neutrũ eſt, dolemus, & grauiter ferimus, impediri volũtatem

Digitized by Google

noſtram, aut id fieri, quod non fieri vllo modo, vel certè aliter fieri volumus. Quare ſuperbiæ & voluntatis propriæ abnegatio iræ victoria eſt, eóque glorioſior, quo illa vehementior & fortior.

Quartum indicium eſt, vt cùm exurgit iracundia aliqua, non enim omnis iracundia ſemper eſt repudianda, non præueniat rationem, ſed ſequatur: ſitque non dux, ſed miniſtra conſilij officiíve. *Ira*, ait S. Baſilius, *iram retineamus, vt equum iugalem nobis ratione ac fræno quodam obtemperantē, ac ordinē proprium nequaquā excedentē, & via ingredientē, qua mētis recto conſilio dirigitur.* Addit autem idem: *vt miles duci, ſic iracundia rationi adiutrix eſt contra peccatum.* Quo ex dicto fortaſſis Caſſianus accepit, quod ſcribit ſæpe, iræ miniſterium ad hoc nobis ſolum eſſe inſertum, vt laſciuientibus motibus ac vitiis animæ noſtræ iraſcamur. Qua tamen in re ſequenda nobis eſt reliquorum patrum omnium communis ſententia, quæ ſic à ſancto Gregorio explicatur. *Sciendum eſt* inquit, *quod alia eſt ira, quam impatientia excitat, alia quam zelus iuſtitiæ format. Illa ex vitio, hæc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute ſurgeret, diuinæ animaduerſionis impetum Phines per gladium non placaſſet. Hanc iram quia Heli non habuit, motum contra ſe implacabilis ſupernæ vltionis excitauit: nam quo contra ſubditorum vitia tepuit, eo contra illum diſtrictio æterni Rectoris exarſit. De hac ira per Pſalmiſtam dicitur: Iraſcimini, & nolite peccare. Quod nimirum non rectè intelligunt*, (hoc videtur ſcriptum aduerſus Caſſianum) *qui iraſci nos nobis tantummodo, non etiam proximis delinquentibus volunt. Si enim ſic proximos vt nos amare præcipimur, reſtat, vt ſic eorum erratibus ſicut noſtris vitiis iraſcamur. De hac per Salomonem dicitur: Melior eſt ira riſu, quia per triſtitiam vultus corrigitur animus delinquentis. De hac iterum Pſalmiſta ait: Turbatus eſt præ ira oculus meus. Ira quippe per vitium oculum mentis excæcat; ira autem per zelum turbat: quia cùm ſaltem zeli æmulatione concutitur, ea, quæ niſi tranquillo corde percipi non poteſt, contemplatio diſſipatur. Sed eadem æmulatio poſt paululū in tranquillitate largiùs aperit, quæ hic interim per*

Quartū indicium.
Lib. 8. c. 6. 7. & 8.
Lib. 5. mor. c. 31.
Num. 25.
Pſal. 4.
Eccle. 7.
Pſal. 6.

Digitized by Google

commotionem claudit: & vnde mens turbatur, ne videat, inde proficit, vt ad videndum veriùs, clareſcat. Declarat id exemplo oculi collyrio inuncti, & radij ſolis nube obducti, & addit id, in quo ſumma eſt huius indicij: *Sed cùm per zelum animus mouetur, curandum ſummopere eſt, vt nec hæc eadem, quæ inſtrumento virtutis aſſumitur, menti ira dominetur: nec quaſi Domina præeat, ſed velut ancilla ad obſequium parata à rationis tergo nunquã recedat. Tunc enim robuſtiùs contra vitia erigitur, cùm ſubdita rationi famulatur: nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis ſurgat, ſi immoderata mentem vicerit, rationi protinus ſeruire contemnit, & tanto ſe impudentiùs dilatat quanto impatientia vitium virtutem putat.* Concludit modum tempuſque in vltione peccati conſiderandum, retractando reſtringendam animi perturbationem, animoſitatẽ reprimendam, motus feruidos ſub æquitate diſponendos, vt fiat iuſtior vltor alienus, quo priùs extitit victor ſuus. Lege etiam ſanctum Chryſoſtomum in extrema homilia ſexta de laudibus S.Pauli.

De *Acediæ* abnegatione

CAPVT XVIII.

Natura acediæ. Lib.2.c.14. 2.2. q.35 art.1. Clitoneus in Damaſcenũ.

ACEDIA à ſancto Damaſceno dicitur *triſtitia aggrauans, & ita hominem deprimens,* vt ait S.Thomas, *vt nihil ei agere libeat.* Ideo habet annexum & inſeparabilem comitem tædium animi & torporẽ bene agendi, dejicientem totum hominem languore pigro, & inducentem mentis continuam amaritudinem. Hinc ait Doctor quidam, naſcitur ex vehementiore triſtitia taciturnitas & defectio vocis, quòd adeò abſorbeatur animus & occupetur languida deiectione, vt in vocem depromenda non exeat, ſed ſui ipſius confuſione & obnubilatione impediatur, detineatúrque conſtricta, ne ſermonem efformet. Caſſianus diſtinguit acediam à triſtitia; ſed S.Gregorius meliùs coniungit, vt ait S.Thomas,

Lib.9. & 10.

quia

quia triſtitia, inquit, *non eſt vitium diſtinctum ab alys.* Omne etenim vitium refugit bonum virtutis oppoſitæ: & triſtitia, quæ eſt de priuatione quietis in corpore contra id quod laborioſum eſt, ſecundum quod alij eam diſtingunt ab acedia, eſt propria luxuriæ. Non datur igitur alia generalis triſtitia, quàm ea, quæ eſt de bono diuino, ad quod charitas ordinatur. Hæc autem acedia eſt, quæ idcirco eſt vitium capitale.

Lib. 1. in 1. Reg. c. 14.
Ibidem a. 4. ad 3.

S. Auguſtinus de tentationibus loquens, aſſerit primùm tentari hominem conuerſum ad Deum tentatione famis cognoſcendæ veritatis, quam ante ignorauit: quàm cognitionem vbi Dei dono adeptus eſt, tentari deinde tentatione difficultatis, qua veluti compedibus retineri ſe dolet, ne currat viam mandatorum Domini: de quibus tentationibus ſcripſimus aliqua in primo libro: poſtremò tentatione tædij, his verbis ſcribens: *Quiſquis talis eſt, & vicit illas difficultates, probabiliter iam conuerſatur inter homines ſine vlla querela malorum morum, excipitur tertia tentatione tædij cuiuſdam, in mora huius vitæ, ita vt aliquãdo eũ nec legere nec orare delectet. Tertia tentatio priori contraria: priùs enim periclitabatur fame, poſtea faſtidio. vnde & hoc niſi de quodam langore animæ? iam non te illicit adulterium, nec tamen delectat Dei verbum. Iam poſt periculum imperitiæ & concupiſcentiæ, de quibus duobus te euaſiſſe lætaris, vide ne tædium faſtidiumque te necet. Non eſt & iſta leuis tentatio.*

In Pſal. 106.

S. Bernardus in eandem ſententiam ſcribens, addit quædam ad naturam acediæ explicandam pertinentia. Sunt autem hæc: *Sunt*, inquit, *nonnulli, qui bona quidem opera faciunt, vel coactione, vel neceſſitate, vel conſuetudine, ſed ad hæc agenda nulla alacritate mouentur. Quod vitium propriè acedia dicitur, & hoc quidem vitio religioſi homines maximè affliguntur: nam ſeculares admodum pauci, & ſi hoc ſit vitium, non animaduertunt: mundo enim alligati ſpiritualis vitij vix poſſunt apprehendere nomem, cùm tamen hoc vitium inter ſeptem principalia nominetur. Eſt autem vitium acedia, quod quendam torporem incutit animæ, vt ipſi omnia exercitia ſpiritualia quaſi inſipida videantur, & in graue tædium conuertantur. De quo tædio dicit Pſal-*

Tractatu de paſſione Domini, c. 19.
Pſa. 118.

Pſal. 106. *mus: Dormitauit anima mea præ tædio. Et alibi. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum, & appropinquauerunt vſque ad portas mortis. Tanto quippe aliquando affligitur hoc vitio anima bonorum, vt omnem eſcam, id eſt omne ſpirituale exercitiũ, abominatur, vt nec orare, nec legere, nec meditari, nec opus manuum libeat exercere: immo etiam appropinquant vſque ad portas mortis, id eſt, vt etiam ipſius vitæ faſtidium habentes, morte finiri deſiderent, cum ſancto Iob dicentes: Tædet animam meam vitæ meæ.*

Iob 10. *Effectus acediæ.* 2.2.q.35. art. 4. ad 2.

Effectus acediæ ſic à S.Gregor. deſcribuntur: *De triſtitia* (quam, vt ſuprà diximus, eãdem cenſet eſſe cum acedia) *malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, vagatio mentis erga illicita naſcitur.* S.Thomas ſic exponit: *Quia*, inquit, *nullus diu poteſt manere abſque delectatione cum triſtitia, neceſſe eſt, vt ex triſtitia aliquid dupliciter oriatur, vno modo vt homo recedat à contriſtantibus; alio modo vt ad alia trãſeat, in quibus delectatur. vt qui non poſſunt gaudere in ſpiritualibus delectationibus, transferunt ſe ad corporales. In fuga autem triſtitiæ talis proceſſus attenditur, quia primò homo fugit contriſtantia, ſecundò etiam impugnat ea, quæ triſtitiã ingerunt. Spiritualia autem bona, de quibus triſtatur acedia, ſunt & finis & ea quæ ſunt ad finem. Fuga autem finis fit per deſperationem; Fuga autem bonorum, quæ ſunt ad finem quantum ad ardua, quæ ſubſunt conſiliis, fit per puſillanimitatem: quantum autem ad ea, quæ pertinent ad communem iuſtitiam, fit per torporem circa præcepta. Impugnatio autem contriſtantium bonorum ſpiritualium quandoque quidem eſt circa homines, qui ad bona ſpiritualia reducuntur, & hic eſt rancor, quandoque autem ſe extendit ad ipſa ſpiritualia bona, in quorum deteſtationem aliquis adducitur, & hoc propriè eſt malitia: quantum autem propter triſtitiam à ſpiritualibus aliquis transfert ſe ad delectabilia exteriora, ponitur filia acediæ vagatio circa illicita.*

Primum remediũ. In Pſal. 106.

Primum remedium eſt oratio ad Dominum. Ita docet S.Auguſtinus: *Agnoſce te in illa, ſcilicet tentatione tædij, cùm adeſt, & exclama ad Dominum: vt de neceſſitatibus tuis etiam hic liberet te. Et de hac tentatione liberatus cum fueris, confiteantur illi miſerationes eius.* Et paulo pòſt

idem

Digitized by Google

idem repetit: *Quædam*, inquit *coruptela mentis eſt faſtidire, quod dulce eſt, ergo & de hoc beneficio, ſicut & de cæteris ſuperioribus, confiteantur Domino miſerationes eius.* Formam orationis huius proponit ſanctus Bernardus: *Trahe*, inquit, *me poſt te, in odorem unguentorum tuorum curremus. Propterea opus habeo trahi, quia refriguit pauliſper in nobis ignis amoris tui, nec valemus à facie frigoris huius currere modò, ſicut heri & nudius-tertius. Curremus autem poſtea, cùm reddideris lætitiam ſalutaris tui, cùm redierit melior temperies gratiæ, cum ſol iuſtitiæ iterum incaluerit, & pertranſierit tentationis nubes, quæ hunc operire ad horam cernitur, atque ad leuem flatum auræ blandioris ſolitò cæperint unguenta liqueſcere, & aromata fluere, & dare odorem ſuum. Spirantibus unguentis curremus, quia abſcedet torpor, qui nunc eſt; & reueretur deuotio, & iam non erit opus nobis, vt trahamur, quippe odore excitatis, vt ſponte curramus.* Ser. 21. in Cant.

Secundum remedium eſt. *Experimento*, inquit Caſſianus, *probatum eſt acediæ impugnationem non declinando fugiendam, ſed reſiſtendo ſuperandam.* In quam ſententiam S. Bernardus: *Ergo cùm te* ait, *torpore, acedia, vel tædio affici ſentis, noli propterea diffidere aut deſiſtere à ſtudio ſpirituali.* Ratio huius eſt, quia plerumque origo langoris huius ac tædij eſt negligentia in intermittendis officiis virtutum, iiſque exercitationibus, quibus nititur noſter ſpiritualis progreſſus & Dei cultus. æquum enim eſt, vt qui Deum per otium aut deſidiam deſerit, à diuinis ipſe ſolatiis deſeratur. Atque hic eſt languor acediæ. Repetantur igitur eadem ſpiritualia munera, & augeātur potiùs, ſi fieri poteſt, vt hac ratione extincto acediæ languore, prioris ſpiritus feruor denuo excitetur. *Secundū remediū* *Lib. 10. c. 25.* *Ibidem.*

Tertium remedium. Non eſt acediæ peccatum contemnendum: eſt enim in ſacris litteris *maledictus, qui facit opus Dei negligenter.* Et quanquam acedia negligentia propriè non eſt, quia triſtitia eſt & dolor, animique remiſſio, hoc ipſum tamē ſine culpa negligentiæ plerumque non eſt, præſertim ſi non præcauetur cùm poteſt, & ſtatim ac oritur non fugatur: eſtque negligentiæ otiique parens, ac multorum grauiſſimorum criminum *Tertium remediū.*

origo

origo. De quibus in ſequentibus capitibus agendum eſt. Quare, quia culpa eſt, deteſtanda eſt: quia verò coniuncta eſt ſemper cum grauioris culpæ periculo, niſi celeriter conuellatur, extimeſcenda. Otium igitur omninò vitandum, ne incidamus in acediam.

Quartũ remediũ. Quartum remedium eſt Chriſti Domini exemplum, qui tædio vſque ad mortem, non tamen acedia, vel leuiter affici voluit; vt hinc quoque intelligamus, poſſe hominem cum Dei gratia tædium etiam grauiſſimum tolerare ſine culpa: nec cadamus animo, ſi aliquando huius generis angoribus cruciamur, nec tamen quam cauſam habeant à nobis intelligimus. Quod etiam indicium alicuius progreſſionis in hac abnegatione acediæ meritò poteſt eſſe. *Indicium progreſſionis.* Sed hæc omnia cognoſcentur magis ex his, quæ adhuc dicturi ſimus.

De tepiditate ſpirituali, & de prima eius ſpecie.

CAPVT XIX.

TEPIDITAS vel eſt effectus acediæ, *torpor* nominatus à ſancto Gregorio, vel eſt acedia ipſa progrediens, & ad habitum iam perducta. Quam ob cauſam hoc loco tractanda eſt. Et quia hoc vitio nullum capitaliorem hoſtem habet proficiens, eſt etiam à nobis, quantum Dei gratia poterimus, accuratiùs explicanda.

Prima ſpecies tepiditatis. Vniuersè autem loquendo, duplex apud Patres reperitur tepiditas: vna eſt affectio quædam hominis ſine mortali peccato quidem, ſed iam defatigati ſaitetate rerum ſpiritualium, ita ac ſi nunquam eas deguſtaſſet, aut certè deterriti rei magnitudine, & itineris difficultate, qui quaſi de via languens reſiſtit, nil vltrà progrediens: hæc in ſcripturis ſacris comparatur ſomno: *Dormitauit anima mea præ tædio;* Et apud Salomonem, & Apoſtolum non ſemel eodem nomine cẽſetur. Eadem, penuria quædam ſpiritus eſt, contraria abundantiæ, de qua Dauid. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.* Ma-

Pſal. 118.

Pſal. 28.

Digitized by Google

cies item & ſterilitas animæ, quas deprecatur idem, cùm dicit: *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Et anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.* Denique (vnde etiam nomen accepit) S. Ioannes in Apocalypſi de ea ſcribit celebratam ſententiam: *Vtinam calidus aut frigidus eſſes, ſed quoniam tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* *Pſal. 62.* *Pſa. 142.* *Apoc. 3.*

Huius quæ ſint proprietates, vt ex iis ſe quiſque exploret & cognoſcat, explicandum eſt ex Patrum obſeruationibus. Sanctus Bernardus igitur hominem ſpiritu feruentem ſic deſcribit primũ: *Aduertere poteſt in omnibus ferè religioſis congregationibus viros repletos conſolatione, ſuperabundantes gaudio, iucundos ſemper & hilares, feruentes ſpiritu, nocte & die meditantes in lege Domini, crebrò ſuſpicientes in cœlum, & puras manus in oratione leuantes, ſolicitos obſeruatores conſcientiæ, & deuotos ſectatores bonorum operum: quibus amabilis diſciplina, dulce ieiunium, vigiliæ breues, labor manuum delectabilis, & vniuerſa denique conuerſationis huius auſteritas refrigerium videatur.* Deinde vt ex hoc quaſi ſimulachro ferue̅tis hominis cognoſcatur tepidus, deſcriptionem tepidi ſubiicit in hunc modum: *Contra ſanè*, inquit, *inuenire eſt homines.* *Ser. 6. de Aſce̅ſione.*

Primò puſillanimes & remiſſos. 1.
Deficientes ſub onere. 2.
Virga & calcaribus indigentes. 3.
Quorum remiſſa lætitia, puſillanimis triſtitia eſt. 4.
Quorum breuis & rara compunctio. 5.
Animalis cogitatio. 6.
Tepida conuerſatio. 7.
Obedientia ſine deuotione. 8.
Sermo ſine circumſpectione. 9.
Quorum oratio ſine cordis intentione. 10.
Lectio ſine (ſui nempe) *ædificatione.* 11.
Quos vix gehennæ metus inhibet. 12.
Vix pudor cohibet. 13.
Vix frenat ratio. 14.
Vix diſciplina coercet. 15.

Caſſianus autem acediæ ſpiritu occupatum hominem dicit obnoxium eſſe innumeris malis, in eoque acediam generare hæc, quæ ſequuntur, omnia. *Lib. 1. c. 2. 3. & 4.*

1. Horrorem loci, in quo habitat.

2. Faſtidium cellæ.

3. Fratrum conuiuentium aſpernationem & contemptum.

4. Inertiam ad operandum.

5. Vagationem extra cellam.

6. Negligentiam ſacræ lectionis.

7. Suſpiria gemitúſque, quòd ibi nihil proficiat.

8. Opinienem quòd alibi ſibi aliiſque magis prodeſſet.

9. Deſiderium in vinea Domini laborandi ad aliorum etiam vtilitatem & animarum lucrum.

10. Amorem monaſteriorum longè poſitorum.

11. Odium diſciplinæ, cui eſt addictus.

12. Impatientiam inediæ, ſolitudinis, orationis, & cuiuſlibet alterius mortificationis.

13. Somnum corporis diuturnum.

14. Viſitationes & collocutiones ſuperuacaneas.

15. Peregrinationes longinquas & inutiles.

16. Familiaritates periculoſas.

17. Deſiderium conſanguineorum. Atque vt horum malorum omnium cauſas intelligamus.

18. Generat idem ſpiritus in corde perturbationem magnam.

19. In mente confuſionem atque caliginem. Ex quibu duobus tanquam ex fontibus ſuperiores omnes tam animi quàm corporis ægritudines emanant.

Vide lib. 12. c. 25. 26. & 27 Verùm hæc eadem mentis caligo & cordis perturbatio altiorem adhuc radicem habet, quæ Caſſianum non latuit. Hæc autem eſt occulta quædam ſuperbia quæ in hominis animum latenter irrepit, eúmque vbi occupauerit, deiicit. cuius ille ſigna, vt internoſcatur enumerat his verbis: *Cap. 27.* *Cùm gloriatur de nobilitate natalium, aut alia ſæculi dignitate, aut pecunia cùm iugum monaſterij non ſuſtinet, cùm ſenioris vllius diſciplinam non admittit, nullam denique obedientiam aut ſubiectionem: cùm creſcit in corde eius faſtidium ſpiritualis verbi, quod cognoſcitur, cùm quo tempore de rebus diuinis tractatur, eius oculus tutus vno loco ſtare neſcit, ſed ſtupidus huc & illuc circum*

fertur intuitus: pro ſuſpirijs ſalutaribus ſputa de ſicco guttu-re corraduntur, execrationes etiam ſine vlla interpellatione phlegmatis prouocantur, digiti ludunt, & in modum quiddam ſcribentis voluitant atque depingunt: ita totus commouetur, ac ſi acutis ſudibus inſideret: verbum auditum, & ſimpliciter ad ædificationem prolatum, æſtimat dictum ad ſuam ſugillationem: ſuis ſuſpicionibus occupatur, cauſas cur quidque dicatur inquirit, & quid poſſit ei obiicere, tacita volutatione coniectat. Vnde ex ſpirituali collatione non iuuatur, ſed vehementiore cordis obſtinatione duratur, ira ſtimulis acriùs incitatur. Poſt hæc, excelſa vox, ſermo rigidus, amara & turbulenta reſponſio, inceſſus erectus ac mobilis, lingua facilis, procax loquela, nec vnquam taciturnitatis amica, niſi cùm contra fratrem rancorem quendam in ſuo corde conceperit, ſitque ſilentium eius non compunctionis & humilitatis, ſed ſuperbiæ & indignationis indicium. Et ad ſatisfactionem læſi fratris ſemetipſum ſubmittere dedignatur, & ab illo ſibimet oblatam deſpicit atque contemnit. Concludit Caſſianus, tandem huiuſmodi hominem cùm nihil ipſe didicerit, magiſtrum etiam aliorum fieri, & cùm huiuſcemodi elatione cordis in perniciosiſſimum teporem noxiúmque corruerit, & nec verus monachus nec ſæcularis effectus ſit, etiam perfectionem ſibi ex hoc ipſo miſerabili ſtatu & conuerſatione promittere. *Cap.30.*

Quòd ſi adhuc inueſtigemus, quænam ſit ſuperbiæ huius origo: idem Caſſianus quodam loco ait, eſſe tepidum & malè arreptum renunciationis principium, quod hominem de priſtino ac ſæculari tumore ad Chriſti humilitatem deſcendere non permittit. Sed alio loco indicat aliquos tepefactos, quia de perfectæ renunciationis gradu, quem tenuerant initio conuerſionis, & deinceps aliquo temporis ſpatio, ad vituperabilem finem reciderunt: quia nimirum ad ſæculi mores ſuperbiámque ſunt reuerſi. *Cap.25.* *Coll.3. cap.5.*

Quamquam verò noſtrorum temporum conſuetudini pleráque ex dictis ſuprà non planè conueniunt; tamen difficile non eſt ad nos ea transferre: ſuperbia enim eadem eſt etiam apud nos, quare eiuſdem erit eadem vis & proprietas, effectus ijdem. In initium etiam

Digitized by Google

nos facimus à mundi contemptu, & renunciatione rerum ſecularium. Hæc ſi tepida ſit & imperfecta, vt vtinam non eſſet in multis, quid mirum ſi tepida ſequatur aut nulla virtutum exercitatio? qualia enim initia poſita ſunt, talia cætera omnia ſequi neceſſe eſt.

Quoniam tamen tractatio hæc vtiliſſima eſt, afferam adhuc rei huius explicationem aliam, nobis noſtriſque temporibus accommodatam. Indicia igitur hominis tepidi vt plurimum hæc eſſe cenſentur.

1. Orare ſine attentione & feruore ſpiritus.

2. Meditari res diuinas ſine animi sēſu, & affectu, fructu.

3. Difficulter ſe expedire ab hominum frequenti nec vtili congreſſione & colloquio.

4. Ægrè redire ad ſe ipſum, & nunquam aut rarò admodum in cor ſuum diſſipatum animum cogere.

5. Examinare conſcientiam, & ſeipſum inſpicere quaſi per tranſennam, & ſtrictim abſque compunctione, propoſito, & emendatione.

6. Latè libenterque ſeſe diffundere in omnes res exteriores, non hominum ſalutis procurandæ, ſed tædij ſui mitigandi cauſa.

7. Conſolari ſe quæſitis ſolatiis, ex rebus creatis, aut ex cogitationibus inanibus.

8. Liberè de aliis loqui, & eadem libertate aliorum facta dictáve obſeruare & reprehendere.

9. Grauiter ferre diſciplinam religioſam, ſi religioſus ſis, & omnem admonitionem aut correctionem, quæ olim iucundiſſima fuiſſet, inſuauem, intempeſtiuam, intollerabilem exiſtimare.

10. Ad otioſam vitam aſpirare, & ſubterfugere labores ad animarum auxilium fructuoſos & neceſſarios, permittereque, vt earundem zelus omnino langueſcat; quæ grauis eſt culpa iis, quibus animarum cura aliqua commiſſa eſt.

11. Obedire maioribus, patribus ſpiritualibus, aut etiam legibus, quibus tenetur, ſine vlla animi contentione, imò cum faſtidio, lentè, frigidè, inuitè.

12. Optare ſibi ab hominibus honorem haberi, & ab illis ſe multum amari, hominum blanditijs & fortè etiam

Digitized by Google

aſſentationibus delectari.

Exiſtimare vacationem laborum ſuis meritis iam deberi,& immunitatem,qua careant alij,dandam ſibi.Et ſi hæc fortè alicui minima videantur, illa ſine dubio maiora ſunt,videlicet. 13.

Frigere iam Sacramentorum vſum, nec ea amplius frequentare, vt inceperas. 14.

Sacras conciones non audire, ſpirituales & vtiles libros non euoluere,vel certè raro & faſtidioſius. 15.

Occaſiones peccatorum minimè vitare, vt antea, idcirco,quia tibi multum tuiſque viribus fidis:quæ temeritas eſt maxima,atque occultior ſuperbia, ita enim tepidus imprudens prouehitur in altum mundanorum fluctuum,fitque quo minus ſecum reputat,eo magis periculo propior. 16.

Indulgere tibi,tuóque corpori deſeruire, & paulatim quicquid ſaluturi pœnitentia aſtrinxeras,relaxare molliore viuendi ratione. 17.

Memoria replicare priſtinos mores, & mundanorum hominum felicitatem, eóque mentis cæcitate induci,vt mundi voluptates & deliciæ, quæ priùs ſomnia ludibriaque,vti ſunt,videbantur,non diſpliceant, vt antea,arridere incipiant potiùs ac præclara quædam bona videantur. 18.

Diuinos inſtinctus, quibus ad ſeueritatem vitæ & Chriſtianam diſciplinam ſubinde excitaris & impelleris,vel non aduertere,vel diſſimulare,& in aliud tempus differre, vel quod deterrimum eſt tepiditatis genus, etiam negligere. 19.

Spiritualibus patribus non auſcultare, vti conſueueras,& quanquam eorum conſilia præſens probas,abſentem facto ab eis diſcrepare,clam te ſubtrahere,& ab eorum magiſterio curaque refugere. 20.

Denique hac tepiditate tenentur hi, qui cùm perfectioni ex inſtituti & profeſſionis obligatione operam dare debeant,in hoc ſtudio negligentiſſimè ſe geſſerunt, occupati nimirum vel literarum etiam ſacrarum ſtudiis,vel aliis eccleſiaſticis & religioſis muneribus obeũdis,quæ ſpecioſa ſunt,& religioſæ ſeges. Hi quanquam 21.

aduertunt, ſe ad ſummum perfectionis gradum iam perueniſſe oportere, aut ab eo certè non longè diſtare, & in primo gradu adhuc hærere, hoc eſt, non vrgeri ſe mortiferi peccati conſcientia, optant quidem ſe ipſos corrigere & excitare è ſomno deſidiæ ad laborem abnegationis & virtutis; differunt tamen & procraſtinant, nec adhibent quæ neceſſaria ſunt, ad tam præclarum finem conſequendum: immò, quæ malitioſa tepiditas eſt, cùm ſe ipſos animosè vincendo ac veterem hominem, cuius non exiguam partem retinent, exuendo, diuinæ voluntati ſubjicere omnino deberent, toti ſunt in conquirendis rationibus, quibus diuinam voluntatem ad ſua ſtudia reuocare poſſint, & ij eſſe ſine conſcientiæ ſcrupulo, qui eſſe nequeunt ſine tepiditatis nota.

Sed iam proponamus remedia tanto malo opportuna.

Primum remediū. Primum ſit diligens cōſideratio periculi, in quo poſitus eſt neſciens homo tepidus: quod non vnum eſt nec parui momenti, ſed multiplex atque grauiſſimum.

Primum periculū. Primum eſt periculum recidendi in peccata, quibus olim ante conuerſionem detinebatur. nam ſi praui habitus, qui poſt conuerſionem, vt diximus, remanent in homine, per continuam abnegationem non extrahantur radicitus, intermortua vitia refundunt, & hominem in actiones, quæ ex ijs oriuntur, inducunt.

Secundū periculū. Secundum eſt periculum, ſi non redeundi ad priſtina flagitia perdendi certè omnem fructum vitæ bene inſtitutæ. *Si enim*, inquit S. Gregorius, *quod videtur gerendum, ſolicita intentione non creſcit, etiam quod fuerat bene geſtum, decreſcit. In hoc quippe mundo humana anima quaſi more nauis eſt contra ictum fluminis condeſcendentis, vno in loco nequaquam ſtare permittetur, quia ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non ſubleuat, ipſa operandi remiſſio contra hoc, quod operatum eſt, pugnat. Hinc eſt enim quod per Salomonem dicitur: Qui mollis & diſſolutus in opere ſuo fuerit, frater eſt ſua opera diſſipantis: quia videlicet qui bona cepta diſtrictè non exequitur, diſſolutione negligentiæ magnum deſtruentis imitatur. Hinc Sardis Eccleſiæ ab Angelo dicitur: Eſto vigilans, & confirma cætera, quæ moritura*

Tertiæ partis Paſtor. c. 35.

Prou. 18.

Apoc. 2.

erant,

erant, non inuenio opera tua plena coram Deo meo. Quia ergo plena coram Deo eius opera inuenta non fuerant, moritura reliqua etiam, quæ erant geſta, prædicebat. Si enim quod mortuum in nobis eſt, ad vitam non accenditur, hoc etiam extinguitur, quod quaſi adhuc viuum tenetur.

Tertium eſt periculum maioris alicuius ruinæ, quæ quanquam non impendere fortè videtur, eſt tamen certa, ni tepor iſte excutiatur ex animo. *Lapſus*, inquit Caſſianus, *quiſpiam nequaquam ſubita ruina corruiſſe credendus eſt, ſed aut praua inſtitutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decedente, & per hoc ſenſim vitijs increbreſcentibus, caſu miſerabili concidiſſe. Ante contritionem enim præcedit incuria, & ante ruinam mala cogitatio: quemadmodum domus nunquam ad ruinam ſubitaneo procumbit impulſu, niſi aut antiquo vitio fundamenti aut longa inhabitantium deſidia ſtillicidijs primum pauciſſimis penetrantibus corrupta ſenſim fuerint munimenta tectorum, quibus per vetuſtam negligentiam in maiorem modum patefactis atque collapſis riuatim poſt hæc influit pluuiarum imbriúmque tempeſtas. In pigritijs enim humiliabitur contignatio, & in ſegnitie manuum ſtillabit domus. Et Salomon alijs verbis: Stillicidia eijciunt hominem in die hiemali de domo ſua.* Quo loco Caſſianus pergens ibidem pluribus verbis, ait ſtillicida eſſe minuta paſſionum irritamenta, quæ initio neglecta, & non mortificata, corrumpunt paulatim tigna virtutum, & introducunt imbres vitiorum, vt tempore hyemis, hoc eſt tentationis diabolicæ, mens de ſua poſſeſſione deturbetur.

Tertium periculũ. *Coll. 6. cap. 17.* *Prou. 16. Sec. 70.* *Eccl. 10.* *Prou. 7. Sec. 70.*

Quartum eſt periculum maximum omnium, nũquam emergendi ex gurgite tepiditatis: eius enim hæc vis eſt & impotentia, vt quem ſemel abſorbuit, retineat ſemper. *Sicut ante teporem*, ait S. Gregorius, *frigus ſub ſpe eſt, ita poſt frigus tepor in deſperatione: qui enim adhuc in peccatis eſt, conuerſionis fiduciam non amiſit: qui verò poſt conuerſionem tepuit, & ſpem, quæ eſſe potuit, de peccatore, ſubtraxit.* Quod dictum nemo non videt, quàm ſit planè formidandum. Hoc idem Caſſianus ita exaggerat: *Rectiſſimè pronunciatur eſſe deterior*, (qui tepidus eſt) *quia faci-*

Quartum periculũ. *Tertia partis Paſtoral. ca. 35.* *Coll. 4. cap. 19.*

lius ad ſalutarem conuerſationem ac perfectionis faſtigium carnalis quis accedit, quàm is, qui profeſſus monachum, nec tamen viam perfectionis arripiens ſecundùm regulam diſciplinæ, ab illo ſemel ſpiritualis ignis feruore diſceſſit. Ille namque corporalibus ſaltem vitijs humiliatus, atque immundum ſe ſentiens contagione carnali, ad fontem veræ purificationis ac perfectionis culmen quandoque compunctus accurrit. Nam qui ſemel tepido exorſus initio, non ea humilitate ac feruore, quo debuit, iter huius profeſſionis arripuit, infectus ſemel hac miſerabili lue, & in ea quodammodo reſolutus, nec ex ſeſe vlteriùs perfecta ſapere, nec alterius poterit monitis erudiri. Dicit enim quia diues ſum, & neſcit, quia miſer eſt & miſerabilis. In eo factus ſæculari deterior, quod nec miſerum ſe, nec cæcum, nec monitis indigere cognoſcit. Apoc. 3.

Secũdum remediũ. Secundum remedium eſt: quamuis non ſubeſſent tepori ſupraſcripta pericula, ſtatus ipſe hominis tepidi infeliciſſimus eſt, in quo tepidus quietus eſſe non poteſt longo tempore, quin agitetur cogitationibus & ſcrupulis, & tædium ipſum, quo tenetur, etiamſi deſint alia, non poteſt non eum angere atque conficere. Quæ ſingularis eſt Dei prouidentia, vt ſe cognoſcat infelix, & proprio coactus malo morbo ſuo remedium quærat. S. Bernardus ſic depingit huiuſmodi animæ quaſi ſectionem, & in contrarias partes diſtractionem. *Vtinam hæc,* inquit, *vt intellectum admonent, moueant & affectum, ne ſit intus amariſſima contradictio & diuiſio moleſtiſſima, dum hinc quidem ſurſum trahimur, ſcilicet intellectu & cognitione, ſed retrahimur, inde deorſum, ſcilicet affectu & tepiditate.* Subjicit deinde deſcriptiones feruentis & tepidi initio capitis poſitas, & addit: *Non tibi horum tepidorum vita inferno penitus appropinquare videtur, dum intellectu affectui, & affectu intellectui repugnante, neceſſe habent mittere manum ad opera fortium, qui cibo fortium minimè ſuſtentantur, ſocij planè tribulationis, ſed non conſolationis. Exurgamus obſecro, quicumque huiuſmodi ſumus, reſarciamus animam, ſpiritum recolligamus, abjicientes pernicioſam tepiditatem, etſi non quia periculoſa eſt, & Deo ſolet etiam vomitum prouocare, certè quia moleſtiſſima, plena miſeriæ & doloris, & inferno planè proxima,* *Ibidem.*

Digitized by Google

vmbra mortis iure cenſetur. Et ſi quærimus, quæ ſurſum ſunt etiam ſapere & prælibare interim ſtudeamus. Quòd ſi faſtidij huius ſenſus non percipitur à tepido, hoc ſignum eſt, eum planè ſomniculoſum eſſe, & in eas tenebras iam corruiſſe, quæ veterno propiores ſunt iamque carere ſtimulo ad eum excutiendum, quod ſolùm ex maioribus Dei donis illi reliquum erat, vt illi durum eſſet contra ſtimulum calcitrare, haberétque vel inuitus, quo ſe ipſum excitaret.

Tertium remedium eſt, vt qui ſe eò præcipitem actum intelligit, ſi tamen intelligit, intelligat etiam Dei ſibi iram imminere; ac proinde præoccupet faciem eius in confeſſione. Adeat ſpiritualem medicum & magiſtrum, eique ſe totum recognoſcendum & regendum tradat: reputétque ſecum non aliam ad ſe ipſum recuperandum ſupereſſe rationem, quàm ſi cum maxima humilitate & ſimplicitate patri & magiſtro ſui ſpiritus ſe tanquam puerum erudiendum & gubernandum in omnibus præbeat: nam feruorem ſpiritus, quem languentem & ſopitum reddidit tepiditas & ſuperbia non exuſcitabit aut reſtituet, niſi ſui ipſius efficax abnegatio atque humilitas. Et hæc de prima tepiditate. *Tertium remediũ*

De ſecunda ſpecie tepiditatis ſpiritus.

CAPVT XX.

ALTERA tepiditas ſpiritus ſuperiore hactenus explicata multo terrior & deteſtabilior eſt, quippe quæ cum peccato mortifero vt plurimùm coniuncta ſit: quamobrem frigus potiùs quam tepor nominari debuerat; à Patribus tamen tepiditas dicitur, vel quia eſt effectus ſuperioris, vel quia illam refert, vt imago quædam ipſius. Neque enim qui hac ratione tepidus eſt, ita perfrictæ frontis eſt, vt ſanctimoniæ alicuius ſpeciem non præ ſe ferat: ſed decipitur potiùs errore opinionis ſuæ, aut cæca aliqua & inani cupiditate rerũ terrenarũ.

Primum genus horum tepidorum.

Duo igitur ſunt genera tepidorum hominum, hac videlicet poſteriore tepiditate laborantium. Aliqui enim ſunt, qui amant quidē & eligunt meliorem & fortè etiam perfectam viuendi rationem, non ſe tamen expediunt ab iis negotiis & occaſionibus, quæ eos vel in peccatis detinent, vel ne progrediantur in virtutis ſtudio remorantur. De his S.Gregorius in illa verba Iob: *Conſiderate ſemitas Theman, itinera Saba; Theman, ait, auſter, Saba rete interpretatur. Quid hic per auſtrū, qui afflata teporibus mēbra diſſoluit, niſi fluant viuendi remiſſio: quid per rete, niſi actionis obligatio demonſtrantur? Qui enim diſſoluta mente ea, quæ terrena ſunt, appetunt, nec greſſu libero ad Deum pergunt, ipſi ſe ſuis inordinatis conatibus ligant, cumque ſe fluxu conuerſationis ſuæ actibus implicant, quaſi remanſuros in retis vinculis pedes ponunt.* Vt enim paulo ſuperiùs quoſdā ad deuictas iam culpas retrahi per aperta quædā & non deuicta vitia diximus; ita nonnulli ad ea: quæ reliquerāt redeunt per quædam, quæ vel honneſtatis nomine vel laudis honore palliantur.

Libro. 7. mor. c. 17.

Ad hoc genus reducit S.Gregorius eos, qui vocati ad perfectionem animo reſpondent, non facto: cùm non rerelinquant bona temporalia, quorum peruerſo deſiderio tenentur. *Diſſolutis itaque*, inquit, *greſſibus in rete ambulant, qui dum mundum perfectè non deſerunt, ſemetipſos gradiendo obligant, ne gradiantur.* Item illos, qui abnegato amore bonorum terrenorum, cum pluſquam neceſſe eſt, carnis propinquos diligant retracti exteriùs à cordis parente diuiduntur: *Quò itaque*, ait, *iſti niſi in rete ambulant, quos à præſenti ſæculo inchoata iam vita perfectio ſoluerat, ſed inordinatus amor terenæ cognationis ligat?* S.Bernardus etiam de hoc eodem tepore ſcribens ſic ait: *Tepeſcimus proceſſu temporis à feruore conuerſationis noſtræ: paulatim refrigeſcit charitas, abundat iniquitas, vt conſumemur carne, qui ſpiritu cæperamus: inde enim eſt, vt minus ea ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, indeuoti pariter & ingrati. Timorem Domini relinquimus, religioſam omittimus ſolitudinem: verboſi, curioſi, faceti etiam detrectatores, & murmuratores, vacantes nugis, fugitantes labores diſciplinæ, quoties ſine nota id licet, quaſi verò confeſtim ſit etiam*

Ser. 3. de Annunciatione.

ſine noxa. De iiſdem alibi dicit, eos eſſe, *qui ſcurrilitates, detrectationes, iactantia & impatientia verba non reputant: facilè contriſtant proximos, puſillorum ſcandala parui pendunt, ad increpationem aliorum aut dormitant, aut iraſcuntur. pſallunt cum aliis, ſed ineptias meditando, & ne ipſo quidem tremendo Angelis participare verentur Dominici corporis Sacramento.*

Ser. cõtra ingratitudinem

Alij verò homines tepidi reperiuntur, qui tepore languefacti, in ea peccata labuntur. quæ nulla ratione poſſunt excuſare. Hæc autem multa ſunt & magna.

Secundũ genus tepidorum.

Primum eſt cogitatio & oblectatio libidinoſa & turpis: quam in hominem otioſum nullo negotio immittit diabolus. *Sunt nonnulli*, inquit, S. Gregorius, *qui mũdi quidem actiones fugiunt, ſed nullis virtutibus exercentur, hi nimirum torpore non ſtudio dormiunt: quibus plerumque contingit, vt quanto ſecuriùs ab externis actionibus ceſſant, tanto latiùs immunda in ſe cogitationis ſtrepitum per otium congerant. Vnde ſub Iudææ ſpecie per Prophetam torpens otio anima defletur, cum dicitur: Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sabbata eius. Hoſtes enim Sabbata videntes irrident, cum maligni ſpiritus ipſa vacationis otia ad cogitationes illicitas pertrahunt: vt vnaquæque reproba anima quo remota ab externis actionibus ſeruire Deo creditur, eo magis eorum tyrannidi illicita cogitando famuletur.*

Primum peccatũ. Libro 5. moraliũ, cap. 22.

Thren. 1.

Secundum peccatum poſt illa, quæ antè retulimus ex S. Bernardo, detrectationes nimirum, murmuratio nes, diſciplinæ fugam, & ſcandala, eſt apoſtaſia à religione. Scribit enim Caſſianus huiuſmodi animã, inimicorum machinis imperitã, acediæ ſpiritu fatigari; ita poſtquam non repugnando, ſed fugiendo, & varia ſolatia, quibus diſtrahatur quærendo, locum dederit tentationi, tandem eo hominem impellat: vt militiæ ſuæ fugitiuus ac deſertor CHRISTI miles effectus, implicet ſe negotiis ſecularibus, ei, cui ſe probauit, minimè placiturus. quam rem, turpiſſimum ſaltum appellat S. Bernardus: eius locum poſtea proferemus in tractatione de tentationibus.

Secundũ peccatũ. Libro 10. cap. 3.

2. Tim. 2.

Tertium eſt peccatum deſperationis: de quo S. Auguſtinus: *Iam faſtidium patiuntur, faſtidio languent, faſtidio*

Tertium peccatũ. In Pſal. 106.

Digitized by Google

periclitantur: niſi fortè putas, occidi eos fame potuiſſe, & non poſſe faſtidio. Vide quid ſequatur, cum dixiſſet: Omnem eſcam abominata eſt anima eorũ, ne quaſi eos putares de ſatietate ſecuros, nõ magis videres de faſtidio morituros, & appropinquauerunt, inquit, *vſque ad portas mortis*. Quod exprimit adhuc apertiùs Caſſianus allatis exemplis Cain & Iudæ. Quamquam verò priores tepidi non ita malè videntur habere ſicut poſteriores, omnes tamen remediis indigent non vulgaribus.

Lib. 9. c. 9.

Primum remediũ. Pſal. 76.

Primum remedium eſt, propoſitum & deliberatio ſimilis illi, in qua Dauid erat, cùm dixit: *Ego dixi, nunc cœpi*. Qui enim hoc tẽpore languet, gratia Dei deſtitutus eſt, hoc eſt, peccator eſt, Dei deſertor & inimicus, non minùs Dei auxilio ſupernaturali & multo indigens, quàm quilibet alius peccator, qui diuinæ gratiæ particeps non ſit; immo fortaſſe magis: grauior enim caſus huius eſt, quo ex altiore ſanctitatis gradu delapſus eſt. Quare intelligat, ſibi planè deliberandum eſſe, de nouo vitæ genere inſtituendo, & inchoandum ab anteactæ vitæ pœnitentia non aliter, ac faciunt meretrices & publicani, cùm ad Dominum conuertuntur. Ideò iiſdem prorſus rationibus iuuari velit, quibus prædicti peccatores vtuntur, cùm emergunt ex peccatorum cœno: iis nimirum, quæ generent nutriántque ſpiritum veræ contritionis: deinde hominem rapiant ad integre & ex animo confitenda, & per pœnitentiæ ſacramentum ſuperioris vitæ peccata eluenda magna cum humilitate & lachrymis: oportere denique exerceri ſe ſtrenuè in corporis & animæ mortificatione & orationibus ad Deum ſuperoſque omnes, & omni cautione prouidendum, vt ſeſe abſtrahat quàm maximè ab omnibus otij & peccati occaſionibus & incitamentis, dedatque ſe ex animo vitutum ſtudiis, & ſpiritualibus exercitationibus ſub prudentis & pij magiſtri ſeuera diſciplina: ad quod præter prædicta & omnia illa, quæ, cum inſtitueremus Incipientem, primo libro diximus, neceſſaria eſt aliqua ad tempus ſeceſſio in locum aliquem ſecretiorem, & à ſæculi ſtrepitu remotiorem, in quo ſe mens planè colligat, & ad vitam deinceps meliùs tradu-

cendam

cendam comparet. Si enim hoc faciunt ſancti viri, vt ſe conſeruent, vt latè docet S. Gregorius, quid faciendum erit peccatoribus cùm reſipiſcunt, vt ſe recuperent, & ad priſtinum ſtatum reducant? ad hoc autem ſequētia monita non parum iuuare poſſe videntur.

Lib. 5. moraliū, cap. 22.

Secundum remedium eſt mortis & aliorum nouiſſimorum meditatio: *Monet horror in exitu*, inquit S. Bernard. *dolor in tranſitu, pudor in conſpectu gloriæ magni Dei. Vnde nobis iſta diſſimulatio eſt fratres mei? Vnde tam perniciosa tepiditas? Vnde hæc ſecuritas maledicta? Quid ſeducimus miſeri noſmetipſos? Forſitam iam diuites facti ſumus, forſitam iam regnamus? nonne oſtium domus noſtræ horribiles illi ſpiritus obſident? nónne exitus noſtros laruales illæ facies præſtolantur? quis ille pauor erit, ô anima mea, cum dimiſſis omnibus, quorum tibi eſt tam iucunda præſentia, tam gratus aſpectus, cohabitatio ipſa tam familiaris, ſola ingrediens incognitam penitus regionem, occurſantia tibi cateruatim ruere teterrima illa mōſtra videbis? quid tibi in die tantæ neceſſitatis occurret? quis tuebitur à rugientibus præparatis ad eſcam? quis conſolabitur? quis deducet?* Reuocanda etiam in memoriam ſunt exempla diuinæ animaduerſionis in huiuſmodi homines, qui vel tepidè vixerunt, vel tepiditate acti ſunt in immania illa præcipitia peccatorum quæ recenſuimus: ſunt enim multa, manifeſta, & planè horribilia. principem locum tenent exempla Cain, Iudæ, Ananiæ & vxoris, ſed plenæ ſunt hiſtoriæ & antiquæ & recentiores.

Secundū remediū. Ser. in ſex tribulationibus.

Tertium remedium eſt, conſiderare Deo maximè odioſam eſſe hypocriſim & duplicitatē. Euāgelia abundāt cōcionibus & minis Domini noſtri IESV CHRISTI aduerſus hypocrytas. Et S. Bernardus ſic ſcribit: *Simplex natura ſimplicitatem cordis exquirit. Denique, Et cum ſimplicibus ſermocinatio eius: vir duplex animo inconſtans eſt. Non poteſt quem quæritis inueniri ab his, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Aeternitas eſt, quæ niſi perſeueranter quæſita non inuenitur. Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs: nemo enim duobus dominis ſeruire poteſt. Ne hanc quidem duplicitatē amat integritas illa, perfectio illa, illa plenitudo, indignum eſt enim ei,*

Tertium remediū.

Ser. 2. de altitudine cordis. Prou. 3. Iacob 1. Luc. 8. Matt. 6.

Digitized by Google

vt inueniendam ſe præbeat, niſi perfectò eam quæſieris corde. Caterùm ſi odibilis eſt canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti, ſed & ipſum quoque, quem inuenerit tepidum, ex ore ſuo euomere incipit Deus, ſimulator & proditor vbi parebunt? ſi maledictus, qui facit opus Dei negligenter, qui fraudulenter fecerit, quid meretur? Fugiamus hanc duplicitatẽ, cariſſimi, & à fermento Phariſæorum omnimodis caueamus. Si nolumus fruſtra quærere Dominum, quæramus veraciter, quæramus frequenter, quæramus perſeueranter: vt nec pro illo quæramus aliud, nec cum illo aliud, nec ab illo ad aliud conuertamur. Prou. 26. 2. Pet. 2. Hier. 17. Mat. 16.

Quartũ remediũ. Quartum remedium eſt intueri vitam tepidorum: fieri enim non poteſt, vt ea cognita, nobis non maximè diſpliceat. Quod ergo diſplicet nobis in aliis, emendemus in nobis. Idcirco inquit ſanctus Gregorius: *Ibidem.* *Scribitur in Iob, Conſiderate ſemitas Theman, auſtri, inquam, ſiue teporis: quia quæ,* inquit, *in nobis minus diiudicãda credimus, quam ſint turpia in aliorum actibus cognoſcimus. Sicque fit vt ad ſemetipſam mens redeat, & agere quod reprehẽdit erubeſcat: quaſi enim à ſpeculo fœda facies diſplicet, cùm mens à vita ſimili in ſeipſa, quod aduerſetur, videt.*

De puſillanimitatis abnegatione, ex eaque enaſcentibus ſcrupulis.

CAPVT XXI.

DE puſillanimitate hîc agimus, quia à ſancto Gregorio tribuitur acediæ, tanquam eius partus. Et in euãgelio ſeruus, qui Domini ſeueritatem reformidans fatetur ſe pecuniam eius abſcondiſſe, ne in ea negotiaretur, appellatur à Domino malus & piger. Et eſt vtilis proficiẽri hæc tractatio, quia puſillanimitate nõ rarò impeditur multorum ſpiritus progeſſum: nam multi, vt idem S. Gregorius explicat in miſeriis per puſillanimitatem non ſubſiſtunt, animo enim cadũt tentationis tempore, minuſque ſe poſſe putant, quàm reuera cum Dei *Mat. 25.* *In 1. c. Iob c. 25.*

gratia

gratia poſſuut, quæ puſillanimitas eſt, planè contraria animi magnitudini, qua nixi cum Apoſtolo dicere audemus: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Qua de re ſæpe ſcribit idem S. Pater in moralibus, quodam loco ſic: *Tunc, nempe tempore tentationis, omne bonorum noſtrorum gaudium vertitur in pauorem pœnarum. Tunc iniquos nos eſſe deprehendimus, qui ſanctos paulo antè credebamus. Tabeſcit mens, ſtupent oculi, omne quod prius proſperum arridebat, euaneſcit, lux ipſa faſtidio eſt: ſolæ ſe in animo tenebræ mœroris effundunt; nihil, quod delectet, aſpicitur, triſte eſt quidquid occurrit.* Et alio loco: *Dum ſe*, inquit, *homo in perturbatione conſpicit, penè amiſiſſe quod fuerat, fluctus in ſe innumeros tumultuſque coaceruat, modò tranquillitatẽ ſuam quia perdidit, dolet; modò ne vſque ad praua opera corruat, pertimeſcit: modò in quo culmine ſteterat, meminit: modò in quo vitiorum profundo per delectationem iaceat, attendit modò ad reſumendas vires ſe reparat; modò ſe eas poſſe reſumere, quaſi victus iam fractuſque deſperat.*

Phil. 4. Libro. 23. mor. c. 17. Lib. 27. mor. c. 28.

Præter prædictas tenebras mentis, & animi perturbationes ex puſillanimitate, exiſtit mœror quidã euentuum futurorum minimè neceſſarius, & valde noxius. De quo S. Chryſoſtomus: *Puſillanimitas*, inquit, *maxima eſt eorum gratia, quæ nec dum contigeruut, incertumque eſt, an euentura ſint, mœrore iam nos ac dolore conficere.*

De Dei prouidentia, lib. 2.

Sed ex puſillanimitate maximè oriuntur in proficientibus anguſtiæ conſcientiæ, quibus in via ſpirituali nonnunquam, Deo permittente probantur. De quibus idem S. Gregorius nonnulla ſcribit: *Conuerſi animum*, inquit, *ita ſpina tentationis conturbat, vt ſæpe percuſſione ſubita penè ſuperari ſe ſentiat, eiuſque vulnus medulitus inflictum exitialiter pertimeſcat. Plerumque verò ipſi tentationũ ſtimuli dum in vſum veniunt, dilatantur, & non quidem acriores, ſed longiores exiſtunt: minus dolent, ſed magis inficiunt, quia dum menti diutius adhærent, tanto fiunt minus pauendi, quanto magis aſſueti. Inter ergo hæc, depreſſa mens huc illucq́; diſtenditur, & multiplicibus tentationum ictibus diſſipatur, & ſæpe hinc inde diſſipata cui tẽtãti vitio obuiet, vel quod primũ impugnet, ignorat. Vnde plerũque euenit, vt dũ nimis inſurgentia vitia cruciant, dũ repugnantis animum*

Lib. 24. mor. c. 7.

iam iámque in lapſum deſperationis inclinant, conuerſus quiſque hanc ipſam ſublimitatis viam, quàm ſibi ad remedium elegit, expaueſcat, & quaſi in ſummo eductus titubat, qui in imo ſolidiùs ſtabat. Vnde abominabilis ei fit in vita ſua panis. In illa verba Iob: *Nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. Hoc ideò*, inquit, *quia ſuggeſtionum illius argumenta implicatis intentionibus illigantur, vt pleróſque ita peccare faciant, quatenus ſi fortaſſe peccatum fugere appetant, hoc ſine alio peccati laqueo non euadant, & culpam faciant dum vitant, ac nequaquam ſe ab vna ſoluere valeant, niſi in alia conſentiant ligari.* Profert ſanctus Pontifex exempla tria, primum mundani hominis, qui iureiurando aſtrictus ſecretò habiturum ſe dicta factáve amici, reſciens deinde illum velle mortem afferre marito adulteræ, neſcit quid agat. Secundum hominis religioſi, qui cùm obtemperare ſpirituali magiſtro ſtudio perfectionis ſtatuerit, perplexus eſt, cùm videt eum aliquid contra Dei præcepta iubere. Tertium hominis Eccleſiaſtici, qui perſoluto pretio ſacerdotium obtinuit, & officium animarum regendarum, cuius culpæ cùm poſtea pœnitet, veretur ne grauiùs peccet, ſi ſe abdicet eo munere cum animarum ſibi commiſſarum detrimento.

Lib. 32. mor. c. 17. Iob 40.

Primum exemplũ.

Secũdum

Tertium.

Ad idem quoque propoſitum habet quædam ſanctus Auguſtinus in epiſtola ad ſanctum Paulinum, ſic ſcribens: *Omnis quæſtio, quæ agentes quærentéſque conturbat homines, qualis ego ſum, illa eſt, quonã modo viuendum ſit, vel inter eos, vel propter eos, qui nondum viuere moriendo nouerunt. Plerumque enim videtur nobis, quòd niſi eis aliquantulum congruamus ad ea ipſa, vnde illos extrahi cupimus, nihil cum eis ſalubriter agere poterimus, quod cùm facimus, talium delectatio ſubrepit & nobis, vt ſæpe etiam loqui vana delectet, aurémque præbere loquentibus, nec arridere tantum, ſed etiam riſu vinci, ac ſolui. ita puluereis quibuſdam vel etiam luteis affectibus noſtras animas aggrauãtibus laborioſiùs & pigriùs leuamus ad Deum, vt viuamus euangelicam vitam, moriendo euangelicam mortem. Quod ſi aliquando ſucceſſerit, ſtatim ſuiicietur euge euge non ab hominibus, ſed in quodam intus ſilentio. Quid dicam de vindicando vel non vin-*

Epiſtola. 250.

dicando, cùm ſæpe accidat, vt ſi in quempiam vindicaueris, ipſe pereat, ſi inultum relinqueris, alter pereat? Et poſt multa: *Qui,* inquit, *in his omnibus timor, mi Pauline ſancte homo Dei, quis tremor? quæ tenebræ? nónne putamus de his eſſe dictũ, Timor & tremor venerũt ſuper me, & contexerunt me tenebræ. Ecce elongaui fugiens & manſi in deſerto. Veruntamen in deſerto ipſo fortaſſis expertus eſt, quod adiungit, Expectabam eum, qui ſaluum me fecit à puſillamitate & tempeſtate. Quid? ipſa diuina eloquia nónne palpantur potiùs, quàm tractantur à nobis? nónne in multis, ſi non ſecundùm carnem homo ſapiat, quam mortem dicit eſſe Apoſtolus, magno ſcãdalo erit ei, qui adhuc ſecundùm carnem ſapit? vbi & dicere quid ſentias, perículoſiſſimum, & non dicere laborioſiſſimum, & aliud quàm ſentis dicere, pernicioſiſſimum eſt.* Et poſt alia concludit: *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam? ſiue quia pericula, in quibus quiſque verſatur, grauiora ſunt, quàm inexperta, ſiue quia reuera ita eſt, qualibet puſillanimitas tempeſtáſque deſerti mihi videtur minùs eſſe moleſta, quàm ea, quæ vel patimur vel timemus in turbis.* Pſal. 54. Rom. 8.

Alij etiam ſunt ſuperioribus ſimiles affectionis huius effectus: & præſertim varia ſcrupulorum genera, quæ ſanè longum eſſet numerare, nec neceſſe eſt. Attingamus tamen pauca: hinc enim magna ex parte ortum habent tentationes contra fidem, quæ aliquando moleſtiſſimæ ſunt: curioſitates & dubitationes de prædeſtinatione propria; de diuina præſcientia, diffidentia, & metus ſalutis conſequendæ, vel ob oculta peccata, vel ob magnas difficultates, quibus obſtructa cernitur via: impotẽtia paſſionum animi & carnis, ob quas etiam Apoſtolus infelicem ſe nominat: turba & importunitas prauarum cogitationum, motionum animi affectionúmve quibus ſæpenumero an voluntate conſentiamus, grauiter ambigimus: vanæ gloriæ ſtimuli, ſuſpiciones, odia, temeraria iudicia, formido dati ſcandali, aut verbo, aut facto, famæ ablatæ, & aliorum ſimilium. Spiritus denique blaſphemiæ, quo aliquando, Deo permittente pulſantur etiam viri valde pij ac religioſi. Rom. 7.

Primum remediũ. Primum remedium eſt ſpes de diuina prouidentia,

Digitized by Google

Lib. 17. moraliũ. cap. 28.
Pſal. 17.

ad quam tempore, quo confligimus cum puſillanimitatis angoribus, magnopere nos erigere debemus: *Quos populos cogitationum*, ait S. Gregorius, *non per ſe, ſed per diuinæ protectionis auxilium Propheta ſubigere ſe poſſe præſumpſerat, cùm dicebat, Protector meus, & in ipſo ſperabo, qui ſubiicit populos ſub me. Sanctis quippe mentibus populi ſubiguntur, cum ab eis per districtæ ſeueritatis præſentiam, cogitationes ſtultæ diſſiliunt, vt non per abrupta phantaſmatum rapiant.* Atque hoc eſt.

Secũdum remediũ.
Ibidem.

Secundum remedium, Magno nimirum animo repugnare, & ſeſe obiicere turbæ illi phantaſmatum, diuino auxilio confidendo: *In tentatione*, inquit idem S. Gregorius, *deprehenſus tenebras mœroris incide, ne qui in tranquillitate de te alta ſenſeras, in perturbatione quoque deterius cogitationum caligine te confundas.* Id autem maior à nobis animi contentione præſtandum eſt, quo hæc perturbatio mœroris pluribus nos incommodis afficit quam aliæ, vt monuit S. Chryſoſtomus.

Lib. 2. de prouidẽtia Dei.
Tertium remediũ.

Tertium remedium, non paruo ſolatio eſt puſillanimi humilitatis ſtudium, & conſideratio vtilitatis, qua percipi poteſt ex hac tentatione, ob quam à Deo viri etiam probis permittitur. Hæc autem duplex eſt: prio eſt humilitas, qua proſternitur ocultior quædam ſuperbia, quæ ſanctis viris & bonis actionibus inſidiatur: qu de re poſtea: poſterior eſt animæ purgatio quædam, qu abſumitur amoris proprij affectio illa, qua ſibi non nunquam placent pluſquam par eſt boni viri, ſeque ſe ipſis ſuiſque moribus oblectant: quod non abeſt etiam à ſuperbia: *Et quia ſæpe anima*, inquit S. Gregorius, *alicuius boni ſibi conſcia, cùm virtutes ſuas ſibi ad memoriam reuocat quadam delectatione paſcitur, & quaſi gratulatio propriæ plenitudinis impinguatur: bene dicitur, quòd tentatione pulſante marceſcunt oſſa, quia dum propria infirmit tentatione interrogante cognoſcitur, omnis illa noſtrarum virium, velut pinguis viridiſque gratulatio, ſubitò anxietatis mœrore ſiccatur: & qui nos alicuius eſſe momenti, bona noſtra penſando, credidimus pulſati paulò amplius, perituros nos iam-iamqu formidamus.* Humilitati igitur operam det, qui vexatur à ſcrupulis, & hi euaneſcẽt ſenſim

Lib. 23. moraliũ. cap. 16.

Quartum

Quartum remedium eſt S.Chryſoſtomi: *Certum eſt*, inquit, *Chriſtianum, ſi quando triſtatur, duas tantùm habere mœroris cauſas, vel cum ipſe vel cùm proximus offendit Deum*. Dices, hoc ipſum eſt quod me excruciat, vereor enim, ne Deum offenderim cogitatione aut voluntate, cùm id minùs volo aut cogito. Ergo afferendæ ſunt aliquæ veluti regulæ, ad quas ſeipſum dirigat, qui ſpinoſis hiſce cogitationibus pungitur.

Quartũ remediũ. Lib. 2. de prouidentia Dei.

Prima regula eſt omnium ſanctorum Patrum, ſed S.Auguſtini maximè: *Peccatum ſi voluntarium non eſt, peccatum non eſt*. Quandocumque igitur certum nobis eſt, voluntate peccato non conſenſiſſe nos, certum etiam eſt, peccatum à nobis commiſſum non eſſe. Quæ regula præſentaneum remedium eſt aduerſus ſcrupulos, qui inſurgunt in animo de culpa mortifera: neque enim mens de ſua ſalute ſolicita facilè huiuſmodi peccatum admittit: quippè cui planè deliberatum eſt quidlibet, mortem etiam ipſam potiùs ſubire, quàm Deum grauiter offendere.

Prima regula. Lib. de vera relig. c. 14. & 1. Retract. c. 13.

Secunda regula eſt ſancti Gregorij, & eo pertinet vt quando ſcrupuli plerumque videntur potiùs, quam ſint peccata, præponamus minora maioribus repudiatis: *Dum mens*, inquit, *inter minora & maxima peccata conſtringitur, ſi omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligãtur: quia qui murorum vndique aditu, ne fugiat, clauditur, ibi ſe in fugam præcipitat, vbi breuior murus inuenitur*. Affert autem exemplum Apoſtoli, qui per indulgentiam permittit, vt ad euitandam fornicationem vxor ducatur. Ex quibus intelligitur S Gregoriũ loqui de peccatis mortalibus & venialibus, vt videlicet ad illa declinanda, ſi non aliter poſſumus, potiùs in hæc incidamus: quod explicat cùm addit: *Cùm in dubijs conſtringimur, vtiliter minimis ſubdimur, ne in magnis ſine venia peccemus*, quæ omnia ſic accipienda ſunt, vt primò intelligas, Deum permiſſurum, nunquam, vt ita perplexus ſis, vt in alterutrum peccatorum mortalium tibi ſit incurrendum omnino: hoc enim alienum eſt ab infinita bonitate Dei. Mors ſubeunda eſt, ſi ita neceſſe eſt, ne vel minimum mortale

Secunda regula. Lib. 32. moraliũ, cap. 17.

1. Cor. 7.

peccatum committatur : atque hæc eſt voluntas Dei in ſacris literis, quàm maximè clara atque teſtata. Permittit igitur S. Gregorius, vt ad declinandum mortale, ſi aliter nulla ratione fieri poteſt, eligatur veniale.

Atque addendum eſt ad hanc regulam, ſperandum eſſe de diuina prouidentia, affuturum ſemper Deum viris bonis, & ſingulari ope illis in huiuſmodi diſcrimine ſubuenturum, vt nec etiam in veniale peccatum inuiti trahantur: nam vt te perplexum eſſe nō permittit Deus in mortalibus peccatis, ſic nec in venialibus. Et ſanctus Gregorius intelligendus eſt, quando homo ſe ſponte conijcit in anguſtias peccandi, ſi tamen de veris peccatis loquitur. Cæterùm tunc etiam non deſunt effugia, quale illud eſt, aliquid tacere quod ad rem facit, ſed non ad cauſam : vt cum S. Paulus ſe dè reſurrectione mortuorum iudicari, verè dixit, & ſapienter interim tacuit, quod vrgebant aduerſarij, ſe de Chriſto loqui, & Reſurrectionis eius aſſertorrem eſſe. Et cùm ne corrumperet pecunia iudicem, qui id expectabat, vt eum dimitteret, & fortè licuiſſet Apoſtolo in cauſa tam iuſta, Cæſarem potiùs appellauit. Sed hęc perfectorum ſunt. S. Gregorius de illis loquitur, quibus nil ſuppetit aliud ad vitandum mortale, quàm veniale peccatum vel ſua culpa, vel ob mentis tenebras & perplexitatem à diabolo iniectam. & regula adhibenda eſt in illis ſcrupulis, qui licet videantur, non ſunt tamen peccata.

Act. 23.

Infrà.

Tertia regula.

Ep. 250.

Tertia regula eſt conſulere ſapientes & ſanctos viros, quod exemplo ſuo in primis docet S. Auguſtinus, ſcribit enim S. Paulino in hunc modum: *Sin & te ita, vt me mouent iſta, confer ea cum aliquo manſueto cordis medico, ſiue illic inueneris, vbi degitis, ſiue cùm Romam toto anniuerſario pergitis, & quod per illum tibi loquentem, ſeu vobis colloquentibus Dominus aperuerit, ſcribe mihi.* Oportet autem ſcrupulis anxium hominem ſtare huius ſpiritualis medici conſilio. Et quando, vt diximus primo libro, ſcrupuli aliquando originem ex ea ſuperbia ducunt, qua ſibi quis nimium credit aliorum iudiciis repudiatis, neceſſaria eſt magna ſubmiſſio animi, qua illi ſe ſubijciat, non minùs tractabilem, quàm puerum magiſtro, eiuſque

arbitrium

arbitrium ſequatur in omnibus.

Quarta regula. *Serm. de ſeptem miſericordijs.*

Quarta regula eſt S. Bernardi, & ad ſanandum mœrore & puſillanimitate animum, quæ radix altera eſt ſcrupulorum, plurimum poteſt. *Omnino*, inquit, *quantum in ſe eſt, parum honorat eum, a quo vocatus eſt, quiſquis ei ſeruit in triſtitia & rancore.* Hoc autem facit, qui omnem induſtriam ſuam operámque non collocat in exuendo hoc mœrore, quo animo deiecto viuit, aſſiduè ſeipſum paſcens ſcrupulorum agitationibus amariſſimis. Ad quam rem proderit legiſſe quæ ſcribunt quidã de conſolatione puſillanimium, & habere ad manum paracleſim diuinam ex ſacris Scripturis depromptam, eiúſque dicta ruminatione frequenti ſic repetere ac recondere, vt illis animus recreetur à mœrore. Vt exempli cauſa: *Conſolamini conſolamini populus meus, confortamini puſillanimes; quia ego Deus veſter. Ego ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, cogitationes pacis, & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiam. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos. Ego, ego ipſe conſolabor vos. Ego feram, ego portabo, & ſaluabo, quoniam ego ſum Deus. Obducam cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. Quid timidi eſtis modicæ fidei? non eſt voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt, vt pereat vnus de puſillis iſtis.* Hoc affectu inflãmatus S. Auguſt. ſic ſcripſit contra vanas cogitationes, quæ oranti ſubrepunt. *Nobis*, inquit, *magna ſpes in miſericordia Dei, & ideo dicamus ei; Iucunda animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Et quomodo leuaui, quomodo potui, & quomodo tu vires dediſti. Suauis es Domine ac mitis, mitis es tolerans me. Ex ægritudine diffluo; cura, & ſtabo; confirma & firmus ero. Donec autem facies, toleras me, quia tu ſuauis es, & mitis, & multum miſericors.*

Ludouicus Bloſius.

Iſaia. 55. *Hier. 29.* *Iſaia 58.* *Iſaia 46.* *Hier. 30.* *Iſaia 54.* *Matt. 18.* *In Pſ. 85.*

Quinta regula. *In Pſal. 138.*

Quinta regula eſt eiuſdem S. Auguſtini. *In libro tuo omnes ſcribentur*, inquit, *non ſolùm perfecti, ſed etiam imperfecti. Non timeant imperfecti, tantùm proficiant.* Hæc regula eo ſpectat, vt cùm inſurgit ſcrupuloſa formido, ſtatim fortiter repellatur, applicetúrque animus ad cogitationem vnam, vnámque curã proficiendi in via ſpi-

ritus: peſſimum enim eſt formidoloſis illis ſcrupulorum ſuſpicionibus immorari, vt paulo antè dictum eſt. Et hęc quidem ex antiquioribus Patribus. Ex recẽtioribus præter eos, quos attulimus, vnus Didacus Perez in quarta parte ſuarum obſeruationum ſpiritualium Hiſpanicè ſcriptarum excellit. Hic primùm diſtinguit inter dubitationem & ſcrupulum. Dubitamus num Deo grata ſit actio, & hæc dubitatio tollitur conſulto viro docto: & huiuſmodi ſunt pleræque ex illis, quæ angebant S. Auguſtinum, & de quibus etiam ſanctus Gregorius aliqua ſcribit, vt diximus paulo antè. Scrupulus autẽ eſt timor ille, qui dubitationi adiungitur, num videlicet peccatum committatur, aut commiſſum ſit, idque non graui aliqua ratione, ſed inani coniectura. Finis, propter quem Deus permittit huiuſmodi ſcrupulos viris ſpiritualibus, vt plurimum, inquit, eſt vt ſe demittant, aut vt peccata diligenter vitent, aut denique ſe ipſos verè cognoſcant. Et ideo indicium ſunt futuræ ſalutis, dummodo qui eis angitur, dirigi ſe ſinat à ſpirituali patre; nam quos diligit Dominus caſtigat: & nemo seriò timet offendere Deum, niſi amet Deum. Quare qui negligunt ſeruire Deo, non affliguntur ſcrupulis, ſicut illi, qui ſe Deo ex animo deuouent.

Capite decimooctauo, lib. 1. Didacus Perez.

Prima cauſa. Cauſæ efficientes ſcrupulorum ſunt variæ, prima eſt dubitatio, num quis peccauerit aut peccet. Remedium omnium pręſtantiſſimum eſt ſpiritualis patris cõſilium, cui omnino ſtandum, quod eſt etiam maximè generale aduerſus omnes alios ſcrupulos. *Secunda.* Secunda cauſa eſt atra bilis, quæ ſi eſt grauis non aliter curatur quàm amentia; ſi non adeò vehemens, eius medicina eſt ſupradictum conſilium, & diſcutio, qua inueſtiget is, qui ea laborat, eius effectus, qui figmenta ſunt & ſomnia, homine prorſus indigna. *Tertia.* Tertia cauſa eſt ſuperbia, qua nimium nobis noſtroque iudicio tribuimus. Ob quam cauſam permittit Deus: vt in cogitationes plerumque pueriles & rediculas delabamur. Curatio eſt inſignis humilitas & obtemperatio patri, etiam tunc, cùm nullam rationem reddit ſui conſilij. *Quarta.* Quarta cauſa eſt, vt occupemur in exercitatione virtutum humilitatis, patientiæ,

Digitized by Google

manſuetudinis, amoris. Quinta cauſa eſt pœna peccatorum, quæ alioquin committimus, præſertim in obſeruandis aliorum factis & dictis. Affligit igitur nos Deus ſcrupulis, vt ad nos redeamus, & notemus in nobis ea peccata, quæ curioſitate impediti prætericramus. Sexta cauſa eſt exigua aut nulla mortificatio paſſionum. Hæ enim cùm ſæpe inſurgant, affligunt animum, etiamſi ipſi minus cogitemus: quæ ſcrupulorum ratio vtiliſſima eſt: nec eos nobis eximi optare debemus, niſi eam mortificationem conſecuti ſimus, ob quam diuino beneficio à Deo immittuntur: quandoquidem huiuſmodi ſcrupuli acerrimi ſtimuli ſunt, quibus excitamur ad ſtrenuè excolendam animæ vineam, eamque à vitioſis omnibus morboſiſque affectibus purgandam. Eſt contrà quaſi quoddam Dei flagellum, & vindicta non parua, viuere cum magna tranquillitate conſcientiæ, in tanta incuria coërcendi noſtras affectiones, & noſipſos ſeriò abnegandi. Quare ſi ſcrupulis cruciamur, vt expergiſcamur, & nos ipſos incitemus ad virtutum vſum, Dei beneficium eſt ſingulare. Abnegatio igitur quærenda eſt, in eámque ſummo ſtudio incumbendum: ſicque ſenſim dilabentur per ſeſe animorum angores, quibus nos ſubjicit Deus tanquam homines ignauos, & qui ad perfectionis exercitationem huiuſmodi ſtimulis concitandi ſimus.

Quinta. *Sexta.*

Indicia, quibus cognoſcamus ex quanam prædictarum cauſarum ſcrupuli oriantur in nobis, facilia ſunt & peruia, ſi ſcrupulorum cauſa ſit aut dubitatio aut bilis. Si verò aliquam cauſam ex alijs poſterioribus habeant noſtri ſcrupuli, difficillimum eſt intelligere, vtra ſit ex illis, ab ſuperbia, an exigua mortificatio, an quia probet ita nos Deus, eſtque ad id inueſtigandum neceſſaria exquiſita diligentia, vixque ea ſufficit. Quare nitendum maximè eſt, non tam vt ſcrupulos abigamus, quàm vt in mortificatione & ſtudio virtutum egregiè quotidie magis proficiamus, ſubmiſſéque nos geramus ſub ſpiritualis magiſtri diſciplina tãquam modò geniti infantes: reſiſtentes interim ſcrupulorum ſug-

Indicia.

geſtionibus cùm præſentes adſunt, tanquam tentationibus valde periculoſis. Hæc auctor ille.

De Inuidiæ abnegatione.

CAPVT XXII.

Natura & vis in uidiæ. Hom. de *inuidia.*

INVIDIA, inquit S. Baſilius, *eſt dolor de proximi proſperitate & rerum ſucceſſu conceptus: quapropter animo inuido nūquam triſtitia, nunquam mæſtitia deeſt. Huius vitij hæ ſunt proprietates. Inuidunt, feriunt omnia proximi ſui bona, tam terrena quàm corporis & animi, ſpiritualia quoque & ſupernaturalia: immo bonum ſucceſſum eorum ſuam calamitatem ducit. Inuidia tam fœdum malum eſt, vt inuidus ipſe ſe prodere non audeat. Simulat propterea gaudium, & tacitè ſecum rūpitur. Ob quam cauſam nec medium nec medicinā ſui mali facilè inuenit.* Hæc S. Baſilius.

Libr. 5. moral. cap. 32.

Eſt verò ita impotens vitium inuidia, vt quanquam inuidus, quantum poteſt diſſimulet, non poſſit tamen omnino ſe occultare: *Nam cùm deuictum cor,* ait S. Gregorius, *liuoris putredo correperit, ipſa quoque exteriora indicant, quàm grauiter animum veſania inſtigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur & membra frigeſcunt: fit in cogitatione rabies, & in dentibus ſtridor, cúmque in latebris cordis creſcens abſcōditur odium, dolore cordis terebrat conſcientiam vulnus incluſum.*

Coll. 18. cap. 15.

Spirituales etiam viros conficit aliquādo morbus hic. Exemplum eſt apud Caſſianum inuidi cuiuſdam monachi, qui Paphnutii adoleſcētis ſanctitatē non ferēs, inuidiæ ſtimulis actus, furti notā illi incurrere cogitauit: & codicem propterea quendam in eius plectas, quas de palmarum foliis ſolebat intexere, latentur abſcondit, eúmque ſceleris accuſauit, quod cùm Paphnutius pro ſua excellenti humilitate, & patientia quamuis non cōfiteretur, non negaret tamen, pœnas impoſitas magna cum ſubmiſſione ſubiuit, donec è Dæmone arreptus calumniæ artifex, peccatum inuidiæ vel inuitus confeſſus

Digitized by Google

eſt. Quòd ſi non auſint tantum nefas hi, qui habentur potius, quàm ſint, ſpirituales viri; illud certè faciunt. *Sicut vultures*, inquit S Baſilius, *permulta quidem prata, multa etiam amœna & odorata loca circumuolātes ad tabida & fœculenta loca feruntur: muſcæ quoque ſalubre ſi quod offendunt, prætereunt, ad vlcera verò properant: ſic hi vitæ ſplendorem ac rerum bene geſtarum magnitudinem non reſpiciūt, inania verò & fragilia, & ſi quid erratum, vt quandoque in rebus accidit humanis, tantùm obſeruant, hæc huiuſmodi diuulgant, & per hæc tantùm homines cognoſci volunt.* Eſt & alia horum hominum proprietas, virtutem nimirum ex vicinitate vitii calumniari. Sic addit idem pater: *Fortitudinem audaciam potiùs appellare, modeſtum ſine ſenſu hominem, iuſtum, immitem & nimium ſeuerum; prudentem, aſtutum: magnificum, vaſtum: liberalem vt prodigum taxāt, domeſticè frugalem auarum dicunt. Denique omnis virtutis ſpecies in vicina vitiorum nomina conuertunt, nuſquam calumnia rebus laudatis deficiente.* S. Chryſoſtomus ait, hòc vitium non ineſſe Dæmoni in Dæmonem, vt eſt in homine aduerſus alium hominem. *Ibidem.* *Hom. 31. 1. Cor. 12.*

Effectus inuidiæ à S. Gregorio numerati ſunt: *Odium, ſuſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio autem in proſperis* S. Thomas ita ait: *Numerus filiarum inuidiæ ſic poteſt ſumi: quia in conatu inuidiæ eſt aliquid tanquam principium, & aliquid tanquam terminus, principium quidem eſt, vt aliquis diminuat gloriam alterius, vel in occulto, & ſic eſt ſuſurratio, vel manifeſtè, & ſic eſt detractio: medium autem eſt, quia aliquis intendens minuere gloriam alterius, aut poteſt, & ſic eſt exultatio id aduerſis, aut non poteſt, & ſic eſt afflictio in proſperis. Terminus autem eſt in ipſo odio, quia ſicut bonum delectat, & cauſat amorem, ita triſtitia cauſat odium.* *Effectus inuidiæ.* *Lib. 31. mor. c. 17. 2. 2. q. 36. art. 4. ad. 3.*

Primum remedium ex S. Baſilio eſt ſi nihil rerum humānarum magnum aut ſupra naturam exiſtimemus: nō potentiam, non gloriam, non opes, non corporis habitudinem proſperam: non enim in rebus fluxis bonum conſtituimus, ſed ad ſempiternorum ac verorum bonorum participationem vocati ſumus. Qui ita fuerit animatus, vt nihil vſquam humanum admiretur, huic proculdubio *Primum remediū.*

dominari inuidia nullo modo poterit. Tu autem, frater, omne deſiderium honorémque tuum in actione, quæ ex virute eſt, conſtitue.

Secundũ remediũ. *Libro 5. moraliũ. cap. 32.*

Secundum remedium ſuperius conſequitur proximè; afferetur autem à S. Gregorio: *Qui liuoris*, inquit, *peſte carere deſiderat illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerum non anguſtat, quæ & omnibus vna eſt & ſingulis tota, quæ tanto largior eſſe oſtenditur, quanto ab hac percipientium multitudo dilatatur.*

Tertium remediũ. *Sap. 2.* *Geneſ. 4.* *1. Ioan. 3.* *Gen. 37.* *1. Reg. 39. &c.* *Mat. 27.*

Tertium remedium eſt conſideratio malorum, quę ex inuidia, tanquam ex fonte, emanarunt. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Inuidia Cain primum in mundo homicidium perpetratũ eſt. Inuidia inflammauit Patriarchas ad tradendum fratrem in miſeram ſeruitutem, & Saulem ad perſequendum Dauidem. *Sed ad magnam illã inuidiam*, inquit, S. Baſilius, *tranſeamus, quam Iudæi per inſaniam aduerſus* SALVATOREM *noſtrum oſtenderunt. Quamobrem tantis eſt peritus inſidijs? ob magna eius prodigia. Quænam hæc erant? ſalus ſupplicum ac miſerorum: paſcebantur eſurientes, & qui paſcebat, oppugnabatur. Reuiuiſcebant mortui, & auctor vitæ inuidiam ſubſtinebat. Dæmones fugabantur, & qui eis imperabat, inſidijs petebatur. Leproſi curabantur, claudi ambulabant, ſurdi audiebant, cæci videbant, & is, qui hæc benefcia conferebat; fugabatur, & demum vitæ munus tribuentem, ſupplicio affecerunt, liberatorem Dominum flagellis ceciderunt, mundi iudicem condemnauerunt.*

Quartũ remediũ. *Coll. 18. cap. 17.* *Iſa. 14.*

Quartum remedium eſt grauitas peccati inuidiæ, quę ex anteſtictis cernitur. & præterea difficilis curationis eius conſideratio: nam Caſſianus affirmat, difficiliùs ad medelam quàm cætera vitia perduci: *Nam eum*, inquit, *quem ſemel veneni ſui peſte corrupuerit, penè dixerim carere remedio, ipſa namque eſt lues, de qua figuraliter dicitur per Prophetam: Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & mordebunt vos.* Ratio verò cur id proprium ſit vitij huius, eadem eſt cum illa, quam S. Baſilius ſignificat: *Inuidi enim* inquit, *erubeſcentes ipſam prodere veritatem, extrinſecus quaſdam ſuperfluas & ineptas cauſas offenſionis inquirunt: quarum quia ſalſæ ſunt, vana eſ*

Digitized by Google

curatio, cùm mortiferum virus lateat in medullis. Et alia vitia virtutibus contrarijs curantur, at inuidia creſcit virtutibus aliorum, Videantur reliqua apud eundem.

Indicium curationis inuidiæ eſt, quod à ſancto Gregorio ponitur his verbis: *Imminutio liuoris eſt affectus ſurgens internæ dulcedinis, & plena mors eius eſt perfectus amor æternitatis.* Detractiones autem, quæ ſoboles eſt inuidiæ, vt adhuc maiore odio proſequatur proficiens, legat S. Bernardum.

Indicium Ibidem.

Ser. 24. in Cantica.

De abnegatione ſuperbiæ.

CAPVT XXIII.

MORBVS *ſuperbiæ*, inquit Caſſianus, *licet vltimus ſit in conflictu vitiorum, origine tamen & tempore primus eſt. Sæuiſſima & ſuperioribus cunctis immanior beſtia, perfectos maximè tentans.* A S. Auguſtino definitur ſuperbia, *amor propriæ excellentiæ*, ſicut inuidia odiũ felicitatis alienæ. Hæc à Salomone dicitur *initiũ omnis peccati.* A S. Gregorio appellatur *Regina vitiorum.* Horibilia planè ſunt, quæ de ſuperbia à Patribus & Scripturis dicuntur. Nos prætermiſſis multis, inſtitutum ordinem ſequemur.

Lib. 12. c. 1.
Natura & vis ſuperbiæ.
Lib. 11. de Gen. ad literã cap. 14.
Eccle. 10.
Lib. 31. mor. c. 17.
Lib. 34. mor. c. 18.

Superbia igitur omnibus virtutibus contraria eſt; *Quia cum radix ſit omnium vitiorum*, inquit S. Gregorius, *vnius virtutis extinctione non eſt contenta, contra cuncta animæ membra ſe erigit, & quaſi generalis ac peſtifer morbus corpus omne corrumpit. Quaſi tyrannus obſeſſam ciuitatem intercipit. Quiſquis verò eius in ſe tyrannidẽ captiua mente ſuſceperit, hoc primum damnum patitur, quod clauſo cordis organo, iudicij æquitatem perdit: nam cuncta, quæ ab aliis bene geruntur, diſplicent, & ſola ei, quæ ipſe vel prauè egerit, placent. Semper aliena opera deſpicit, ſemper miratur, quæ ipſe facit, quia & quicquid egerit, egiſſe ſe ſingulariter credit atque in eo, quod exhibet per gloriæ cupiditatẽ, ſibimetipſi fauet per cogitationẽ, & cũ ſe in cunctis trãſ-*

Digitized by Google

cendere cæteros æſtimat; per lata cogitationum ſpatia ſecum deambulans, laudes ſuas tacitus clamat. Nonnunquam verò ad tantam elationem mens ducitur, vt in eo, quod timet, etiam per oſtentationem locutionis effrænetur. Hæc aliter præpoſitos tentat, aliter ſubditos. Prælato ſuggerit, quia vitæ merito ſuper cæteros excreuit: viles, qui ſubiecti ſunt, oſtendit, ita vt nullum reſpiciat, cui æquanimiter loquatur. Vnde & mentis tranquillitas in iram vertitur. Subiectorum cor ſuperbia inſtigat, vt ſua acta conſiderare funditus negligant, & ſemper tacitis cogitationibus ſui rectoris iudices fiant: & dum eius facta deſpiciunt, dum præcepta contemnunt, ad tantam vſque inſaniam deuoluuntur, vt Deum res humanas curare non æſtiment; quia ei, qui quaſi iure reprehenditur, eſſe ſe commiſſos dolent. Sicque dum contra rectorem ſuperbiunt, etiam contra iudicia conditoris intumeſcunt, & dum paſtoris ſui vitam diiudicant, ipſam quoque ſapientiam omnia diſponentis impugnant. Sæpe etiam rectoris ſui dictis proteruè obuiant, & eandem vocis ſuperbiam libertatem vocant: ſicut plerique reticent ex timore, & tamen tacere ſe æſtimant ex humilitate. Et paulo pòſt: *Quos bene ab intimis prodimus, ſi paucis in exterioribus oſtendamus, cunctis namque ſuperba apud ſe cogitatione tumẽtibus ineſt clamor in locutione, amaritudo in ſilentio, diſſolutio in hilaritate, furor in triſtitia, inhoneſtas in actione, honeſtas in imagine, erectio in inceſſu, rancor in reſponſione. Horum mens ſemper eſt ad irrogandas contumelias valida, ad tolerandas infirma, ad obediendum pigra, ad laceſſendos verò alios importuna; ad ea, quæ facere debet & præualet, ignaua; ad ea autem quæ facere non debet, nec præualet, parata. Hæc in eo, quod ſponte non appetit, nulla exhortatione flectitur: ad hoc autem, quod latenter deſiderat, quærit, vt cogatur: quia dum metuit ex deſiderio ſuo vileſcere, optat vim in ipſa ſua voluntate tolerare.*

Lib. 25. mor. c. 4. Alio loco quatuor ſpecies ſuperbiæ ſtatuit: cùm arrogantes bonum aut à ſemetipſis habere ſe æſtimant, aut ſi ſibi datum deſuper credunt, pro ſuis ſe accepiſſe meritis putant: aut certè cum iactant ſe habere quod nõn habent, aut deſpectis cæteris, ſingulariter videri appetunt habere, quod non habent. Sed hæ ſpecies ſunt ſuperbiæ cordis, præter quas tres alias

adfert S. Bernardus, oris videlicet, operis, & habitus.

De ſuperbiæ effectibus vniuersè ſcribens S. Gregorius ſic ait: *Vitiorum regina ſuperbia cum deuictum plenè cor ceperit, mox illud ſeptem principalibus vitiis, quaſi quibuſdam ſuis ducibus, deuaſtandũ tradit: quos videlicet duces exercitus ſequitur, quia ex eis proculdubio importuna vitiorum multitudines oriuntur.* Deinde ſigillatim addit: *Primæ ſuperbiæ ſoboles ſunt ſeptem principalia vitia, quæ de hac virulenta radice proferuntur, ſcilicet inanis gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, ventris ingluuies, luxuria.* S. Thomas ſic habet: *Superbia dupliciter conſiderari poteſt: vno modo vt eſt ſpeciale paccatum, alio modo vt habet quandam influentiam in omnia peccata. Quidam conſiderantes ſuperbiam, vt eſt ſpeciale peccatum, connumerauerunt eam cum vitiis capitalibus, hæc enim ſunt ſpecialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriuntur.* S. Gregorius *verò cõſiderans vniuerſalem eius influentiam, quam habet in omnia vitia, non connumerauit eam cum aliis vitiis, ſed poſuit eam reginam omnium vitiorum & matrem,* S. Auguſtinus idem ſentire videtur, & addit ex ſuperbia naſci hæreſes.

Primum remedium eſt conſideratio peccati Luciferi, quæ ſuperbia fuit, & pœna, quam Deus de tanto peccatore ſumpſit, deinde perpendendi ſuperborum caſus varij in ſcripturis ſacris commemorati: vt exſtruẽtium turrim Babel, vt Core, Dathan, & Abiron, vt Nabuchodonoſoris, Antiochi, Herodis.

Secundum remedium: *Tantum malum eſt ſuperbia*, ait Caſſianus, *vt ipſum Deum aduerſarium habere mereatur: nam Deus ſuperbis reſiſtit, non ait fornicariis, iracundis: illa namque vitia vel in vnumquemque delinquentium tãtummodo retorquẽtur, vel in ſuos participes, ideſt, in alios homines videntur admitti. Hæc vero priùs pertingit ad Deum, & idcirco eum ſpecialiter digna eſt habere contrarium.*

Tertium remedium eſt vitæ & mortis Chriſti meditatio: *Ad hoc*, inquit S. Gregorius, *vnigenitus Dei filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit: ad hoc inuiſibilis non ſolùm viſibilis, ſed etiã deſpectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, irriſionum opprobria, paſſionumquè tormẽta tolerauit, vt ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus.*

Ser. paru. ſer. 3.
Effectus ſuperbiæ. Lib. 31. mor. c. 17.
2. 2. quæ. 162. ar. 8.
De Gen. ad literã libro 11. cap. 14.
Primum remediũ.
Gen. 11. Num. 16. Dan. 4. 2. Mac. 9. Act. 12.
Secũdum remediũ. Lib. 12. cap. 7. Iacob. 4.
Tertium remediũ. Lib. 34. mor. c. 18.

Quanta ergo humilitatis virtus eſt, propterquam ſolam veraciter edocendam, is, qui ſine æſtimatione magnus eſt, vſque ad paſſionẽ factus eſt paruus? S. Baſilius: *Vniuerſam*, inquit, *Domini diſpenſationem ad humilitatem nos inſtruere deprehendimus. Cum infans eſſet, mox in ſpelunca, nec lecto, ſed præſepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & Matris pauperculæ enutritur ſubditus Matri, & illius ſpõſo. Docetur audiens quorum non egebat, ſubditur Ioanni Baptiſtæ, baptiſmum ſuſcipit Dominus à ſeruo. Nemini aduerſariorum reſiſtit, nec inenarrabilem ſuam poteſtatẽ in quenquã vibrat, ſed quaſi potentioribus cedit. Principibus ſacerdotum in forma rei ſiſtitur, ad præſidẽ ducitur, iudicium illous ſuſtinet: & cùm poſſet calumniatores arguere, ſilentio tolerat illorum calumnias. Conſpuitur à ſeruis ac viliſſimis famulis, morti traditur, eique hominum iudicio turpiſſimè.*

Hom. de humilitate.

Quartũ remediũ. Ibidem.

Quartum remedium. Superbia ſignum eſt reprobationis, vt humilitas electionis diuinæ. S. Greg. poſtquam pulcherrima & longa contrapoſitione oſtendiſſet ex ſacris litteris infinitos quaſi gradus ſuperbiæ Luciferi, & totidẽ humilitatis CHRISTI Domini, concludit: *Quia igitur Redemptor noſter corda regit humilium, & Leuiathan iſte Rex dicitur ſuperborum, apertè cognoſcimus, quòd euidentiſſimum reproborum ſignum ſuperbia eſt, & contra humilitas electorum. Cùm ergo quam quiſque habeat, cognoſcitur, ſub quo rege militet, inuenitur. Vnuſquiſque, enim quaſi quendam titulum portat operis, quo facilè oſtendat ſub cuius ſeruiat poteſtate rectoris.*

Quintũ remediũ.

Quintum remedium eſt abnegatio amoris proprij præſertim illius, qui vel parens eſt ſuperbiæ, ob quam etiã cauſam ſuperbi in ſacris literis *ſibi placentes* appellantur, vel certè qui eſt ipſamet ſuperbia, quæ ſine dubio amor eſt naturæ deprauatæ valde familiaris & intimus, de qua abnegatione poſtea dicendum eſt.

Indicium primum.

Ibidem.

Indicium alicuius curationis vitij huius eſt timor Domini ſanctus & cautio diligens, qua ſe ipſum proſpiciens in rebus omnibus prudenter circumſpicit: *Qui ſub rege humilitatis militant*, ait S. Gregor. *sẽper prouidi, atque ex omni latere circumſpecti aduerſum iacula elationis pugnant, & quaſi contraueniẽtes ictus ſolũ magis in ſuo corpore*

oculum

oculum cuſtodiunt, dum in ſemetipſis principaliter humilitatem tuentur.

Alterum Indicium eſt ſui comtempus. ſi quidē amor ſui vſque ad Dei contemptum progrediens, parens eſt ſuperbiæ: contemptus igitur & abnegatio ſui ſuperbiæ interitum vt adfert, ſic nuncia: præſertim ſi de nobis ipſis rebuſque noſtris humiliter ſentiamus loquamurque, & cum Paulo gloriemur *in infirmitatibus*, & cum Apoſtolis gaudeamus, ſi quando magno Dei munere digni ſumus *pro nomine IESV contumeliam pati.* *Indicium ſecundū.*

De inanis gloriæ abnegatione.

CAPVT XXIV.

INANIS gloria eſt illa ſuperbia, de qua ſcribit S. Auguſtinus: *Superbia nō eſt aliud niſi deſerto ſecreto conſcientiæ, foris videri velle, quod nō eſt.* Proprietates huius vitij copioſè deſcribuntur apud Caſſianum. *Natura & vis inanis gloriæ. Lib. 2. de Gen. contra Manichæum cap. 5. Lib. 11. c. 1. 2. 3. 4. &c.*

Eſt hoc vitium multiplex & varium, vndique bellatori & ex omni parte victori occurrens: nam & in habitu, & in forma, in inceſſu, in voce, in opere, in vigiliis, in ieiuniis, in oratione, in remotione, in lectione, in ſcientia in taciturnitate, in obedientia, in humilitate, in longanimitate militem CHRISTI vulnerare conatur. Aliquando, cui ſub ſpecie nitidæ, veſtis diabolus cenodoxiam, id eſt inanem gloriam, non potuit generare, pro ſqualida conatur inſerere. Quem non potuit per honorē dejicere, humilitate ſupplantat. Si ieiunet palā, vanitatis gloria pulſatur; ſi illud contemnendæ gloriæ cauſa contexerit, eodem vitio elationis obtunditur vnde meritò cepæ & bulbis cōparatur à ſenioribus, quæ vno decorticata tegmine, alio rurſum inueniuntur induta. Cætera vitia ſuperata marceſcūt, hoc verò deiectum acriùs reſurgit ad luctam: & cum putatur extinctum, ſua morte viuaciùs conualeſcit. Cætera impugnant eos, quos ſuperarint, hoc ſuos victores acriùs inſectatur. Alia vitiā

vel

vel locorum vel temporis beneficio deferueſcunt, hoc verò nomine: nam omni loco & tempore virtutum eius, quem impetit, ſucceſſibus animatur. Denique reliqua vitia palàm aggrediuntur hominem, hoc verò quaſi nocte dimicat, non ſolùm in parte carnali, ſed etiam in ſpirituali; ſtruens inſidias: immò virtutibus ipſis inſertum, & quaſi aciei permixtum clanculum quidem, ſed ideò atrocius inopinatos decipit & incautos, & quod eſt etiam deteſtabilius in externis etiam actionibus virtutes ipſas imitatur & refert: *Ponite*, inquit S. Auguſtinus, *in corde, facit ſimilia & quaſi paria charitati: paſcit eſurientem charitas, paſcit & ſuperbia: charitas vt Deus laudetur, ſuperbia vt ipſa laudetur: veſtit nudum charitas, veſtit & ſuperbia: ieiunat charitas, ieiunat & ſuperbia: ſepelit mortuos charitas, ſepelit & ſuperbia, omnia opera, quæ vult facere charitas, facit & ſuperbia.*

Tract. 8. in primã epiſtolã Ioan.

S. Gregorius ſæpe diuidit inanem gloriam ex actionis bonæ ſerie: ſiquidem vel ea tentamur initio actionis, vel in progreſſu vel in exitu. Vide quæ ex eo attulimus hoc libro capite tertio.

Lib. 22. moraliũ, cap. 5.

Effectus inanis gloriæ numerantur à S. Gregorio his verbis: *De inani gloria, inobedientia, iactantia, hypocryſis, contentiones, pertinacia, diſcordia, & nouitatum præſumptiones oriuntur.* S. Thomas ſic explicat: *Finis inanis gloriæ eſt manifeſtatio propriæ excellentiæ: ad quod homo poteſt tendere dupliciter: vno modo directè, ſiue per verba, & ſic eſt iactantia: ſiue per facta, & ſic, ſi ſint verba habentia aliquam admirationem, eſt præſumptio nouitatum, quas homines ſolent magis admirari, ſi autem per facta ſit, ſic eſt hypocryſis: alio autem modo nititur aliquis manifeſtare ſuam excellentiam indirectè, oſtendendo ſe non eſſe alio minorem: & hoc quadrupliciter: primò quantum ad intellectum, & ſic eſt pertinacia, per quam homo nimis innititur ſuæ ſententiæ, nolens credere ſententiæ meliori: ſecundò, quantum ad voluntatem, & ſic eſt diſcordia, dum non vult à propria voluntate diſcedere, vt aliis concordet: tertiò quantum ad locutionem, & ſic eſt contentio, cùm aliquis verbis clamosè contra aliũ litigat: quartò quantum ad factũ, & ſic eſt inobedientia, dum ſcilicet aliquis non vult exequi ſuperioris præceptum.*

Lib. 9. cap. 13. Effectus inanis gloriæ. 2. 2. q. 132. artic. 5.

S. Baſilius

S. Baſilius dicit inanem gloriam eſſe *dulcem ſpiritualium operum expoliatricem, iucundum animarum noſtrarum hoſtem, blandiſſimam honorum noſtrorum deprædatricem, eandémque mellis illitu, fraudis ſuæ coloratricem, & mortiferi hominum mentibus populi porrectricem: quod ea de cauſa facit, vt vitio ſe illi auidiùs ingurgitent homines, nec vlla illius expleantur ſatietate: dulce enim quid eſt imperitis humana gloria.* Conſt. monaſt. cap. 10.

Primum remedium. Ex prædictis ſatis intelliguntur inanis gloriæ damna: priuat enim hominem fructu ſuorum laborum, & Deum ſua laude. Facit hominem reum eius ſceleris, vt qui huiuſmodi ſunt, teſte S. Baſilio, à Domino appellentur operarij iniquitatis: *Qui enim*, inquit, *non ritè appellentur operarij iniquitatis, qui Dei donis ad mercaturam ſuarum voluptatum abutuntur?* Sed quod maximè à viris ſpiritualibus eſt ponderandum, inanis gloria eſt impedimētum magnum, ne Deus influat in animam, eamque ſuis ſupernaturalibus donis cumulet: *Quomodo*, ait Dominus, *poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis?* Igitur ſicut tunc, ne Deus fidem infunderet Phariſæis, inanis gloria obſiſtebat, ſic eadem nunc etiam, ne Deus gratiæ ſuę munera nobis inſtillet, efficit. *Primum remediū.* *Reg. bre. c. 282.* *Ioan. 5.*

Secundum remedium. Vna ex præcipuis propriiſque cauſis tepiditatis eſt inanis gloria, adeò vt dicat S. Gregorius: *Quoſdam vſque ad ſummam virtutum peruenire, qui ad antiquum torporem miſerando caſu redeunt, quia ſibi ab inanis gloriæ blandimentis cauere aut neſciunt aut negligunt.* Idem antè dixerat S. Cryſoſtomus. *Secūdum remediū.* *Lib. 29. moraliū. cap. 15.* *Lib. 5. de Sacerdotio.*

Tertium remedium eſt. Opera noſtra, ſiue etiam dicta & cogitata non talia ſunt plerumque in oculis Dei, qualia videntur hominibus: *Sæpe enim*, inquit S. Gregorius, *ipſa iuſtitia noſtra ad examen diuinæ iuſtitiæ deducta iniuſtitia eſt, & ſordet in diſtrictione iudicis, quæ in æſtimatione fulget operantis.* *Tertium remediū.* *Lib. 5. moraliū. cap. 8.*

Quartum remedium eſt occaſionis declinatio. Quare & exercenda ſunt ex animo officia humilitatis, ſi ſunt ad manum, & verò etiam accerſenda cùm abſunt. In primis autem debet abſtinere proficiens à ſpecioſis mu- *Quartū remediū.*

1.Cor.14 neribus,& conſectari vtilia exemplo Apoſtoli, *qui cùm*
Hom.35. *poſſideret donum linguarum,eo tamen non vſus eſt:* Cur? in-
1.Cor.14. quit S.Chryſoſtomus,*non quòd non haberet,ſed quod quæ-*
reret quæ ſunt vtiliora: erat enim liber ab omni inani glo-
ria, & vnum ſpectabat, vt meliores redderet auditores: &
hoc ipſum poterat videre; nam qui in ſeruitutem inanis glo-
riæ redactus eſt,non poterit videre non ſolùm quod alijs, ſed
etiam quod ſibi vtile eſt.

Quintũ remediũ. Quintum remedium eſt exemplum Chriſti Domini,
qui profeſſus eſt toto vitæ genere id,quod etiam dixit,
Ioan.8. *Ego non quæro gloriam meam.* Vixit vt fabri filius mune-
fabricator. Ignominioſiſſimum mortis genus elegit ipſe
gloriæ ſplendor, & Angelorum & hominum glorifica-
tor. Et cùm ad eum reuerſi Diſcipuli cum gaudio renun-
ciarent, *Domine,etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis,* eorum
alacritatem compeſcuit horribili dicto, & exemplo ſi-
Luca 10. mul; *Videbam,*ait,*Satanam ſicut fulgur de cœlo cadentem.*
Et indignabundis propter ſpiritum ambitionis: *Qui,* in-
Matt.20 quit,*voluerit inter vos primus eſſe,erit veſter ſeruus.*

Primum indiciũ. Primum indicium alicuius profectus in abnegatione
vanæ gloriæ eſt animi dolor animo conceptus à profi-
Libr. 26. moraliũ, cap.23. ciẽte,cùm laudatur: *Laus ſua,* inquit ſanctus Gregorius,
iuſtos cruciat,iniquos exaltat;ſed iuſtos cùm cruciat,purgat,
iniquos dum lætificat,reprobos monſtrat: iſti enim ſua laude
paſcuntur, quia auctoris ſui gloriam non requirunt, illi au-
tem,qui auctoris gloriam quærunt, ſua laude cruciantur, ne
non ſit intus,quod foris dicitur, ne ſi eſt etiam quod dicitur,
ante Dei oculos ipſis fauoribus vacuetur;ne humana laus ro-
bur mentis emoliat, eámque in ſui delectatione proſternat,
& quæ adiumentum eſſe debet augendi operis, iam retribu-
tio ſit laboris. Cùm verò ſua præconia in Dei laudem tendere
ſentiunt,ea etiam deſiderabiliter amplectuntur. Exemplum
clariſſimum ſe nobis exhibet in hac re S.Auguſt. qui de
Libr 10. confeſſionũ,c.37. ſeipſo ſcripta reliquit ad hoc propoſitum verba hæc:
Quotidiana fornax noſtra eſt humana lingua. Imperas nobis
& in hoc genere continentiam. Da quod iubes, & iube quod
vis. Tu noſti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina
oculorum meorum: neque enim facilè colligo, quàm ſim ab
iſta peſte mundatior, & multum timeo occulta mea, quæ nô-

runt

runt oculi tui, mei autem non. Eſt enim qualiſcumque in alijs generibus tentationum mihi facultas explorandi me, in hoc panè nulla eſt.

Secundum indicium eſt, quod addit idem S. Auguſtinus: delectari quidem laudibus (quando bene viuere neceſſe eſt, & bonam vitam laus comitatur) ſed amplius ipſa veritate, quàm laudibus: *Contriſtor*, inquit, *aliquando laudibus meis, cùm vel ea laudantur in me, in quibus ipſe mihi diſpliceo, vel etiam bona minora & leuia pluris æſtimantur, quàm æſtimanda ſunt.* *Secundũ indiciũ. Ibidem.*

Indicium tertium ſit gaudere, aut certè optare gaudere cùm Apoſtolis in cõtumeliis, in iniuriis pro Chriſto: quod altiſſimum eſt genus, imitandi Domini noſtri, qui propterea opprobriis ſaturatus dicitur, vt non puderet aut tæderet nos ignominiam aliquam pro eius amore ſubire. Ad quod etiam proderit cogitare quod ait S. Chryſoſtomus, & quidem ſapienter: *Fieri non poteſt, vt qui virtutibus deditiſunt, ab omnibus bene audiant ſemper: & illud præterea, ne virtutis curam agentibus viris multi vbique detractores inſurgant: bona enim apud omnes fama ſignum certè vel maximum eſt, haud multam ſanè virtutis haberi rationem. Vt igitur amatur ſine peccato gloria, quæ rectè facta comitatur: ſic feratur æquo animo & ametur etiam ignominia, quæ eandem hominum culpa vitió ve aliquando conſequitur.* *Tertium indiciũ. Hom. 23. in Geneſ.*

De abnegandis paſſionibus animi.

CAPVT. XXV.

HACTENVS docuimus habitus prauos abnegandos eſſe: hi tamen non planè tolluntur, niſi radices eorum euellantur. Hæ ſunt perturbationes, & affectiones animi, dictæ paſſiones, quia cùm excitantur in animo, afficiunt aliquo modo etiam ſenſus corporis. Ex his exiſtunt boni & mali habitus, virtutes & vitia: ſi

Digitized by Google

enim ratione moueantur, virtutes generant; vitia, ſi præter vel contra rationem. Quare hæ non natura ſua, ſed hominum vſu recto prauóve laudabiles ſunt, aut vituperatione dignæ. Numerantur autem à Philoſophis vndecim, amor, odium, deſiderium, fuga, gaudium, triſtitia, quæ ſunt in appetitu concupiſcibili. In iraſcibili verò ſpes, deſperatio, timor, audacia, & ira: quarum omnium fontes & principes ſunt illæ quatuor, amor, lætitia, timor, triſtitia. Oportere autē has abnegari, vt vitia perfectè abnegata ſint, facilè oſtenditur: ipſa enim vitia vix quicquam aliud ſunt, quàm paſſiones immoderatæ & corroboratæ, eo grauiora, quo caſu & conſuetudine magis diuturna ſunt. Quid enim eſt ſuperbia, niſi immoderatus amor ſui? quid inanis gloria, niſi cupiditas effrenata popularis auræ? Inuidia verò, triſtitia eſt de bonis proximi vehementer aucta. Acedia, triſtitia item nimia animum deiiciens. Ira, deſiderium impotens obtinendi quod volumus. Luxuria, amor & appetitus libidinoſus. Amor argenti philargyria, & eſculentorum poculentorúmque gula. Vt igitur mali habitus radicitus conuellantur; ſecuris abnegationis ad paſſiones immodicas, quæ eorum radices ſunt, admouenda eſt. Legatur S. Auguſtinus, qui pluribus locis id appertè teſtatur.

Libr. 12. de ciuit. Dei, cap. 8. & lib. 22. c. 22. Non fit autem id, niſi longi temporis labore, & Dei miſericordia in primis adiuuante, vt ſæpe docet idem S. Auguſtinus, præſertim verò cùm agit de renouatione hominis interioris, de qua ſic ſcribit: *Lib. 14. De Trinitate, cap. 16.* *Renouatio iſta non momento vno fit ipſius conuerſionis, ſicut momento vno fit illa in baptiſmo renouatio remiſſione omnium peccatorum; neque enim vel vnum quantulumcumque remanet, quod non remittatur, ſed quemadmodum aliud eſt carere febribus, aliud ab infirmitate reualeſcere; ita prima curatio eſt cauſam remouere languoris, quod per omnium fit indulgentiam peccatorum: ſecunda ipſum ſanari languorem, quod fit paulatim proficiendo in renouatione huius imaginis.* Et paulò *Cap. 17.* poſt: *Qui de die in diem proficiendo renouatur, transfert amorem à temporalibus ad æterna, à viſibilibus ad intelligibilia, à carnalibus ad ſpiritualia, atque ab iſtis cupiditatem frenare, atque minuere, illiſque ſe charitate alligare, vehe-*

menter

menter inſiſtit; tantùm autem facit, quantum diuinitus adiuuatur. Dei ſententia eſt; Sine me nihil poteſtis facere. *Ioan. 15.*

Eſt nihilominus maximum ſtudium proficienti adhibendum, & maximè vigilandum, vt paſſiones coerceantur, primo quidem initio antequam ad habitus firmitatem perueniant. *Beatus enim,* ait Dauid, *qui tenuerit & alliſerit paruulos ad petrã.* Narrat S. Dorotheus, Senem quendam monachorum patrem, cùm in cupreſſorum ſylua cum diſcipulis conſideret, impetrauiſſe vni ex illis, vt paruulam cupreſſum euelleret, quæ ſtatim vna admota manu euulſa eſt. Maiuſculam deinde oſtendit, quam duabus manibus ille apprehenſam euulſit. Tertiò adhuc maiorem iuſſit educi quæ non niſi maiore labore conuulſa eſt. Ita deinceps quarta. Cùm ad quintam aliarum maximam ventum eſſet, ea euelli ab vno minimè potuit. Ad hunc modum, dixit tunc ſenex, ſunt paſſiones & affectus noſtri. Dum paruuli ſunt & recentes, ſumma facilitate & quiete, modò velimus, excindere eos & extirpare poterimus; ſi verò eos vti paruulos & exiguos neglexerimus paulatim obdureſcent conualeſcentque, & quo magis conualuerint & obduruerint, eo maiore conatu opus erit & labore. Quòd ſi vires ſuas acquirere, & eas contra nos exercere ſinuerimus, actum eſt de nobis: neque enim eas ampliùs vel ſummo ſtudio à nobis expellere poterimus, niſi virum aliquem ſanctum, & minimè ignauum habuerimus, qui poſt Dei adiutorium, conſiliis, monitis, & orationibus ſuis opem nobis ferre non grauetur. Hæc S. Dorotheus. Legatur etiam S. Chryſoſtomus in epiſtolam primam ad Corinthios.

Primò. *Pſal. 136.* *Ser. 11.* *Hom. 11. 1. Cor. 4.*

Et ſanè permirum eſt, quantas vires habeat ad præpedienda vitia efficax abnegatio paſſionis cuiuſcumque in ipſo primo eius exortu, ſiue amor ſit Dei vel hominis alicuius, ſiue lætitia, cupiditas, ſpes, dolor, & mœror, ſiue alia quæcumque animi paſſionum.

Sed nec cùm initio huic abnegationi inſtituerimus, deinde otio languendum eſt, ſed aſſiduè amputandi rami cupiditatum malarum, in animo vitio hæreditario, vt poſt videbimus, ſuccreſcentes. Nam vt ſcribit S. Ber- *Secundò.*

Ser. 58. in cant.

nardus in illa Salomonis verba: *Tempus putationis aduenit*, *Credite mihi*, inquit, *& putata repullulant, & effugata redeũt, & reaccendũtur extincta, & ſopita denuo excitãtur. Parum eſt ergo ſemel putaſſe, ſæpe putandum eſt, immo ſi fieri poſſit ſemper, quia ſemper quod putari oporteat, ſi non diſſimulas, inuenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, ſi vitia putas emortua, & non magis ſupreſſa. Velis nolis, intra fines tuos habitat Iebuſæus, ſubiugari poteſt, ſed non exterminari. Vnum in tanto diſcrimine conſilium eſt, obſeruare diligenter, & mox, vt renaſcentium capita apparebunt, prompta ſeueritate ſuccidere. Non poteſt virtus cum vitiis pariter creſcere. Ergo vt illa vigeat, iſta creſcere nõ ſinantur. Tolle ſuperflua, & ſalubria ſurgunt: vtilitati accedit, quicquid cupiditati demis. Demus operam putationi. Putetur cupiditas, vt virtus roboretur.* Cõcludit tandem S. Doctor; *Scrutemur, iuxta Prophetam, vias noſtras, & ſtudia noſtra. Et in eo ſe quiſque iudicet profeciſſe, non cum inuenerit, quod reprehendat, ſed cùm quod inuenerit, reprehendet: tunc enim te non fruſtra ſcrutatus es, ſi rurſum opus eſſe ſcrutinio aduertiſti. Et toties non te fefellit inquiſitio tua, quoties iterandam putaueris.*

Tertiò.

Tertio loco intelligat proficiens non ſolùm ſibi dandam diligentiſſimè operam in amputandis malarũ paſſionum ramulis, ſed contrà etiam in inſerendis bonarum affectionum ſurculis, illorúmque in locum ſubrogandis: vacat enim nunquam animus motibus, aut turbidis & malis, aut ſerenis & bonis. Occupetur igitur bonis, ne malis obruatur: immo vt purgetur malis, bonis compleatur. *Non poſſunt*, inquit Caſſianus, *deſideria præſentium rerum reprimi vel auelli, niſi pro iſtis affectibus noxiis, quos cupimus amputari, alij ſalutares fuerint intromiſſi: nullatenus enim valet viuacitas mẽtis abſque alicuius deſiderij vel timoris, gaudij vel mœroris affectione ſubſiſtere, niſi hæc eadem in bonam partem fuerint immutata. Et idcirco ſi carnales concupiſcentias de cordibus noſtris deſideramus extrudere, ſpirituales earum locis plantemus protinus voluntates, vt his noſter animus ſemper innexus, & habeat quibus iugiter immoretur, & illecebras præſentium ac temporalium reſpuat gaudiorum.*

Coll. 12. cap. 5.

S.Bernardus in eandem ſententiam ita ſcribit: *Totum cor in quatuor affectionibus eſt: & de his accipiendam puto, quod dicitur, vt in toto corde tuo conuertaris ad Dominum. Conuertatur proinde amor tuus, vt nihil omnino diligas niſi ipſum, aut certè propter ipſum. Conuertatur etiam ad ipſum timor tuus, quia peruerſus eſt timor omnis, quo metuis aliquid præter eum, aut non propter eum: ſic & gaudium tuum & triſtitia æquè conuertantur ad ipſum. Hoc autem ita fiet, ſi non niſi ſecundum eum doleas & læteris.* Et alia, quæ ibidem ſequuntur. Sed plura habet alio loco, in quo docet, quomodo affectiones hæ purgandæ primum, deinde ordinandæ ſint. *Purgantur autem,* inquit, *ſic: ſi amantur, quæ amanda ſunt, ſi magis amantur, quæ magis amanda ſunt, amor purgatus erit. Et ſic de cæteris. Ordinantur autem ſic: in initio timor, deinde lætitia, poſt triſtitia, in conſummatione amor. Compoſitio harum talis eſt: De timore & lætitia naſcitur prudentia, & eſt timor cauſa prudentiæ, lætitia fructus. De lætitia & triſtitia naſcitur temperantia, cuius eſt triſtitia cauſa lætitia fructus. De triſtitia & amore naſcitur fortitudo, & eſt triſtitia cauſa fortitudinis, amor fructus. Clauditur circulus corona. De amore & timore naſcitur iuſtitia, & eſt timor cauſa iuſtitiæ, amor fructus. Conſidera ergo quomodo iſtæ affectiones ordinatæ virtutes ſunt, inordinatæ perturbationes. Si timorem ſequatur triſtitia, deſperationem generat, ſi amorem lætitia, diſſolutionem. Sequatur ergo timorem lætitia, quia timor futura cauet, lætitia de præſenti gaudet, prudentis cautela finem lætitiæ poſſidet. Probet ergo lætitia timorem: probatus timor nihil aliud, quàm prudentia eſt. Comitetur lætitiam triſtitia, quia moderatè læta amplectitur, qui triſtia reminiſcitur. Temperet ergo lætitiam triſtitia; temperata lætitia nihil aliud quam temperantia eſt. Iungatur amor triſtitiæ, quia fortiter ſuſtinet triſtia, qui per amorem, quæ ſunt amanda, deſiderat. Confortet ergo amor triſtitiam. Confortata verò triſtitia nihil aliud, quam fortitudo eſt. Iungatur amor timori, quia ordinatè amãdis inhæret quia timẽda non negligit. Ordinet ergo amor timorẽ, ordinatus timor nihil aliud quã iuſtitia eſt.* Hæc omittenda nõ erant, quia tanti Patris meditationes ſunt: nõ ideo tamen quia

Serm. 2. in cap. Ieiunij.

Ser. paruis, Ser. 6.

obſcuriora ſunt hæc poſteriora, priora paruipendenda ſunt, & minus diligenter in vſum reuocanda.

Sed audiamus S. Auguſtinum, qui non minus egregiè, quàm breuiter modum corrigendarum paſſionum, eáſque bonas efficiendi tradit his verbis: *Apud nos*, inquit, *iuxta ſcipturas ſanctas ſanámque doctrinã, ciues ſanctæ ciuitatis Dei in huius vitæ peregrinatione ſecundum Deum viuentes metuunt, cupiúntque, dolent, gaudéntque. Et quia rectus eſt amor eorum, iſtas omnes affectiones rectas habent.* Quod hìc dicit de amore, antè dixerat de voluntate. Et alio loco docet de ſcripturæ ſententia, Deo mentem hominis ſubjici regendam & iuuandam, menti verò paſſiones ita moderandas atque frenandas, vt in vſum iuſtitiæ conuertantur.

Libro 14. de ciuit. Dei, c. 9.

Cap. 8. eiuſdẽ lib. Lib. 9. de ciuit. Dei cap. 1.

Quartò.

Quartò. Facit maximè ad moderandas paſſiones occupatio mentis in rebus ſpiritualibus diuiníſve: tunc enim hominis interioris labor otium eſt hominis exterioris, & ſpiritus feruor algor eſt carnis & ſenſus. *Vera perturbatio atque confuſio*, inquit S. Chryſoſtomus, *non in rerum eſt motu, ſed in animo ita affecto, qui quamuis cæterarum rerum aptam deſcriptionem habet vſque dum confuſionem ac perturbationem in ſeipſo coercuerit, nullũ illi ex aliarum rerum apta deſcriptione præſidium erit; ſed quemadmodum oculus ægrotus etiam clariſſimo meridie tenebras obtuetur, atque alia pro alijs, nullúmque radiorum ſolis fructum habet: ſanus verò & firmus etiam veſpere poterit corpus quaſi manu ducere ſine vlla offenſione: ſic & mentis noſtræ oculus quandiu firmus eſt, multa quamuis confuſa, clarè tamen videbit; deprauatus autem quamuis in ipſum cœlum attollat, multam ibi eſſe perturbationem & confuſionem rerum iudicabit. Itaque ſi menti cultum diligentem adhiberemus, nulla cõfuſio, nulla moleſtia inueheretur, quamuis Euripo quouis turbulentiùs ſurſum & deorsũ vita noſtra iactaretur.*

Oratione de prouidentia Dei.

Rem hanc copioſè tractat S. Baſilius: ſcribit autem inter cætera & hæc: *Animus, qui mentem ſuam peruigilem, & in actionibus rectis perpetuò occupatam detinuerit, is, & in his, quas dixi, contemplationibus verſabitur, & huiuſmodi exercitatione conſuetudinéque mores ſuos ad æquitatem, ad iuſtitiam, modeſtiámque, ac tranquillitatem componet atque*

Conſt. monaſt. cap. 3.

perpoliet.

perpoliet. Idem verò vbi mentem agitare deſtiterit, & in res cognitione dignas extendere, extemplo velut importuni & proterui canes, abſente moderatore, ex diuerſis partibus libidines corporis foras ſe dant, & vehementer in ipſum oblatrãt, & varijs modis dilacerare conantur: quippe cùm earum ſingulæ vitalem ad ſe vim quaque rapiant. Siquidem duplex eſt animi vis, quarum altera corpus attingit, vitalis ſcilicet; altera, quæ tota in perſpicienda veritate verſatur, quam rationalem appellamus. Vitalis in corpore agit naturaliter, rationalis voluntariè. Animus, qui vim rationalem inſtituerit, vt perpetuò peruigil ſit, dupliciter vitioſos corporis motus conſopit atque tranquillat: ſiquidem & ſe in rebus potioribus ſibiq; affinibus occupat, & motus corporis ſui confuſaneos obſeruatos cohibet atque compeſcit. Si verò ignauiæ deditus otioſam vim contemplatricem reliquerit, tunc torpentem vitalem vim nactæ libidines corporis, partitaq; nullo moderante prohibentéve, animum ad ſuum appetitum & functiones pertrahunt. Hæc S. Baſilius, & alia, quæ hîc ſcribere minimè neceſſarium eſt.

Quintò, poſt mentis occupationem prædictam, eſt adhuc in curandis paſſionibus vlterior gradus: cùm videlicet animus ipſe & voluntas hominis planè auertitur ab amore rerum omnium creatarũ, nec ab amore ſolùm, ſed ab omni etiam honeſta voluptate, quæ ex eis percipi poteſt, & tota ſoli Deo applicata, coniungitur, & quaſi conglutinatur. Hæc res à S. Gregorio ſic deſcribitur: *Nonnulli iuſtorum, ad comprehendendum culmen perfectionis accincti: dum altiora interiùs appetunt, exteriùs cuncta derelinquunt: qui rebus ſe habitis nudant gloria honoris expoliãt: qui internorum deſiderio per aſſiduitatem ſe amici mœroris afficiunt, habere de exterioribus conſolationem nolunt, qui internis gaudijs dum mente appropiant, vitam in ſe funditus corporeæ delectationis necant. De his Paulus: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum CHRISTO in Deo. Et Pſalmiſta: Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Et deficit in ſalutari tuo anima mea. Et Dominus: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Et rurſum: Niſi quis renunciauerit omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Horum numero ſanctus vir diuiſa à terrenis

Quintò.

Lib. 8. mor. c. 15.

Coloſ. 3.

Pſal. 38.

Pſ. 118.

Mat. 16.

Luc. 14.

deſiderijs mente ſe inſerit, qui ait: Deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam. Iuſti quippe deſperare, eſt præſentis vitæ bona æternitatis electione deſerere, manſura quærere, & in rebus temporalibus fiduciam nõ habere. Qui hæc agens nequaquam vltrà ſe viuere aſſerit, quia videlicet viuificatrice morte quotidie à vita ſe paſſionis occidit. Sed hæc ex ſequentibus capitibus planiùs intelligentur.

Et quidem de pleriſque ſingulis paſſionibus ſeparatim agere eſſet operæpretiũ, ſunt enim in multis actionibus & fortaſſe in omnibus animi adminiſtræ; ſed quæ dicta ſigillatim ſunt aduerſus prauos habitus, ea paſſiones ſimul iugulant, ſi rectè & ad hactenus deſcriptæ Abnegationis normam in vſum à proficiente deducantur, & fortaſſis alio tempore de his diſſeremus etiam particulatim.

De concupiſcentiæ fomite, & alijs multis prauis inclinationibus hominis.

CAP. XXVI.

SICVT prauos habitus vitioſæ paſſiones, ſic vitioſas paſſiones generat concupiſcẽtiæ fomes; qui etiam poſt baptiſmum in regeneratis manet, ſine culpa quidem, quando hæc ſacramento deletur, culpæ tamen pœna hæreditaria ex primorum parentum peccato. Eſt autem fomes, appetitus, qui natura ſua, dicam ne, an vitio, inclinat hominem ad peccatum: in quod etiam nullo negotio deuoluitur, ſi Dei gratia & hominis induſtria, Dei item gratia, adiuta non impeditur. Atque hæc eſt prima eius motio à S. Iacobo nominata tentatio, cùm ait: *Vnuſquiſque tentatur à concupiſcentia ſua.* Quæ etiam eſt cauſa vt *peccatum* dicatur ab Apoſtolo, & à quibuſdam Patribus: quamuis reuera peccatum nõ ſit amplius, ſed ſolùm peccati effectus, pœna item & fons.

Iacob 1.

Rom. 7.

Porrò concupiſcentia hæc non eſt eadem cum paſſione illa, quę deſiderium dicitur: ſed eſt generalior quidam

appetitus

appetitus conſperſus & innatus carni, vt ait S. Auguſtinus, hoc eſt toti homini, qui in Scripturis aliquando nomine carnis intelligitur, vt idem alibi docet. Quare nõ ſolùm hic appetitus eſt in facultate animæ ſentiente, & in corporis membris, quibus illa vtitur, ſed redundat etiam in appetitum rationis. nam vt idẽ S. Auguſtinus eſt auctor: *Anima peccatrix fecit corruptibilem carnem*, (corruptione ſcilicet peccati & fomitis) *Ex qua corruptione carnis licet exiſtant quædam incitamenta vitiorum, & ipſa deſideria vitioſa; non tamen omnia vitæ iniquæ vitia tribuenda ſunt carni.* Et alibi ait: *Mala volũtas præceſſit omnia opera mala in homine. velut arbor mala fructuum malorũ.* Quare ineſt etiam animæ rationali ſua concupiſcentia, & quaſi fomes quod S. Paulus nõ obſcurè ſignificat, cùm fomitem vniuersè acceptum, carnis nomine appellans, numerat inter eius opera, non ſolùm quæ carnis opera ſunt, vt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria; ſed etiam quæ rationis ſunt, vt auaritia, veneficia, inimicitiæ, contentiones, & quæ ſequuntur alia, quæ communia ſunt vtrique, & totius hominis opera. Sicut igitur ex primo peccato omnia peccata ducunt originem; ſic ex peruerſa hac appetitus generali propenſione deriuãtur omnes aliæ peruerſæ hominis inclinationes, & propterea ſicut antecedit illa in homine omnes prauos habitus, & omnes paſſiones; ſic eiſdem anteeunt illæ inclinationes. Hæ igitur cognoſcendæ ſunt à proficiente, & ſumma diligentia curandæ.

Lib. 14. de ciui. Dei, c. 23.

Libro eodem, c. 3.

Libro eodem, c. 11.

Galat. 5.

Ponimus igitur primò in homine generalem inclinationem ad malum, quam experti fatemur omnes, accuſando noſmetipſos ad malum quàm ad bonum propenſiores, tam ratione animę, quàm ratione corporis ex Adam progeniti. De hoc ſermo eſt, cùm aſſeritur in Geneſi non ſolùm *ſenſus hominis*, ſed etiam *cogitatio cordis humani ab adoleſcentia ad malum prona.* Et cũ ante etiam ſcribitur: *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominis eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tẽpore.* Et apud Hieremiã, *Prauum eſt cor omniũ.* Hæc autem inclinatio ſicut oritur, ſic vehementer augetur ex coniunctione animæ cum corpore antiqua

Prima inclinatio ad malũ.

Geneſ. 7.
Geneſ. 6.
Hier. 17.

Sap. 9. labet infecto;nam ſcriptum eſt: *Corpus,quod corrumpitur,*
Rom. 7. *aggrauat animam.* Et S. Paulus aſſerit legem membrorum captiuare ſe,hoc eſt,ſuo pondere deprimere ad legem peccati.

Inclinationis huius ſunt incitamenta omnia, quæ inſurgunt in homine ad vitia, quæ Caſſianus & alij vitia ſpiritualia nominant:ad ſuperbiam videlicet, ad dominandi libidinem ad difficultatẽ ſeruiendi iuſtis etiã dominis, obtemperãdi maioribus, legibus,religioſæ diſciplinæ & Eccleſiaſticæ,ad inanẽ gloriam, ad deteſtationem iniuriarum omniũ etiam pro CHRISTI nomine illatarũ,omnis deiectionis,paupertatis ; ad ſuſpiciones, iudicia temeraria, odia, auerſiones animorũ, inuidiam, ad acediam mentis, cordis langorẽ,profuſam lætitiam, audaciam,obſtinationem, deſperationem, & alia his ſimilia complura:quales ſunt tentationes interiores cõtra Fidem, ſpiritus blaſphemiæ, immenſa humanæ mentis curioſitas,cordis humani obſcuritas,aſtutia,fallacia, & malitia.Denique inconſtantia, mutabilitas mentis, & viciſſitudo tam multaram cognitionum, quæ animum hominis continenter & importunè ſubeunt,huius inclinationis effectus eſt,non exigua pœna peccati:de qua
Lib. 24. mor. c. 7. ſic habet S.Gregorius : *Humana anima ſemel æternitatis ſtatum deſerens,ad fluxum temporalitatis delapſa, hanc mutabilitatem alternantium motionum,quam,dum caderet,volens appetiit, dum conatur ſurgere, cogitur inuita tolerare: inde quippe punita eſt,vnde delectata.* Quod de prædictis aliis pœnis ſimiliter dici ob eandem rationem, non eſt dificile intelligere.

Secunda inclinatio

Secundò ponenda eſt in homine inclinatio ad malum propria ſentientis appetitus, quæ propriè concupiſcentia & fomes dicitur : cuius proprietates numerat
Rom. 7. Apoſtolus ita accuratè,vt nos pigere minimè debeat,in
1. iis intelligendis nõnihil immorari. Primo ſedem habet in carne : ideo ait:*Non eſt in carne mea bonũm*: accipitur autem carnis nomine corpus ſubiectum viribus animæ ſentientis:& addit eſſe in membris,& apellans eum peccati nomine ob cauſam iam explicatã, ſimulque ſignificans fomitis labe totũ hominem affici:ait, *Quod habitat*

in me

Digitized by Google

in me peccatum. Secundò, fomes præuenit aliquando ſubitaneo ſuo motu rationem hominis, quod etiã vi eius faciunt paſſiones, & ideo Apoſtolus: *Quod enim*, ait, *operor, non intelligo.* 2.
Tertiò, fomes facit, vt non conprimatur aliquando motus compreſſione dignus; ideo Apoſtolus: 3. Galat. 5.
Non enim, inquit, *quod volo bonum, hoc ago.* Et alibi: *Vt non quæcumque vultis, illa faciatis.* Quartò, efficit, vt inſurgat ille motus, quem nos minimè vellemus: *Sed*, ait, *quod odi malum; illud facio.* 4.
Quintò, lex eſt membrorum ſenſuſque, quia ſine rationis & gratiæ Dei freno ſi ſint hæc, non ad aliam normam dirigunt ſeſe, quàm ad fomitis propenſionem, quæ inclinatio eſt ad omne malum. 5.
Sextò, opponit ſe rationi: *Repugnantem*, ait, *legi mentis meæ.* 6.
Septimò, propterea ſubjicit hominem ſeruituti: *Et captiuantem me*, inquit, *in legem peccati.* 7.
Octauò, ex quibus conſequitur infelicitas non parua: *Infelix*, ait, *ego homo*, immo corruptela quædã carnis & ſenſus, quam mortis nomine ibidem nominat Apoſtolus. Hæc porrò omnia vera ſunt, & à Patribus dum explicant Apoſtolum allata. 8.

Vt autem intelligatur infelicitatis illa ratio, cuius Apoſtolus meminit, legatur S. Thomas, qui ſic ſcribit: *Corruptio ſenſualitatis intelligenda eſt quãtum ad fomitem, qui nunquam totaliter tollitur in hac vita, tranſit enim peccatum originale reatu, ſed manet actu, id eſt effectu. Sed talis corruptio fomitis nõ impedit, quin homo rationabili voluntate poſſit reprimere ſingulos motus inordinatos ſenſualitatis, ſi præſentiat, puta diuertẽdo cogitationẽ ad alia. Sed dum homo cogitationem ad alia diuertit, poteſt etiã circa illud inordinatus motus exurgere, ſicut cum aliquis transfert cogitationem ſuam à delectationibus carnis, volens concupiſcentiæ motus vitare, ad ſpeculationem ſcientiæ, inſurgit quandoque aliquis motus inanis gloriæ impræmeditatus. Et ideo non poteſt homo vitare omnes huiuſmodi motus propter corruptionẽ prædictam: ſed hoc ſufficit ad rationem peccati voluntarij, quod poteſt vitare ſingulos.* Quo loco S. Doctor habet quatuor egregia principia Theologiæ huius. Primum eſt, fomitem nunquam tolli in hac vita. Secundum eſt, ſingulos motus ſenſualitatis poſſe nos præcauere ex liberi arbi- 1. 2. q. 74. art. 3. ad 2.

trij facultate. Tertium eſt, idcirco motus ſenſualitatis imputari ad peccatum. Quartum eſt, omnes eiuſdem ſenſualitatis ſimul non poſſe nos coërcere. Et hic eſt ille infelicitatis humanæ cumulus, quem deplorat Apoſtolus, quandoquidem fomes iuſtos etiam viros, hiſce quaſi compedibus quamdiu viuunt, irretitos tenet. Sed quod eos maximè angit, eſt neceſſitas illa peccandi, quam S. Thomas verè affirmat, ineſſe nobis ex fomitis corruptela; nam etſi ea non cogamur ad peccata mortifera; magna tamen calamitas eſt ea induci nos ad aliqua vel minima venialia. Vnde de ea loquens S. Auguſtinus ait: *Libro de perfectione iuſtitiæ reſp. 9* *Pſ. 24.* *Fides clamat, de neceſſitatibus meis educ me. Quia verò peccaui, voluntas ſecuta eſt peccantem, peccatum habendi dura neceſſitas, donec tota ſanetur infirmitas, & accipiatur tanta libertas, in qua ſicut neceſſe eſt, permaneat bene viuendi voluntas, ita vt ſit etiam bene viuendi & nunquam peccandi voluntaria fœlixque neceſſitas.*

Tertia inclinatio. Tertio præter prædictas inclinationes, ſunt in homine aliæ multæ, quæ ſequuntur naturam indiuidui humani, & corporis conſtitutionem certam: quæ quoniam ita multiplex & varia eſt, multas quoque, eaſque diſcrepantes inter ſe, inclinationes hominum ſingulorum eſſe, neceſſe eſt. Sunt igitur in vnoquoque homine inclinationes prauæ, quæ temperamētum ſingulorum ſequuntur: vt exempli cauſa, calidum quidē vehementes, acres, quas celerrimè expleri velimus, mirabiles, mutabiles, variæ: frigidum autem pauciores & ſegniores, ſed pertinaces, animū non in multa diſtrahentes, ſed coarctantes ad vnam aut alteram rem in qua totus ſit. Ob eādem cauſā alia placent adoleſcentibus, viris alia, ſenibus ſaltem diſplicent, quæ alij probant. Ægro corpore cùm ſumus, expetimus aliqua, quæ ſani repudiamus, & contrà.

Et quia inclinationes hæ bonæ etiam poſſunt eſſe, ad ſupradicta addendum eſt, præter eas in vnoquoque eſſe inclinationes ad peccatum proprias & ſingulares, quas *1. 2. q. 78. art. 3.* propterea ſanctus Thomas aſſerit ſequi naturæ corruptionem, & præterea duplicem habere originem: nam proficiſcuntur vel ex habitu aliquo acquiſito conſuetudine, qui in naturam ſit quodam modo conuerſus: vel ex

depravata

deprauata corporis affectione ſiue ægritudine. Prioris generis exempla ſunt omnes illæ cupiditates, quæ educatione quaſi ſeminātur,& deinceps conſuetudine adoleſcunt & corroborantur, qualia ſunt in perditis hominibus nefaria flagitia, & in quibuſdam barbaris comeſtiones humanæ carnis. quæ ſcelera quanquam ſunt omnino naturæ contraria; vſu tamen familiaria fiunt. Poſterioris verò exempla cernuntur in febricitantibus, quibus ſapor dulcis ſentitur amarus, & in aliis multis, qui ob palati ęgritudinem eſitant aliquando aliqua, quæ ne feræ quidem ipſæ auderent attingere.

S. Gregorius huiuſmodi corporum conſtitutionem inclinantē ad familiaria & ſingularia vitia vocat conſperſionem: ſecutus fortaſſis S. Auguſtinum, qui vt ſuprà retulimus, concupiſcentiam conſperſam carni affirmat, ex Apoſtoli loquendi forma, qua vſus eſt, cùm præcipit Corinthjis, vt abjiciant vetus fermentum, hoc eſt, veterem conſperſionem, vt eſſent noua conſperſio: *Nonnulli*, inquit S. Gregorius, *læti vel triſtes non rebus ſunt, ſed quibuſdam conſperſionibus exiſtunt*: & hanc conſperſionē obſeruari attētè à Diabolo, antequam laqueos tentationis apponat, affirmat: quod à nobis poſt etiam afferendū eſt. Sed res poſtulat, vt aduerſus turbam tantarum cupiditatum proficientem armemus, vt poſſumus.

3. parte paſtoral. cap. 4. & Libr. 29. moraliū, cap. 12.

1. Cor. 5.

De vitando errore ἀπαθείας, ſiue impaſſibilitatis. & de concupiſcentiæ & propriarum inclinationum abnegatione.

CAPVT XXVII.

ANTIQVIORES quidam Eccleſiaſtici ſcriptores inani perfectionis ſtudio in eū errorē lapſi ſunt, vt dicerent, proficientem in victoria ſui, ſuarumque paſſionū, eouſque progredi poſſe & debere, donec ad ſtatum quendā perueniret, in quo ἀπαθὴς ſiue impaſſibilis

eſſet. In quo videlicet conſtitutus, vitiis omnibus ſuperatis, expers omnino humanæ cuiuſcumque perturbationis & affectionis, vitam deinceps in ſolo virtutum vſu fructúve iucundiſſimam viueret. Hunc errorem tribuit Origini S. Hieronymus illis verbis: *Doctrina*, inquit, *tua Origenis ramuſculus eſt. In eo enim Pſalmo vbi ſcriptum eſt (vt de cæteris taceam) inſuper & vſque ad noctem erudierunt me renes mei, aſſerit virum ſanctum, cùm ad virtutum venerit ſummitatem, ne in nocte quidem ea pati, quæ hominum ſunt, nec cogitatione vitiorum aliqua titillari.* Sed erroris propagator inſignis fuit Euagrius Ponticus, & poſt eum diſcipulus eius Palladius & Rufinus, vt idem aſſerit: quibus aggregat etiam alios Monachos illius ætatis, Ammonium videlicet, Euſebium, Euthymium, Or quoque, & Iſidorum, quos omnes vt Origeniſtas ab Epiſcopis eſſe damnatos confirmat. Deteſtabiliorem adhuc reddiderunt hanc impaſſibilitatem, qui eam non multo poſt complexi ſunt hæreſiarchæ Pelagius, Iouinianus, & Priſcillianus.

Epiſt. ad Ctheſiphontem aduerſus Pelagianos.
Pſal. 15.
Ibidem.

Diſputant contra hunc errorem S. Hieronymus, & S. Auguſtinus: & hic quidem adfert exemplum Saluatoris noſtri. Scribit autem ſic: *Cùm rectam rationem ſequuntur iſtæ affectiones, quando vbi opportet, adhibentur; quis eas tũc morbos ſeu vitioſas paſſiones audeat dicere? Quamobrem etiam ipſe Dominus in forma ſerui agere vitam dignatus humanam, ſed nullum habens omnino peccatum, adhibuit eas, vbi adhibendas eſſe iudicauit. Neque enim in quo verum erat hominis corpus & verus hominis animus, falſus erat humanus affectus. Cùm ergo eius in Euãgelio iſta referuntur, quòd ſuper duritia cordis Iudæorum cum ira contriſtatus ſit: quod dixerit, Gaudeo propter vos, vt credatis: quod Lazarum ſuſcitaturus, etiam lachrymas fuderit: quod concupierit cum diſcipulis ſuis manducare Paſcha: quod propinquante paſſione triſtis fuerit anima eius vſque ad mortem, non falsò vtique referuntur: verùm ille hos motus certæ diſpenſationis gratia ita, cùm voluit, ſuſcepit animo humano, vt cum voluit factus eſt homo.* Commemorat etiam eaſdem affectiones in Apoſtolo Paulo: cum enim eum laudaſſet infinitis nominibus, & præſertim vt à CHRISTO edoctum,

Lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 9.
Marci 9.
Ioan. 11.
Lucæ 21.
Matt. 26.

producit

producit illum *gaudentem cum gaudentibus, flentem cum flentibus, foris habentem pugnas, intus timores, cupientem diſſolui, & eſſe cum Chriſto, deſiderantem videre Romanos, Corinthios æmulantem, magnam triſtitiã & continuum dolorem cordis de Iſraëlitis habentem, luctum ſuum denunciantem de quibuſdam peccatoribus.* Et concludit: *Hi motus, hi affectus de amore boni, & de ſancta charitate venientes ſi vitia vocanda ſunt, ſinamus, vt ea, quæ vera vitia ſunt, virtutes vocẽtur.* Idem copioſè docet, quomodo ijdem affectus in viris ſanctis ſint, dum metuunt pœnam æternam, cupiunt vitam æternam, & alia, quæ longum eſſet hîc adſcribere, & apud ipſum legi poſſunt: *Ita autem, fieri neceſſe eſt,* inquit S. Doctor, *ex humanæ conditionis infirmitate: imò dum viuimus, ex vitæ huius infirmitate, non rectè viuimus, ſi eas nullo modo habeamus. Itaque aliquando quamuis non culpabili cupiditate, ſed laudabili charitate moueamur, etiam dum nolumus, flemus. Vituperabat etiam Apoſtolus quoſdam, quos dixit eſſe ſine affectione. Et ſacer pſalmus, Suſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit. Nam omninò non dolere dum ſumus in hoc loco miſeriæ, ſicut quidam etiam apud ſæculi huius literatos ſenſit & dixit, non ſine magna mercede contingit immanitatis in animo, ſtuporis in corpore.*

Rom. 12. 2. Cor. 7. Phil. 1. Rom. 1. 2. Cor. 11. Roma. 9. Rom. 10. 2. Cor. 15. Rom. 13. Pſal. 68. Crantor ex Cicerone l. 3. Tuſcul. quæſtion.

Idem cõfirmat S. Hieronymus neruis ſuis, vt ſolet ſapientiáque præclarè: *Hoc eſt,* inquit, *hominem ex homine tollere, & in corpore conſtitutum eſſe ſine corpore, dicente Apoſtolo, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vnde illud Virgilianum:*

Rom. 7.

Hinc metuunt, cupiúntque, dolent, gaudéntque:

Et grauiſſimus Poëta Flaccus:

Nam vitijs nemo ſine naſcitur. Optimus ille eſt,
Qui minimis vrgetur.

Et quia hæc de Stoïcorum fonte manauit ἀπάθεια, pulchrè quidam noſtrorum, ait, philoſophi patriarchæ hæreticorum, Eccleſiæ puritatem peruerſa maculauère doctrina.

Tertull. lib. aduerſus Hermogenẽ.

Ioannes Climacus Euagrium Ponticum hoc nomine etiam reprehendit: notans eius ἀπάθειαν nomine alacritatis ſenſus: quia fortaſſis hoc eam ipſe nomine appellabat, vt faciliùs ſimplicibus illuderet, vnde effectum

Digitized by Google

Dioniſius Carthuſianus.

quoque eſt, vt quidam ſanctus vir, qui notationes in Climacum edidit, ſententiam eius minimè aſſecutus præferat ſenſum Euagrij dicto Climaci: non ita doctiſſimus atque illuſtriſſimus Cardinalis Cæſar Baronius, is enim hiſtoriam ἀπαθείας narrans planè ſenſum Climaci aſſecutus eum commendat, & Euagrium, vt dignus eſt, damnat. Apud ipſum qui velit, plura de re hac legere poterit.

Tomo 4. Annalium, anno Chriſti. 388.

Ex hoc catholico dogmate, quo ἀπάθεια in hac vita aſſeritur impoſſibilis, ſequitur dogma aliud non minus verùm, dum hîc viuimus, non vinci paſſiones vitioſas, inclinationes prauas, & ipſam fomitis cõcupiſcentiam, quia abnegationis vi planè extinguantur: id enim hîc à nobis obtinere non poſſumus, niſi velimus recidere in errorem ἀπαθείας, nec vnquam in homine puro factum eſt, niſi extraordinario miraculo in ſanctiſſima Dei Matre cuius fomes aut nullus fuit, aut ita Dei gratia copioſiſſima ſopitus eſt, ac ſi nullus eſſet. Afferendæ igitur ſunt aliæ rationes, quibus prædicta omnia, quantum fieri poteſt, expugnentur, aut certè retundantur à nobis, vt nec noceant, & ſi fieri poſſit, etiam proſint: quandoquidem, vt ait Apoſtolus: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Sunt autem hæ, quæ ſequuntur:

Rom. 8.

Prima ratio.

Initio libri 2. cõtra Iulianum.

Prima ratio eſt perſeuerantia ſiue progreſſus in virtutum vſu & exercitatione: qua de re ſic S. Auguſtinus: *Non enim*, inquit, *talia ſunt vitia, quæ iam peccata dicenda ſint: nec tamen extra nos ſunt, quibus vincendis cùm in hoc certamine proficienter laboramus, inſtandum eſt: noſtra ſunt, paſſiones ſunt, vitia ſunt, frenanda, cohibenda, ſananda ſunt, ſed dum curantur, infeſta ſunt. etſi nobis ad meliora proficientibus magis magiſque minuuntur, tamen dum hic viuitur, eſſe non deſinunt, diſcedente hac anima pia peribunt, inſurgente corpore non redibunt.* Igitur profectu in virtutibus continuo, continuè etiam minuentur. cuius rei hæc eſt ratio, quia habitus virtutis quaſi clauus fortiſſimus trudit habitum concupiſcentiæ; aliarúmque vitioſarum affectionum, armatque ac corroborat facultates animæ, quibus inſunt morboſæ affectiones aduerſus

ipſaſmet

ipſaſmet affectiones, illiſque impedimento eſt, ne inſurgant, ſed nec inſurgere niſi furtim poſſint, dum aſſiduo virtutum vſu in virtutum actionibus vires animæ occupantur.

Quòd ſi quæratur, quibus potiſſimùm virtutibus frangantur prædictæ cupiditates, idem S. Auguſtinus ſignificat id fieri virtutibus, quæ vitiis illis directo ſeſe opponunt: *Concupiſcentia*, inquit, *quotidie minuitur in proficientibus & continentibus. Vt igitur cohibeas inclinationes prauas, ſiue communes, ſiue proprias, ijs te virtutibus exerceas, quæ illis maximè contrariæ ſunt, vt autem compeſcas concupiſcentiam, contine.* Continentiæ porrò nomine intelligit ſanctus Auguſtinus generalem abnegationis vim, qua omnibus vitiis, quæ à concupiſcentia excitantur, fortiter reſiſtatur. Alicubi tamen docet idem ſanctus, amorem Dei gratuitum, cum flammam digniſſimam & ampliſſimam fecerit conſumere cupiditates. *Lib. 1. de nuptijs & concupiſcent. cap. 25.* *Homi. de verbis Apoſtoli.*

Secunda ratio poſita eſt in ipſa contentione reſiſtendi concupiſcentiæ & motionibus eius: nam vt tradunt Patres concupiſcentia relicta eſt ad certamen, certandum eſt igitur: *Pugna*, inquit S. Auguſtinus, *reſiſte, noli conſentire.* & impletur hîc, poſt concupiſcentias tuas non eas, quia etſi quando ſurrepunt & vſurpant ſibi oculum, aurem, linguam, volaticam cogitationem, nec ſic deſperemus de ſalute noſtra: ideo quotidie dicimus: *Dimitte nobis debita noſtra.* *Secunda ratio.* *De verbis Apoſtoli. Sermo. 6.* *Eccl. 18.* *Matt. 6.*

Addunt autem animum ad hoc certamen multa: primum quidem vis & dominatus, quem in carnem obtinet mens Dei gratia cõfirmata: *Plus*, inquit idem S. Auguſtinus, *habet virium mens ad tenenda membra carnis, ne dentur in arma iniquitatis, quàm ipſa concupiſcentia carnis ad mouenda membra carnis, ſi tamen Dei gratia adiuuetur. Ob id ſcriptum eſt, Subtus te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Et Apoſtolus hortatur. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcentijs eius.* *1. Ibidem.* *Geneſ. 4.* *Rom. 6.*

Deinde ad idem certamen fortiter ſuſtinendum incitant Chriſti ſanguinis merita, eius præſens auxilium. & apud Patrem aſſidua deprecatio: *Nulla enim condem-* *2.* *Rom. 7.*

na io, ait Apoſtolus, *iis qui ſunt in Chriſto Ieſu*, cuius meritò culpa relaxata eſt, & additæ vires ad inimicam carnem cohibendam. Ob id idem liberationem ſuam
Rom.7. atque victoriam gratiæ Dei tribuit per IESVM Chriſtum.

3. Tertium incitamentum, & ſolatium certaminis, eſt
Pſal.90. ſpes in Deum, de quo ſcribit Dauid: *Scapulis ſuis obumbrabit tibi*: in Spiritum ſanctum præſertim, cuius eſt hæc obumbratio & refrigeratio, eſt enim, vt canit Eccleſia,
Ioan.7. *in æſtu temperies*, & à Domino eius chariſmata *fluminibus aquæ viuæ* comparata ſunt.

4. Quartum ſolatium eſt ſacramentorum frequẽs vſus,
Lib.4.in Ioan.cap.17. maximè verò Euchariſtiæ: nam, vt ait S. Cyrillus Alexandrinus: *Sedat, cùm in nobis maneat Chriſtus, ſæuientem membrorum noſtrorum legem, pietatem corroborat, perturbationes animi extinguit*.

5. Quintum adiumentum certaminis huius eſt humilis
2.Cor.12 & feruens oratio ad Deum: *Datus eſt mihi*, inquit Apoſtolus, *ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogaui vt diſcederet à me*. Et S. Auguſtinus ad idem propoſitum: *Da quod iubes, & iube quod vis*. Et cùm ait Dauid: *Adhæſit pauimento anima*
In Pſal.118. *mea, viuifica me*. Dicit idem, petere eum, *vt concupiſcentia carnis magis magiſque minuatur*; nam quantum quiſque proficiat, habet mortalis carnis affectum circa terrena, pauimento corporis animam aggrauãte. Quòd ſi dicas, huiuſmodi preces non exaudiri, quandoquidem non extinguitur fomes, niſi morte, & Apoſtolus ipſe reſponſum accepit à Domino, *ſufficere illi gratiam*: hæc quidem ita ſe habent, ſiquidem radices concupiſcentiæ nõ conuelluntur omninò, dum viuimus, nec datur ἀπάθεια: ſedantur tamen ſupra poſitis rationibus vires fomitis, & minuuntur plurimum, & quæ remanent eius reliquiæ, non ad perniciem relinquuntur, ſed ad meritum hominis atque coronam, ſi ſe, vt debet, in hoc conflictu geſſerit. Et nonnunquam accidit, vt auctores ſunt viri graues, & huius diſciplinæ, quam tractamus, peritiſſimi, magis aliquando proficere quempiam continuæ pugnæ laborem ſuſtinendo, quàm ſi certaminis omnis occa-

Digitized by Google

ſione ſublata, rebellionem carnis experiretur nullam. Hoc eſt enim: *Sufficit tibi gratia mea.* Et: *Virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12

Tertia ratio dominandi appetitui cõcupiſcentiæ eſt, dum homini inſurgunt motus eius, nihil animo moueri, ſed ita immobilem perſeuerare in ſuſcepta deliberatione Deo placendi, ac ſi extra ipſum perturbationes exiſterent, nec ipſe ageret in ea re quicquam, ſed pateretur potiùs. *Cæterùm,* inquit S. Auguſtinus, *qui tanguntur huiuſmodi motibus, & immobiles, & in maiore charitate conſiſtunt, non ſolùm non eis exhibentes membra corporis ad malè operandum, ſed neque nutu conſenſionis ad exhibendum conſentientes, non hæc agunt, & ideò regnum Dei poſſidebunt.* Et S. Bernardus: *An fortè,* inquit, *iam non ago illa, ſed patior? aguntur quidem in me, ſed à me non aguntur, ſi non conſentio: mea dixerim non quia facio, ſed quia ſuſtineo.*

Tertia ratio.

Epiſt. ad Galatas, cap. 5.

Epiſt. 42

Quo loco à Theologis motus duplices hominis ex natura deprauata proficiſcentes obſeruantur: quidã primo primi, quidam verò non primo primi, ſed primi ſolùm. Priores illi ſunt, qui rationem ita præueniunt, vt præueniri ipſi à ratione non poſſint, & hi ſunt qui ſuſtinentur potiùs à viris iuſtis, quàm excitentur, nec in eis culpa vlla eſt. Poſteriores illi ſunt, qui à ratione præueniri potuerunt, ſed negligentia factum eſt, vt illis in tempore occurſum non ſit, ac proinde cùm excitantur, culpa non vacant, & multo magis ſi iam non primi, ſed ſecundi & tertij ſint. quamquam nobis adhuc primi eſſe videantur. Quamobrem, quod ſæpe dicendum eſt, primis reſiſtendum eſt ſumma diligentia, & proptereà vigilantiſſimè obſeruandum eſt, ſi ſint primi-ſecundi: primo verò primi patienter ferendi ſunt, curandúmque ſummopere, nè qui primi ſunt, & culpa carent, perſeuerantia & negligentia ſecundi-primi euadant, & culpæ obnoxij. Atque quod hîc dicitur de motibus concupiſcentiæ, intelligi debet etiam de motibus omnium cupiditatum, & prauarum hominis propenſionum, de quibus verba fecimus capite ſuperiori: contra quas nihilominus ſunt etiam propria certamina, de quibus nunc eſt agendum paucis.

Motus primo primi.

Motus primi tantùm.

Digitized by Google

Quarta ratio. Quarta ratio prauas inclinationes coercendi eſt earum exploratio & deprehenſio: neque enim ſi hoſtem non videmus, expugnamus, inueſtigantur autem his indicijs, primum eſt corporis conſtitutio, cuius variam
1. qualitatem, vt diximus, variæ ſequuntur inclinationes.

2. Secundum frequens & non accerſita cogitatio de re quapiam ſignum eſt propenſionis animi ad eam. *Vis noſſe quid ames:* inquit S. Fulgentius, *attende quid cogites:* neceſſe enim eſt, familaria & domeſtica eſſe, quæ vltro ac ſæpe nullo noſtro ſtudio, mentẽ ac memoriam ſubeunt.
Hom. 5. de Confeſſione.

3. Tertium eſt replicare pueritiæ & adoleſcentiæ ſtudia. *Ex ſtudijs enim ſuis intelligitur puer.* Ergo ex ijſdem vir.
Prou. 20.

4. Quartum indicium eſt facilè nullóque negotio commoueri animo ac ſenſu ad aſpectum, vocem, aut famam rei alicuius etiã exiguæ, nam vt docet ſanctus Thomas: *Multum paſſibilia patiuntur etiam à paruis actiuis.*
1. 2. q. 22. artic. 3. ad 2.

5. Quintum indicium eſt experientia propria eorum, quæ hactenus vel ad virtutem nobis profuerint, vel obfuerint ad vitium: quod accidit etiam dum perquirimus corporis valetudinem ac ſtatum: ijs enim, quibus læſi ſumus olim in exercitatione virtutum, cur non lædemur in poſterum, niſi ea diligentiùs præcauerimus? & cur ijſdem rebus, quibus hactenus feliciter vſi ſumus ad animi ſanitatem acquirendam, ad eandem tuendam non vtamur? denique cui dubium ſit, quæ iuuerunt antè non debere etiam poſthac prodeſſe, vt illa propterea nobis familiaria reddamus, ſicut quæ hactenus nocuerunt, adhuc eſſe nocitura, niſi repudientur?

6. Accedat vltimo loco non tam indicium, quam auxilium ad nos ipſos cognoſcendos, noſtráſque inclinationes corrigendas, amici alicuius, viri præſertim ſpiritualis & prudentis iudicium, qui quid ipſe ſentiat de nobis, quídque opinentur alij, libere & ſi fallacia pronunciet, difficillimũ eſt enim, nos ipſos noſſe, difficillimũ inquã, nobis, nõ item aliis, amor namque prudens, etiam quantum caliginis nobis offundit, ne nos ipſos intueamur, tantum lucis affert aliis vt ipſi nos penitus introſpiciant. *Quomodo*, inquit Salomon, *in aquis ſplendet vultus proſpicientium, ſic corda hominum manifeſta ſunt prudenti-*
Prou. 27.

bus.

bus. Et: *Pauper prudens ſcrutatur diuitem, qui ſibi videtur ſapiens.* Prou. 28.

Quinta ratio, qua vti debemus aduerſus prauas inclinationes, eſt ipſum abnegationis ſtudium, earum præſertim, quæ propriæ ſunt & ſingulares: ſiquidem eæ nos aliquando ad turpiores certè & ad frequẽtiores lapſus impellunt, & iis vt adminiſtris vtitur diabolus ad nos perdendos. *Prius*, inquit S. Gregorius, *conſperſionem vniuſcuiuſque antiquus aduerſarius perſpicit, & tunc tentationis laqueos apponit. Alius namque lætis, alius triſtibus, alius timidis, alius elatis moribus exiſtit. Quo ergo occultus aduerſarius facilè capiat, vicinas conſperſionibus deceptiones parat: quia etenim lætitiæ voluptas iuxtà eſt, lætis moribus luxuriam proponit: & quia triſtitia in iram facilè labitur, triſtibus poculum diſcordiæ porrigit: quia timidi ſupplicia formidant, pauentibus terrores intentat: & quia elatos extolli laudibus conſpicit, eos ad quæque voluerit, blandis fauoribus trahit. Singulis igitur hominibus vitijs conuenientibus inſidiatur. neque enim facilè captiuaret, ſi aut luxurioſis præmia, aut auaris ſcorta proponeret.* Et alibi: *Vnde*, inquit, *neceſſe eſt, vt non ſolùm quiſque conſideret, quod ex conſperſione ſuſtinet, ſed etiam quod ex vicino deterius eſt, purget: ne dum nequaquam pugnat contra id quod tolerat, ei, à quo ſe liberum exiſtimat, vitio ſuccumbat.*

Quinta ratio.

Lib. 29. mor. c. 12.

Tertia part. Paſt cap. 4.

De abnegatione intellectus & memoriæ.

CAPVT XXVIII.

ANIMA rationalis reliqua eſt, quæ abnegationis armis aduerſus vitia inſtruatur: vt enim hæc facultates alias omnes regit, ſic eius abnegatio fundamentum & robur eſt aliarum abnegationum omnium. Eius ſunt tres illæ præſtantiſſimæ virtutes, memoria, intellectus, voluntas. Intellectus fons eſt perpetuus infinitarum cogitationum, quas omnes quaſi apud ſe depoſitas memoria ſuſcipit atque cõſeruat.

Serm. de triplici genere cogitationũ Primum genus.

Hę videntur ad quatuor capita reuocari poſſe. Tria colligit S. Bernardus: *Sunt*, inquit, *nonnullæ cogitationes penitus otioſæ, & ad rem non pertinentes: quas tam facilè abiicere, quàm recipere poſſit anima, dummodo ſit ſecum habitans in corde ſuo.* De his dicendum idem quod de otioſis verbis antè à nobis dictum eſt: ſi enim peccatum eſt otioſum verbum, cur non & otioſa cogitatio?

Ratio abnegationis harum eſt, vt ibidem innuit S. Bernardus, in mentem reducere aſſiſtere nos ſemper dominatori vniuerſę terrę, qui cor intuens reprehẽdit tacitus eius otium & inertiam. Adfert alibi aliam rationem abnegationis harum, cùm enim recitaſſet ex Pſalmo: *Memor fui Dei & delectatus ſum*, ait, *ne à memoria repellat Deum irruens turba plurimarum cogitationum, quæ ſolent effluere tanquam vilis plebs in atrium, ponatur ad eius portam ianitor, cuius nomen eſt recordatio propriæ profeſſionis, & cum ſeſe illis cogitationibus ſenſerit animus prægrauari, increpet ſe, & dicat ſibi: Tu ne hæc debes cogitare, qui ſacerdos es, qui clericus es, qui monachus es, cultor iuſtitiæ debet ne quicquam in ſe iniquum admittere?*

Serm. de triplici iudicio. Pſal. 37.

Secundũ genus.

Sunt & aliæ, ait, cogitationes violentæ magis & fortiùs adhærentes, quæ videlicet ad neceſſitates naturæ pertinent: & quaſi ex eodẽ aſſumptæ limo, de quo nos facti ſumus, ſi paululum inſederint, auelli nequeunt ſine læſione & difficultate, vt cogitatio de cibo, de potu, de veſtimento.

Gen. 49.

Modus abnegationis harũ cogitationum eſt admouere ſecurim ad radicem delectationis; quæ ex huiuſmodi cogitationibus voluntatem incipit afficere, & exclamare cum Iacob: *Ruben primogenitus meus non creſcas. Hic eſt appetitus ille carnalis, qui initio vitæ pullulat in nobis*, ait Sãctus, *oportet ergo reprimere, quem extinguere non poſſumus appetitum, & quàm citò cubile noſtrum ingreditur, creſcere eum nullatenus patiamur.*

Tertium genus.

Tertio loco ſunt aliæ cogitationes, quas malignus hoſtis offerre vel afferre præſumit. *Dico autem*, inquit, *cogitationes illas immundas penitus ac fœtidas, quæ ad luxuriam, ad inuidiam, & ad vanam gloriam pertinent, cæteráque vitia deteſtanda.*

Ratio

Ratio abnegationis harum adfertur ab eodem in hæc verba: *Oportet, ſi mũdas conſeruare volumus animas noſtras, adhuc longè agentibus cogitationibus huiuſmodi multa cum indignatione occurrere, & exulare à nobis, vt nullus eis detur acceſſus.* Et quia cogitationes hæ originem aliquando ex voluntate ducunt, quæ huiuſmodi cupiditatibus facilè titillatur, idem doctor alibi: *Ad portam,* inquit, *voluntatis in qua ſolent manere carnalia deſideria, tanquam in domo domeſtica familia: ſtatuatur oſtiarius, qui vocatur recordatio cœleſtis patriæ. Hic enim poteſt prauum deſiderium quaſi cuneus cuneum expellere, & ipſum, qui ait: Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſine cunctatione recipere. Denique ad thalamum rationis talis & tam ferox adhibendus eſt cuſtos, qui nemini parcat, ſed quicumque hoſtis ſiue clàm ſiue palàm ingredi præſumpſerit, procul eum arceat, & hic ſit recordatio gehennæ.* Hæc ex S. Bernardo. *Serm de triplici iudicio.* *Apoc. 3.*

Reſtat quartum cogitationum genus, quas curioſas nominare poſſumus. Has mirificè inſectantur S. Chryſoſtomus, S. Auguſtinus, & idem S. Bernardus. Et quidem S. Auguſtinus ait: *Hanc eſſe tentationis formam multipliciùs periculoſam: & eſt,* ait, *cupiditas non ſe oblectandi in carne, ſed experiendi per carnem, hoc eſt, per ſenſus corporis vana & curioſa nomine cognitionis & ſcientiæ palliata.* Hęc quàm ſit deteſtanda, oſtendit idem his rationibus: *Nam non ſolùm inſtigat curioſitas ad cognoſcenda ſuauia, pulchra, & ſimilia, ſed his & etiam contraria, non ad ſubeundum moleſtiam, ſed ad experiendi noſcendique libidibem: quid enim voluptatis habet videre in laniato cadauere, quod exhorreſcas, & tamen ſicubi iaceat, concurrunt, vt contriſtentur & palleant. Ex quo morbo in ſpectaculis exhibentur quæque miracula. Hinc ad perſcrutanda naturæ ſecreta, quæ præter nôs eſt operata, perducitur, quæ ſcire nihil prodeſt, & nihil aliud quàm ſcire homines cupiunt. Hinc etiam ſi quid eodem peruerſæ ſcientiæ fine per artes magicas quæritur. Hinc in ipſa religione Deus tentatur, cùm ſigna & miracula flagitatur, non ad aliquam ſalutem, ſed ad ſolam experientiam deſiderata.* Et polo pòſt: *Verùm tamen in quàm multis minutiſſimis & contemptibilibus rebus curioſitas noſtra quotidie tentatur, & quàm ſæpe labamur, quis enumeret? & tandem cùm* *Quartũ genus. Hom. 19. Epheſ. 5. Libro 10. Confeſſ. cap. 35. Tract. de grad. humilitatis.*

in huiuſmodi rebus conceptaculum ſit cor noſtrũ, & portat copioſæ vanitatis cateruas, hinc & orationes noſtræ ſæpe interrumpuntur atque turbantur.

Ad hoc caput reducuntur curioſæ rerum abſconditarum, tam Dei quam hominum, inquiſitiones: arcanorum percontationes, occultorum & latentium ſcelerum inueſtigationes, aliáque permulta: quæ omnia aliorum multorum criminum ſunt ſeminaria. Vt id ſolùm ſufficiat ad perſuadendum hominibus, vt curioſitatem omnem coerceant & reſecent.

Rationes tamen aliquas proprias abnegationis & curationis morbi huius proponit S. Bernardus. Prima eſt, ſi

1. vitetur incuria ſeipſum indagandi. *Anima enim*, ait, *dum*

Cant. 1. *à ſui circumſpectione torpeſcit incuria ſui, curioſa fit in alios, quia enim ſeipſam ignorat, foras mittitur, vt paſcat hædos, id id eſt oculos & aures.* Quo loco multa de oculorum cuſtodia, vt cuſtodiatur cor, quæ altera eſt abnegationis

2. curioſitas ratio. *Duabus*, inquit, *cauſis inculpabiliter oculos leuas, vel vt petas auxilium, vel impendas: alioquin non Prophetæ, non Domini, ſed Adæ, & Euæ, & ipſius Satanæ imitatorem te dixerim.* Quę omnia ibidem latè proſequitur. Huc

3. pertinet abnegatio non ſolùm ſenſuum omnium externorum, ſed etiam internorum, phantaſiæ præſertim, quæ tantam imaginum turbam menti offert, atque adeò tam multa monſtra, vt ſi non compeſcatur & purgetur forti abnegatione, animum vniuerſum ſola per ſe obrutura videatur.

Sed caſtigat egregiè S. Chryſoſtomus curioſitatem, cùm enim oſtendiſſet multa in rerum natura à Deo facta, quorum ratio ab homine nulla reddi poteſt, addit, multo minùs debere hominem curioſum eſſe de rebus

1. humanis. *Quoniam*, inquit, *homo eſt his omnibus præſtantior & honorabilior, & hæc propter illum facta ſunt, non ille pro-*

2. *pter hæc.* Indicat etiam voluntatem Dei eſſe, vt intellectum hac in parte abnegemus, quando ipſe Deus apes, formicas, & alia animalcula admirabilia, ea quæ videntur naturam eorum ſuperare, operari voluit, quæ tamen ab homine intelligi noluit, vt vel ſic diſceret non eſſe

3. curioſus. Denique non ſemper ſapientię aſcribi ſcientiæ

profeſſionem, ſed aliquando potiùs ignorantiam confiteri Sapientior enim reputabitur, qui negauerit ſe ſcire, quantum diſtet cœlum à terra, quotque aquæ ciathos mare contineat, quàm qui horum ſimiliumque rerum ſcientiam iactitet. Denique ad retundẽdam curioſitatis libidinem plurimum valet meminiſſe reſponſionum, quas CHRISTVS Dominus aliquando dedit Apoſtolis hoc vitio laborantibus: *Quid ad te? tu me ſequere. Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quæ PATER poſuit in ſua poteſtate.* 4. Ioan.21. Actor.1.

Hîc autem quæri poteſt ad quam regulam cogitationes noſtræ dirigendæ ſint, vt ſint laudabiles: & S. Baſilius his verbis reſpondet: *Si quis formidauerit iudicium Domini dicentis, Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes; & illum fuerit imitatus, qui dixit: Vt iumentum factus ſum apud te: atque abiecta* (ecce abnegationem) *omni caſſa opinione prudentia ſua, de ijs, quæ cogitauerit, nihil antea tãquam rectum approbarit, immo ne initio quidem prorſus quicquam cogitauerit, priuſquam ab ipſo Domini mandato ſcire didicerit, quid placeat Deo, ſiue in opere, ſiue in verbo, ſiue in cogitatione.* Legatur etiam collatio Caſſiani prima. Reg.breu. 274. Iſa.5. Pſal.72. Cap.18.

De abnegatione propriæ voluntatis.

CAPVT XXIX.

VOLVNTAS eſt animæ facultas, quæ in alias omnes ſuo modo exercet imperium: eas enim mouet & agit, vt libet. Quare à voluntate vis, bonitas, & malitia actionũ humanarũ exiſtit. Vt igitur boni eius principiũ eſt, ſeſe Deo ſubjicere, ac committere regendã; ſic eius pernicies originẽ habet ex eo, quòd ſuo illa ſe nutu atque cõſilio dirigat. Et quia tũc volũtas ſeipſam quærit, ſe ipſa delectatur, & neglectis aliis omnibus amore ſui quaſi capta tota eſt intẽta in propriũ cõmodũ, nomine iam trito voluntas propria appellata eſt:

cui

cui morbo nullum remedium oportunius diuinitus paratum eſt, quàm abnegatio. Deſcribitur ſic voluntas hæc à S. Bernado: *Voluntatem dico propriam, quæ non eſt communis cum Deo & hominibus, ſed noſtra tantum: quando quod volumus non ad honorem Dei, non ad vtilitatem fratrum, ſed propter noſmetipſos facimus, non intẽdentes placere Deo, & prodeſſe fratribus, ſed ſatisfacere proprijs motibus animorum.* Eandem deteſtans S. Baſilius affirmat: *Vti propria voluntate arbitrióve non ſolùm eſſe alienum à recta ratione, ſed eſſe etiam contumaciæ ac peruicaciæ periculum.*

Ser. 3. de reſurr.

Reg. breu cap. 123.

Verùm in voluntatis abnegatione res mira accidit: abnegatio enim actio eſt voluntatis, qua cõtra ſe ipſam inſurgit, & quaſi capit arma. quis enim abneget voluntatem malum amplectentem iam, aut ad illud accedentem propiùs, niſi voluntas rejiciens malum, & bonum eligens? Igitur voluntas contra ſeipſam conuertitur, cùm ſeipſam abnegat. quod quidem opus eſt diuinæ gratiæ maximum, cùm abnegatio propter virtutis bonum Deúmque exercetur: attingit enim tunc Dei gratia à fine actionis prauæ ad finem bonæ fortiter, conuertens cor à voluptatibus propriis ad virtutis ſeueram ſoliditatem: non quidem cogens, ſed alliciens voluntatem, omniáque diſponens ſuauiter. Maxima autem ſuauitatis eius pars poſita eſt in intellectus illuſtratione: is enim certior factus de pernicie propriæ voluntatis, eam excitat, efficitque vt quàm primum peſtem illam à ſe radicitus excutiat, viriliterque ſeſe abneget. Nobis igitur ad iuuandam abnegationem hanc eadem via inſiſtendũ eſt: vt videlicet proponamus intellectui ſtatum propriæ voluntatis, & quæ ex ea proficiſcuntur mala, vt hac cognitione inſtructa mens voluntatem erigat atque confirmet ad ſe ipſam abnegandam.

Ser. 3. de reſurr. Primò.

Statum hunc nullus eſt qui deſcribat, & quaſi ponat, ob oculos meliùs quàm S. Bernardus: *Primò*, ait, *propriam voluntatem Dominum maieſtatis proprio furore impugnare. nam ſeipſam primò ſubtrahit, & ſubducit eius dominatui, cui tanquam auctori ſeruire debuerat, dum efficitur ſua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? omnia deinde quæ Dei ſunt, quod in ſe eſt, tollit & diripit. Quem enim modum ſibi*

ponit humana cupiditas? Mundus vniuerſus propriæ voluntati non ſufficit. Sed vtinam (horribile dictu) ne in ipſum deſæuiret auctorem: nunc autem (quantum ipſa eſt) Deum perimit voluntas propria: omnino enim vellet Deum peccata ſua aut vindicare non poſſe, aut nolle, aut ea neſcire: vult enim eum non eſſe Deum, quæ quantum in ipſa eſt, vult eum aut impotentem aut iniuſtum eſſe. propter hanc cauſam directè contraria eſt Deo propria voluntas. Vt idcirco eam Deus acriter perſequatur: *Quid enim*, inquit, *odit aut punit Deus præter propriam voluntatem? ceſſet propria voluntas, & infernus non erit. In quem enim ignis ille deſæuiet niſi in propriam voluntatem?*

Secundò dicit alio loco. Nos qui peccatores naſcimur peccato aliena voluntate, id eſt, Adami contracto, eo expiari per baptiſmum, & liberari ea ratione à ſeruitute diaboli, in quam poſt baptiſmũ iterum nos reducit nil aliud, quàm propria voluntas, qua peccatum actuale complectimur: idque quã multis accidat, nemo eſt, qui neſciat: & (quod peius eſt) redit ad nos diabolus, duce peccato, non ſolus, ſed cum aliis ſeptẽ ſpiritibus illo nequioribus: *At quis*, inquit S. Bernardus, *illum admiſit, niſi propria voluntas? ipſa eſt, quæ in poteſtatem tenebrarum denuo rediit, quæ nos iterum ſubdidit mortis imperio. Quòd ſi prioris ſceleris dira cupiditas paucorum eſt, certè multorum & pœnè omnium eſt poſteriori ratione diaboli mancipium aliquando propria voluntate fieri.* *Secundò. Serm. de duplici baptiſmo & relinquenda propria voluntate.*

Tertiò eſt etiam voluntatis propriæ illud, vt non ſe ſubjiciat diuinæ voluntati, ſed diuinam voluntatem flectere potiùs, & ſuæ coniungere maximè conetur. S. Auguſtinus ſcribit, hanc voluntatem eſſe illud cor prauum, de quo Dauid. *Non adhæſit mihi cor prauum.* Et alio loco: *Qui ſunt*, inquit, *recti corde? qui non reprehendunt Deum, qui voluntatem ſuam ad voluntatem Dei dirigunt, non voluntatem Dei ad ſuam curuare conantur.* Legantur quæ habet B. Pater Ignatius de tribus hominum claſſibus, in libro ſuorum exercitiorum. *Tertiò. In Pſ. 100 Pſal. 100. In Pſ. 123*

Quartò S. Baſilius, vt ſuprà retuli, *peruicaciam, & contumaciam propriæ voluntatis ſobolem eſſe*, ait. Hoc autem quantũ malum ſit, docet S. Gregorius quodam loco ſic *Quartò. Libro. 4. in primũ Reg. c. 2.*

ſcribens de Iſraëlitis, qui ius regis audierunt, & id propter quod exponatur deteſtabātur: *Vt* inquit, *reproborum cordium profectus exprimatur, in quibus mali propoſiti conſummatio eſt, & inconuertibilitas voluntatis.*

Initio lib. 1. de cōſideratione

Hoc porrò malum adeò graue non ita mundanorum hominum eſt, vt ad ſpirituales viros numquam pertineat: nam ſanctus Bernardus docet Eugenium Papam, quam viam teneat hoc peccatum, vt in hominem ingrediatur; cùm videlicet vir religioſus, & alioquin proficiens, occaſione accepta vel ab officio vel aliūde, ita ſeſe in occupationes externas immergit, vt vix & rarò ad ſe ipſum colligendum redeat: quod initio quidem inuitus & gemens ſuſtinet, conſuetudine tamen paulatim ita obdureſcit, vt priora planè oblitus huic poſteriori vitæ generi ſit totus addictus: *Vereor inquam,* ait S. Pater, *ne in medijs occupationibus, quoniam multæ ſunt, dum diffidis finem, frontem dures, & ita ſenſim te ipſum quodammodo ſenſu priues iuſti vtiliſque doloris. multo prudentius te illis ſubtrahas vel ad tempus, quã patiare trahi ab ipſis, & duci certè paulatim, quò tu non vis. Quæris quò? ad cor durum? ne pergas quærere quid illud ſit. ſi non expauiſti, tuum hoc eſt. Quid ergo cor durum? ipſum eſt, quòd nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus: minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non præuidens. Ipſum eſt, cui præteritorum præter ſolas iniurias nihil omnino non præterit, præſentium nihil perit, futurorum nulla niſi fortè ad vlciſcendum proſpectio ſeu præparatiò eſt. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipſum eſt, quòd nec Deum timet, nec hominem reueretur. En quo trahere te habent hæ occupationes maledictæ, ſi tamen pergis, vt cœpiſti, ita te dare totum illis, nil tui tibi relinquens.* Poſtremò qui plura de hac fœdiſſima propriæ voluntatis imagine cognoſcere deſiderat, euoluat librum eiuſdem Patris de conuerſione ad clericos.

Ex his certè omnibus intelligitur, propriam volun-

tatem maxima abnegatione indigere, quippe quæ non ſolùm antedictorum, ſed etiam aliorũ omnium peccatorum & ſcelerũ mater eſt & ſentina. Huic accepta referenda ſunt omnia, quæ à mundanis hominibus crimina committũtur: huius partus ſunt omnia proficientium delicta: ex ea profluit tarditas progrediendi, fouet illa tepiditatem, gignit deſperationem, creat apoſtaſiam, interitum parat animæ ſempiternum.

Eſt & aliud incitamentum abnegandæ propriæ voluntatis, nempe ſubmiſſio & humilitas: ſi quidem eius obſtinatio ex ſuperbia proficiſcitur. Abnegatio etiam intellectus viam ſternit abnegationi voluntatis: quandoquidem nihil voluntas appetit, quod ei ab intellectu non fuerit antè propoſitum. Ergo vt ſe voluntas abneget, intellectum impellat ipſa ad ſe ipſum abnegandum. Intellectus enim abnegatus viciſſim voluntatis abnegationi ſubſidio eſt.

Sed quantum momenti poſitum ſit oportet in Chriſti Domini exemplo, vt nos ad imitationem eius noſtras voluntates abnegemus. voluntates, inquã, non ſolum malas, ſed bonas etiã: neque enim in Chriſto fuerunt niſi bonæ, & nihilominus eum illas abnegaſſe legimus: *Quia non quæro*, inquit, *voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.* Et cùm poſitis genibus orabat, dicens: *PATER, ſi vis transfer calicem iſtum à me; verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Immo & intellectum abnegauit, vt ſe matri Ioſephque ſubjiceret. ſi credimus S. Bernardo. Quæ omnia obſeruat S. Baſilius in moralibus. *Ioan. 5.* *Luca 22.* *Ser. 3. de Reſur.* *Cap. 4.*

Ad extremum alibi explicans idem, quid ſibi velit Apoſtolus, cùm nominat voluntates carnis & cogitationũ: dicit voluntates carnis eſſe carnis opera, quæ numerat in epiſtola ad Galatas: *Voluntates autẽ cogitationum*, inquit, *opinor, ea conſilia appellari, quæ ſcriptura teſtimonium non habent. veluti ſunt illa, de quibus dictum eſt, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei & intellectus, quæ non rediguntur in captiuitatem in obſequium CHRISTI.* Præſcribit deinde regulam generalem cogitationum & voluntatũ no- *Reg. breu. Cap. 269.* *Epheſ. 2.* *Gal. 5.* *2. Cor. 10.*

ſtrarum

ſtrarum: qua ſimul intelligimus illas omnes abnegandas eſſe, de quibus dici non poſſit illud: *Conſilium meum*
Pſal. 118. *iuſtificationes tuæ.*

De abnegatione amoris proprij.

CAPVT XXX.

Abnegationis ſumma & faſtidium eſt amoris proprij abnegatio: abnegationes enim quas hactenus explicauimus, imperfectæ & inanes ſunt, niſi amoris proprij abnegatione compleantur. Hæc per omnes alias permeãs illis quaſi ſpiritum vitámque largitur, & ideo continet hæc alias omnes, eminétque inter omnes. Vt propterea qui amorem proprium impugnat, ſingula vitia inſequatur: ſicut qui amorem propriũ ſingula ſimul vitia infringit. Multum autem intereſt ad amorem hunc profligandum, vtrùm contra ſingulas cupiditates ſigillatim repugnes, vtrùm ipſum per ſe amorem proprium adoriare: nã priore conflictu quaſi membratim conciditur, poſteriore vniuerſus extinguitur. Atque hoc eſt quod nobis faciendum reſtat, vt videlicet poſtquam contra partes vitij deſudatum eſt, aut certè eodem ipſo tempore amorem proprium per ſe, quantum nobis diuinitus datur, iugulemus. Quod tractandum ſupereſt extremo hoc capite de abnegatione.

Duplex eſt amor ſui; naturalis vnus, alter non naturalis, niſi fortè naturæ corruptæ. Prior vitioſus non eſt, & eſt regula amoris proximi: nam iubemur ſicut nos ipſos proximos diligere, & de hoc amore in præſentia agendum nobis non eſt, niſi ea ratione, qua, vt poſt dicemus, ſit illi neceſſaria ad perfectionem aliqua abnegatio. poſterior autem deſcribitur à S. Baſilio in homi-
Reg. breu cap. 54. ne ſui ipſius amante: *Amans*, inquit, *ſui ipſius eſt, qui ſe ipſũ amat priuato & immodico amore*, cuius amoris ſignum ſubiungit: *Talem ſe eſſe quis cognoſcit, ſi quæ facit, ea commodi ſui cauſa facit, licet quod fiat ex mandato ſit, nam illud,*

quietis

quietis ſuæ cauſa aliquid omittere eorum, quæ ad vtilitatem fratris pertineant, ſiue animi illa quies ſit, ſiue corporis, iam hoc quibuſuis etiam alijs perſpicuum eſt, vitium eſſe amoris ſui ipſius, cuius finis perditio. Et alibi: *Nam ſui ipſius cauſa ſolicitum eſſe, hoc crimen eſt hominis ſeipſum amantis: contráque propter mandatum ſolicitudinem ſuſcipere ac laborem, hæc laus eſt hominis Chriſtum amantis, & affectionis animi, fraternam charitatem diligentis.* his ſimilia habet S. Gregorius Papa. De vtroque amore S. Bernardus ſic: *Eſt amor carnalis, quo ante omnia homo diligit ſeipſum propter ſeipſum: nondum quippe ſapit niſi ſeipſum, ſicut ſcriptum eſt, priùs quod animale, deinde quod ſpirituale. Nec præcepto indicitur, ſed natura inſeritur. Quis nempe carnem ſuam odio habuit? At verò ſi cœperit amor idem (vt aſſolet) procliuior eſſe ſiue profuſior, & neceſſitatis alueo minimè contentus, campos etiam voluptatis exundans latiùs viſus fuerit occupare, ſtatim ſuperfluitas obuiantem mandato cohibetur; cùm dicitur, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.* Reg. bre. cap. 272. Hom. 4. in Ezech. 1. Cor. 15. Epheſ. 5. Mat. 22.

Potiſſima & peſſima amoris huius vitioſi proprietas eſt eſſe contrarium charitati: qua de re S. Auguſtinus, qui eius reliquas proprietates ex illa tanquam ex fonte manantes elegantiſſimè commemorat, ſic autem habet: *Meritò initium omnis peccati ſuperbiam ſcriptura definiuit dicens, Initium omnis peccati ſuperbia: cui teſtimonio non inconuenienter aptatur etiam illud, quod Apoſtolus ait, Radix omnium malorum eſt auaritia: ſi auaritiam generalem intelligamus, qua quiſque appetit aliquid amplius, quàm oportet, propter excellentiam ſuam, & quandam propriæ rei amorem: cui ſapienter nomen latina lingua indidit, cùm appellauit priuatum; quod potiùs à detrimento quàm ab incremento dictum eluceт: omnis enim priuatio minuit. Vnde ergo vult eminere ſuperbia, inde inter anguſtias egeſtatémque concluditur, cùm ex communi ad proprium damnoſo ſui amore redigitur. Specialis autem auaritia eſt, quæ vſitatiùs appellatur amor pecuniæ: cuius nomine Apoſtolus per ſpeciem generis ſignificans vniuerſalem auaritiam volebat intelligi, dicendo: Radix omnium malorum eſt auaritia. Hinc enim & Diabolus cecidit, qui vtique non amauit pecuniam, ſed propriam poteſtatem. Proinde peruerſus ſui amor priuat ſancta* Lib. 11. de Gẽ. ad literam, cap 15. Eccl. 19. 1. Tim. 6

ſocietate turgidum ſpiritum, eúmque coarctat miſeria iam per iniquitatem ſatiari cupientem: hinc alio loco cùm dixiſſet, Erunt enim homines ſeipſos amantes: continuò ſubiecit amatores pecuniæ, ab illa generali auaritia, cuius ſuperbia caput eſt, ad hanc ſpecialem deſcendens quæ propria hominum eſt. nec enim eſſent homines amatores pecuniæ, niſi eo ſe putarent excellentiores, quo ditiores. Cui morbo contraria charitas non quærit quæ ſua ſunt, id eſt, non priuata excellentia lætatur: meritò ergo & non inflatur. Hi duo amores, quorum alter ſanctus eſt, nempe charitas, alter immundus, nempe amor ſui; alter ſocialis, alter priuatus: alter communi vtilitati conſulens propter ſupernam ſocietatem, alter etiam rem communem in poteſtatem propriam redigens propter arrogantem dominationem: alter ſubditus, alter æmulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentus: alter pacificus, alter ſeditioſus: alter veritatem laudibus errantium præferens, alter quoquomodo laudis auidus, alter amicabilis, alter inuidus: alter hoc volens proximo quod ſibi, alter ſubiicere proximum ſibi: alter propter proximi vtilitatem regens proximum, alter propter ſuam, præceſſerunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis, & diſtinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas, ſub admirabili & ineffabili prouidentia Dei cuncta, quæ creata ſunt, adminiſtrantis & ordinantis, alteram iuſtorum alteram iniquorum, quarum etiam quadam temporali commiſtione peragitur ſeculum, donec vltimo iudicio ſeparentur: & altera coniuncta bonis Angelis in rege ſuo vitam conſequatur æternam, altera coniuncta Angelis malis in ignem cum rege ſuo mittatur æternum. De quibus duabus ciuitatibus latiùs fortaſſe alio loco ſi Dominus voluerit, diſſeremus. Hæc S. Auguſtinus. Porrò duas ciuitates, quas pollicetur hîc, explicat in diuino illo opere de ciuitate Dei, in quo ad idem propoſitum ſcribit egregium illud dictum: *Fecerunt ciuitates duas amores duo: terrenam ſcilicet amor ſui vſque ad contemptum Dei: cæleſtem verò amor Dei vſque ad contemptum ſui.* Et alia, quæ ibidem adiungit ſuperioribus ſimilia. Quo loco indicat ſapientiſſimus Pater, amore proprio peſtem nullam deteſtabiliorem eſſe, quandoquidem hominem pertrahit vſque ad contemptum Dei: quod in luciferi caſu perſpicuum

2. Tim. 3. *1. Cor. 13.* *Lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 28.*

eſt,

eſt, & in pleriſque ſui perditè amãtiſſimis hominibus, quos Scriptura diuina in eandem voraginem per ſuperbiam præcipitaſſe commemorat.

. Hic eſt ille amor, qui, vt diximus in extremo capite tertio huius libri, inquinat intentionem proficientis, nec ſolùm inquinat, ſed quantum eſt in ſe, omninò peruertit, & deflectit, ad ſeipſum: efficitque nonnunquam, vt quamquam nobis quod facimus, propter Deum facere videmur, re tamen ipſa non ad Deum, ſed ad nos ipſos intueamur, nihil aliud in eo propoſito, actionéve quærentes, quàm nos ipſos ſolùm, etſi quidem etiam Deum vt finem, eiúſque gloriam propoſitam habeamus, nec tam eius honoris, quàm vel vtilitatis vel gloriæ noſtræ cauſſa id fiat à nobis. quare amor proprius de honore ſummo, & vt ita dicam de primatu finis cum Deo maximo contendit. etſi non aſſequitur, vt intentionis & actionum hominis finis ſit, eas certè vt poteſt, quod plerumque viris etiam ſpiritualibus accidit, ſubtiliſſima ſui contagione contaminat.

Eſt etiam huius mali alia proprietas, quæ illud reddit ſimiliter exectandum. Si enim ſemel obtinet ab homine vel apertè, vel quaſi ex inſidiis, vt finis ſit ſtudiorum & actionum eius, infinitus eſt, immenſus, inſatiabilis (legatur S. Thom. cùm loquitur de concupiſcentia) ſicut enim ſi quis valetudinem corporis vt finem expeteret, quantumcumque poſſet maximam expeteret, ſin autem vt ea ad Deo ſeruiendum vteretur, finem faceret expetendi, & ea contentus eſſet, quæ propoſito fini eſſet accommodata; ſic qui nihil aliud, quàm ſeipſum, hoc eſt commodum & gloriam ſuam, per amorem proprium quærit, eius ſemper eſt appetentior, illiúſque cupiditati inexplebili nihil ſufficit, vt tunc nominari poſſit homo planè par igni & inferno, de quo ſcriptum eſt, *nunquam dicit ſufficit*.

1.2.q.30. art.4.

Prou.30.

Quamuis autem, quæ ex vitioſo amore ſui tanquam ex primo fonte mala deriuantur, ex iam dictis intelligamus; operæpretium tamẽ eſt, ea vt receſentur à S. Auguſtino animaduertere: *Quid amor ipſe*, inquit, *tot rerum vanarum atque noxiarum? & ex hoc mor[d]aces curæ, pertur-*

Lib.22. de ciuit. Dei, c.22

 bationes,

bationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordiæ, lites. bella inſidiæ, iracundiæ, inimicitiæ, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulãtia, impudẽtia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & cõtra naturã vtriuſque ſexus tot ſtupra atque immũditiæ, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemiæ, periuria, oppreſſiones, innocentium calumniæ, circumuentiones, præuaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia violentiæ, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem non venit. & tamen de vita iſta hominum non recedit? verùm hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris & peruerſi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam naſcitur.

Antidotus contra venenum amoris proprij ardens abnegatio eſt. Fonti enim illi omnium malorum exſiccando minor æſtus par non eſt. hanc igitur ſapientiſſimè parauit nobis Chriſtus Dominus, vt ſcelerum omnium capiti virtutum omnium matrem opponeremus, & qui perieramus amando nos, reuiuiſceremus abnegando

Ser. 47. de diuerſis in cap. 17. Mat. nos: *Si enim*, inquit S. Auguſtinus, *perit homo amando ſe, profectò inuenitur negando ſe.* Et addit id explicans copioſiùs: *Prima hominis perditio fuit amor ſui. Si enim ſe non amaret, & Deum ſibi præponeret. Deo eſſe ſemper ſubditus vellet: non autem conuerteretur ad negligendam voluntatem illius, & faciendam voluntatem ſuam. præpone his voluntatem Dei, diſce amare te, non amando te.* oſtendit deinde, quomodò amore ſui deducatur homo ad ea etiam

Lucæ 15. diligenda, quæ extra ipſum ſunt: & ſimiliter filio prodigo, egreſſus è paterna domo; ſubſtantiam quæ illi integra apud patrem ſeruabatur, habere voluerit in arbitrio ſuo, effuderitque eam, & inops factus ſit. *Quid*, ait, *de illo dicitur? & reuerſus eſt ad ſeipſum. ſi ergo reuerſus eſt ad ſe, exierat à ſe, quia ceciderat à ſe, & exierat à ſe, redit priùs ad ſe, vt redeat in illo, vnde ceciderat à ſe. ſicut enim cadendo à ſe remanſit in ſe, ſic redeundo ad ſe, non debet remanere in ſe, ne iterum exeat à ſe. ſurgam, & ibo ad Patrem meum, ecce vnde ceciderat à ſe, ceciderat à patre ſuo. redit ad ſe, & pergit ad patrem, vbi tutiſſimè ſeruet ſe. ſi ergo exierat à ſe, redeundo ad ſe, vt eat ad patrem, neget ſe. ſub-*

ducat ſe ſibi, vt hæreat Deo. Deus quod in illo malum eſt, non fecit, perdat quod fecit, qui inde defecit, abneget inquit ſe, & tollat crucem ſuam, & ſe quatur me. *Matt. 16.*

Sed vim abnegationis vniuerſæ, eius inquam quæ radicitus conuellit amorem proprium, S. Baſilius explicatè tradens, omnia, quæ ad eam pertinent, ad capita quinque reuocat, & abnegationis & renunciationis nomine, vt eſt in Euangelio, appellantur. Primum nunciũ remittere facultatibus, poſſeſſionibus, & bonis externis omnibus. Secundò parentibus, conſanguineis, omnibúſque ſecularibus amicis. Tertiò affectionibus omnibus erga prædicta, & quibuſcumque aliis affectionibus, quæ humanæ ſint & terrenæ. Quartò honori & gloriæ propriæ. Quintò amori etiam vitæ. *Perfecta igitur renunciatio*, inquit, *in eo conſiſtit ſi quis id aſſecutus fuerit, vt ne de vita quidem ſua quicquam affectus ſit omnino, ac ſto habeat mortis reſponſum.* His quinque gradibus cœlum verſus paratur aſcenſus proficienti, quaſi per alteram ſcalam Iacob: vt appoſitè explicat eruditiſſimus Magiſter meus P. Benedictus Pererius in Myſtica ſua eiuſdem ſcalæ expoſitione. Plura de his renunciationibus dicenda etiam ſunt à nobis libro quinto. *Reg. fuſius diſput. c. 8.*

Indicia porrò abnegationis amoris proprij ſunt hæc. Primum: Quo quis accedit propiùs ad prædictas renunciationes, eo abeſt longiùs ab amore ſui. Secundum: Abnegatio vitiorum & ſenſuum omnium, præſertim verò gaſtrimargiæ, philargiriæ, acediæ, & maximè omnium inanis gloriæ, ſatis magno argumento eſt, de amore proprio non exiguam victoriam partam eſſe. Vide S. Auguſtinum decimo libro Confeſſionum. Tertium eſt, peccata propria grauiſſimè ferre & accuſare, Siquidem vt Scribit S. Gregorius: *Valde claudit oculum cordis amor priuatus.* Ex quo fit, vt hoc quod nos agimus, & graue non eſſe exiſtimamus, plerumque agatur à proximo, & nimis nobis deteſtabile eſſe videatur. Quartum eſt odium & contemptus ſui. Siquidem Dominus: *Qui non odit animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus*, Et ſui amantes dicuntur in Scripturis *ſibi placentes*. ſibi igitur ipſi diſplicere, ſeipſum dimittere, occultare, con- *Primum indiciũ.*

temnere minorem ſe exiſtimare cunctis Dei miſerationibus,& ſeruum omnino inutilem,potiora deferre aliis, ſibi vnam confuſionem faciei reſeruare, indicant, quaſi vultus,animum amore ſui penitus exutum,aut proximè exuendum:ſed legatur indicium omnium maximum li-
5. bro quinto,capite ſexto.

De Diaboli ſuperbia,& duabus generalibus tentandi rationibus, quibus ille vtitur.

CAPVT XXXI.

IN ſpirituali militia, qua contra vitia decertamus, ſoli non ſumus:nam fœdere cum carne & mundo primùm inito, contra nos acerrimè dimicat diabolus nec parcit proficientibus; immo vt exponit S. Hieronymus, *Eſca eius electa*: & quod omnes Patres affirmant, cōtra eos præcipuè furore ac rabie totus exardeſcit,quos in primis conſiliis ſuis aduerſari intelligit,vitæ probitate & Euangelicæ perfectionis ſtudio.Oppugnatores noſtri igitur ſunt noſter homo vetus,mundus, & diabolus. Contrà verò propugnatores ſunt Deus optimus maximus,qui nos in acie conſtitutos mirificè recreat. Angeli eius, & omnes Sancti, qui partes noſtras ſtudioſiſſimè tuentur & iuuant.

In 19. Ezech.
Abac. 1.

Quare antequam finem imponamus tractioni de veteri homine exuendo,de diaboli & mundi tentationibus aliqua dicenda primùm ſunt, deinde nonnulla etiam de Dei præſenti ope & miſericordia , auxilióque Sanctorũ, quibus milites ſuos Dominus aduerſus tam immanes & callidos hoſtes communit & roborat.vt enim Deus melius iudicauit (teſte Auguſtino) de malis bona facere, quàm nulla mala permittere, ſic vtilius nobis fore putauit,ſi tentationes nobis afferri permitteret ab aduerſariis, quàm ſi nos ab illis omnino immunes ſeruaret. Quamobrem inquit idem Sanctus: *Vita noſtra in hac pe-*

In Ench. cap. 17.
In Pſ. 60.

regrina

regrinatione non poteſt eſſe ſine tentatione: quia profectus noſter per tentationem noſtram fit, nec ſibi quiſque innoteſcit niſi tentatus, nec poteſt coronari niſi vicerit, nec poteſt vincere, niſi certauerit, nec poteſt certare, niſi inimicum & tentationes habuerit. quam ob cauſam addit idem, fuiſſe tanti æſtimatam à Chriſto, vt voluerit tentationes admittere ob hoc ipſum, vt nos ad eas ſuperandas inſtrueret. *Poterat*, inquit, *à ſe diabolum prohibere: Sed ſi non tentatur, tibi tentando vincendi magiſterium non praberet.*

De diabolo autem poſſent huc multa adferri, ſed ea magna ex parte aliena ſũt ab inſtituto, & ſatis nota ſunt: mentis tamen eius, Luciferi præſertim & aliorum illi ſimilium, ſuperbiam & arrogantiam cognouiſſe operæpretium eſt, quam ſcitè depingit S. Gregorius in moralibus: *Qui factus eſt* (inquit Scriptura) *vt nullum timeret. Factus eſt* (ait ſanctus Pater) *per naturam, vt conditorem ſuum caſtè timere debuiſſet, ſed ſua peruerſitate factus eſt, vt nullum timeret. ei quippe, à quo conditus eſt, ſubeſſe deſpexit.* Lib. 34. cap. 7. Iob 41. *ita enim Deus ſemper omnia eſt, vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathan verò iſte eius celſitudinis culmen aſpiciens, ius peruerſa libertatis appetijt, vt & praeſſet cateris, & nulli ſubeſſet, dicens: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero altiſſimo. cuius eo ipſo ſimilitudinem perdidit, quo eſſe ei ſuperbè ſimilis in celſitudine concupiuit.* Isa. 14. Et paulo pòſt: *Factus eſt, vt nullum timeret, quia nec Deum. Sed neque hoc quod paſſurus eſt, metuit. cui multo felicius fuerat, timendo vitare ſupplicia, quàm non timendo tolerare. appetitum itaque celſitudinis vertit in rigorem mentis, vt damnatus iam per duritiam ſe malè egiſſe non ſentiat. qui praeſſe per gloriam quarebat. nam quia ius quæſita poteſtatis non obtinuit, quaſi quoddam ſuperbia ſua remedium inſaniam inſenſibilitatis inuenit, & quia prouectu tranſgredi cuncta non potuit, deſpectu ſe contra cuncta praparauit, cuius adhoc ſuperbia ſtudioſè deſcribitur, cùm protinus ſubinfertur, omne ſublime videt, id eſt, cunctos velut infra ſe poſitos quaſi de ſublimi reſpicit: qui dũ per intentionem contra auctorem nititur, eſtimare ſibi quemlibet ſimilem didignatur.* A mente adeò auerſa à vero, à voluntate tanta ſuperbia capta quid mali timendum non ſit, ſi accedat par poteſtas? Diaboli autẽ poteſtas magna

certè eſt, quia ſcriptum eſt: *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei.* eſt tamen voluntate eius peruerſa longè inferior, & hæc ipſa Chriſti Domini ſanguine diminuta & vincta.

Iob. 14.

Ex illa adeò magna & intoleranda ſuperbia ac malitia voluntatis obſtinatæ exiſtit in diabolo odium par ſuperbiæ aduerſus Deum & homines, & ſtudium adimendi Deo gloriam & hominibus ſalutem, vnde officium tentatoris ſibi ſumēs: *Pro magno habet* (ait S. Gregorius) *quod ſub iure ſuæ tyrannidis terrena quærentes tenet. In primis tamen ardet cupiditate poſſidendi veros bonos, Propheta,* inquit idem, *atteſtante, qui ait, eſca eius electa, neque enim mirum deputat ſi eos abſorbeat, quos ſuperbia erigit, auaritia tabeſacit, voluptas dilatat, malitia anguſtat, ira inflāmat, diſcordia ſeparat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans ſiccat: abſorbebit ergo fluuium, & non mirabitur, quia non pro magno æſtimat, cùm eos deuorat, qui per ipſa ſuæ vitæ ſtudia deorſum currunt: ſed eos magnopere curat, quos deſpectu terrenis curis iungi iam cœleſtibus contemplatur.*

Libro 3. mor. c. 6. Habac. 1. Vulgata, cibus eius electus.

Modus porrò quo inſurgit Diabolus aduerſus bonos duplex eſt, vnus manifeſtus, alter occultus: manifeſtum ſequitur, cùm palàm ſæuit per apertas perſecutiones, quibus exerit vniuerſas ſuas ſuorúmque vires, vt bonos vel fidei cōfeſſione vel vita priuet, quod præſtitit hactenus per tyrannos, idem adhuc facturus in Antechriſto. Occultum verò modum aggrediendi bonos vel plurimum exequitur pacis tempore per dolos & fraudes, vt propterea de eo ſcripſerit S. Cyprian. *In pace ſubdolus, in perſecutione violentus.*

Serm. de zelo.

De apertis perſecutionibus Satanę & miniſtrorum eius nihil eſt quod agamus in præſentia, monendus ſolùm proficiens eſt, vt intelligat, perſecutionis tempore non ſolùm vocati ſe à Domino ad profitendam Fidem, cùm ait: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo,* ſed etiam animari ad ferendas alacriter iniurias, contumelias, flagella, mortem denique ipſam ex Dei amore, & ad Chriſti Domini imitationem. *Maiorē enim caritatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis,* quod ſanè egregiè præſtiterunt fere

Mat. 10.

Ioan. 15.

in oculis noſtris martyres huius ſæculi apud Hæreticos in diuerſis Europæ locis,& apud Ethnicos in Indiis, Braſilia,& Nouo orbe quàm plurimi. De altero igitur modo, qui aſtutiis nititur plura dicamus, hunc enim ferè tenet diabolus aduerſus proficientes.

De diaboli artibus & modis, quibus tentando vtitur, præſertim contra tyrones.

CAP. XXXII.

SCOPVS Diabolo propoſitus in tentandis proficientibus eſt, eos de ſuo ipſorum ſtatu deturbare, ac omnino peruertere. *Et aſcenderunt ſatrapæ Philiſtinorũ ad Iſraël.* quo loco S. Gregorius: *Cùm*, inquit, *altiori vita proficimus, maligni ſpiritus, qui ſemper bene agentibus inuident, nobis infeſtiores ſunt, & quia de innocentis vitæ ſublimitate nos deponere appetunt, aſcendere dicuntur, aſcendere quippe malignis ſpiritibus, eſt ſe ad expugnanda alta per cœleſte deſiderium corda ſubleuare. Quia etiam cõtra perfectiores Christi milites non quorumlibet malorum ſpirituum, ſed fortiorum Dæmonum prælia excitantur, non Philiſtim contra Iſraël aſcendere, ſed Philiſtinorum ſatrapæ perhibentur, quia ad probandam electorum patientiam, nec vnus ſpiritus malus, lectorum ſingulis, ſed innumeri deputantur: vt de conſecuta eorum victoria tanto ſit copioſor fidelium gloria, quanto eis irrogata fuerint prælia grauiora.* Quo loco illud obiter obſeruandum, S. Gregorium aduerſus Caſſianum & alios, qui putant, Angelum vnum malum vnicuique hominum datum ad pugnam, ſicut datur vnus bonus ad cuſtodiam, aſſerere falſum eſſe, electis ſingulis eſſe deputatum Angelum malum. Et quanquam diabolus perturbatè omnia facit & ſine ordine, in perniciem tamẽ noſtram quilibet molitur & tentat, & ad ea etiam ſe accommodat, ad quæ minus propenſus eſt, ideóque ordinate agit nonnunquam: ſi ea nos ratione faciliùs decipere ſe poſſe arbitratur. 1. Reg. 17.

Serm.de zelo. S.Cyprianus comparat Diabolum hoſti, qui vt ciuitatem expugnet, luſtrat eius mœnia accuratè, antequam admoueat tormenta bellica, vel cuniculos inſtruat. Et ſanè S Petrus ait: *1.Pet.3.* *Diabolum tanquam rugientem leonem circuire quærendo, quem deuoret.* Et apud Iob deſcribitur *Iob 1.* tãquam *qui terram circumeat.* Eſt igitur hic ordo certus tentationis diaboli, vt primò exploret, deinde aggrediatur quem tentat.

Primò. Explorat igitur primò diabolus ſtatum hominis internum vniuerſum, neque enim ſcrutatur corda, aut videt quæ intus in homine ſunt, cùm ſit id Dei munus proprium. Sed ex externis indiciis obſeruando colligit id, quod naturaliter non poteſt per ſe cognoſcere. Qua de re *Coll.7. cap.15.* Caſſianus multa, de quibus adfero pauca, quid igitur intus lateat, malignos ſpiritus aſſequi dicit ex noſtris diſpoſitionibus aut verbis aut ſtudiis. quod etiam viri prudentes faciunt. ipſas quoque cogitationes, quas ingerũt, vtrùm ſuſceptæ vel quemadmodum ſuſceptæ ſunt, ex motibus atque indiciis exterioris hominis reprehendũt vt gaſtrimargiã, cùm viderint monachum ad feneſtram oculos, aut ad ſolẽ curioſiùs erexiſſe, vel de hora ſoliciriùs inquiſiſſe, cognoſcunt, deſiderium gulę fuiſſe ſuſceptum. ſi fornicationem ingerentes ſenſerint, eum patienter telum libidinis ſuſcepiſſe, ſeu viderint carne commotum, aut certè non vt oportuit aduerſus ſuggeſtioni immundæ ſuſpiraſſe laſciuiam; ſi incitamenta triſtitiæ, ſi iræ, ſi furoris admouerint, vtrùm cordi inſederint, geſtu corporis & ſenſibili commotione dignoſcunt, ſcilicet cùm vel infremuiſſe tacitum, vel cum aliqua indignatione ſuſpiraſſe, vel vultum conſiderauerint quodam pallore aut rubore mutaſſe.

Secundò. Ibidem. Deinde vt S.Cyprianus affirmat: *Similiter hoſti muros vrbis cuiuſpiã obſidentis explorat diabolus, & tentat, an ſit pars aliqua murorum minus ſtabilis & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur, eam enim partem animæ, quam infirmiorem conſpicit fraudulentus, magis, quàm generoſus inimicus aggreditur* huiuſmodi ſolent eſſe praui habitus & conſuetudines longi temporis vſu confirmatæ: paſſiones item animi vehementes, cupiditates & deſideria in

ſtan

flammata rerum terrenarum, opiniones denique aliquæ propriæ & inueteratæ.

Tertiò explorat diabolus proprias cuiuſque & ſingulares propenſiones. *Exiſtunt etiã,* inquit S. Gregorius, *qualitates morũ, quæ certis vitijs ſunt vicina, vt mores aſperi crudelitati & ſuperbiæ, blandi & pluſquam decet lætiores, luxuriæ & diſſolutioni ſunt coniuncti. Intuetur ergo inimicus generis humani vniuſcuiuſque mores, cui vitio ſint propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ faciliùs cognoſcit inclinari mentem, vt blandis ac lætis moribus ſæpe luxuriam, nonnunquem vanam gloriam: aſperis verò mentibus iram, ſuperbiam, vel crudelitatem proponat.* Vide etiam quæ ſuprà poſita ſunt extremo capite 27. *Tertiò. Lib. 14. mor. c. 7.*

Nec omittit in hac inquiſitione diabolus occaſiones externas, quas ſe ad id, quod ſpectat, iuuare poſſe putet. ſi quidem per Euam tentauit Adamum, & per vxorem Iob, & alios innumeros per domeſticos & amicos, vt proptereà etiam à Domino *inimici hominis* dicti ſint *domeſtici eius.* obſeruat igitur qui illi ſint, qui ſibi contra nos adiutores eſſe poſſint. *Quartò. Mat. 10.*

Poſtremò conſiderat diabolus, quiſnam ille ſit quem vult tẽtare, ſit ne peccator, an qui iam peccato nuncium remiſerit. ſitne proficiens in primo adhuc profectus limine conſtitutus an qui longo iam vſu & exercitatione virtutum in iis magnos progeſſus habeat. *Eos enim,* ait S. Gregorius, *pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit. contra nos verò eo vehementiùs incitatur, quo ex corde noſtro quaſi ex iure propriæ habitationis expellitur.* *Quintò. Lib. 23. mor. c. 7.*

Vbi prædicta omnia diabolo perſpecta & explorata ſunt, venit quaſi ad arma, ad clandeſtina conſilia: illiſque hominem aggreditur eo demum ordine, quem ſuo propoſito magis accommodatum intelligit, hic autem ille eſt, qui ad quemque illaqueandum eſt opportunior, prout ex moribus & propenſionibus vniuſcuiuſque deprehenſum eſt, à diabolo, qui ideo incomprehenſibilis eſt, quia multiplices immo infiniti ſunt animorũ humanorum motus, quos ille obſeruat, & ſimiliter variæ ac multæ rationes, quas excogitat ad homines decipiẽdos. connumeranda nihilominus hîc ſunt, quæ à Patribus

de

de diaboli verſutiis obſeruata ſunt, & continentur his capitibus.

Primum caput. Primum caput eſt proficientes qui adhuc primum gradum non multum aut nihil exceſſerunt, non pulſat acriter diabolus, Deo ita volente, *Non enim,* vt ait Apoſtolus, *permittit nos tentari ſupra id quod poſſumus, vt poſſimus ſuſtinere. nullo enim modo,* ait Caſſianus, *quilibet Sanctorum ſufficeret talium tãtorumque hoſtium ſufferre nequitiam, vel inſidiis eorum poſſet occurrere, ſed nec credulitatem quidem ac ſæuitiam ſuſtinere, ſi non certamini noſtro clementiſſimus arbiter, atque agonotheta præſidens Chriſtus & exæquaret colluctantium vires, & immoderatos eorum refrenaret incurſus.*

1. Cor. 10. Coll. 7. cap. 20.

In hunc numerum ſine dubio referendi ſunt illi, qui multis iam annis viam ſpiritus ingreſſi eam quidem ſequuntur, ſed cum exiguo aut nullo fructu. *Sunt enim nonnulli,* inquit Caſſianus, *quorum etiam quod eſt lugubrius, maior eſt multitudo, qui in tepore ſuo, quem ab adoleſcentia conceperunt, atque ignauia ſeneſcentes, auctoritatem ſibi non maturitate morum, ſed annorum numeroſitate conquirunt, de quibus exprobatio illa Domini propriè ſatis dicitur per Prophetam, & comederunt alieni robur eius. & ipſe neſciuit. Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit. ex horum grege ille erat, qui quòd ipſe numquam in ſeipſo graues carnis tentationes animaduerterat, eum qui eas patiebatur, non ſolùm humaniter conſolatus non eſt, ſed etiam ſeueritate ſua à ſe abegit, vt ad ſeculum ille potiùs redire deliberaret, quàm in propoſito monachi perſeuerare quod vbi reſciuit Abbas Apollo, à Deo obtinuit, vt is ad tempus experiretur tentatoris iacula, quæ alteri exprobrarat: quod cum eueniſſet, & ille accepto vulnere tentationis, huc illucque diſcurreret, nec quo ſe verteret, inueniret, dixit illi S. Abbas, reuertere ad cellam, tandemque te intellige vel ignoratum hactenus à diabolo vel deſpectum, nec in eorum numero reputatum quibus ille quotidie confligere & colluctari, profectibus eorum ac ſtudijs inſtigatur, qui vnum eius in te directum iaculum ne vno quidem die poſt tantam annorum numeroſitatem ſufferre quiuiſti. quo te idcirco dominus paſſus eſt ſauciari, vt ſaltem in ſenecta diſceres cõpati infirmitatibus alienis.* qui huiuſmodi ſunt, non

Collat. 2. cap. 13. Oſeæ 7.

eſt quòd

eſt quòd inani gloria inflentur, quia fortaſſe non tentantur. nam hoc non eſt virtutis indicium ſemper, ſed plerumque teporis & ignauiæ.

Secundum caput. Tyrones militiæ proficientium multis modis diabolus aggreditur, vt tẽtet. Primus modus eſt ipſo deliberationis tẽpore, quo tyro ſtatuit non ſolùm vitam ſine peccato traducere, quod iam inchoauit, ſed ſeſe ſtrenuè in virtutibus exercere. tunc enim contendit omnes ingenij ſui neruos diabolus, vt quando non poteſt hominem ad peccatum aperte reuocare, efficiat ſaltem, vt in inſtituenda vita à peccati occaſionibus non longè recedat. quam rem fuſè tractat S. Gregorius, ego contraham in pauca: *Ecce*, inquit, *quidam rebus contentus propriis, decreuit nullis mundi huius occupationibus implicari, valde formidans quietis ſuæ commoda perdere, & valde deſpiciens cum peccatis lucra cumulare. hunc callidus hoſtis aggreditur, ſubminiſtrans vtile conſilium, his inquit deficientibus quid acturus es? paranda ſunt, quæ ſeruentur filiis. an non poteſt actio terrena peragi, & declinari culpa? hæc interim blandiens inſinuat, & iam ſeorſum in negotio terreno, quod prouidet, laqueos occultat. Alius decreuit terrenis omnibus renunciare, vt* CHRISTVM *ſequatur expeditior. Hunc aggreditur hoſtis, vnde hæc audacia, vt credas, quod omnia relinquendo ſubſiſtas? valentiorem viribus te Deus creaſſet, ſi te ſequi ſua veſtigia in inopia neceſſitate voluiſſet. quàm multi mercantur cœlum per bona, non deſerentes ſua patrimonia? hæc blandiens. ſeorſum verò in iiſdem rebus peſtiferas delectationes abſcondit. Alius non ſolùm renunciat bonis terrenis, ſed ſtatuit etiam ſibi renunciare, & voluntates ſuas frangere ſub alterius arbitrio ad perfectionis cumulum. ad hunc hoſtis molliùs adhuc blandiens, ô quanta, inquit, per temetipſum miranda agere poteris, ſi nequaquam te iudicio alterius ſubdis? cur profectum tuum ſub ſtudio meliorationis imminuis? cur intentionis tuæ bonum, dum vltrà quam neceſſe eſt, extendere niteris, frangis? quæ enim dum voluntate propria vſus es, peruerſa perpetraſti? Seorſum autem in voluntatibus eius propriis exercendæ ſuperbiæ cauſas parat. Alius fractis iam voluntatibus propriis, multa veteris hominis vi[illegible]rrexit. hic zelo accenditur*

Secundũ caput.
Primus modus.

Libr. 32. moraliũ, cap. 17.

animas

ſocietate turgidum ſpiritum, eúmque coarctat miſeria iam per iniquitatem ſatiari cupientem: hinc alio loco cùm dixiſſet, Erunt enim homines ſeipſos amantes: continuò ſubiecit amatores pecuniæ, ab illa generali auaritia, cuius ſuperbia caput eſt, ad hanc ſpecialem deſcendens quæ propria hominum eſt, nec enim eſſent homines amatores pecuniæ, niſi eo ſe putarent excellentiores, quo ditiores. Cui morbo contraria charitas non quærit quæ ſua ſunt, id eſt, non priuata excellentia lætatur: meritò ergo & non inflatur. Hi duo amores, quorum alter ſanctus eſt, nempe charitas, alter immundus, nempe amor ſui; alter ſocialis, alter priuatus: alter communi vtilitati conſulens propter ſupernam ſocietatem, alter etiam rem communem in poteſtatem propriam redigens propter arrogantem dominationem: alter ſubditus, alter æmulus Deo, alter tranquillus, alter turbulentus: alter pacificus, alter ſeditioſus: alter veritatem laudibus errantium præferens, alter quoquomodo laudis auidus, alter amicabilis, alter inuidus: alter hoc volens proximo quod ſibi, alter ſubiicere proximum ſibi: alter propter proximi vtilitatem regens proximum, alter propter ſuam, præceſſerunt in Angelis, alter in bonis, alter in malis, & diſtinxerunt conditas in genere humano ciuitates duas, ſub admirabili & ineffabili prouidentia Dei cuncta, quæ creata ſunt, adminiſtrantis & ordinantis, alteram iuſtorum alteram iniquorum, quarum etiam quadam temporali commiſtione peragitur ſeculum, donec vltimo iudicio ſeparentur: & altera coniuncta bonis Angelis in rege ſuo vitam conſequatur æternam, altera coniuncta Angelis malis in ignem cum rege ſuo mittatur æternum. De quibus duabus ciuitatibus latiùs fortaſſe alio loco ſi Dominus voluerit, diſſeremus. Hæc S. Auguſtinus. Porrò duas ciuitates, quas pollicetur hîc, explicat in diuino illo opere de ciuitate Dei, in quo ad idem propoſitum ſcribit egregium illud dictum: *Fecerunt ciuitates duas amores duo: terrenam ſcilicet amor ſui vſque ad contemptum Dei: cæleſtem verò amor Dei vſque ad contemptum ſui.* Et alia, quæ ibidem adiungit ſuperioribus ſimilia. Quo loco indicat ſapientiſſimus Pater, amore proprio peſtem nullam deteſtabiliorem eſſe, quandoquidem hominem pertrahit vſque ad contemptum Dei: quod in luciferi caſu perſpicuum

2. Tim. 3. *1. Cor. 13.* *Lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 28.*

eſt, & in pleriſque ſui perditè amātiſſimis hominibus, quos Scriptura diuina in eandem voraginem per ſuperbiam præcipitaſſe commemorat.

. Hic eſt ille amor, qui, vt diximus in extremo capite tertio huius libri, inquinat intentionem proficientis, nec ſolùm inquinat, ſed quantum eſt in ſe, omninò peruertit, & deflectit, ad ſeipſum: efficitque nonnunquam, vt quamquam nobis quod facimus, propter Deum facere videmur, re tamen ipſa non ad Deum, ſed ad nos ipſos intueamur, nihil aliud in eo propoſito, actionéve quærentes, quàm nos ipſos ſolùm, etſi quidem etiam Deum vt finem, eiúſque gloriam propoſitam habeamus, nec tam eius honoris, quàm vel vtilitatis vel gloriæ noſtræ cauſſa id fiat à nobis. quare amor proprius de honore ſummo, & vt ita dicam de primatu finis cum Deo maximo contendit. etſi non aſſequitur, vt intentionis & actionum hominis finis ſit, eas certè vt poteſt, quod plerumque viris etiam ſpiritualibus accidit, ſubtiliſſima ſui contagione contaminat.

Eſt etiam huius mali alia proprietas, quæ illud reddit ſimiliter execrandum. Si enim ſemel obtinet ab homine vel apertè, vel quaſi ex inſidiis, vt finis ſit ſtudiorum & actionum eius, infinitus eſt, immenſus, inſatiabilis (legatur S. Thom. cùm loquitur de concupiſcentia) 1.2.q.30. ſicut enim ſi quis valetudinem corporis vt finem expeteret, quantumcumque poſſet maximam expeteret, ſin art. 4. autem vt ea ad Deo ſeruiendum vteretur, finem faceret expetendi, & ea contentus eſſet, quæ propoſito fini eſſet accommodata; ſic qui nihil aliud, quàm ſeipſum, hoc eſt commodum & gloriam ſuam, per amorem proprium quærit, eius ſemper eſt appetentior, illiúſque cupiditati inexplebili nihil ſufficit, vt tunc nominari poſſit homo planè par igni & inferno, de quo ſcriptum eſt, *nunquam dicit ſufficit.* Prou. 30.

Quamuis autem, quæ ex vitioſo amore ſui tanquam ex primo fonte mala deriuantur, ex iam dictis intelligamus; operæpretium tamē eſt, ea vt recenſentur à S. Auguſtino animaduertere: *Quid amor ipſe*, inquit, *tot rerum vanarum atque noxiarum? & ex hoc mordaces curæ, pertur-* Lib. 22. de ciuit. Dei, c. 22

bationes, mœrores, formidines, inſana gaudia, diſcordia, lites, bella, inſidia, iracundia, inimicitia, fallacia, adulatio, fraus, furtum, rapina, perfidia, ſuperbia, ambitio, inuidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, ſæuitia, nequitia, luxuria, petulātia, impudētia, impudicitia, fornicationes, adulteria, inceſta, & cōtra naturā vtriuſque ſexus tot ſtupra atque immūditia, quas turpe eſt etiam dicere, ſacrilegia, hæreſes, blaſphemia, periuria, oppreſſiones, innocentium calumnia, circumuentiones, præuaricationes, falſa teſtimonia, iniqua iudicia, violentia, latrocinia, & quicquid talium malorum in mentem non venit, & tamen de vita iſta hominum non recedit? verùm hæc hominum ſunt malorum, ab illa tamen erroris & peruerſi amoris radice venientia, cum qua omnis filius Adam naſcitur.

Antidotus contra venenum amoris proprij ardens abnegatio eſt. Fonti enim illi omnium malorum exſiccando minor æſtus par non eſt. hanc igitur ſapientiſſimè parauit nobis Chriſtus Dominus, vt ſcelerum omnium capiti virtutum omnium matrem opponeremus, & qui perieramus amando nos, reuiuiſceremus abnegando nos: *Si enim*, inquit S. Auguſtinus, *perit homo amando ſe, profectò inuenitur negando ſe*. Et addit id explicans copioſiùs: *Prima hominis perditio fuit amor ſui. Si enim ſe non amaret, & Deum ſibi præponeret, Deo eſſe ſemper ſubditus vellet: non autem conuerteretur ad negligendam voluntatem illius, & faciendam voluntatem ſuam. præpone his voluntatem Dei, diſce amare te, non amando te.* oſtendit deinde, quomodò amore ſui deducatur homo ad ea etiam diligenda, quæ extra ipſum ſunt: & ſimiliter filio prodigo, egreſſus è paterna domo; ſubſtantiam quæ illi integra apud patrem ſeruabatur, habere voluerit in arbitrio ſuo, effuderitque eam, & inops factus ſit. *Quid*, ait, *de illo dicitur? & reuerſus eſt ad ſeipſum. ſi ergo reuerſus eſt ad ſe, exierat à ſe, quia ceciderat à ſe, & exierat à ſe, redit priùs ad ſe, vt redeat in illo, vnde ceciderat à ſe. ſicut enim cadendo à ſe remanſit in ſe, ſic redeundo ad ſe, non debet remanere in ſe, ne iterum exeat à ſe. ſurgam, & ibo ad Patrem meum, ecce vnde ceciderat à ſe, ceciderat à patre ſuo. redit ad ſe, & pergit ad patrem, vbi tutiſſimè ſeruet ſe. ſi ergo exierat à ſe, redeundo ad ſe, vt eat ad patrem, neget ſe. ſub-*

Ser. 47. de diuerſis in cap. 17. Mat.

Lucæ 15.

ducat ſe ſibi, vt hæreat Deo. Deus quod in illo malum eſt, non fecit, perdat quod fecit, qui inde defecit, abneget inquit ſe, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Matt. 16.

Sed vim abnegationis vniuerſæ, eius inquam quæ radicitus conuellit amorem proprium, S. Baſilius explicatè tradens, omnia, quæ ad eam pertinent, ad capita quinque reuocat, & abnegationis & renunciationis nomine, vt eſt in Euangelio, appellantur. Primum nunciũ remittere facultatibus, poſſeſſionibus, & bonis externis omnibus. Secundò parentibus, conſanguineis, omnibúſque ſecularibus amicis. Tertiò affectionibus omnibus erga prædicta, & quibuſcumque aliis affectionibus, quæ humanæ ſint & terrenæ. Quartò honori & gloriæ propriæ. Quintò amori etiam vitæ. *Perfecta igitur renunciatio*, inquit, *in eo conſiſtit ſi quis id aſſecutus fuerit, vt ne de vita quidem ſua quicquam affectus ſit omnino, certo habeat mortis reſponſum.* His quinque gradibus cœlum verſus paratur aſcenſus proficienti, quaſi per alteram ſcalam Iacob: vt appoſitè explicat eruditiſſimus Magiſter meus P. Benedictus Pererius in Myſtica ſua eiuſdem ſcalæ expoſitione. Plura de his renunciationibus dicenda etiam ſunt à nobis libro quinto. *Reg. fuſius diſput. c. 8.*

Indicia porrò abnegationis amoris proprij ſunt hæc. Primum: Quo quis accedit propiùs ad prædictas renunciationes, eo abeſt longiùs ab amore ſui. Secundum: Abnegatio vitiorum & ſenſuum omnium, præſertim verò gaſtrimargiæ, philargiriæ, acediæ, & maximè omnium inanis gloriæ, ſatis magno argumento eſt, de amore proprio non exiguam victoriam partam eſſe. Vide S. Auguſtinum decimo libro Confeſſionum. Tertium eſt, peccata propria grauiſſimè ferre & accuſare, Siquidem vt Scribit S. Gregorius: *Valde claudit oculum cordis amor priuatus.* Ex quo fit, vt hoc quod nos agimus, & graue non eſſe exiſtimamus, plerumque agatur à proximo, & nimis nobis deteſtabile eſſe videatur. Quartum eſt odium & contemptus ſui. Siquidem Dominus: *Qui non odit animam ſuam, non poteſt eſſe meus diſcipulus*, Et ſui amantes dicuntur in Scripturis *ſibi placentes*. ſibi igitur ipſi diſplicere, ſeipſum dimittere, occultare, con- *Primum indiciũ.*

temnere minorem ſe exiſtimare cunctis Dei miſeratio-
nibus,& ſeruum omnino inutilem,potiora deferre aliis,
ſibi vnam confuſionem faciei reſeruare, indicant, quaſi
vultus,animum amore ſui penitus exutum,aut proximè
exuendum:ſed legatur indicium omnium maximum li-
5. bro quinto,capite ſexto.

De Diaboli ſuperbia,& duabus generalibus tentandi rationibus, quibus ille vtitur.

CAPVT XXXI.

IN ſpirituali militia, qua contra vitia decertamus, ſoli non ſumus:nam fœdere cum carne & mundo primùm inito, contra nos accerrimè dimicat diabolus nec parcit proficientibus; immo vt exponit S. Hieronymus, *Eſcæ eius electæ:* & quod omnes Patres affirmant, cōtra eos prȩcipuè furore ac rabie totus exardeſcit,quos in primis conſiliis ſuis aduerſari intelligit,vitæ probitate & Euangelicæ perfectionis ſtudio.Oppugnatores noſtri igitur ſunt noſter homo vetus,mundus, & diabolus. Contrà verò propugnatores ſunt Deus optimus maximus,qui nos in acie conſtitutos mirificè recreat. Angeli eius, & omnes Sancti, qui partes noſtras ſtudioſiſſimè tuentur & iuuant.

In 19. Ezech. Abac.1.

Quare antequam finem imponamus tractioni de veteri homine exuendo,de diaboli & mundi tentationibus aliqua dicenda primùm ſunt, deinde nonnulla etiam de Dei præſenti ope & miſericordia, auxilióque Sanctorũ, quibus milites ſuos Dominus aduerſus tam immanes & callidos hoſtes communit & roborat.vt enim Deus melius iudicauit (teſte Auguſtino) de malis bona facere, quàm nulla mala permittere, ſic vtilius nobis fore putauit,ſi tentationes nobis afferri permitteret ab aduerſariis, quàm ſi nos ab illis omnino immunes ſeruaret. Quamobrem inquit idem Sanctus: *Vita noſtra in hac pe-*

In Ench. cap.17. *In Pſ.60.*

regrina

regrinatione non poteſt eſſe ſine tentatione: quia profectus noſter per tentationem noſtram fit, nec ſibi quiſque innoteſcit niſi tentatus, nec poteſt coronari niſi vicerit, nec poteſt vincere, niſi certauerit, nec poteſt certare, niſi inimicum & tentationes habuerit. quam ob cauſam addit idem, fuiſſe tanti æſtimatam à Chriſto, vt voluerit tentationes admittere ob hoc ipſum, vt nos ad eas ſuperandas inſtrueret. *Poterat*, inquit, *à ſe diabolum prohibere: Sed ſi non tentatur, tibi tentando vincendi magiſterium non præberet.*

De diabolo autem poſſent huc multa adferri, ſed ea magna ex parte aliena sũt ab inſtituto, & ſatis nota ſunt: mentis tamen eius, Luciferi præſertim & aliorum illi ſimilium, ſuperbiam & arrogantiam cognouiſſe operæpretium eſt, quam ſcitè depingit S. Gregorius in moralibus: *Qui factus eſt* (inquit Scriptura) *vt nullum timeret. Factus eſt* (ait ſanctus Pater) *per naturam, vt conditorem ſuum caſtè timere debuiſſet, ſed ſua peruerſitate factus eſt, vt nullum timeret. ei quippe, à quo conditus eſt, ſubeſſe deſpexit. ita enim Deus ſemper omnia eſt, vt ipſe ſub nullo ſit. Leuiathan verò iſte eius celſitudinis culmen aſpiciens, ius peruerſa libertatis appetijt, vt & præeſſet cæteris, & nulli ſubeſſet, dicens: Aſcendam ſuper altitudinem nubium, & ſimilis ero altiſſimo. cuius eo ipſo ſimilitudinem perdidit, quo eſſe ei ſuperbè ſimilis in celſitudine concupiuit.* Et paulo pòſt: *Factus eſt, vt nullum timeret, quia nec Deum. Sed neque hoc quod paſſurus eſt, metuit. cui multo felicius fuerat, timendo vitare ſupplicia, quàm non timendo tolerare. appetitum itaque celſitudinis vertit in rigorem mentis, vt damnatus iam per duritiam ſe malè egiſſe non ſentiat. qui præeſſe per gloriam quærebat. nam quia ius quæſitæ poteſtatis non obtinuit, quaſi quoddam ſuperbiæ ſuæ remedium inſaniam inſenſibilitatis inuenit, & quia prouectu tranſgredi cuncta non potuit, deſpectu ſe contra cuncta præparauit, cuius adhoc ſuperbia ſtudioſè deſcribitur, cùm protinus ſubinfertur, omne ſublime videt, id eſt, cunctos velut infra ſe poſitos quaſi de ſublimi reſpicit: qui dũ per intentionem contra auctorem nititur, eſtimare ſibi quemlibet ſimilem didignatur.* A mente adeò auerſa à vero, à voluntate tanta ſuperbia capta quid mali timendum non ſit, ſi accedat par poteſtas? Diaboli autẽ poteſtas magna

Lib. 34. cap. 7.
Iob 41.

Iſa. 14.

Iob.14. certè eſt, quia ſcriptum eſt: *Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ comparetur ei.* eſt tamen voluntate eius peruerſa longè inferior, & hæc ipſa Chriſti Domini ſanguine diminuta & vincta.

Ex illa adeò magna & intoleranda ſuperbia ac malitia voluntatis obſtinatæ exiſtit in diabolo odium par ſuperbiæ aduerſus Deum & homines, & ſtudium adimendi Deo gloriam & hominibus ſalutem, vnde officium tentatoris ſibi ſumēs: *Pro magno habet* (ait S. Gregorius) *quod ſub iure ſuæ tyrannidis terrena quærentes tenet. In primus tamen ardet cupiditate poſſidendi veros bonos, Propheta*, inquit idem, *atteſtante, qui ait, eſca eius electa, neque enim mirum deputat ſi eos abſorbeat, quos ſuperbia erigit, auaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia anguſtat, ira inflāmat, diſcordia ſeparat, inuidia exulcerat, luxuria inquinans ſiccat: abſorbebit ergo fluuium, & non mirabitur, quia non pro magno æſtimat, cùm eos deuorat, qui per ipſa ſua vitæ ſtudia deorſum currunt: ſed eos magnopere curat, quos deſpectu terrenis curis iungi iam cœleſtibus contemplatur.*

Libro 3. mor.c.6.
Habac.1. Vulgata, cibus eius electus.

Modus porrò quo inſurgit Diabolus aduerſus bonos duplex eſt, vnus manifeſtus, alter occultus: manifeſtum ſequitur, cùm palàm ſæuit per apertas perſecutiones, quibus exerit vniuerſas ſuas ſuorúmque vires, vt bonos vel fidei cōfeſſione vel vita priuet, quod præſtitit hactenus per tyrannos, idem adhuc facturus in Antechriſto. Occultum verò modum aggrediendi bonos vel plurimum exequitur pacis tempore per dolos & fraudes, vt propterea de eo ſcripſerit S. Cyprian. *In pace ſubdolus, in perſecutione violentus.*

Serm.de zelo.

De apertis perſecutionibus Satanę & miniſtrorum eius nihil eſt quod agamus in præſentia, monendus ſolùm proficiens eſt, vt intelligat, perſecutionis tempore non ſolùm vocati ſe à Domino ad profitendam Fidem, cùm ait: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo*, ſed etiam animari ad ferendas alacriter iniurias, contumelias, flagella, mortem denique ipſam ex Dei amore, & ad Chriſti Domini imitationem. *Maiorē enim caritatem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis*, quod ſanè egregiè præſtiterunt ferè

Mat.10.
Ioan.15.

in oculis noſtris martyres huius ſæculi apud Hæreticos in diuerſis Europæ locis,& apud Ethnicos in Indiis, Braſilia,& Nouo orbe quàm plurimi. De altero igitur modo, qui aſtutiis nititur plura dicamus, hunc enim ferè tenet diabolus aduerſus proficientes.

De diaboli artibus & modis, quibus tentando vtitur, præſertim contra tyrones.

CAP. XXXII.

SCOPVS Diabolo propoſitus in tentandis proficientibus eſt, eos de ſuo ipſorum ſtatu deturbare, ac omnino peruertere. *Et aſcenderunt ſatrapæ Philiſtinorũ ad Iſraël.* quo loco S. Gregorius: *Cùm*, inquit, *altiori vita proficimus, maligni ſpiritus, qui ſemper bene agentibus inuident, nobis infeſtiores ſunt, & quia de innocentis vitæ ſublimitate nos deponere appetunt, aſcendere dicuntur, aſcendere quippe malignis ſpiritibus, eſt ſe ad expugnanda alta per cœleſte deſiderium corda ſubleuare. Quia etiam cõtra perfectiores Chriſti milites non quorumlibet malorum ſpirituum, ſed fortiorum Dæmonum prælia excitantur, non Philiſtim contra Iſraël aſcendere, ſed Philiſtinorum ſatrapæ perhibentur, quia ad probandam electorum patientiam, nec vnus ſpiritus malus, lectorum ſingulis, ſed innumeri deputantur: vt de conſecuta eorum victoria tanto ſit copioſor fidelium gloria, quanto eis irrogata fuerint prælia grauiora.* Quo loco illud obiter obſeruandum, S. Gregorium aduerſus Caſſianum & alios, qui putant, Angelum vnum malum vnicuique hominum datum ad pugnam, ſicut datur vnus bonus ad cuſtodiam, aſſerere falſum eſſe, electis ſingulis eſſe deputatum Angelum malum. Et quanquam diabolus perturbatè omnia facit & ſine ordine, in perniciem tamẽ noſtram quilibet molitur & tentat,& ad ea etiam ſe accommodat, ad quæ minus propenſus eſt, ideóque ordinatè agit nonnunquam: ſi ea nos ratione facilius decipere ſe poſſe arbitratur.

1. Reg. 17.

Serm. de zelo. S. Cyprianus comparat Diabolum hoſti, qui vt ciuitatem expugnet, luſtrat eius mœnia accuratè, antequam admoueat tormenta bellica, vel cuniculos inſtruat. Et ſanè S Petrus ait: *Diabolum tanquam rugientem leonem circuire quærendo, quem deuoret.* *1. Pet. 3.* Et apud Iob deſcribitur tãquam *qui terram circumeat.* *Iob 1.* Eſt igitur hic ordo certus tentationis diaboli, vt primò exploret, deinde aggrediatur quem tentat.

Primò. Explorat igitur primò diabolus ſtatum hominis internum vniuerſum, neque enim ſcrutatur corda, aut videt quæ intus in homine ſunt, cùm ſit id Dei munus proprium. Sed ex externis indiciis obſeruando colligit id, quod naturaliter non poteſt per ſe cognoſcere. Qua de re Caſſianus multa, de quibus adfero pauca, quid igitur intus lateat, malignos ſpiritus aſſequi dicit ex noſtris diſpoſitionibus aut verbis aut ſtudiis. *Coll. 7. cap. 15.* quod etiam viri prudentes faciunt. ipſas quoque cogitationes, quas ingerũt, vtrùm ſuſceptæ vel quemadmodum ſuſceptæ ſunt, ex motibus atque indiciis exterioris hominis reprehendũt, vt gaſtrimargiã, cùm viderint monachum ad feneſtram oculos, aut ad ſolẽ curioſiùs erexiſſe, vel de hora ſolicitiùs inquiſiſſe, cognoſcunt, deſiderium gulę fuiſſe ſuſceptum. ſi fornicationem ingerentes ſenſerint, eum patienter telum libidinis ſuſcepiſſe, ſeu viderint carne commotum, aut certè non vt oportuit aduerſus ſuggeſtionis immundæ ſuſpiraſſe laſciuiam; ſi incitamenta triſtitiæ, ſi iræ, ſi furoris admouerint, vtrùm cordi inſederint, geſtu corporis & ſenſibili commotione dignoſcunt, ſcilicet cùm vel infremuiſſe tacitum, vel cum aliqua indignatione ſuſpiraſſe, vel vultum conſiderauerint quodam pallore aut rubore mutaſſe.

Secundò. Ibidem. Deinde vt S. Cyprianus affirmat: *Similiter hoſti muros vrbis cuiuſpiã obſidentis explorat diabolus, & tentat, an ſit pars aliqua murorum minus ſtabilis & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur, eam enim partem animæ, quam infirmiorem conſpicit fraudulentus, magis, quàm generoſus inimicus aggreditur* huiuſmodi ſolent eſſe praui habitus, & conſuetudines longi temporis vſu confirmatæ: paſſiones item animi vehementes, cupiditates & deſideria in-

flam

flammata rerum terrenarum, opiniones denique aliquæ propriæ & inueteratæ.

Tertiò explorat diabolus proprias cuiuſque & ſingulares propenſiones. *Exiſtunt etiã*, inquit S. Gregorius, *qualitates morũ, quæ certis vitijs ſunt vicina, vt mores aſperi crudelitati & ſuperbiæ, blandi & pluſquam decet lætiores, luxuriæ & diſſolutioni ſunt coniuncti. Intuetur ergo inimicus generis humani vniuſcuiuſque mores, cui vitio ſint propinqui, & illa opponit ante faciem, ad quæ faciliùs cognoſcit inclinari mentem, vt blandis ac lætis moribus ſæpe luxuriam, nonnunquem vanam gloriam: aſperis verò mentibus iram, ſuperbiam, vel crudelitatem proponat.* Vide etiam quæ ſuprà poſita ſunt extremo capite 27. *Tertiò. Lib. 14. mor. c. 7.*

Nec omittit in hac inquiſitione diabolus occaſiones externas, quas ſe ad id, quod ſpectat, iuuare poſſe putet. ſi quidem per Euam tentauit Adamum, & per vxorem Iob, & alios innumeros per domeſticos & amicos, vt propterea etiam à Domino *inimici hominis* dicti ſint *domeſtici eius*. obſeruat igitur qui illi ſint, qui ſibi contra nos adiutores eſſe poſſint. *Quartò. Mat. 10.*

Poſtremò conſiderat diabolus, quiſnam ille ſit quem vult tẽtare, ſit ne peccator, an qui iam peccato nuncium remiſerit. ſitne proficiens in primo adhuc profectus limine conſtitutus an qui longo iam vſu & exercitatione virtutum in iis magnos progeſſus habeat. *Eos enim*, ait S. Gregorius, *pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit. contra nos verò eo vehementiùs incitatur, quo ex corde noſtro quaſi ex iure propriæ habitationis expellitur.* *Quintò. Lib. 23. mor. c. 7.*

Vbi prædicta omnia diabolo perſpecta & explorata ſunt, venit quaſi ad arma, ad clandeſtina conſilia: illiſque hominem aggreditur eo demum ordine, quem ſuo propoſito magis accommodatum intelligit, hic autem ille eſt, qui ad quemque illaqueandum eſt opportunior, prout ex moribus & propenſionibus vniuſcuiuſque deprehenſum eſt, à diabolo, qui ideo incomprehenſibilis eſt, quia multiplices immo infiniti ſunt animorũ humanorum motus, quos ille obſeruat, & ſimiliter variæ ac multæ rationes, quas excogitat ad homines decipiẽdos. connumeranda nihilominus hîc ſunt, quæ à Patribus

de diaboli verſutiis obſeruata ſunt, & continentur his capitibus.

Primum caput. Primum caput eſt proficientes qui adhuc primum gradum non multum aut nihil exceſſerunt, non pulſat *1. Cor. 10.* acriter diabolus, Deo ita volente, *Non enim*, vt ait Apoſtolus, *permittit nos tentari ſupra id quod poſſumus, vt poſſi-* *Coll. 7. cap. 20.* *mus ſustinere. nullo enim modo*, ait Caſſianus, *quilibet Sanctorum ſufficeret talium tãtorumque hoſtium ſufferre nequitiam, vel inſidiis eorum poſſet occurrere, ſed nec credulitatem quidem ac ſæuitiam ſuſtinere, ſi non certamini noſtro clementiſſimus arbiter, atque agonotheta præſidens Chriſtus & exæquaret colluctantium vires, & immoderatos eorum refrenaret incurſus.*

In hunc numerum ſine dubio referendi ſunt illi, qui multis iam annis viam ſpiritus ingreſſi eam quidem ſe- *Collat. 2. cap. 13.* quuntur, ſed cum exiguo aut nullo fructu. *Sunt enim nonnulli*, inquit Caſſianus, *quorum etiam quod eſt lugubrius, maior eſt multitudo, qui in tepore ſuo, quem ab adoleſcentia conceperunt, atque ignauia ſeneſcentes, auctoritatem ſibi non maturitate morum, ſed annorum numeroſitate conquirunt, de quibus exprobatio illa Domini propriè ſatis dicitur* *Oſee 7.* *per Prophetam, & comederunt alieni robur eius. & ipſe neſciuit. Sed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit. ex horum grege ille erat, qui quòd ipſe numquam in ſeipſo graues carnis tentationes animaduerterat, eum qui eas patiebatur, non ſolùm humaniter conſolatus non eſt, ſed etiam ſeueritate ſua à ſe abegit, vt ad ſeculum ille potiùs redire deliberaret, quàm in propoſito monachi perſeuerare quod vbi reſciuit Abbas Apollo, à Deo obtinuit, vt is ad tempus experiretur tentatoris iacula, quæ alteri exprobrarat: quod cum eueniſſet, & ille accepto vulnere tentationis, huc illucque diſcurreret, nec quo ſe verteret, inueniret, dixit illi S. Abbas, reuertere ad cellam, tandemque te intellige vel ignoratum hactenus à diabolo vel deſpectum, nec in eorum numero reputatum quibus ille quotidie confligere & colluctari, profectibus eorum ac ſtudijs inſtigatur, qui vnum eius in te directum iaculum ne vno quidem die poſt tantam annorum numeroſitatem ſufferre quiuiſti. quo te idcirco dominus paſſus eſt ſauciari, vt ſaltem in ſenecta diſceres cõpati infirmitatibus alienis.* qui huiuſmodi ſunt, non

eſt quòd

eſt quòd inani gloria inflentur, quia fortaſſe non tentantur. nam hoc non eſt virtutis indicium ſemper, ſed plerumque teporis & ignauiæ.

Secundum caput. Tyrones militiæ proficientium multis modis diabolus aggreditur, vt tẽtet. Primus modus eſt ipſo deliberationis tẽpore, quo tyro ſtatuit non ſolùm vitam ſine peccato traducere, quod iam inchoauit, ſed ſeſe ſtrenuè in virtutibus exercere. tunc enim contendit omnes ingenij ſui neruos diabolus, vt quando non poteſt hominem ad peccatum aperte reuocare, efficiat ſaltem, vt in inſtituenda vita à peccati occaſionibus non longè recedat. quam rem fusè tractat S. Gregorius, ego contraham in pauca: *Ecce*, inquit, *quidam rebus contentus propriis, decreuit nullis mundi huius occupationibus implicari, valde formidans quietis ſua commoda perdere, & valde deſpiciens cum peccatis lucra cumulare. hunc callidus hoſtis aggreditur, ſubminiſtrans vtile conſilium, his inquit deficientibus quid acturus es? paranda ſunt, quæ ſeruentur filiis. an non poteſt actio terrena peragi, & declinari culpa? hæc interim blandiens inſinuat, & iam ſeorſum in negotio terreno, quod prouidet, laqueos occultat. Alius decreuit terrenis omnibus renunciare, vt CHRISTVM ſequatur expeditior. Hunc aggreditur hoſtis, vnde hæc audacia, vt credas, quod omnia relinquendo ſubſiſtas? valentiorem viribus te Deus creaſſet, ſi te ſequi ſua veſtigia in inopia neceſſitate voluiſſet. quàm multi mercantur cœlum per bona, non deſerentes ſua patrimonia? hæc blandiens. ſeorſum verò in iiſdem rebus peſtiferas delectationes abſcondit. Alius non ſolùm renunciat bonis terrenis, ſed ſtatuit etiam ſibi renunciare, & voluntates ſuas frangere ſub alterius arbitrio ad perfectionis cumulum. ad hunc hoſtis molliùs adhuc blandiens, ô quanta, inquit, per temetipſum miranda agere poteris, ſi nequaquam te iudicio alterius ſubdis? cur profectum tuum ſub ſtudio meliorationis imminuis? cur intentionis tuæ bonum, dum vltrà quam neceſſe eſt, extendere niteris, frangis? quæ enim dum voluntate propria vſus es, peruerſa perpetraſti? Seorſum autem in voluntatibus eius propriis exercendæ ſuperbiæ cauſas parat. Alius fractis iam voluntatibus propriis, multa veteris hominis vitia correxit. hic zelo accenditur*

Secundũ caput. Primus modus.

Libr. 32. moraliũ, cap. 17.

animas

animas lucrandi. hunc callidus hoſtis aggreditur, dicens: qui te ad aliena curanda dilatas? vtinam tua conſiderare valeas dum ad aliena extenderis ad tua minor inueniris. ſic zelum charitatis adimit, & omne bonum, quod ex charitate prodit, poterat gladio ſubintroducti torporis extinguit. hæc ex S. Gregorio.

Alter modus. Alter modus eſt, quo deliberatione iam facta proficiēdi in via perfectionis, diabolus ipſi profectui impedimenta conatur adferre varijs tentationibus, & ad hoc tempus pertinet quartum exemplum S. Gregorij nunc allatum, quod ab aliis ſeparandum non erat: & ea ſit vna ex tentationibus proficientis in ſtatu iam conſtituti.

Altera eſt illa tentatio, quam infert tyronibus eſt memoria ſæculi, qua eos reuocet ad amorem Ægypti, aut ſaltem ad perniciosam voluptatem ex carnium Ægyptiarum commemoratione capiendam. de qua alio loco S. Gregorius ſic ſcribit: *Antiquus hoſtis mox vt otioſam mentem inuenerit, ad eam ſub quibuſdam occaſionibus locuturus venit & quædam ei de geſtis præteritis ad memoriam reducit, audita quondam verba indecēter cogitationi reſonat, & ſi quæ dudum turpiter acta ſunt, eorū ſpecies oculis cordis apponit: vt quem de præſentibus nō valet inquinare, de malis tranſactis violet, & decepta mens ſæpe inde delectationem reparet, vnde iam diu ſe per pœnitentiam afflixit. ita vt verè cum Pſalmiſta dicat, Computruerunt & deteriorata ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. cicatrix quippe figura eſt vulneris, ſed ſanati. cicatrix ergo ad putredinem redit, quando peccati vulnus, quod iam per pœnitentiam ſanatum eſt, in delectatione ſui animum concutit. Sæpe quod nunquam fécimus, per hoſtis callidi inſidias cordis oculis videmus, cùm in hoc inſenſibiliter delectatio ſurrepit. & quãuis iam plãgat, quæ fecerat, tædet tamen infelicem animum, quædam non feciſſe, quæ plangat. hæ ſunt cordis noſtri tenebræ, quas in hac vita volentes nolenteſque ſuſtinemus.*

Libr. 7. Regiſtri. cap. 53.

Pſal. 37.

Eſt & alia tentatio grauiſſima. qua ſolet diabolus, ſi non omnes, aliquos ſaltem Chriſti milites initio profectus & tyrocinij acerrimè diuexare, ac verò etiam nonnunquam peruertere. Cùm enim eos minus repugnantes cogitationibus ſæculi, quas immittit in eorum men-

Digitized by Google

tes, animaduertit. aditum apertum ad ingerendam de vocatione dubitationem inueniens hominem inermem & inertem adoritur ita vehementer aliquando, vt eum de tam ſublimi gradu nullo negotio dejiciat. De qua re audiamus S. Bernardum diuine ſcribentem: *Aquilo*, inquit, *mihi ſuſpectus eſt, & frigora matutina, quæ intempeſtiuos flores ſolent perdere, fructus præripere, ab Aquilone panditur veſtrum malum. à facie frigoris eius quis ſuſtinebit? hoc frigus ſi ſemel animam. anima quidem (vt aſſolet) incuria ſpiritu dormitante, peruaſerit, ac nemine inhibente ad interiora eius peruenerit, deſcenderit in viſcera cordis & ſinum mentis, concuſſerit affectiones, occuparit conſilij ſemitas, perturbauerit iudicij lumen, libertatem addixerit ſpiritus, mox (vt in corpore euenire ſolet febricitantibus) ſubit quidam animi rigor, & vigor lenteſcit, languor fingitur virium, horror auſteritatis intenditur, timor ſolicitat paupertatis, contrahitur animus, ſubtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitæ, ſopitur ratio, ſpiritus extinguitur, deferueſcit nouitius feruor, ingraueſcit tepor faſtidioſus, refrigeſcit fraterna charitas, blanditur voluptas, fallit ſecuritas, reuocat conſuetudo. quid plura? diſſimulatur lex, abdicatur ius, fas proſcribitur, derelinquitur timor Domini, dantur poſtremo impudentiæ manus. præſumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpiſſimus, plenus ille ignominia & confuſione ſaltus de excelſo in abyſſum, de pauimento in ſterquilinium, de ſolio in cloacam, de cœlo in cœnum, de clauſtro in ſeculum, de paradiſo in infernum.* Aduertant igitur Incipientes initio conuerſionis, ne per negligentiam cogitationes hæ peſſimæ, quæ teporem olent, & frigus ſpirant, immorentur in animo: aperiant ſtatim: quærant inhibentem Dominum & Patrem.

Ser. 63. in Cant. Hier. 1. Pſ. 174.

★

De eiuſdem Diaboli aſtutis tentationibus, præſertim aduerſus proficientes prouectos.

CAPVT. XXXIII.

Tertium caput. Lib. 7. Regiſtri, cap. 126.

TERTIVM caput eſt ex S. Gregorio depromptum: *Antiquus*, inquit, *hoſtis, quanto maiora in hominibus dona conſpicit, tanto hæc auferre ſubtilioribus inſidijs exquirit. Neque enim latrones in via capere viatores vacuos expetunt, ſed eos, qui auri vaſcula vel argenti ferunt. via quippe eſt vita præſens. & tanto quiſque neceſſe eſt, vt inſidiantes ſpiritus caueat, quanto maiora ſunt dona quæ portat.* Exempla non deſunt in Adam primùm, deinde in multis alijs vtriuſque teſtamenti ſanctiſſimis hominibus, Abrahã, Iacob, Ioſeph, Dauid, Tobia Apoſtolis, primis il li Eremi ciuibus, Paulo, Antonio, Hilarione, Macarijs, & alijs innumeris, quos totis collectis viribus ſuis lucifer dux cum vniuerſo exercituim mundorum ſpirituum tam ſæpe vexauit, afflixit, vicit tamen nunquam, & ſi ita Deo permittente acerbiſſimum prælium aliquando committeretur etiam apertè inter ſanctos illos viros & dæmones ipſos, vt eo glorioſior eſſet ſanctorũ victoria maiúſque meritum, quo virtute & oratione tam multi, tam immanes terribileſque ſpiritus fugabantur & ſternebantur ab homuncionibus inermibus, & debiliſſimis.

Collo. 7. cap. 23.

Cæterùm pauci nunc ſunt, qui grauiſſimis hiſce tentationibus vrgeãtur. cuius rei duæ poſſunt eſſe cauſæ, quas in ſimili propoſito adfert Caſſianus: *Aut enim*, inquit, *virtute crucis etiam deſerta penetrante, & vbique eius gratia coruſcãte retuſa eſt nequitia dæmonũ, aut negligentia noſtra illos ab impugnatione priſtina reddidit lentiores, dum dedignantur, aduerſum nos illa intentione confligere, qua tunc contra illos probatiſſimos Chriſti milites ſæuiebant hac ſcilicet fraudulentia viſibilium tentationum ceſſatione dirius elidentes. In tantum enim teporem videmus corruiſſe nonnullos, vt neceſſe ſit, eos etiam remiſſioribus monitis appalpari.* Et alia quæ ibidem addit vitiis noſtrorum temporum ſatis accommodata. In quibus ſine dubio nos crudeliùs acci-

Digitized by Google

pit,& tractat diabolus, quo internis tentationibus deiicit in crimina maiore deteſtatione & horrore digna, quàm ſit quilibet vel teterrimus dæmonum aſpectus, aut etiam cruciatus corporis ab ipſis allatus.

Producamus igitur alias fraudulenti hoſtis inſidias & tentationes, quibus eos, qui voluntate ſaltem proficientium iter arripuerunt,aggreditur. Quoſdam ita addicit externæ diſciplinæ orandi, pſallendi, alióſque ceremoniarum ritus accuratè ſeruandi, ſiue eas ipſi ſibi impoſuerint, ſiue eæ ex illis ſint, quæ aut Eccleſiæ vſu, aut religioſi alicuius inſtituti regula,approbantur: *Vt quidam*, inquit S. Bonauentura, *pro vna inclinatione in choro neglecta plus accedantur, quàm pro longa detractione de alio religioſo excitata; grauiùs indignentur pro verſiculo & rubricula neglecta, quàm pro magna perturbatione cum ſcandalo procurata.* Ex his aliqui ſunt, qui totos dies ita precantur, aut externum aliquod pietatis opus exercẽt, etiam cum valetudinis detrimento, vt nihil interim cogitent de animi interiore cultu, déque pietatis illius exercitatione,quam S.Paulus *ad omnia vtilem* adfirmat, *cùm corporalis ad modicum*, vt idem ait, *vtilis ſit.*

Primi.

Lib.6. de alis Seraph. cap.3.

1.Tim.4.

His coniungendi ſunt alij, quos ſæpe reprehendit S.Bernardus,qui licet mundo renunciauerint,ex ſapientia tamen huius ſæculi adhuc tenentur ſolicitudine maiore temporalium rerum, quàm vel oportet, vel decet: *Videas eos*, inquit, *tam auidè lucra captare præſentia, tam ſeculariter tranſitorijs vtilitatibus adgaudere, ad terrenarum damna vel minima tam puſillanimiter turbari; tam carnaliter ſuper his decertare, diſcurrere tam impudenter, tam irreligiosè ſecularibus ſe implicare negotijs, ac ſi hoc eſſet tota eorum portio,hæc vniuerſa ſubſtantia.*

Secundi.

Serm.7. in Pſal. Qui habitat. & homil.4. ſuper, Miſſus eſt.

Prioribus dicit S.Bonauentura: *Intelligant ſe dolere debere principaliter de tranſgreſſione diuinorum mandatorum, deinde Eccleſiæ præceptorum,poſtea illorum,quæ ſub voto voluntario ſibimet quiſque fecit neceſſaria, vt ſunt regulares obſeruantiæ, maximè quæ ſub præcepto ſunt ſtatuta, debere ſimul dare operam, ne ſcandalum vllum detur proximis, in his quæ poſſunt habere ſpeciem auaritiæ,ſuperbiæ,inuidiæ, & aliorum vitiorum. Deinde*,ait,*cauenda eſt pertubatio ſtudij*

deuotionis , ex qua fulcitur omnis vera religio. poſtremò cauenda eſt negligentia exterioris diſciplinæ. Hæc ille.

Vtriſque autem prioribus, inquam, illis & poſterioribus hiſce dicit S. Bernardus, vt intelligant primam ſibi curam animi eiúſque cultus habendam eſſe: *Tu*, inquit, *quid ita extremæ huic paupertati, & quidem proprij malè prodigus laboris, incumbis? eſt & alia tibi poſſeſſio, & ſi fortè remota erras, nihil tam prope nos, quàm quod intra nos eſt.*

Gal. 6. *ibi quã maximè quæ ſeminauerit homo, hæc & metet. Sed & qui parcè ſeminat, parcè & metet: qui verò in benedictionibus ſeminauerit, de benedictionibus & metet. habes theſaurum iſtum in vaſis fictilibus ſi tamen adhuc habes puto enim iam amiſiſti, puto ſublatus eſt, puto iam comederunt alieni robor eius, & ignoraſti, nec potes theſauro tuo cor apponere, quippe qui theſaurum ipſum non habeas: alioquin quæſo te, ſi tam ſolicitus es, ſi nec minima ſpernis. ſi tam prudenter ſeruas paleas tuas, etiam horreum tuum ſeruare memento. immò verò non exponas theſaurum tuum, qui ſic incubas ſterquilinio tuo. Fortè enim tibi illum inuident mille, ſed iſtum obſident decem millia, nec minùs, ſuperabundantes aſtutia, quàm numero. cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. verte illuc oculos fidei, fortè enim iam irruperunt aditus. fortè iam liberè deripiunt omnia, fortè iam ſpolia ipſa diſtribuunt.*

Tertij. Contra verò tentat alios diabolus, vt non curent vel etiam negligant exteriorem diſciplinam: diligentiam adhibendam in excolenda vinea animæ: quæ extra nos ſunt aut fiunt, facilia eſſe, nec magni momenti: quædam etiam fortè à religioſo viro aliena eſſe debere vt ſunt ſilentij cultus, modeſtia exquiſita, & aliquæ ſui demiſſiones, quædam indigna, vt ſunt, culinæ miniſteria. His

Epiſt. ad Canonicam. reſpondet S. Baſilius: *Vitæ*, inquit *genus diligere Euãgelio, conueniens hoc quidem cuiuis facilè eſt. quod autem quis vel minutiſſima quæque quæ in eo deſcripta ſunt, conſilia conſeruet, neque eorũ quiduis neglectim tranſmittat; hoc verò rari, quos quidem ego nouerim, opere ipſo præſtiterunt. vt videlicet linguâ vſi continenti ſilentio obuincta, oculis etiam eam moderationem adhiberent, quam requirit euangelicæ perfectionis tenor, manibus inſuper indicerent intentum laborem*

ex ſuſcepto ineundæ Dei gratiæ conſilio, motum tandem præſcriberent pedibus, denique & reliquis totius corporis membris eo modo vterentur, quem & eorum ſuſceptæ vitæ propoſitum, & ipſa initio opificis noſtri fabricæ ratio requireret, qui in veſtitu pro decoro modeſtiam, in congreſſione cum cæteris circumſpectionem, in cibis illud modò quod natura deſideraret, teneret, in rebus ad vitæ vſum parandis vni tantum neceſſitati conſuleret. hæc quidem dum ſimpliciter hoc modo dicuntur, leuia videntur, ac nullius penè difficultatis; eiuſmodi ſunt tamen, in quibus ſeruandis magna opus eſſe contentione, ipſe nos vſus docuerit. Idem non ſolùm omnia humilitatis ſigna in tempore exhiberi vult à proficiẽte, ſed præcipit etiam, vt viliora munera magno cum ſtudio & alacritate ſuſcipiat, etiamſi ſarcinaria iumenta mulionum more ſequi oporteat: *Hoc fecerunt*, inquit, *Apoſtoli, qui iuſſi à Domino pullum ad ſe alacriter adduxerunt*: demúmque concludit; *ſi de muneribus ijs, quæ abiectiora ſunt, aliquid exercendum ſit, ſcire conuenit, Saluatorem quoque ipſum diſcipulis miniſtraſſe, & abiectiora opera facere non recuſaſſe: magnúmque homini eſſe, ſi Dei imitator exiſtat, cùm per hæc quæ humilia ſunt, ad altitudinem illam, quòd illum eſt imitatus, aſcendat. quãquam quis iam humile auſit quippiam appellare, quod Deus ipſe attingere non recuſauit.* *Conſt. monaſt. cap. 24.*

Et quidem quod attinet ad ipſa etiã culinæ humilia officia, antiquorum religioſorum morem fuiſſe ea diligenter obire, non dubitat, qui legit veterum heremitarum inſtituta, ſed & occidentis monaſteriorum hæc fuit conſuetudo. ad quod confirmandum ſufficit, quod ſcribit S. Bernardus de S. Malachia Epiſcopo Hiberniæ. quem collocatum iam in Epiſcopalis dignitatis gradu, ait aliquando conſueuiſſe ad tempus ſecedere ad cœnobia monachorum, ſeſe colligendi gratia: *Vbi*, inquit, *velut de nouo inchoans legem & diſciplinam, quam alijs imponebat, magis ipſe portabat Epiſcopus & magiſter. ipſe in ordine vicis ſuæ coquinæ miniſterio inſeruiebat, ipſe fratribus, cùm recumberent, miniſtrabat.* *Cap. 6. vitæ ſancti Malachiæ.*

Denique præter morem iam receptum in omnibus religioſis inſtitutis, in quibus diſciplinæ ſtudia florent, demiſſionis ſui exercitationes externæ in oculis etiam

ſæcularium, ſi ita videatur maioribus, tanti æſtimantur à proficientibus, quanti fieri debet opprobrium Chriſti,
Heb.11. quod Moyſes ipſe, vt ait Apoſtolus: *Prætulit Ægyptiorum*
Epiſt.87. *Theſauris.* Qua etiam de re multa S. Bernardus in epiſtola ad Ogerium Canonicum regularem. cuius tandem
2. Reg.6. ea clauſula eſt: *Ludam & vilior fiam, vt dixit Dauid. Ludam, ſcilicet, vt illudar. bonus ludus, quo Michol iraſcitur, & Deus delectatur. bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, ſed Angelis pulcherrimum ſpectaculum præbet. bonus, inquam, ludus, quo efficimur oppobrium abundantibus & deſpectio ſuperbis. nam revera quid aliud ſæcularibus quàm ludere videmur, cùm quod ipſi appetunt in hoc ſæculo, nos per contrarium fugimus. & quod ipſi fugiunt, nos appetimus? more ſcilicet ioculatorum & ſaltatorum, qui capite miſſo deorſum, pedibúſque ſurſum erectis, præter humanum vſum ſtant manibus, vel incedunt, & ſic in ſe omnium oculos defigunt. non eſt hic ludus puerilis: non eſt de theatro, qui fœmineis fœdiſque anfractibus prouocet libidinem, actus ſordidos repræſentet: Sed eſt ludus iucundus, honeſtus, grauis, ſpectabilis: qui cœleſtium ſpectatorum delectare poſſit aſpectus. hoc caſto & religioſo ludo ludebat, qui dicebat, ſpectaculum facti*
1. Cor. 4. *ſumus Angelis & hominibus. hoc ludo & nos interim ludamus, vt illudamur, confundamur, humiliemur, donec veniat qui potentes deponit, & exaltat humiles: qui nos lætificet, in æternum exaltet.*

Regulas autem religioſæ diſciplinæ diligenter ſeruandas eſſe, & ex eis magnas vtilitates percipi, idem
Epi 321. S. Bernardus breui ſententia demonſtrat, cùm ait quibuſdam: *Soliciti circa cuſtodiam ordinis, vt ordo ipſe cuſtodiat vos.*

Quarti, Alios præterea diabolus inſtigat, vt in cultu vtriuſque diſciplinæ interioris nimirum & exterioris mediocritate, contenti non ſint; ſed feruore ſpiritus rapi ſe ſinant ad ea agenda vel ferenda, quæ vires eorum excedant: hi ſimiles ſunt quibuſdam incipientibus, de quibus primo libro nonnulla diximus, & caſtigandi ſunt ſcripturæ ſacræ verbis. ſic enim legimus: *Quia plus fecit, quàm*
Hier.48. *potuit, idcirco perierunt.* Et: *Interrogate de ſemitis antiquis,*
Hier.6. *quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refri-*

gerium

gerium animabus veſtris. legantur quæ ſcribit S. Gregorius contra præcipites. *Tertia parte Paſtor. c. 13.*

Ex his illi erant, in quos inuehitur S. Bernardus: *Quid illud,* inquit, *quod nos quoque toties in domo iſta tam grauiter inquietat, notabilem loquor quorũdam, qui inter nos ſunt, ſuperſtitioſámque abſtinentiam, ex qua ſe omnibus ſibi que omnes moleſtos reddunt? quomodo non & ipſa concordia tam generalis, & ſua illis conſcientia diſſipatio eſt, & quantum in ipſis eſt, grandis vineæ huius, quam plantauit dextera Domini, veſtra ſcilicet omnium vnanimitatis demolitio.* *Ser. 64. in Cant.*

De decem diaboli cogitationibus & aſtutijs, quibus ad decipiendum vtitur, cum tentat.

CAPVT XXXIV.

SED iam res poſtulat, vt ipſas diaboli verſutias & dolos, quibus multis illudit, omnes autem tentat, propriùs inueſtigemus. Sit igitur quartum caput. Diabolum decem iis maximè aſtutiis nixum proficientes adoriri, vt capiat, ſi poteſt, ſi non poteſt, vexet ſaltem & perturbet. *Quartũ caput.*

Prima eſt, diabolum à tentandis hominibus etiam piis de induſtria aliquando deſiſtere: exiſtimans hac ſe ratione maius lucrum facere, quàm ſi eos tentationibus excitet à tepore, quo tenentur. Quod ſæpe docet Caſſianus, in primis autem cùm narrat (id quod nos iam antè retulimus, ſed nunc etiam prætermitti non poteſt ſine culpa) imprudens ſcilicet factum ſenis illius, qui durus extiterat & aſper aduerſus addoleſcentem monachum grauiter carnis tentatione vexatum. & vt dicebamus capite ſuperiòre, cùm de poteſtate dæmonum imminuta diſſerit eius diminutionis duas cauſas adfert, quarum hæc vna eſt, vt non tentando dirius elidat. *Prima.* *Coll. 2. cap. 13.* *Coll. 7. cap. 23.*

Secunda eſt à S. Gregorio pateracta. *Maligni,* inquit, *ſpiritus eiſdem vitijs electos Chriſti athletas impugnant, quibus negligentes ſuperant.* hæc eo ſpectat, vt diligenter caueamus illa vitia, quibus aliquãdo dediti fuimus; nam vt in eadem recidamus, nobis faciliùs eſſe putat dia- *2. Lib. 5. in primum Reg. c. 13.*

bolus, nec fallitur, ſpectat & illud, vt intelligamus, diabolum quantumcumque occultet ſeipſum, dum tentat, ſemper tamẽ vitioſum aliquid moliri atque proponere.

3. Tertia eſt, præparat diabolus animos, ad ſua, vt ita dicam, ſemina accipienda, immittendo in eos, ſi poteſt, amorem rerum terrenarum, aut eos ad illũ prouocando: eſt hoc idem ex S. Gregorio acceptum: *Dicunt*, ait Propheta, *animæ tuæ, incurnare vt tranſeamus, quia ſi hanc ad agenda vel cogitanda terrena non humiliant, nec malignis perſuaſionibus penetrant, nec vitiorum bello perturbant, hinc ergo colligere poſſumus, quantum à ſeculo actu, verbo, vel cogitatione longè fieri debeamus, verba quippe noſtra, cogitationes, & opera plana ſunt & humilia, quando ſunt ſecularia.*

Iſa. 61.
Ibidem.

4. Quarta eſt, impugnat proficientes diabolus omnibus quidem vitiis pro occaſione & tempore, in primis tamẽ iis, quibus humilitati, patiẽtiæ, & charitati detrimentum maius affertur, maximè verò poſt actionis finem. Idem ſanctus Gregorius exponens illa verba S. Pauli, *Vt non circumueniamur à Satana, non enim ignoramus cogitationes eius*, huiuſmodi dicit cogitationes Satanæ, ſcilicet charitatem, humilitatem, patientiam, aliáſque ſimiles virtutes contrariis cogitationibus oppugnare, ſigillatim autem quomodo Satanas proficientem hoc genere tentationis vrgeat, explicat in hunc modum: *Callidus*, inquit, *hoſtis bellum contra duos mouet, vnum videlicet inflammãs, vt contumelias prior inferat, alterum prouocans, vt contumelias læſus reddat. Sed quia eius iam victor exitit, quem ad proferendas contumelias commouit contra illum acriùs dolet, quem ad reddendas iniurias commouere non potuit, vnde fit, vt tota ſe virtute contra eum erigat, quem contumelias fortiter pertuliſſe conſiderat: quem quia commouere in ipſa iaculatione non potuit, ab aperto certamine interim recedens in ſecreta cogitatione deceptionis tempus inquirit, & qui in publico bello perdidit, ad exibendas occultè inſidias exardeſcit, quietis nãque iam tempore ad victoris animum redit, & vel damna rerum vel iniuriarum iacula ad memoriam reducit, cunctáque quæ ſibi illata ſunt, vehementer exaggerans, fuiſſe intolerabilia oſtendit, & quieſcentis animum tanto furore conturbat, vt plerumque vir patiens illa ſe æquanimiter tole-*

Hom. 7 in Exech.
2. Cor. 2.
Hom. 35. in Euang.

raſſe, etiam poſt victoriam captiuus erubeſcat, ſéque non reddidiſſe contumelias doleat, & deteriora rependere, ſi occaſio detur, quærat, quibus iſti ſunt ſimiles, niſi his qui per fortitudinem in campo victores, ſed per negligentiam poſtmodum intra vrbis clauſtra capiuntur? quibus ſunt ſimiles, niſi quos irruens grauis languor à vita non ſubſtrahit, ſed leuiter veniens recidiua febris occidit? Ille ergo veraciter patientiam ſeruat, qui & ad tempus aliena mala ſine dolore tolerat, & hæc eadem retractans pertuliſſe ſe talia exultat, ne bonum patientiæ quietis tempore pereat, quod in perturbationibus cuſtoditur.

Alias diaboli inſidias, quas inſtruit contra humilitatẽ, ſic deſcribit idem S. Gregorius: *Sæpe*, inquit, *malignus ſpiritus, vt bona deſtruat, quibus ante aduerſari non valuit, ad operantis mentem poſt peractam operationem venit, eámque tacitis cogitationibus in quibuſdam ſui laudibus excutit, ita vt decepta mens admiretur ipſa, quàm ſint magna, quæ fecit, quæ dum per occultum tumorem apud ſemetipſam extollitur, eius qui donum tribuit, gratia priuatur. Vnde per Prophetam dicitur: Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Et alibi: Quo pulchrior es deſcende, anima enim vnde eſt pulchrior, inde deſcendit, quando ex virtutis decore, quo ex altari apud Deum debuit, ab eius gratia per elationem cadit. Quid ergo in his agendum eſt? niſi vt malignus ſpiritus, cùm nobis ad eleuandam mentem reducit bona, quæ egimus, nos ſemper ad memoriam mala noſtra reuocemus, quatenus & noſtra cognoſcamus eſſe, quæ peccando fecimus & ſolius omnipotentis Dei munera cum peccata declinamus.* Ex quibus dictis & exemplis illud etiam intelligimus, maius periculum à diabolo proficientibus imminere poſt opera bona, quæ faciunt, quàm vel antè vel in ipſo operis progreſſu, vt propterea cum ea animo retractant, omnem aditũ diaboli ſuggeſtionibus curent intercludere, eſt autem de aliis virtutibus eadem ratio, vt neceſſe non ſit alia de illis exempla proferre.

Libro 7. Regiſt. cap. 126.

Ezec. 16.

Ezec. 32.

Quinta aſtutia diaboli eſt ex S. Hieronymo & eodem S. Gregorio accepta: *Diabolus*, ait S. Gregorius, *a minimis incipiens, atque vſque ad maiora perueniens, quaſi omne corpus mentis illatis tentationibus lacerando transfigit, quod*

In Pſ. 140 Libro 3. mor. c. 16.

 intulit

intulit corpori ſancti Iob, idem contra animas ad earum perniciem machinatur, & eodem prorſus ordine. quare curandum eſt diligenter, ne vel minima rimula ad animæ receſſus diabolo pateat. patet autem per venialia peccata, per quæ irrũpens in animas hoſtis, mirum eſt, quas ſtrages bonarum cogitationum & affectionum faciat.

Sexta aſtutia detegitur à multis, ſed in primis à S. Gregorio & S. Bernardo, & eſt illa eadem, de qua Apoſtolus: *Ipſe enim Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis, hoſtis noſtri malitia*, inquit S. Gregorius, *tanta ſe arte palliat, vt plerumque antè deceptæ mentis culpas virtutes fingat. cartilago eius quaſi laminæ ferreæ. cartilago enim oſſis ſimilitudinẽ habet. ex quo ſequitur in proficientis anima illa deceptio, quæ illuſio nominatur. inde enim*, ait Sanctus, *quiſque expectat præmia vnde dignus eſt æterna inuenire tormenta, plerumque enim in vlciſcendis vitijs crudelitas agitur, & iuſtitia putatur: atque immoderata ira iuſti zeli meritum creditur. plerumque diſſoluta remiſſio quaſi manſuetudo ac pietas habetur, effuſio miſericordia, tenacia parcitas, pertinacia conſtantia, inconſtantia tractabilitas, timor incompetens humilitas, vocis ſuperbia libertas veri, loquendi procacitas veritatis defenſio, pigritia continentia, inquietudo ſpiritus vigilans ſolicitudo, incauta præcipitatio laudandi ſtudij feruor, accelerandi boni tarditas conſilium*, quorum omnium vberiorem explicationem, qui volet apud ipſum ſanctum Gregorium leget.

Lib. 32. mor. c. 17. Serm. in Cant. 64. 2. Cor. 11. Iob 40.

Ex hac deceptione quot mala in proficientis animam
1. deriuentur, idem Sanctus latè docet, primum malum eſt nullum ſenſum ac ruborem habere tãtarum culparum, quales ſunt prædictæ.

2. Secundum malum eſt difficultas emendationis, *Facilè enim*, ait, *culpa corrigitur, quæ & erubeſcitur, quia eſſe culpa ſentitur, quæ itaque error cùm virtus creditur, difficiliùs emendatur, rectè dicitur cartilago eius quaſi laminæ ferreæ.*

3. Tertium malum eſt obſtinatio. Behemoth enim iſte, quo ſub prætextu boni calliditatem ſuam fraudulentiùs exhibet, eo in culpa mentem duriùs tenet.

4. Quartum malum eſt emendationis tarditas, ſi tamen emendãtur aliquando. *Nonnunquam enim*, ait, *hi, qui viam*

ſanctita

ſanctitatis appetunt, in errorem lapſi tardiùs emendantur, rectum quippe æſtimant eſſe quod agunt, & ſicut excolendæ virtuti, ſic vitio perſeuerantiam iungunt. Vnde bene Hieremias cùm diceret, candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore antiquo Sapphiro pulchriores, denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis, ilico adiunxit, adhæſit cutis eorum oſſibus, aruit, & facta eſt quaſi lignum. quorum verborum diuinam planè explicationem ibidem ad hoc propoſitum ſanctus Papa perſequitur. Thren. 4.

S. Bernardus: *Proficientium*, inquit, *ſanctioribus ſtudijs minimè quidem ſeſe opponere contrariæ virtutes apertè audent, ſed ſolent ex occulto inſidiari quaſi quædam fraudulentæ vulpeculæ: ſpecie quidem virtutes, re autem vitia.* ponit autem ibidem varios multorum caſus, primus eſt eorum, qui cùm bene proficerent in vocatione, in qua extra ſecum à Domino poſiti fuerant, ſtudio lucrandi amicorum & cognatorum animas, ad patriam ſunt reuerſi. *It*, inquit, *is, & perit miſer, non tam exul ad patriam, quàm canis reuerſus ad vomitum, & ſe perdidit infelix, & ſuorum acquiſiuit neminem, en vna vulpecula.* Primus caſus.

Secundus caſus cuiuſpiam proficientis item, qui minimè vocatus ad concionandi munus, incenditur tamen deſiderio illud obeundi, vt multorum aliorum ſaluti, nõ ſuæ tantùm conſulat. *Hæc eſt altera vulpes, quia*, inquit, *monachi officiũ eſt non docere, ſed lugere, & publicè prædicare nec monacho conuenit, nec nouitio expedit, nec non miſſo licet.* Secundus caſus.

Tertius caſus eſt eius, qui ad cœnobiticam vitam in monaſterium ingreſſus, inde ſe educi amore ſolitudinis permitit, cum magno vitæ & conſcientię hominis detrimento, S. Gregorius indicat ibidem, huiuſmodi hominibus ſaluberrimum remedium afferri poſſe, ſi à maioribus, ſi quos habent, eorum voluntates frangantur. S. Bernardus, cui etiam conſentit S. Gregorius, adfirmat remedium opportunius inueniri nullum tanto malo: quàm quàm ſi fraus diaboli ſemel pateſiat. hoc eſt enim, quod ait Salomon: *Capite vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, iubet*, inquit, *deprehendi, conuinci, prodi. alia vitia, quæ apertè ſe ingerunt, coercenda ſunt, hæ verò ſubtiles hoſtis* Tertius caſus. Cant. 2.

aſtutia, vt declinen er, ſatis eſt ſi cognoſcatntur, quis enim niſi demens comperta deſcipula ſciens & prudens pedem mitt it in illa? modus autem cognoſcendi eſt conſilium Scripturarum, ſanctorum Patrum, & ſpiritualium magiſtrorum, ad conſilium porrò impellit animi demiſſio ſancto timori coniuncta, humilis oratio adiuuat, maximè verò nullade ſe exiſtimatio.

7. Septima aſtutia eſt ex eodem S. Gregorio petita, ait enim (& nos retulimus extremo capitis vigeſimi ſeptimi huius libri) diabolum maximè ad illaqueandum proficientem abuti vitiis naturæ ipſius conuenientibus, ſunt enim hi veluti ſtipendiarij eius ſatellites, eo magis idonei ad quaſlibet hoſtis ſuggeſtiones & quaſi mandata ad animum hominis perferenda, quo ſunt illis magis familiares & intimi, quare Prophetæ dictum memoria

Mich.7. repetendum, & re ipſa perficiendum eſt: *Solicitè cuſto-*

Ser. 3.de *di te ab ea, qua dormt in ſinu tuo.* Lege Diuum Bernar-

7panibus. dum.

Libro 2. Octaua aſtutia eſt. *Diabolus*, ait S. Gregorius, *ſi vſque*

moraliũ, *ad opus prauum pertrahere non valet, tentando tamen bono-*

cap. 25. *rum cogitationibus ſubrepens, nocet, vt cùm turbare bona mẽ-*

8. *tis agnoſcitur, ea quaſi funditus abſtuliſſe videatur.* Scopus igitur diaboli eſt, ſi poteſt ad peccandum hominem deducere, ſi id non poteſt. cogitationes & motus animi agitando tenere, & ſuſpicionem peccati, quæ ſcrupulus dicitur, in proficiente generare.

Quatuor autem ſunt affectiones, quas potiſſimùm ſuſcitat diabolus in mente hominis proficientis, & ab

Libro 10. eodem S. Gregorio alibi numerantur. Primò: Rerum de-

Reg.c.38. ſideria, vt affectiones ad eas res, à quibus nos iam abdi-

Primò. cauimus, vel quibus quia occaſiones ſint aut peccati aut teporis, nos carere neceſſe eſt. Secundò: Terrores, ſpe-

Secundò. ctris enim obiectis animum concutit, aut certè difficultatem longi itineris, & arctæ viæ, quæ ducit ad ſalutem,

Tertiò. proponit vt terreat. Tertiò: Blandimenta, nam vel nobis in mentem reuocat antiquas & contemptas voluptates, vel nouarum delectationum etiam ſpiritualium

Quartò. ſpecie animum detinet. Quartò: Seductiones, ſeducere autem conatur diabolus ſuadendo, vt à bono propo-

ſito

ſito tanquam intempeſtiuè aut temere inito declinemus, vel in maius bonum illud conuertamus. his quædam ſimilia habet S.Bernardus in Pſalmum, Qui habitat,&c.

Nona diaboli aſtutia eſt, vt ſi ſuas cogitationes & affectiones in animo proficientis ingerere non poſſit, nec efficere, vt bonas, quas iam conceperamus, abjiciamus; ipſas ſaltem, quæ bonæ ſunt, de prauet excitando in animo vel amorem noſtri nimirum, quippe qui ij ſumus, qui ſeriò & conſtanter ſuſceptas ſemel cogitationes retineamus vel inanem gloriam, quòd eadem noſtra cogitata præclara ſint, nec omnibus communia. hoc idem obſeruãdum monuit S.Gregorius. H*oſtis*, inquit, *callidus cùm graues cogitationes in corde conſpicit, ſubintroductas eas voluptatis delectatione corrumpit*: (hæc cõplacentia vulgo dicitur) *&* *dum motus cordis ſimplices videt, ſubtilia inuentionum accumina oſtendit, vt dum laus de ſubtilitate quæritur, puritatis ſimplicitas amittatur.* Si verò horũ neutrum à proficiẽte obtineat, quòd celeriter vtrique ſuggeſtioni reſiſtit, turbat certè nonnihil eiuſdem animum, qui ſcopus erat aſtutiæ ſuperioris. 9. *Serm. 14 in fine.* *Libro 2. moraliũ, cap. 25.*

Decima diaboli aſtutia eſt in animum hominis per ſenſum & ſenſus appetitum irrepere. quod magnopere quærit diabolus. nam omnino dominari ipſe non poteſt, præſertim voluntati, ſine cuius conſenſu nullum peccatũ ab homine committitur, quare adminiſtros fraudis ſuæ deſignat primùm, deinde etiam capit, & cõciliat ſibi, vt poteſt. hi autem præcipuè ſunt phantaſia & appetitus ſentiens. phantaſiam agitat imaginibus & ſpeciebus, quæ cum ſanguine ſpirituque mouentur, quibus intellectui tenebras oducit; idque vel dormientibus vel vigilantibus nobis. quare reperiuntur etiam ſomnia fraudulenta, vt pote diabolica, quod ſæpe tradunt Patres, & cogitationes vigilantium ſomniis perſimiles, quas ſæpenumero opera diaboli commoueri & formari nullus ſanctorum Doctorum dubitat, & affirmat S.Auguſtinus & S.Gregorius. 10. *Epiſt. 115 & l. 22. de ciuit. Dei, c. 22.*

Quare caueant ſibi, qui calore ſanguinis ferueſcẽtem conſtitutionem corporis nacti ſunt, iis enim facilius

illudit

illudit Diabolus, quàm tardiorib. & frigidioribus, & mirum eſt quàm multa ipſi etiam vigiles ſomnia fingant ſibi, & quàm multa ſibi perſuadeant vera eſſe, quæ plerumque veriſimilia aut etiam falſa ſunt, appetitum autem ſenſus concitat diabolus motione cordis & ſpirituum agitatione, qua eum iis perturbationibus complet quæ motionibus illis affines ſunt: proficiens igitur acutè diſcernat oportet idola phantaſiæ, & cordis ſui motiones. Dei enim gratia adiutus id poteſt: nec id ſolum, ſed & imagines illas inanes abigere, & has motiones comprimere atque ſedare.

Rom.8. Quare ſi à concupiſcentia propter eandem cauſam, cùm tamen ea nobis innata ſit: *Nihil damnationis eſt iis, qui ſunt in* CHRISTO IESV, vt ait Apoſtolus, propterea quòd eius titillationibus obuiam eunt, eamque coërcent, cur damnationem timeamus ab ijs, quæ nobis contradicentibus & inuitis ſuſcitat Diabolus in ſenſibus noſtris? timeant illi, qui non ſolum ad hunc primũ congreſſum diabolum admittunt, ſed eius ſuggeſtiones & affectiones omnes imbibunt auidè & arripiunt. de quibus ſcriptum eſt apud ſanctum Auguſtinum: *Falſus mediator, id eſt, diabolus nõ traiicit ad ſuperiora, ſed potiùs obſidens intercludit viam per affectus quos tanto maligniores, quanto ſuperbiores ſuæ ſocietati inſpirat. qui nempe affectus non poſſunt ad euolandum pennas nutrire virtutũ, ſed potiùs ad demergendum pondera exaggerare vitiorum, tãto grauiùs animæ ruituræ, quanto ſibi videtur euecta ſublimiùs.*

Lib.4. de Trinit. cap.12.

Quibus autem indicijs hæ diaboli præſtigiæ inueſtigentur, pòſt docebimus: nunc illud tantùm monitum lectorem volo, egregium doctorem Theologum præcipere, vt hæc aſtutia diaboli diligenter obſeruetur in eorum gratiam, qui viſis abundant, ſiue viri ſiue feminæ ſint.

Caiet.1. 2.q.80. artic.2.

***

Digitized by Google

Qua demum calliditate ſe diabolus in intimum proficientis animum inſinuare conetur.

CAPVT XXXV.

FRAVDES diabolicæ, de quibus hactenus ex patrum ſententia diſſeruimus, aduerſarij ſcopum magna ex parte aperiũt, nunc explicandus eſt ex iiſdem patribus modus ſeu ratio, quam ſequitur diabolus, cùm ad virum iuſtum cominus accedit, ſitque hoc poſtremum caput ad eius dolos pertinens.

Aſſerunt igitur ſancti Patres, initio diabolum præſtolari tempus, quo otio aliquo etiam modico diſtentam animam videt: *Si ſemel animam*, ait S. Bernardus *ſpiritu dormitãte perſuaſerit, deſcenderit in viſcera cordis, &c.* Et S. Gregorius, *Quietis tempore ad victoris animum redit.* Ob id ſancti viri non minùs bellum otio, quam Satanæ indicunt. legantur quæ habet S. Bernardus ad fratres de monte Dei, quos non ſolùm monet, vt otium vitent, ſed docet etiam quibus in rebus ad illud fugandum occupari vtiliter debeant: *Quæris*, inquit, *quid agas, vel in quo te occupes? primùm extra quotidianum orationum ſacrificium, vel lectionis ſtudium, quotidianæ diſcuſſioni conſciẽtiæ, emendationi, morum compoſitioni pars ſua diei neganda non eſt: deinde operandum eſt aliquid manibus, quod iniungitur, non tam quod animum delectando ad horam detineat, quàm quod ſpiritualibus ſtudiis delectationem conſeruet & nutriat, in quo remittatur ad horam animus, non reſoluatur.* *Quintũ caput.* *Ser. 63. in Cant.* *Hom. 35. in Euãg.*

Quanquam verò diabolus otij tempus expectat, vt tentet, non ideo tamen vigilantibus & diligentibus parcit, cùm enim ſibi per otium non aperiri aditum in hominis mentem aduertit, obſeruat ſi quæ ſit pars, quæ vel in internis vel in externis ſenſibus minùs diligenter cuſtodiatur, & in eam repente inuolat: *Quantum ſe*, inquit S. Gregorius, *aduerſarius noſter ex omni parte præcaueri cognoſcit, tãto per occulta quærit irrumpere, & repugnantem ſibi callida arte noſcitur decipere, quoties quod non per* *Libr. 9. Regiſtri, cap. 8.*

oculos,

Digitized by Google

oculos, per aures, per phantaſiam, per cõmemorationem rerum alieniſſimarum obtinet? quoties quod nec à dormientibus nec à vigilantibus extorquet, conſtitutis nobis inter vigiliam & ſomnum ſenſim obtrudit & impetrat?

Libr. 32. moraliũ. cap. 17.

Porrò modus proximè ſe in animum hominis inſinuandi, & eum paulatim ſibi conciliandi, ſi credimus S Gregorio, diabolo familiaris eſt per voluptates potiùs quàm per terrores. voluptates autem hîc nomino quaſcunque animi delectationes, eius opera in hominis anima excitatas. ſic autẽ ſcribit S. Pater in illa Iob verba *Oſſa eius, ſicut fiſtulæ æris. quippe fiſtulæ*, ait, *ſonoris aptatæ cãtibus ſolent, quæ admotæ auribus, dum blandum carmẽ ſubtiliter concinunt, interiora mentis in exteriora delectatione trahunt: & dum dulce eſt, quod in auribus ſonant, virili atem cordis in voluptatis fluxu debilitant: cumque auditus ad delectationem trahitur, ſenſus ab ſtatu ſuæ fortitudinis eneruatur. Ita quoque aſtuta eius conſilia dum quaſi blanda prouiſione conſulunt, cor à forti intentione inueniunt, & dum dulcia reſonant, ad noxia inclinant.*

Has autem voluptates dupliciter diabolus elicit ex anima, primùm quidẽ contrectando affectus quoſdam animæ, eoſque varijs ſuggeſtionibus verſando, vt exploret, quo eorum quiſque ſit ad vitium procliuior, ad ſimilitudinem eius, qui cytharæ chordas prætentans manu admota aure quis cuiuſque ſonus ſit, diligenter obſeruat. Sic enim ait S. Gregorius: *Dũ laudat cor de inteſtina rectitudine, inueſtigat callidè, vbi ſubruat in prauitate.* Et quia eiuſmodi affectus, propterea quod facilè deprauantur, ſunt veluti eſca apta ad arripiendũ ignem tentationis diabolicæ, propter ſimilitudinem corruptionis, quæ illis eſt cum ipſa tentatione. S Auguſtinus de diabolo diſſerens ait: *Non ſeducit ille, aut trahit aliquem, niſi quem inuenerit ex aliqua parte iam ſimilem ſibi. Inuenit enim eum aliquid cupientem, & cupiditas aperit ianuam intranti ſugeſtionis diaboli. inuenit illum aliquid timentem monet, vt fugiat, quod illum inuenit timere: monet, vt adipiſcatur, quod illum inuenit cupere, & per has duas ianuas timoris & cupiditatis intrat. claude illas, & imples illud Apoſtoli, non detis locum diabolo.* Huiuſmodi affectus illi

Libr. 32. moraliũ, cap. 17.

De diuerſis ſer. 20. cap. 11.

Ephes. 4.

ſunt

ſunt vt plurimum, qui præ dominiũ aliquod ſuper alios obtinent, qualis eſt ira in iracundis, mœror in triſtibus, in calidioribus libido: illi etiam habitus in quibus diuturna conſuetudine obduruimus: denique perturbationes quæcumque immunderatæ, quas pro tempore nobis ineſſe, diabolo compertum eſt.

Deinde eaſdem voluptates ſuſcitat diabolus per ſe eas animo repræſentando, prout vitium ipſum comitantur, vnaquæque ſuum, neque enim vitium perſequeretur homo, ſi iucundum non videretur & commodum quod copioſè oſtendit quomodo fiat ſanctus Gregorius in illa verba Iob: *Dulcis fuit glareis cocyti. aliis*, inquit, *guſtum ſuæ dulcedinis per ſuperbiam, aliis per auaritiam, aliis per inuidiam, aliis per fallaciam, aliis per luxuriam porrigit. & ad quanta vitiorum genera pertrahit, quaſi tot ſuæ dulcedinis potus propinat. nam cum aliquid ſuperbum in mẽtem perſuade, fit dulce quod dicit, quia videri prælatus cæteris hominibus peruerſus appetit*, & cætera. Libr. 15. moraliũ, cap. 37. Cap. 21.

Sed quia *fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum*, vt ſcriptura teſtatur, & proficientibus hæc ſatietatem potiùs & faſtidium adferunt, quàm deſiderium, ijs ſuggerere cõſueuit diabolus vitia quidem, ſed ſpecie virtutis & vtilitatis conueſtita, eaque vtilitate eos allicere & demulcere. ſic habet idem S. Gregorius alibi: *Behemoth iſte magnopere ad exequendam deceptionem ſatagit, vt dum peruerſitatis ſuæ conſilium quaſi vtile oſtendit, ſuauiter valeat ſonare, quod dicit: quatenus & oſtenſa vtilitate mentem mulceat, & abſconſa iniquitate corrumpat.* Superiori porrò loco Sanctus idem habet hoc dictum memoria dignum: *Dulcis*, inquit, *fuit glareis cocyti, quia amarus electis & ſuauis eſt reprobis. illos enim ſolummodo ſuis delectationibus aſcit, quos quotidianis lapſibus ad gemitum* (videlicet inferni, in quo eſt gemitus & ſtridor) *impellit.* Quibus verbis hæc, ni fallor, ſententia ſubeſt electos tẽtationibus hiſce voluptariis nõ capi, ſed obſiſtere illis potiùs & eas auerſari non aliter quàm iniucundæ eſſent & amaræ: nec ſolùm illas, quæ primo aſpectu vitioſitatem ſuam præ ſe ferunt & oſtentant, ſed etiam illas quæ cùm vitia ſint, virtutis tamẽ & vtilitatis ſpiritualis Prou. 1. Libr. 32. moraliũ, cap. 17.

imagi

imaginem referunt. id autem euenit non ingenij ſubtilitate, aut alia qualibet hominis induſtria, ſed Dei gratia & munere ſingulari, quo ſolet Deus optimus & liberaliſſimus hominum bene viuentium, ſibíque amore charitatis deuinctorum, animos cumulare. de quo dono idem S. Pater alio loco ſic ſcribit: *Sancti viri inter illuſiones atque reuelationes ipſas viſionum voces aut imagines quodam intimo ſapore diſcernunt, vt ſciant vel quid à bono ſpiritu percipiant, vel quid ab illuſore patiantur.* De quo etiam S. Auguſtinus in libris confeſſionum.

Libr. 4. Dialog. cap. 48.

Libr. 6. Confeſſ. cap. 13.

Repulſus à proficiente diabolus, vel aduocat alium quaſi auxiliarium militem, qui ſibi in tentando Vicarius ſuccedat, quod affirmat Caſſianus, aliquando fieri; vel vt S. Gregorius eſt auctor, abſcedit quidem, ſed rediturus: *Sæpe antiquus hoſtis*, inquit, *poſtquam menti noſtræ tentationum certamen inflixerit, ab ipſo ſuo certamine ad tempus recedit, non vt illatæ malitiæ finem præbeat, ſed vt corda quæ per quietem ſecura reddiderit, repente rediens, facilius inopinatus irrumpat.* Idcirco ſit ſemper in ſpeculis proficiens, obſeruetque ſe diligenter, & ſimul quid diabolus meditetur, cùm nihil gerit, nec vnquam diſciplinæ internæ & virtutum perfectarum vſum dimittat, vt illi nullo tempore improuiſus ac repentinus accidat aduentus diaboli.

Coll. 7. cap. 19.

Quomodo gerere ſe debeat proficiens in diaboli tentationibus.

CAPVT XXXVI.

DIXIMVS ſanè iam multa de ratione inundi certaminis cum diabolo ſuperioribus capitibus, ſunt tamen ea miſta ijs, quæ de tentationibus traduntur, vt non inutile propterea futurum ſit, ſi ſeparatim quæ dicunt de eadem ipſa dimicandi ratione patres, in medium adducamus.

Sunt

Sunt autem arma proficientis exercitationes virtutum. Fidei quidem ante omnia: *Cui*, inquit S.Petrus, *reſiſtite fortes in fide.* Præcipuè verò quia hoc in primis diabolo propoſitum eſt, vt fidei vires in proficiente debilitet. neque enim ſibi ipſe diſſimilis eſt. primos quippe parentes hoc exordio deduxit in fraudem. perſuaſit enim falſum eſſe id, quod interminabatur, qui nõ mentitur Deus, morituros eos, ſi pomũ vetitum deguſtaſſent: *Nequaquam*, inquit, *morte moriemini, ſed eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum.* Denique S.Gregorius: *Quod in paradiſo egit, hoc quotidie antiquus hoſtis agere non deſiſtit. verba quippe Dei de cordibus hominum molitur euellere, atque in eis ficta promiſſionis ſua blandimenta radicare. quotidie quod Deus minatur, leuigat, & ad hoc credendum quod falſum promittit, inuitat.* Quare & fortes ſimus oportet, & diuinæ Scripturæ ſententiis, quibus ille aliquando abutitur ad noſtram perniciem, nos ipſi vtamur ad eum à nobis fugandum, quemadmodum fecit Dominus, cùm ad eum tentandum acceſſit Satanas. 1.Pet.5. Geneſ.3. Lib.24. moraliũ, cap.5.

Sunt enim Scripturæ ſacræ verba (quod de pſalmis præſertim dicunt plerique omnes Patres) incantamenta quædam diuina, quibus non ſolùm abigitur dæmon, ſed quaſi in ſtuporem vertitur. hoc armorum genere vtiliter ſemper vtimur. maximè verò aduerſus illas tentationes: Quid ſi non ſim prædeſtinatus? *At ſine pœnitentia ſunt dona Dei & vocatio.* Et: *Fidelis Deus, per quem vocati eſtis.* Quot ante me hoc iter ingreſſi, vel declinarunt vel ceciderunt? at quot contrà vſque ad viæ terminum perneuerunt? *Vidi*, inquit, *turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat.* Qui fieri poteſt vt continentiam vſque ad vitæ finem retineam? crux etiam grauis eſt arcta via ſalutis, anguſta vitæ porta, ego verò infelix homo malæ conſuetudinis & peccatorum magnorum pondere oppreſſus. At: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, tollite iugum meum ſuper vos.* Denique quis fide iubet me perſeueraturum? *Ego*, inquit Dominus, *nõ te deſeram neque derelinquam.* Et: *Eſto fidelis vſque ad mortem.* Rom.11. 1.Cor.5. Apoc.7. Mat.11. Hebr.13. Apoc.2.

Proxima fidei ſpes eſt, quam in proficiente magnam

eſſe oportet. hanc autem alunt & augent multa. diabolus enim nihil aduerſus hominem molitur aut agit, niſi fiat ei à Deo poteſtas, quod latè probant multa, ſed in primis illud, quod in Euangelio narratur, ne in porcos quidem eam ingredi potuiſſe, niſi permiſſum. legatur S. Gregorius & alij: & Deus Pater eſt, nec plus mali quàm ferre poſſimus, nobis permittit à diabolo adferri, quæ cauſa fuit, vt multi ſancti viri non ſolùm diaboli congreſſum nō pertimuerint, ſed eum iam propinquum & horribilia atrociter minitantem etiam prouocauerint ad certamen, aggredientem verò glorioſè vicerint, & fugarint turpiter.

Luca 8.

Lib. 2. moraliū. cap. 6.

Quare cogitet proficiens, pro ſe quidem certare ſe, magis autem Deum, ſuperóſque omnes, qui ſpectatores pugnæ nō modò, ſed adiutores etiam ſunt. hoc eſt enim quod ait Apoſtolus: *ſpectaculum facti ſumus Angelis*. Et quod ſcribit Dauid, *Cū ipſo ſum in tribulatione*. qui etiam diuino planè artificio inſidias diaboli in hominis emolumenta contra omnem illius voluntatem conuertit: *Apoſtatæ Angeli*, ait ſanctus Gregorius: *peruerſa voluntas eſt, ſed tamen à Deo mirabiliter ordinatur, vt ipſe quoque eius inſidiæ vtilitati bonorum ſeruiant, quos purgant, dum tentant.*

1. Cor. 4.
Pſal. 90.

Lib. 16. moraliū. cap. 18.

Accedit ad ſpem hanc corroborandam illa conſideratio, hominem iuſtum diabolo quantumcumque ſuperbo & violento dignitate & viribus ſupernaturalibus ſuperiorem eſſe. fide nimirum, gratia, aliiſque virtutibus omnibus, quarum in diabolo ne ſcintillula quidem reperitur, quamuis ſit in dæmone natura præſtantior: *Naturæ*, inquit S Gregorius, *viribus ſuperat diabolus humana omnia, licet ſanctis hominibus meritorum ſuorum dejectione ſubiaceat. vnde & eiſdem ſanctis contra eum decertantibus eo retributionis ſuæ meritum creſcit, quo ille ab eis vincitur. qui per naturæ potentiam quaſi iure ſe hominibus ſupereſſe gloriatur.* Cuius tamen naturæ vi & ſubtilitate nunquam tentando eo vſque pertingit, vt ſi nolit homo, ad cor pertineat, extorqueatque ab inuito conſenſum, vt propterea quaſi foris vagari ab eodem S. Gregorio deſcribatur, quia videlicet, etſi virtutem mentis ple-

Lib. 34. moraliū, cap. 7.

Lib. 2. moraliū, cap. 25.

rúmque

rúmque turbat, eo ipſo foris eſt, quia reſiſtente domino vſque ad interitum bonorum corda non vulnerat, præterquam quòd extra etiam vagari eũ neceſſe eſt, quamdiu cordis noſtri cogitationes, quas minimè cernit, aliũde non didiſcerit. nec verò hominem dejicit ac ſternit, niſi priùs bonis cogitationibus exuat. quæ ſententia fuit magni illius Antonij apud Caſſianum: *Nulla enim enim*, aiebat, *poſſe dæmonem mentem cuiuſquam vel corpus inuadere, nec habere facultatem cuiuſlibet animam penitus irruendi, niſi eam primò deſtituerit omnibus cogitationibus ſanctis, ac ſpirituali contemplatione vacuam nudámque reddiderit.* Id autem qua ratione conſequi vnquam poterit, ſi nos ipſi noſtri proditores priùs facti, quæ intus ſunt non aperuerimus, ſimúlque aditum dederimus, quoad cor ipſum penetrare queat? quamquam tunc etiam *intrare quidem mentes iuſtorum poteſt*, inquit S. Gregorius, *ſed in eis morari non poteſt*. quia licet illicita ſuggerere poſſit, & tentationibus mentem fatigare, reſiſtente diuino adiutorio præualere non poteſt, & S. Chryſoſtomus eſt auctor, nos ne ad luctam quidem cum diabolo cogi, niſi per ſocordiam, nam virtute gratiæ poſſumus *calcare ſuper ſerpentes & ſcorpiones.* Coll. 8. cap. 9. Lib. 27. moraliũ, cap. 17. Hom. 22. in epiſt. ad Epheſ.

Sed fidem ſpémque ſequatur oratio: *Fortiores*, inquit S. Chryſoſtomus, *nos tentamenta faciunt, perſuadéntque familiariſſimos Deo fieri. qui enim imminere ſibi cernit inimicum, maiori ad illum currit deſiderio, qui ſe tueri poſſit. ita ferè infantes pueri cùm quid horrendum viderint, ad matrum ſinus protinus fugiunt, illarúmque prendentes veſtes, eis ſe tuentur & protegunt, atque ita vt ſæpius retrahentibus plurimis inde auelli non poſſint, & tu idem cum Deo facito. Videntes ſe filij Iſrael in arcto poſitos abſconderunt ſe.* Quo loco S. Gregorius, *Blanda & læta nobis appetenda aduerſarius ſuggerit. qui nunquam meliùs vincitur, quàm ſi tentati ad deuotæ orationis lamenta curramus.* Legatur Caſſianus, qui commendans orationis vim, perſuadet, vt ea ad omnia adhibeatur; illóque verſiculo vtamur in primis: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina.* Hunc enim aduerſus tentationes mirum quiddam valere ſignificans ait: *Hic verſiculus* Libr. de prouidẽtiâ Dei. 1. Reg. 13. Coll. 10. cap. 3. Pſal. 9.

omnibus infeſtatione dæmonum laborantibus inexpugnabilis murus eſt, lorica impenetrabilis, ac munitiſſimus clypeus.

Prædictis omnibus virtutibus adiungat proficiẽs conſtantiam atque patientiam, perſeueretque viriliter reſiſtendo, ita vt ne latum quidem vnguem diabolo vnquam concedat. Siquidem ſcribit S. Gregorius, *cùm diabolicis anima ſubeſſe ſuaſionibus cœperit, quanto ſe hoſti callido crebriùs ſubiicit, tanto eum ſibi intolerabiliorem facit, vt ei iam in nullo reſiſtere valeat, cui in vno ſui oblita aſſenſum præſtet.* S. autem Baſilius monet, non ſolùm nos conſtantes eſſe debere & fortes in iis, quæ ſola voluntate & animi deliberatione efficiuntur, ſed etiam in illis, quæ indigent prætereà opera corporis & externis adiumentis, quæ Satanas impedire aliquando poteſt, vt ait Apoſtolus, accidiſſe ſibi cùm ſcribit Theſſalonicenſibus, & imitandus tunc maximè eſt idem S. Paulus, qui cùm Romam ſæpe petere decreuiſſet, & prohibitus eſſet, ipſe faſſus eſt, tamen eatenus in ea volũtate permanere non deſtitit, quoad etiam effecit, quod ſtatuerat, quod etiam confirmat exẽplo inuictæ tolerantiæ. S Iob.

In Pſa. 3. Pœniten. *Reg. br. cap. 275.* *1. Theſ. 2 Rom. 1.*

Denique in hoc tam graui periculoſóque conflictu eſt valdè neceſſaria proficienti ſpiritualis prudentia. nam diabolus, vt auctor eſt S. Auguſtinus *magis timendus eſt, cùm fallit, quàm cùm ſæuit.* infinitæ enim ſunt eius aſtutiæ, nec mortalium quiſpiam inuentus eſt vnquam, qui eas explicare aut recenſere potuerit. Ob id contra Serpentis tortuoſos anfractus proponit Dominus ſerpentis item prudentiam, ſed cum Chiſtiana ſimplicitate coniunctam, quamquam prudentia hæc non tam quid diabolus cogitet aut machinetur, inquirit. quàm quid nos ipſi cogitare & agere debeamus, ne diaboli fraudulentis periculis illaqueemur.

In Pſal. 39. Matt. 10.

Prior pars ſpir. prud.

Huius igitur prudentiæ duæ ſunt præcipuè partes prior eſt diſpicere ſeipſum diligentiſſimè quatenus ſe proficiens cognoſcat, & pènitus introſpiciat. cognoſcet autem non ſolùm ſi intellexerit, qualis ſtatus eius ſit, quoad illa quæ diximus omnibus communia, amorem proprium, pronitatem ad malum, fomitẽ, paſſiones, habitus vitioſos; ſed multo magis quod pertinet ad pro-

Digitized by Google

prias & ſingulares propenſiones, eas inueſtigando accuratè, ſiue ex naturæ ſiue ex prauo conſuetudinis habitu promanent. quod in primis à Deo flagitandum eſt aſſidua precum contentione. donum enim ipſius eſt.

Deinde ad eandem rem vnicuique conferet, quæ ſequuntur aduertere. primùm quibus in rebus olim vel imprudentia vel vitio frequentiùs lapſus ſit: quæ illi occaſiones, quæ conſuetudines & familiaritates profuerint ad virtutem magis, quæ obfuerint ad perniciem. 1.

Deinde quibus in culpis, prolapſionibus, debilitatibus hactenus ſæpius notatus & accuſatus fuerit ab amicis. in quibuſdam rebus actionibúſve apud alios magis offenderit. quid ſentiant homines de ſe, quid taciti loquantur, qui illum amant, qui in eo deſiderare ſe dicant eo præſertim abſente (quamquam & ab inimicis vtilitas etiam in hoc genere non parua percipitur) vix enim fieri poteſt, vt verum nō ſit aliqua ſaltem ex parte, quod tam multi opinantur & dictitãt, in ſumma prudenter dixit S. Gregorius: *Ex ante acta vita ſe quiſque inueniat.* quid ipſe pręterea in ſui ſimilibus hominibus optet. quę enim nos minus probamus in aliis, eadem ſi ſint in nobis aliis diſplicere conſentaneum eſt. 2. *Prima part. Poſt. c. 9.*

Poſtremò, quis ipſe ſibi videatur, cùm defixa in vnum Deum mente ſeipſum coram Deo recognoſcit & contemplatur, cùm Chriſti Domini res geſtas, mores, vitam, & mortem meditatur, cùm ſeipſum viris ſanctis comparat aut etiã mortalibus prudentibus, & vitæ ſanctitate claris: cùm ſcripturas libróſque ſacros & pios lectitans, ſe quaſi in ſpeculo quis ſit, intuetur ſine vlla erroris aut amoris proprij nebula. omnem enim obſcuritatem & dubitationem tollit tam magna certáque lux, quæ ex tam multis locis & rebus nobis effulget. nec fieri poteſt, vt veriſſimum nō ſit, nos tales eſſe, quales tam multis cõſentientibus teſtibus, immò etiam noſtræmet conſcientiæ tacita confeſſione eſſe conuincimur. 3.

Poſterior prudentiæ pars pertinet ad præcipuum illud eius officium, quo illa in omnes animi corporiſque vires imperium gerens, ea efficacitate voluntati imperat eligere, quæ ad finem proficienti propoſitum neceſ- *Poſterior pars.*

ſaria ſunt, vt voluntas non poſſit arripere mordicúſque tenere remedia, quæ oportuna iudicantur ad affectiones omnes animi coercendas, quas vitioſitatis alicuius labe aſperſas, eadem prudentia docente, proficiens in ſeipſo ante deprehenderit.

Coll. 5. cap. 16. Quod autem vitium in primis oppguandum ſit, ſapienter docet Caſſianus, cuius ſunt hæc verba: *Ita nobis,* inquit, *aduerſus vitia corripienda ſunt prælia, vt vnuſquiſque vitium, quo maximè infeſtatur, explorans aduerſus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis ac ſolicitudinem erga illius impugnationem obſeruantionémque defigens, aduerſus illud quotidiana dirigens ſpicula, contra illud cunctis momentis cordis ſuſpiria crebráque gemituum tela contorquēs, aduerſus illud vigiliarum labores ac meditationes ſui cordis impendens, indeſinentes quoque orationum fontes ad Dominum fundes.* Et paulo pòſt: *Cúmque ſe ab ea paſſione ſenſerit abſolutum, rurſum latebras ſui cordis ſimili intentione perluſtret, & excipiat ſibi, quam inter reliquas perſpexerit diriorem, atque aduerſus eam ſpecialiùs ſpiritus arma commoueat, & ita ſemper validioribus ſuperatis celerem de reſiduis habebit: facilémque victoriam vt fieri ſolet ab his, qui coram regibus mundi huius omnigenis cogredi beſtijs præmiorum contemplatione conſueuerunt, quod ſpectaculi genus vulgò pancarpum nuncupatur, hi inquam feras quaſcumque fortiores robore, vel feritatis rabie conſpexerint diriores aduerſus eas primæ congreſſionis certamen arripiunt, quibus extinctis reliquas, quæ minus terribiles minúſque vehementes ſunt, exitu faciliori poſternunt.*

Coll. 19. cap. 16. Aſſerit autem idem Caſſianus, (id quod ad prouidentiam pertinet, quæ prudentiæ pars eſt, & qua prouidentes imminentia mala aduerſus ea nos armamus) vt cùm irritationum fomes atque materia ab hominibus non poſſit exurgere, earundem incitamenta de induſtria retractemus, vt aduerſus ea iugi cogitationum colluctatione pugnantibus nobis medela promptior conferatur, hoc autem ait contra omnia vitia opportunum eſſe præludium, animi enim prouiſio & præparatio multum poteſt ad retardādum omnem impetum tentationum, quæ à vitijs & affectionibus prauis ſubindé concitantur, pe-

Digitized by Google

riculoſum tamẽ eſſe ægrotis adhuc & infirmis pectoribus id agere contra ſpiritum fornicationis, cuius ne fas eſt, vel tenuiſſimam cogitationem admittere, niſi viris conſumatiſſimis, qui ſuper hac paſſione ſe ſimiliter probare poſſunt.

Hoc monitum Caſſiani dupliciter accipi poteſt, vno modo vt comparemus nos ipſos ad reſiſtendum vitiis & occaſionibus, etiamſi præſentes non ſint, renouando nimirum propoſitum iam firmatum Deo fideliter ſeruiendi, & ob id eas cogitationes ſuſcipiendo, & in memoriam adducẽdo, quæ ad id neceſſariæ ſunt, & hoc quidem vtiliſſimum eſt, eſt enim Spiritus ſancti præceptum: *Præpara animam tuam ad tentationem, & in die bonorum ne immemor ſis malorum.* 1. Eccleſ. 2. Eccleſ. 11. 2.

Altero modo vt de induſtria fingamus animo, nos in acie ac pugna verſari, haberéque qui nos, verbi gratia, contumelia afficiant, cædant, aliáque faciant, quibus viriliter nobis repugnandum ſit, réque ipſa cogitatione repugnemus exardeſcentes etiam animo, vt beneuolentia aduerſus virtutes: ſic odio & ira aduerſus vitia; quod prælium eſt phantaſiæ, & in hoc certamen non niſi valde cautè deſcendendum eſt, ſi quidem cogitatio vehemens, qualis ea tunc eſſet, ſenſim titillat & mouet affectum, concitátque animum, vt ad libidinem, ſi libidinoſa eſt ſic ad iram, odium, mœrorem, & alias huiuſmodi affectiones, quibus illa cognata eſt & affinis, quare monent Theologi, delectationem moroſam non ſolùm cauendam in libidinis, ſed in omnium aliorum vitiorum materia, vt in eſculentis, poculentis, in iniuriis, offenſionibus, in adulationibus, blanditiis, laudationibus etiam iuſtis, in curioſis adinuentis, & ingenioſè tractatis, & innumeris aliis in rebus, in quibus ſi non ita turpiter vt in obſcœnis labimur, labimur tamen animo grauiter, ſi cogitationem vel non abigamus ſubitò, vel quod eſt difficilius non ita ſuſtineamus, vt appetitum non attingat.

Dum in tentationibus adeſſe dimicantibus, & multis magniſque præſidÿs, ac præſertim diuinis conſolationibus illis ſuppetias ferre.

CAPVT XXXVII.

IN tentationibus patienter ferendis & fortiter propulſandis nemo dubitat, proficienti præſentem eſſe opem Dei, ſine quo nihil boni facere nec cogitare poſſumus, viris autem ſanctis id etiam eſt exploratius, quo de ſe demiſſius ſentiunt, & quotidie experiuntur diuino præſidio tentationis tempore ſe non ſolùm munitos, ſed
2. Cor. 7. tutos eſſe. *Foris*, inquit Apoſtolus, *pugnæ, intus timores, ſed qui conſolatur humiles, cōſolatus eſt nos Deus.* propter quod gratias agens, ait; *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri*
2. Cor. 1. *IESV CHRISTI, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* immo Deum eſſe, qui hominem gratiæ & virium propriarum pōderibus examinans, ſtatuit quatenus progredi in tentatione poſſit, indicat idem Apoſtolus, cùm
1. Cor. 10. ait: *Non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis.*

Adeſt autem Deus iis, qui tentantur, auxilio gratiæ ſuæ, qua mentem eorum illuſtrat, vt videant tentationes Satanæ, eiúſque inſidias detegant, vt non circumueniantur ab eo, adeſt ad ſpem excitando, quia *momentaneum*
2. Cor. 4. *& leue eſt tribulationis noſtræ pondus.* adeſt proponendo præmium ſempiternum, & immarceſcibilem gloriæ coronam legitimè certantibus, adeſt denique animum recreando, vires corroborando, admirabilíque conſolatione mulcendo, vt poſſint illi, qui in hac acie verſantur, *ſuſtinere & facere etiam cum tentatione prouentum.*

Nec adeſt ipſe ſolus, ſed iubet etiam Angelos, cuſto-
Pſal. 90. des præſertim, præſtò eſſe dimicātibus. *Angelis enim ſuis*, ait Dauid, *mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vÿs tuis: in manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.*

Angelis adiungit ſocios Sanctos, qui eius præſentia

fruuntur

fruuntur in cœlis,& pios homines,qui in terris & corpore adhuc poſiti orationibus & votis diuinũ eius numen pro afflictis omnibus placant, ſociat denique ad hominis qui tentatur auxilium triumphantis & militantis Eccleſiæ ſuffragia, quibus ſubſidiis non ſolùm animat pugnantes, ſed certantibus viriliter victoriam ipſam præparat & adornat.

Sed præcipua ratio, qua Deus ſuccurit ſaluti militum ſuorum, eſt internum animi ſolatium ac robur, quo illos aſſiduè reficit, recreat, confirmat, ob id Apoſtolus: *Conſolatur nos*, ait, *in omni tribulatione noſtra.* Et alibi: *Gaudeo in paſſionibus* Et alio loco: *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* Et Dauid: *Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum ſuper excelſa ſtatuens me, qui docet manus meas ad prælium, & poſuiſti vt arcum æreum brachia.* Et paulo pòſt: *Dilataſti greſſus meos ſubtus me, & non ſunt infirmata veſtigia mea, præcinxiſti me virtute ad bellum, & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.* Et antè præmiſerat; *In te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.*

2. Cor. 7.
Phil. 4.
Pſal. 17.

Hanc conſolationem virtute & viribus ſuperiorem eſſe quolibet alio armorum genere teſtatur S. Chryſoſtomus his verbis: *Quibuſuis armis firmior ac valentior eſt voluptas ea, quæ ſecundùm Deum percipitur, nec quicquam eſt quod huiuſmodi virum in triſtitiam ac mœrorẽ poſſit conijcere, omnia enim forti ac generoſo animo perfert, quod enim igne grauius? nam etiam opes, & liberos, & denique quiduis amittat, hoc tamen ad ciendum dolorem eſt omnibus violentius, at ſi à ligno vel à ſartagine nonnihil adhuc ſpirantem martyrem eduxeris, tantum gaudium in eo ſitum comperies, quantum ne verbis quidem vllis exprimi poſſit.* confirmat dictum ſuum exemplis adductis Abrahæ, Pauli Apoſtoli, & Iob.

Hom. 1. in 2. epiſt. ad Cor.

Et idem ſine dubio accidit omnibus iis, qui ex animo ſe Deo dedicant, & rebus omnibus poſthabitis vnã eius voluntatem ac nutum ſequuntur. *Habitant enim in adiutorio Altiſſimi*, vt ait Dauid, *& in protectione Dei cœli commorantur, dicúntque Domino, ſuſceptor meus es tu, & refugium meum Deus meus*, & alia multa, quæ paſſim in

Pſal. 90.

Digitized by Google

Pſalmis legentibus occurrunt, hæc enim conſolatio eſt merces laborum, qua Deus in hac vita prægustandam proponit cœleſtem illam voluptatem, de cuius torrentis hauſtu Sanctorum ſitis planè extinguetur, vt propterea ſanctus Bernardus contendat probare, gaudium hoc eſſe centuplum illud, quod etiam in tempore hoc percipiendum Dominus in Euãgelio pollicetur, immo hoc ipſum illud centuplum longe antecellere. *Longè pluſquam centuplum eſt*, inquit, *viſitatio Paracleti ſpiritus & præſentia Chriſti quàm magna, inquit, multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te, perfeciſti eis qui ſperant in te, vides, quomodo abundantiam ſuauitatis huius eructet, quomodo exprimere geſtiens verba multiplicet? quàm magna inquit multitudo. Hoc ergo centuplum adoptio filiorum eſt, libertas & primitiæ ſpiritus, deliciæ charitatis, gloria conſcientiæ, regnum Dei quod intra nos eſt, non vtique eſca vel potus ſed iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto, gaudium ſanè non modò in ſpe gloriæ, ſed etiam in tribulationibus, hic eſt ignis quem voluit Chriſtus vehementer accendi, hæc virtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem. Laurentium ridere carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem.*

In declamationibus, Ecce nos reliq. in fine.
Matt. 19.
Pſal. 30.
Luc. 14.
Rom. 14.

Quoniam verò in hoc auxilio diuini ſolatii poſitum eſt maximum momentum ad victoriam tentationum, ideo hoc tanti putare debet proficientes, (dico proficiẽs, nam quid perfecto magis conueniat; lib. quinto, capite ſexto declaratur) quanti audeo dicere victoriam ipſam, ac propterea longè abeſſe debet ab opinione eorum, qui affirmant conſolationes huiuſmodi non deſiderandas eſſe, cùm abſunt, ſed admittendas cum gratiarum actione cùm adſunt: ſiquidem, vt verum ſit, virtutis vim in conſolationibus hiſce minimè conſiſtere, quippe quæ conſtans per ſe eſſe debeat, & fortis aduerſus quaſcumque res terribiles, cum ſumma etiam afflictione animi, qualis in Chriſto Saluatore fuit, cùm dixit: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortẽ*. Et: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me*, nihilominus virtus ipſa ſine delectatione non eſt, cuius proprium eſt cum delectatione agere & tanta eſt hominis naturæ imbecillitas, vt ei ſuccumbendum

Mat. 26.
Mat. 27.

denique

denique ſit, ſi præter virtutis auxilium non recreetur, ac roboretur interdum diuinę conſolationis ſuſtentatione. natura enim fragilis & deprauata pugnando laborat & fatigatur & quo ſæpius reſiſtit tentationi, propiùs eo nihil eſt, quàm vt exanimetur, & concidat prorſus ad Samſonis illius ſimilitudinem, qui cùm ſæpius pernegaſſet vxori, quod illa pertinaciter poſtulabat, virorum fortiſſimus importunitate victus ceſſit feminæ. ſcribitur autem de eo ſic; *Cúmque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, nullum ad quietem ſpatium tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt.* Iud. 16.

Qua in re expreſſam videmus naturæ imbecillitatem, & intelligimus quantum neceſſe ſit, vt diuinitus ſubleuetur, non ſolùm vt non deficiat in certamine; ſed vt ita ſeipſam aduerſarioſque vincat, vt eos in admirationem traducat. quæ cauſa eſt, vt à ſanctis Patribus diuina conſolatio tanti æſtimetur, vt à Deo tanquam pretioſiſſimum donum requiratur. *Defecerunt*, inquit Dauid, *oculi* Pſ. 118. *mei in eloquium tuum, dicentes* (*in oratione, ſcilicet*, vt ait Conc. 20. S. Aguſtinus) *quando conſolaberis me?* Et quo eiuſdē Pſal- in Pſal. mi verſiculos nos legimus: *Bonitatem, & diſciplinam, &* 118. *ſciētiam doce me.* Idem S. Auguſtinus legit: *Suauitatem & diſciplinam*, vbi, poſtquam dixiſſet ſuauitatem hanc ſpiritus magnum bonum ex Deo eſſe, & hanc orationem cantionem eſſe propriam proficientium, addit: *Cum quo ergo facit Deus ſuauitatem, id eſt, cui propitius inſpirat boni delectationem, atque vt apertiùs id explicem; Cui donatur à Deo charitas Dei, & propter Deum charitas proximi: profectò inſtanter orare debet, quo tantum ſibi augeatur hoc donum, vt non ſolùm pro illo contemnat delectationes cæteras, ſed etiam pro illo quaſlibet perferat paſſiones. Ita ſuauitati ſalubriter additur diſciplina: non enim quantulæcunque ſuauitati vel bonitati, hoc eſt charitati ſanctæ, poſcēda & optanda eſt, ſed tam magna, vt ſub eius preſſura non poſſit extingui. Sed ſicut ingens flamma ſub impetu venti, quanto magis reprimitur, tanto ardentius excitari ſolet; Ideo parum fuit dicere, ſuauitatem feciſti cum ſeruo tuo, niſi verſus repeteret, vt eum doceat ſuauitatem, tantam vtique, vt diſciplinam poſſit patientiſſimè ſuſtinere.*

Quanquam vero imbecillitas tanta, quantam dicebamus ſuprà, & corpus & animum, ipſam videlicet, naturam hominis vniuerſam peruadat, occupat tamen inprimis voluntatem. hæc enim adeò infirma viribus eſt, vt aliquando præcurrentem intellectum vel minimè vel tardiſſimè ſequatur. quod præclarè, vt omnia S. Auguſtinus explicans verba Pſalmi: *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas. Sæpe enim,* ait, *quid agendum ſit, videmus, nec agimus, quia non delectat, vt agamus; & concupiſcimus, vt delectet. præuolat intellectus, & tandem ſequitur, & aliquando non ſequitur humanus & infirmus affectus. Ideo ergo deſiderare concupiſcebat, quæ bona eſſe cernebat, cupiens eorum habere delectationem, quorum potuit videre rationem.* Et paulo pòſt ſcribit. Prophetam docere, quibus gradibus ad iuſtificationes Domini perueniatur, cùm dicit, *ſe cupiuiſſe deſiderare. Priùs eſt enim,* inquit, *vt videatur, quàm ſint vtiles & honeſtæ: deinde, vt earum deſiderium concupiſcatur: poſtremò vt proficiente lumine atque ſanitate delectet earum & operatio, quarum ſola ratio delectabat.* operæpretium igitur erit de tota hac re breuiter hoc loco Patrum ſententiam explicare.

Conc. 8. in Pſal. 118.

Quot ſint genera diuinæ conſolationis, qui eius effectus & cauſæ.

CAP. XXXVIII.

DVPLEX eſt diuina conſolatio. prior eſt incipientium, ſimilis puerorum alimentis quale lac eſt & eſculenta faciliora dulcioráve. Solidior altera eſt proficientium & perfectorũ, quæ vt plurimum gratiæ virtutiſque iam adultæ & confirmatæ comes eſt. Primã illam non magni fieri ab his, qui iter virtutis iamdiu ingreſſi, feliciter pergunt in via mandatorum Domini, nec nouum nec mirum eſt: & indicium eſt virilis ſpiritus ac robuſti: alteram verò proficientes optant, ſi careant; &

elabo

elaborant gnauiter, vt, cùm adeſt, eam apud ſe omnino retineant.

De vtraque S. Bernardus ſic ſcribit: *Eſt bona conſolatio de ſpe ſalutis æternæ, in quam, ſublatis peccatis, quæ ſeparabant inter hominem & Deum, per Dei gratiam reuiuiſcit & hilareſcit. In quo, cùm cœperit proficere, hoc eſt piè viuere in Chriſto, neceſſe eſt, teſte Scriptura, perſecutionem patiatur, vt recens gaudium vertatur in mœrorem, & dulcedo boni vix ſummis labijs attacta in amaritudinem commutetur: ita vt libeat dicere: Verſa eſt cytara mea in luctum, & cantatio mea in plorationẽ. plorat ergo amariùs amiſſam dulcedinẽ, quàm prius fleuerat admiſſam peccatorum amaritudinem. Et hoc tandiu facit, donec Deo miſerante, conſolatio redit.* Hæc pertinet ad primum conſolationis genus. Serm. de Cant. Ezechiæ. 2. Tim. 2. Iob 30.

Pauló pòſt idem S. Pater ſecundũ affert in hæc verba: *Crebris itaque huiuſmodi viciſſitudinibus inter gratiæ viſitationem & tentationis probationem in virtutum ſchola proficiens, faciente vtique viſitatione ne deficiat, tentatione nec ſuperbiat, & tali tandem exercitio mundato oculo interiori ſtatim adeſt lux, cui fideliter inhærere cupiens, ſed corpore preſſus non præualens, ad ſe ipſum nolẽs dolenſque reſilit. Guſtato tamen aliquatenus quã dulcis eſt Dominus, eius etiam, cùm ad ſua redierit, in cordis palato retinet ſaporem, quo fit, vt iam ipſum, non ipſius quæcunque bona deſideret; & hæc eſt charitas non quærens quæ ſua ſunt: hæc facit filium non quærentem ſua, ſed Patrem diligentem.*

De hac loquebatur Dauid, quando dixit: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua?* Quo loco S. Auguſtinus: *Hæc eſt illa ſuauitas, quam Deus dat, vt terra noſtra det fructum ſuum. vt bonum verè bene, non mali carnalis formidine, ſed boni ſpiritualis delectatione faciamus.* Prima igitur conſolationis huius proprietas eſt eam eſſe veræ caritatis comitem. Pſal. 118. Prima proprietas.

Secunda verò eſt, eadem augeri caritatem. Sic enim habet idem S. Auguſt. *Neceſſe eſt*, inquit, *vt oderit omnem iniquitatem amor iuſtitiæ: qui tanto maior eſt, quanto eum inflammat ampliùs dulcedo ſapientiæ, quæ præbetur ei, qui obtemperat Deo, & à mandatis eius intelligit.* 2. Conc. 22. in Pſalm. 118. in fine.

Tertia eſt hoc diferre delectationem hanc à terrenis 3.

aliis

aliis oblectamentis, quod animæ ſitim ita explet, vt liceet extinguat nunquam, non tamen faſtidium vllum adferat homini, ſed ſolatium potiùs, ſuique deſiderium. quod S. Gregorius explicat: *Spirituales deliciæ, cùm non habentur, in faſtidio ſunt, cùm verò habentur in deſiderio, tantoque à comedente ampliùs eſuriuntur, quanto & ab eſuriente ampliùs comeduntur. in corporalibus delicijs appetitus placet, experientia diſplicet. in iſtis appetitus vilis eſt, & experientia magis placet. in illis appetitus ſaturitatem, ſaturitas faſtidium generat. in iſtis autem appetitus ſaturitatem, ſaturitas appetitum parit: augent enim ſpirituales deliciæ appetitum in mente, dum ſatiant; quia quanto magis earum ſapor percipitur, eo ampliùs cognoſcitur, quod auidiùs ametur.*

Hom. 36. in Euãg.

4\. Quarta proprietas eſt conſolationem ſpiritualem in hac vita eſſe principium quoddam & pignus felicitatis æternæ ac voluptatis qua de re S. Auguſtinus: *Neque in his omnibus*, inquit, *quæ percurro, conſulens te, inuenio totum locum animæ meæ niſi in te, quo colligantur ſparſa mea, nec à te quicquam recedat ex me; & aliquando intromittis me in affectum multum inuſitatum introrſus, ad neſcio quam dulcedinem, quæ ſi perficiatur in me, neſcio quid erit, ſcio quod vita iſta non erit.*

Libr. 10. Confeſſ. cap. 40.

5\. Quinta proprietas eſt, vt hæc delectatio non ſolùm nos ab terrenis affectibus abſtrahat, & excitet ad amorem virtutis omnis & perfectionis: ſed aliquando etiam nos ipſos extra nos ipſos rapiat. mentemque à ſenſibus abalienatam in Deum totam conuertat. Sic enim habet Caſſianus: *Quæ gratia*, inquit *nunquam negligentes ac reſolutos inſpiratione hac ſancta & exuberantia ſpiritualium cogitationum viſitare non deſpicit, ſed inſpirat indignos, exſuſcitat dormientes, & illuminat ignorãtiæ cæcitate poſſeſſos, clementerque nos arguit atque caſtigat, infundens ſe cordibus noſtris, vt vel ſic de inertia ſumno, compunctione ipſius caſtigati, ſurgere prouocemur. denique frequenter etiam odoribus, vltra omnem compoſitionem ſuauitatis humanæ, in ipſis ſubitò viſitationibus adimplemur; ita vt mẽs hac viſitatione reſoluta, in quendam ſpiritus rapiatur exceſſum: ſeque commorari obliuiſcatur in carne.*

Coll. 4. cap. 5.

Ad priorem partem proprietatis huius pertinet illud quod ait S.Bernardus: *Delicatam eſſe diuinam conſolationem, neq; dari admittētibus alienam.* Et alibi: *Quomodo ignis & aqua ſimul eſſe non poſſunt; ſic carnales & ſpirituales deliciæ in eodem ſe non patiuntur.* Epiſt.2.

Quoniam autem hæc conſolatio, etſi ſuauitatem habeat adiunctam, plus tamen neruorum ac roboris ſpiritualis habet quàm voluptatis, inquiramus oportet, quæ indicia ſint præſentiæ eius in anima, qua de re ſanctus Bernardus poſt multa ſic ſcribit: *Quæris igitur*, inquit, *cùm ſint inueſtigabiles viæ verbi in anima, vnde adeſſe norim viuum & efficax eſt, moxque vt intus venit, expergefecit dormitantem animam, mouit, & molliuit, & vulnerauit cor meum, quoniam durum lapideumque erat, & malè ſanum cœpit quoque euellere & deſtruere, ædificare & plantare, rigare arida, tenebroſa illuminare, clauſa reſerare, frigida inflammare: nec non & mittere praua in directa, & aſpera in vias planas: ita vt benediceret anima Domino, & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* Et paulo pòſt: *Tantum ex motu cordis intellexi præſentiam eius, & ex fuga vitiorum, carnalium compreſſione affectuum aduerti potentiam virtutis eius; & ex diſcuſſione ſiue ex redargutione occultorum meorum admiratus ſum eius profunditatem ſapientiæ, & ex quantulacunque emendatione morum meorum expertus ſum bonitatem maſuetudinis eius, & ex renouatione ac reformatione ſpiritus mentis meæ, id eſt interioris hominis mei, percepi vtramque ſpeciem decoris eius: & ex contuitu horum omnium ſimul expaui multitudinem magnitudinis eius.* Sed hæc fuſiùs explicata ponentur ſequenti libro cùm agetur de preſentia diuini ſpiritus. Ser.74. in Cant.

Cæterùm hæc Verbi præſentia, & gratia ſingularis, vt adſit viris ſanctis ſemper conſolatio tamen, quæ ex ea deriuatur, non ſemper percipitur, quæ propterea appellatur verbi aut gratiæ abſentia, & re vera deſolatio quædam animæ eſt & afflictio non parua. Et conſentaneum eſt ad ea, quæ iam dictá ſunt, quærere, ex quibus cauſis oriatur in anima. In qua re conueniunt Sancti omnes in duobus: quorũ vnũ eſt, id accidere aliquando

Digitized by Google

ex inconſtantia humanæ mentis, quæ diuino ſolatio poſthabito, recidit ad terrenas delectationes conquirendas. Et quia peccando Deum deſerit, à diuinis conſolationibus meritò deſtituitur.

2. Alterum eſt, ſi deſint alia peccata, plerumque non deeſſe ſuperbiam, quæ diuinis donis omnibus inimiciſſima eſt, & ferè ſemper, vel ob præteritam ſuperbiam vel ob imminentem priuari animam diuinę præſentiæ ſuauitate.

Sed legendus eſt in primis idem S. Bernardus, qui copioſiſſimè hoc argumentum tractat: *ſuperbia*, inquit, *inuenta eſt in me, & Dominus declinauit in ira à ſeruo ſuo. hinc iſta ſterilitas animæ meæ & deuotionis inopia, quam patior, non compungi ad lachrymas queo, non ſapit pſalmus, non legere libet, non orare delectat, meditationes ſolitas non inuenio: vbi eſt illa inebriatio ſpiritus? vbi mentis ſerenitas, & gaudium & pax in ſpiritu ſancto?* Poſt hæc ſic rurſum ſcribit: *In veritate dedici nihil æquè efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quàm ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere: beatus homo, qui ſemper eſt pauidus. Time ergo, cùm amiſeris gratiam; time, cum abierit; time, cum denuo reuertetur: hoc eſt ſemper pauidum eſſe. Succedat viciſſim ſibi in animo tres iſti timores ſecundum quod gratia vel adeſſe dignatur, vel offenſa recedere: ſeu iterum placata redire ſentietur. Cùm adeſt time, ne nõ dignè opereris ex ea. Videte, inquit Apoſtolus, nec ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis, quid ſi receſſerit? num multo magis tunc timendum? planè multo magis: quia vbi deficit tibi gratia, deficis tu. time ergo ſubtracta gratia, tanquam mox caſurus: time & contremiſce Deo, tibi vt ſentis, irato. time, quia reliquit te cuſtodia tua: nec dubites cauſam eſſe ſuperbiam, etiamſi non appareat, etiamſi nihil tibi conſcius ſis. quod enim tu neſcis, ſcit Deus, & qui te iudicat, ipſe eſt. Nunquid, qui humilibus dat gratiam, humili auferet datam? Ergo argumentum ſuperbiæ priuatio eſt gratiæ. quanquam interdum ſubtrahitur gratia, ſiue retrahitur non pro ſuperbia, quæ iam eſt, ſed quæ futura eſt, niſi ſubtrahatur, Habes huius rei euidens documentum in Apoſtolo, qui ſtimulos carnis ſuæ ſuſtinebat inuitus. non quia extolleretur,*

Serm. 54. in Cant. — *Prou. 28.* — *2. Cor. 6.* — *2 Cor. 12.*

ſed ne

Digitized by Google

ſed ne extolleretur, Sed ſiue iam exiſtens, ſiue nondum, ſuperbia tamen ſemper cauſa erit ſubtractæ gratiæ. Iam ſi gratia repropitiata redierit, multo magis tunc timendum, ne fortè contingat reciduum pati, iuxta illud in Euangelio: Ecce ſanus factus es, vade, & iam ampliùs noli peccare, ne aliquid deterius tibi contingat. Ioan. 5. *Audis recidere, quàm incidere eſſe deterius. proinde incaleſcente periculo, inualeſcat & metus. Beatus es, ſi cor tuum triplici iſto timore repleueris, vt timeas quidem pro accepta gratia, ampliùs pro amiſſa, longè plus pro recuperata.*

De cauſis deſolationis.

CAPVT XXXIX.

QVAMVIS attigerimus ſuperiore capite cauſas deſolationis, quæ aliquando inuadit & occupat proficientes, ſuperſunt nihilominus multa, & apud patres ſcripta reperiuntur, quæ operæpretium ſit, hîc ex parte ſaltem referre.

Scribit igitur ſic Caſſianus: *Tripartita à maioribus ratio nobis ſuper hac, quàm dicitis, ſterilitate animæ eſt tradita. aut enim de negligentia noſtra, aut de impugnatione diaboli, aut de diſpenſatione Domini ac probatione deſcendit: &* Coll. 4. cap. 3. 1. *de negligentia quidem, cùm vitio noſtro tepore præcedente indifferenter noſmetipſos & remiſſiùs exhibentes, & per ignauam deſidiam noxijs cogitationibus paſti, terram cordis noſtri ſpinas tribulos facimus germinare, quibus in ea pullulantibus conſequenter efficimur ſteriles, atque ab omni redimur ſpirituali fructu & contemplatione deſerti. De impugnatione verò diaboli,* 2. *cùm etiam bonis nonnunquam ſtudijs dediti, callida ſubtilitate mentem noſtram aduerſario penetrante, vel ignorantes ab optimis intentionibus abſtrahimus vel inuiti. Diſpenſationis autem ac probationis duplex eſt cauſa.* 3. *Prima, vt pauliſper à Domino derelicti, &* Cap. 4. Prima cauſa. *mentis noſtræ infirmitatem humiliter intuentes, ſuper præcedente puritate cordis, quæ nobis eſt illius viſitatione donata,*

nullatenus extollamur, probantéſque nos ab eo derelictos gemitibus noſtris, & induſtria illum lætitiæ ac puritatis ſtatum recuperari non poſſe intelligamus, & præteritam cordis alacritatem non noſtro ſtudio, ſed illius dignatione nobis fuiſſe collatam, & præſentem de ipſius rurſum gratia & illuminatione poſcendam. Secunda verò probationis eſt cauſa, vt perſeuerantia noſtra, vel mentis conſtantia, & deſiderium comprobetur, & qua intentione cordis vel orationum inſtantia deſerentem nos viſitationum ſancti Spiritus requiramus, manifeſtetur in nobis, ac pariter agnoſcentes quanto labore amiſſum iſtud ſpirituale gaudium & puritatis lætitia conquiratur, ſolicitius inuentum cuſtodire ac tenere intentiùs ſtudeamus.

Secunda cauſa.

Et quidem ſi à tepore noſtro deſolatio naſcitur, adhibitis remediis, quæ iam ſcripſimus contra tepiditatem, facilè excutietur. Si verò ex diaboli impugnatione proficitur, aut interuenit culpa aliqua noſtra aut nulla. Si culpa interuenit, ea examinanda eſt diligenter, & contra eam arma ſumantur ex ijs, quæ de tentationibus propulſandis dicta iam ſunt: ſi verò nulla apertè ſe prodit culpa, verendum adhuc eſt, ne lateat aliquod occultum delictum, in quo explorando maior adhuc diligentia ponenda ſit. ideóque rurſum examini conſcientiæ & orationi ſumma cura incumbendum eſt. quòd ſi demum manifeſto, aut probabiliter comperiatur deſolationem à ſolo Deo infligi, tunc docent ſancti Patres, & poſt illos diſertè B.P.N. Ignatius, magna opus eſſe patientia, qua fortiter tolleretur diuina animaduerſio: retinendamque tunc propoſitorum bonorum conſtantiam, nihil in eis immutando, certa cum ſpe affore propediem diuinum ſolatium, quo diſcuſſa caligine præſentis mœroris illuceſcat nouus lætitiæ ſpiritualis ſplendor in animo.

Reg. 8. primarũ regularũ.

Eſt autem deſolatione laboranti non exiguum alleuamentum illa conſideratio, à Deo immitti deſolationes ad eam ipſam vtilitatem procreandam, ob quam expetit homo conſolationem, ad mentis videlicet illuſtrationem, ſcientiam ſpiritualem ampliorem, humilitatem, conſtantiam factorum, fortitudinem, perſeuerantiam: omnes denique virtutes, quas vix aut ne vix quidem

Digitized by Google

ſine deſolatione vnquam conſequeremur, quod explicat S.Gregorius, cùm ſic ſcribit? *Fit, vt aliquando ſe hæc eadem gratia vtiliter ſubtrahat, & præſumenti menti, quantum in ſe infirmetur, oſtendat. Tunc enim verè cognoſcimus bona noſtra vnde ſint, quando hæc, quaſi amittendo ſentimus; quia à nobis ſeruari non poſſunt. ad hoc itaque intimandæ humilitatis magiſterium fit plerumque, vt irruente tentationis articulo, tanta ſtultitia ſapientiam noſtram feriat, vt turbata mens qualiter malis imminentibus obuiet, vel contra tentationem quomodo ſe præparet, ignoret. Sed hac ipſa ſtultitia cor prudenter eruditur: quia vnde ad momentum deſipit, eo poſt veriùs quo & humiliùs ſapit, & ſapientia vnde quaſi amittitur, inde certiùs poſſidetur. aliquando dum ſublimia intelligendo in elatione ſe animus erigit, in rebus imis & vilibus graui hebetudine pigreſcit, vt ſibi etiam repente ima clauſa videat, qui per mx ſumma penetrabat. Sed hæc ipſa hebetudo intellectum nobis dum ſubtrahit, ſeruat: quia dum ad momentum cor humiliat, veriùs ad ſublimia intelligenda confirmat. Aliquando dum cuncta nos agere conſilij grauitate gaudemus, pulſante cauſæ emergentis articulo, præcipitatione ſubita rapimur, & qui nos ſemper diſpoſitè vixiſſe credidimus, repente intima confuſione vaſtamur: Sed tamen eiuſdem confuſionis eruditione diſcimus, ne viribus noſtris noſtra conſilia tribuamus, & tanto maturiùs ad grauitatem reſtringimur, quanto ad hanc quaſi amiſſam redimus. Aliquando dum mens fortiter aduerſa contemnit, ſubortis aduerſitatis euentibus, hanc metus vehemens percutit: ſed per hunc concuſſa diſcit, cui tribuat; quod in quibuſdam fortiter ſtetit: & tanto poſt validiùs retinet fortitudinem, quanto hanc repente irruente formidine ſibi iam quaſi elapſam videt. Aliquando, dum magna nos ſcire gaudemus, repentinæ ignorantiæ cæcitate torpeſcimus: ſed quo ignorantia mentis oculus ad momentum clauditur, eo poſt ad ſcientiam veriùs aperitur, vt nimirũ flagello ſuæ cæcitatis eruditus, ſcire ipſum, à quo habeat, ſciat. Aliquãdo dũ religioſè cũcta diſponimus, dũ pietatis viſcera plenè nos habere gratulamur, quadã mẽtis duritia irruẽte, percutimur. Sed quaſi obdurati cognoſcimus, cui pietatis habitæ bona tribuamus, & pietas velut extincta recipitur, dũ quaſi amiſſa pleniùs amatur. Aliquando dum* Lib. 2. moraliũ. cap. 27.

ſubiectum ſe diuinæ formidini animus gaudet, repente ſuperbia tentante rigeſſit: ſed tamen valde mox timens, quia non timet, ad humilitatem ſe iterum feſtiuius inflectit, & tanto hanc ſolidius recipit, quanto eius virtutis pondus quaſi amittendo penſauit.

Coll. 4. cap. 6. Pſal. 118. Et ideò verum eſt deſolationem huiuſmodi prædictas nobis vtilitates & virtutes adferre; vt aſſerat Caſſianus, Dauidem oraſſe, amoueri à ſe Dei hanc quaſi deſertionem, non tamen amoueri omnino: *Non me derelinquas*, inquit, *vſquequaque*, ac ſi diceret: ſcio quod derelinquere ſoleas vtiliter Sanctos tuos, vt probes eos: aliter enim ab aduerſario tentari nõ poſſunt, niſi à te pauliſper fuerint derelicti: & ideò non rogo, vt nunquam me derelinquas, quia nõ expedit mihi, vt non vel infirmitatem ſentiens, dicam, *bonum mihi, quia humiliaſti.* vel exercitium non habeam prælıãdi, quod ſine dubio habere non potero, ſi mihi ſemper & indiruptè cohęſerit diuina protectio; ſed magis peto, ne me vſquequaque deſeras, quod Græcè dicitur vſque ad nimietatem. quantũ enim mihi vtile eſt, ſi me paululum ſubrelinquas, vt deſiderij mei conſtantia comprobetur, tantùm noxium eſt, ſi pro meritis ac delictis meis nimium me deſeri patiaris. Sed de vniuerſo hoc genere rerum copioſiùs diſſeremus in ſequenti libro, cùm de prudentia & ſpirituum diſcretione tractabitur.

Vſus Exempla.

CAPVT XL.

MEDITATIO de peccato veniali ex capite ſexto libri huius petenda eſt.

Primum punctum. Peccatum veniale diſplicet Deo, adeò vt dicant aliqui Patres, eſſe contra Dei mandatum, quia eſt præter eius voluntatem.

Secundum punctum. Continet in ſe talem turpitudinem, vt animam fœdam reddat atque deformem, per-

fectum ſpiritualem eius decorem exterminando, & Deum ab eius amplexu & ſingularibus quibuſdam fauoribus auertendo.

Tertium punctum. Hæc macula talis eſt, vt ſi in præſenti vita non expiatur, non niſi purgatorij flammis deleri ac abſtergi poſſit.

Quartum punctum. Sternit viam ad peccatum mortale.

Examen de venialibus peccatis haberi debent exquiſitum, tam de ſurreptitiis, quàm de iis, quæ ſunt ex ſuo genero talia, de quibus capite octauo, idque circa cogitationes, deſideria, verba, actiones, & omiſſiones, non ſiſtendo in iis inueniendis, & numerandis ſolùm, ſed vlteriùs etiam indagando paſſiones, inclinationes proprias, habitus prauos, ex quibus peccata venialia, tanquam ex ſtirpe & trunco rami procreantur, occurrent facile de iis propria capita in hoc eodem libro.

Meditatio de prauis habitibus, ex capitibus ſingulis quæ de iis ſunt, excerpti poteſt, de vnoquoque vna, quæ tria puncta complectatur. Primum ſit natura vitij eiúſque proprietates. Secundum ſit effectus eiuſdem vitij. Tertium, remedia contra vitium. Conſimilis de abnegatione ſenſuũ & linguæ ex capite decimoquinto eruitur.

Examen verò verſabitur circa indicia profectus, in abnegatione vitij, quæ cuique tractationi cuiuſque vitij ſubjiciuntur.

Materia etiam examinis copioſa ſunt Paſſiones, propenſiones & tentationes, de quibus diſſeritur à capite vigeſimoquinto, vſque ad trigeſimumſextum. In primis autem indicia vtriuſque tepiditatis, quæ numerantur capite decimonono, & vigeſimo; Indicia denique profectus in ſpiritu, & bonæ intentionis in Deum, & in Chriſtum Dominum, accipiantur, ex primis capitibus huius libri.

FINIS LIBRI SECVNDI.

Digitized by Google

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS LIBER III.

QVO EXPLICANTVR VIRTVTES THEOLOGICÆ ET PRVdentia, maximè vero ea, quæ pertinent ad diſcretionem ſpirituum, Quod eſt initium ſecundæ partis ſtatus proficientium.

De virtutibus vniuersè, & de ijs, quæ requiruntur ad earum exercitationem.

CAPVT I.

EX duabus partibus profectum ſpiritualem conſtare ſuprà docuimus: prior, quæ eſt de vetere homine exuendo, ſecundo libro explicata eſt; poſterior, quæ poſita eſt in induendo nouũ, hoc tertio, quem ſcribere incipimus, & quarto, quem huic ſubjicimus, tractanda
Hom. 13. eſt. Aſſerunt autem Patres, præſertim S. Chryſoſtomus,

nihil

nihil aliud eſſe nouum hominem, quàm virtutem, iuſtitiam, optimámque vitæ inſtitutionem, quare nunc de virtutibus eſt agendum. *ad Epheſ. & hom. ad Coloſ.*

Eſt verò virtus, vt Theologi ex S. Auguſtino colligunt, qualitas ſiue habitus bonus mentis, qua rectè viuitur, qua nullus malè vtitur, & quam Deus operatur in nobis, ſine nobis, cuius effectus proprius, vt idem alibi docet, eſt optimam facere animam, vel, vt ait ſanctus Chryſoſtomus, pulchram & refloreſcentem. *Ex lib. 2. de lib. arbit. c. 18. & 19. Libro 2. de moribus Eccle. cap. 6. Ibidem.*

Duo ſunt genera virtutum aliæ enim dicuntur Theologicæ, aliæ morales. Theologicæ ſunt tres, Fides, Spes, Charitas; Morales ſunt quamplurimæ, quæ tamen omnes reuocantur ad quatuor illas celeberrimas, quæ quia ſunt capita & quaſi cardines reliquarum cardinales dictæ ſunt: & ſunt Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia.

Morales quanquam aliqua ex parte vſu & induſtria acquiri poſſent ab homine; tanta tamen eſt Dei benignitas & liberalitas, vt hominis Chriſtiani animo, cùm eum ſibi adoptat filium, non ſolùm Theologicas virtutes infundat, ſed etiam morales omnes.

Et quidem Theologicas largiri Deum homini nemo dubitat, cùm enim ſint omnino ſupernaturales virtutes, cœleſtem originem habeant neceſſe eſt: & apertè in ſacris literis Dei dona nominantur. Morales verò ſimiliter diuinitus immitti, plerique omnes nobiliores Theologi affirmant, & valde eſt conſonum iis quę de hoc virtutum genere poſſim prædicant ſacræ literæ: *Continentiam quippe Deus dat*, ait Salomon: religionem item & orationem, teſte Apoſtolo, hoc eſt enim *ſpiritum poſtulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Denique quatuor ipſas cardinales virtutes ex inſtitutione diuinæ ſapientiæ in nos deriuari idem Salomon auctor eſt, cum ait: *ſobrietatem* (hoc eſt temperantiam) *& prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem*, id eſt fortitudinem, docet autem inſpirando & infundendo. Infunduntur verò non vna ſine altera, ſed ſimul omnes coniunctim, hac enim coniunctione gaudent: vel quia vt aiunt S. Gregorius & S. Auguſtinus: *Prudentia vera non eſt, quæ iuſta, temperans, &* *2. Pet. 1. Phil. 1. Rom 5. Tit. 3. Ioan. 5. Ioan. 15. Sap. 8. Rom. 8. Sap. 8.*

fortis non eſt. Et idem dicitur de reliquis; vel quia vt docet S.Thomas: *Virtus, ſi eſt perfecta, incitat & iuuat hominem non ſolùm ad agendum bonum, ſed etiam ad bene agendum.* Id autē fieri nequit ſine prudentia & animo compoſito vi reliquarum omnium virtutum, quare animus ita conſtitutus, quamuis oculis cerni nō poſſit, pulcherrimus tamen eſt, & admirabili luce circumfuſus, ita vt ſcripſerit S.Chryſoſtomus: *Eum ita clarum refulgere, ac ſi ipſo ſole circundatus eſſet, nec in terram ſolummodo radios propriæ virtutis emittere, ſed ſupra ipſum cœlum proprio ſplendore radiare.*

Lib. 22. mor. c. 1. Libro 6. de Trinit. cap. 4. 1.2.q.65. art. 1. Hom. 15. in Matt.

Hinc illud eſt, quod S.Auguſtinus perpetuò docet veram virtutem non eſſe, vbi non eſt vera religio, quia vt ait ſcriptura: *Iuſtus ex fide viuit. Quamlibet enim*, inquit, *videatur animus corpori & ratio vitijs laudabiliter imperare, ſi tamen Deo animus & ratio ipſam non ſeruit, ſicut ſibi ſeruiendum eſſe ipſe Deus præcepit, nullo modo corpori vitijſque rectè imperat, nam qualis corporis atque vitiorum poteſt eſſe mens domina veri Dei neſcia, nec eius imperio ſubiugata, ſed vitioſiſſimis dæmonibus corrumpentibus proſtituta? proinde virtutes, quas ſibi habere videtur, per quas imperat corpori & vitijs, ad quodlibet adipiſcendũ, vel tenendũ niſi ad Deũ retulerit, etiã ipſæ vitia ſunt potiùs, quàm virtutes nã licet à quibuſdam tunc veræ & honeſtæ putentur eſſe virtutes, cum ad ſeipſas referũtur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ ac ſuperbæ ſunt, & ideo non virtutes ſed vitia iudicanda ſunt, ſicut enim nō eſt à carne, ſed ſuper carnem, quod carnem facit viuere: ſic non eſt ab homine, ſed ſuper hominem, quod hominem facit beatè viuere, nec ſolùm hominem, ſed etiam quamlibet poteſtatem virtutémque cœleſtem.* quę omnia ferè quadrant in hominem, etiam fidelem & Chriſtianum, ſed peccatorem & improbum, in eo enim, quamuis fides ſit ſpes quas minimè tollit peccatum mortale, niſi id ſit infidelitas & deſperatio, ſint etiam virtutes morales aliquæ: non enim qui continens eſt, ilico illiberalis eſt, aut qui continens, liberalis; nihilominus virtutes huiuſmodi imperfectæ ſunt, & virtutis nomine, cuius eſt hominem optimum facere, penè indignæ.

Lib. 19. de ciuit. Dei, c. 25. Et lib. 4. cōtra Iulian. c. 3. & lib. 19. de ciuit. cap. 4. Rom. 10.

1. Ex his etiam efficitur primùm, virtutem, quæ tantum

hominí

homini bonum eſt, per ſe maximè expetendam eſſe: 2.
Deinde eandem,quia Dei donum eſt pretioſiſſimum, ab
eo ſummis votis & precibus poſtulandam:poſtremò gra- 3.
tias maximas Deo agendas, ſi quandó coniectura conſequimur,ab eo nos tanto bono cumulatos eſſe,quę omnia obſeruant Patres in ſacris literis celeberrimè inculcata,præſertim verò in Pſalmis,non quidem ſub virtutis nomine, id enim parui refert, ſed appellatione legis & mandatorum diuinorum, propterea quod legi ſubiecta materia virtutes ſunt,quas imperet, & vitia quæ prohibeat: *Quam dulcia*, inquit Dauid, *faucibus meis eloquia tua? deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum*, quæ optantis vota ſunt, illa verò poſtulantis: *Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas. In corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mandatis tuis, doce me iuſtificationes tuas.* & his ſimilia ſexcẽta. Illa verò gratiarum actionis incitamenta: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiſci omnes tribulationes eius*, & alia, in quibus omnibus officiis verſari ſtrenuè proficiens debet: præſertim verò in petendis virtutum donis à Deo: *Qui dat omnibus affluenter, & non improperat*, vt ſanctus Iacobus teſtatur, atque hoc ſit veluti principium virtutis capeſſendę,& prima induſtria, quam in hac exercitatione ponere debet proficiens.

Pſal. 118. *Pſal.* 18. *Pſal.* 118. *Pſal.* 102. *Iacobi.* 1. *Prima induſtria.*

Secunda verò induſtria eſt adhibenda à proficiente ad virtutem conſeruandam,& hoc ipſum magna virtus eſt, videlicet parta tueri:quod quidem his rationibus conſequetur,prima ratio eſt frequẽs orationis vſus vt dictum eſt: Deus enim dat & auget ſpiritum bonum, hoc eſt, virtutes & dona,ſed *petentibus ſe*, vt S. Lucas ſcripſit.

Secunda induſtria. *Prima ratio.* *Luc.* 11.

Secunda ratio eſt magnus animus,quẽ ad hanc exercitationem afferre maximè neceſſe eſt:virtus enim per ſe laborioſa eſt:natura verò hominis, niſi ſuſtineatur,continenter ad malum procliuis, quare animosè & fortiter ad virtutem accedendum eſt, & eadem fortitudine in eius exercitatione ac palæſtra perſeuerandum, *Aſpera*, inquit S.Chryſoſtomus,*virtus eſt,ſi ad imbecillitatem noſtram cõparetur:nam quod facilis & leuis ſit,audi Chriſtum*

Secunda ratio. *Hom* 14 1. *Cor.* 5.

teſtantem, iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. quod ſi non intelligis, nulla te admiratio teneat: non enim forti animo es. vt enim cum animi vis adeſt, grau.a, leuia fiunt; ſic cùm abeſt, leuia grauia. quid quæſo mãna ſuauius? quid magis in promptu? ægre tamen Iudæi tulerunt, cùm eo in delicijs veſcerentur. quid fame & cæteris, quos Paulus eſt perpeſſus, laboribus grauius? Gaudebat tamen ille, & exultabat dicens, 2. Cor. 11. *nunc glorior in infirmitatibus meis. quæ igitur horum cauſa? animi diuerſitas. quem ſi qualem eſſe oportet inſtitueres, facilitatem virtutis dignoſceres.*

Tertia ratio. Tertia ratio eſt ardens virtutis amor: vincit enim amor omnia, & *fortis*, inquit Sapiens, *eſt, vt mors, dilectio*, *Cant. 8.* quę frangitur nunquam, quieſcit nunquam, donec mortalium vitas ſibi ſubegerit, talis virtutis amor eſſe debet in proficiente, hoc eſt, vt ſcribit S. Chryſoſtomus: *Hom. 1. ad Phil.* *Adeò violentus, atque vt ita loquar, tyrannicus, vt nulli cedat occaſioni, ſed continenter inhæreat amantis animo, neque committat, vt vlla afflictio aut vllus dolor ſuperet animum.* quare non tam ad virtutis laborioſa certamina conuertat oculos proficiens, quàm ad diuinum præmium, quod illi proponitur. eſt autẽ vt ſcribit S. Gregorius Nazianzenus: *Epiſtola Baſilij 117. ad Eudoxiũ.* *Non aliud, quàm Deus ipſe, & puriſſima lucis illuſtratio, quæ in trina illa vnitate conſpicitur.* Denique hæc eſt illa æmulatio boni, quam ſuadet S. Petrus, cùm ait: *1. Pet. 3.* *Et quid eſt, quod vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis?* hoc eſt, virtutis vehementes amatores. & ſanctus Paulus: *1. Cor. 12.* *Æmulamini*, inquit, *chariſmata meliora*, charitatem nimirum & virtutes alias, quæ charitatem comitantur. quamobrem *virtus eſt precioſa poſſeſſio*, vt ſanctus Baſilius ſcribit, *Epiſt. 42. ad Maxim.* *ad quam obtinendam nulli ſumptui, labori nulli parcendum eſt.*

Quarta ratio. Quarta ratio conſeruandæ virtutis eſt eius perpetuus vſus & exercitatio, eſt enim virtus talentũ illud Euãgelicũ, quod nullo modo otioſũ relinqui permittit Deus. Quare vt obeantur virtutũ officia, ſummopere vigilandum eſt, omniſque quæ offertur occaſio auidè arripienda. ſi quidem in virtutis curriculo qui non pergit, regreditur, adeò vt vel minimo per negligentiam peccato mortali cõmiſſo, vniuerſa hæc virtutũ ſtructura diſſol-

uatur,

uatur, amittanturque, ſi fidem & ſpem excipias, ad vnam virtutes omnes, quas Deus infuderat. ob quam etiam cauſam, quàm maximè deteſtandum ſit peccatum mortale planè cernitur.

Addo & aliud, quod proficienti ſemper infixum ſit animo neceſſe eſt, virtutes acquiſitas humano ſtudio facillimè euaneſcere hoc ſolo nomine, quòd earũ officia non exerceantur, quæ ceſſatio ab actu dicitur à Theologis; ſic enim habet S. Thomas: *Manifeſtum eſt, quòd habitus virtutis moralis facit hominem promptum ad eligendum medium in operationibus & paſſionibus; cùm autem aliquis non vtitur habitu virtutis ad moderandas paſſiones vel operationes proprias, neceſſe eſt, quod proueniant multæ paſſiones & operationes præter modũ virtutis, ex inclinatione appetitus ſenſitiui, & aliorum, quæ exterius mouent, vnde corrumpitur virtus per ceſſationem ab actu.* 1.2.q. 53.art.3.

Nec deſunt, qui aſſerant virtutes illas acquiſitas, quibus cõtrarij actus non ſunt peccata mortalia, ſed ſolùm venialia, per ea ipſa venialia aſſiduè frequentata extingui. vt, verbi gratia, tollatur abſtinentiæ ſeu ſobrietatis habitus, etiam ſi in crapula & ebrietate non pecces, ſat eſt tamen, ſi frequenter vel leuiter intemperãs ſis. idem de inani gloria & iracundia aduerſus modeſtiã & manſuetudinem dicendum eſt.

Adhibenda igitur in re hac eſt diligentia ab omnibus quidem, magis tamen à proficientibus, qui remiſſiores aliquando ipſa longitudine laborioſæ viæ reddi poſſunt propterea vt ait S. Chryſoſtomus: *Vbi maior viæ pars nobis peracta eſt, iamque alacritatis vigor emarcuit, vireſque noſtræ defecerunt, nec aliud ſupereſt, quàm vt decidamus, tunc nobis in tempore adeſt Propheta veluti pro baculo alloquium ſuum nobis porrigens ac dicens, in fine ne corrumpas. tunc enim Diabolus ſpirat vehementiùs, & quemadmodum Piratæ, qui mare nauigijs infeſtant, non tum vbi conſpexerint naues è portu exeuntes inuadunt. (quid enim hinc fructus caperent, ſi ſcapham inanem demergerent?) ſed vbi redierunt onuſtæ plenæque ſarcinis, tum demum omnes expediunt artes; ita ſceleratus ille Dæmon ſimul atque videt aliquos multa collegiſſe, videlicet ieiunia, preces, eleemoſynã* Hom.3. de verbis Iſaiæ. Pſal. 74. in titulo.

caſtitatem, reliquáſque virtutes omnes, vbi videt nauigium noſtrum eſſe plenum pietatis lapidibus, tunc irrumpit vndique theſaurum perfodiens, vt in ipſis portus oſtijs ſcapham demergat, iámque nudos nos ad eum portum eijciat, ob id Propheta cunctos admonet in fine ne corrumpas, quòd ab eiuſmodi ruina non facilè ſe quis reflexerit, propterea, quòd, qui in profundum malorum venerit, contemnit, cum in principio venia datur lapſis ab omnibus ob imperitiam, ſed eum, qui poſt multos curſus conciderit, nemo venia dignum iudicauerit, eo quòd tunc cadere non tribuitur imperitiæ, ſed negligentiæ. Sed nec id ſolum hîc eſt mali, verum etiam, quod complures talium ruinis offenduntur, ad lapſum ſolicitantur, vt rurſus hoc quoque peccatum nomine reddatur irrimiſſibile, hæc cùm ſciamus, auſcultemus Prophetæ, & in fine ne corrumpamus.

Tertia induſtria. Tertia induſtria magna cura ponenda eſt ſimiliter in exercēdis officijs virtutum infuſarum, ſiue Theologicæ ſint ſiue morales, quamuis enim hi actus incrementum virtutibus illis non adferunt ad modum cauſæ efficientis eas augendo; afferunt tamē eas amplificando ad modum meriti, qui namque huiuſmodi virtutibus præditus eſt, dum actiones edit quæ ab illis proficiſcuntur, dignus redditur virtute diuinæ gratiæ, cum qua ſemper iunctæ ſunt, vt Deus earū auctor fiat etiam amplificator. Quocirca elaborandum eſt proficienti, vt eæ actiones tales, ſint, quales exigit merendi ratio, hoc eſt, dirigantur in primis ad vnam Dei gloriam, & caſtæ ſint ac puræ, ab omni peccati venialis, quantum fieri poſſit admiſtione liberæ, præſertim cùm verū ſit, quod pro certo traditur à pleriſque Theologis, actionem moralem cum peccato veniali, verbi gratia, inanis gloriæ aut indiligentiæ coniunctam, etiam ſi adſint reliqua, quæ eam alioquin bonam efficiunt, meritoriam non eſſe diuinæ gratiæ nec æternæ vitæ; cauendúmque, vt dictum eſt de aliarum virtutum actionibus, ne per negligentiam & inexercitationem accidat tandem nobis id, quod ſeruo pigro contigit ſummo ſuo malo, vt quia ex accepta Domini pecunia lucrum facere neglexit, lucro ſimul & nummis exultus ſit. *Lucæ 19.*

Quarta

Quarta induſtria eſt, vt curet proficiens in vſu virtutum, quàm proximè poterit ad Chriſti Domini virtutes imitandas accedere. quare in perfectiſſimum illud vitæ & mortis eius exemplar. vt ſecundo libro docuimus, aſſiduè intueatur, eiuſque imaginẽ in ſemetipſo exprimat: ad quam, vt ait Apoſtolus: *Conditus eſt conformis fieri.* æquum enim eſt, vt quando (auctore S. Gregorio) *in carne Chriſtus aparuit, vt non ſolum nos per paſſionem redimeret, ſed etiam conuerſatione doceret, habeat nos vt redemptione ſeruos, ſit conuerſatione diſcipulos.* Quod quomodo facilè aſſequamur, cùm de virtutibus ſigillatim agemus, indicabimus.

Quarta induſtria.

Rom. 8.

Prima parte paſt. c. 3.

Quinta induſtria eſt, vt eas virtutes potiſſimũ exerceamus, ad quas vel natura vel gratia promptiores ſumus: eam enim promptitudinem vel naturæ inſeruit Deus, vel gratuito donauit ad hunc finẽ vt iis ipſis virtutibus excellamus: & ideo veriſimillimũ eſt, ad earum perfectionem in primis vocare nos Deum, vt ijs bene confirmati, quicquid difficultatis & laboris aliarũ virtutum vſus habiturus eſt, faciliùs deinde ſuperemus. Quod etiam de virtutibus cuiuſque ſtatus & vocationis propriis intelligendum eſt. eas enim virtutes colere nos Deus vult, quibus nititur, quibuſque perficitur munus vocationis, in qua ab eo conſtituti ſumus: qua ex re facilè cognoſcitur, quo in errore verſentur illi, qui ad vitam actuoſam vocati cum ſint à Deo, ſe totos contemplationi addicere conantur, ad contemplandum, vt ferè accidit, minimè idonei. & contrà, qui ad ſolitudinem diuinitus inuitantur, negotiis implicant ſeſe, & qui ad concionandum minimè apti ſunt, ſemper ſunt in ſuggeſtis & ſine fructu, quem tamen copioſiſſimum colligerent ex aliis pietatis exercitationibus, ad quas non ſunt inepti, ſi ſe ad eas accommodarent. Denique ſpiritus diuidit non prout volumus, ſed prout vult, & qui eius voluntatem & inſtinctũ non ſequitur, in vſu doni, quod ab eo accepit, *caſurus tentat*, vt ſanctus Gregorius loquitur, *donum, quod non accepit.*

Quinta induſtria

1. Cor. 12.

Libr. 1. Dialog. cap. 4.

Digitized by Google

Quibus gradibus conſtet progreſſus in virtutibus.

CAPVT II.

DE progreſſu in virtutibus, vt teſtātur Pſalmorum omnes interpretes, loquitur Dauid, cùm ait: *Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum in loco quem poſuit. etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.* Si enim conſideretur progreſſus is, vt refertur ad ea vitia, à quibus hominem abducit, tot habet gradus quot per eum à nobis vitia ſuperantur: *Aſcenſu in corde*, inquit Caſſiodorus, *vtique illi beato cui eſt auxilium à Domino, aſcenſus eſt in corde, quia ſemper proficit, ſemper aſcendit, & quantum Dominus præſtat auxilium, tanto altiùs eleuatur ad Cœlum. tale eſt enim verbi cauſa, quod dicimus, cùm vicerit quis auxilio Domini libidinem, aſcendit primum gradum, cùm dominatus fuerit ſuperbis, ſalit alterum, dum ſuperauerit auaritiam, ſubit tertium, & tot gradibus euehitur, quot vitiis fuerit abſolutus.*

Pſal. 83.

In Pſ. 83

Si verò conſideretur idem progreſſus, vt intuetur virtutes, ex quibus quaſi conflatur, tot eius ſunt gradus, quot ſunt illæ virtutes. Sunt verò præcipuæ tres, Fides, Spes, Charitas. aliæ enim quas morales nominamus harum ſunt comites & adminiſtræ. S. Auguſtinus explicans verba Prophetę huc ſpectātia. *Quærite faciem eius ſemper*, ſic ſcribit: *An ſemper dixit in tota vita iſta, qua hic viuitur, ex quo nos id facere debere cognouimus, quando & inuentus quærēdus eſt? Iam quippe illū inuenit fides, ſed adhuceū quærit ſpes, charitas autē & inuenit eum per fidē, & eum quærit habere per ſpeciem, vbi tunc inuenietur, vt ſufficiat nobis, & vlteriùs non quæratur.* Et in eum ipſum Pſalmum, qui hac de re ſcriptus eſt, ait: *Ambulabunt de virtutibus in virtutem: hic enim per gratiam multæ virtutes dantur.* Et enumeratis quibuſdam gratuitis donis Dei, addit: *Virtutes agendæ vitæ noſtræ quatuor deſcribuntur à multis, Prudentia*

In Pſal. 104.

videlicet

videlicet, iuſtitia, fortitudo, temperantia. ab his virtutibus ibimus in illam virtutem, & quæ erit illa virtus, niſi ſolius contemplationis Dei?

Denique ſi progreſſum hunc accipiamus, vt à charitate, ex qua tota vis eius eſt, pendet totidem ſunt progreſſus gradus, quot amoris Dei: *Vbi illi facit grad⁹ Deus?* inquit S. Auguſtinus, *in corde reſpondet, quanto ergo plus amaueris, tanto plus aſcendes. Aſcenſus in corde diſpoſuit. vbi ergo diſpoſuit? in conualle plorationis. Ecce habetis torcular conuallem plorationis, ipſe lacrymæ piæ contribulatorum muſtum ſunt amantium.* *Ibid. in Pſal. 83.*

Sed vt intelligat proficiens modum exercendæ virtutis & actionum eius, res hæc eſt vberiùs explicanda. ſunt igitur obſeruandi hi quatuor gradus, qui oriuntur ex ipſa virtutum natura & varietate. *Quatuor virtutũ gradus.*

Primus gradus. Virtutes morales acquiſitæ informant hominem ad bene viuendum ex rationis humanæ præſcripto, & hic eſt primus gradus ſtudioſæ actionis, ſequi videlicet rationem & prudẽtiam, & bene agere virtutis amore: virtutes verò morales infuſæ diuinitus dirigunt hominem ad rectè agendum ex rationis quidem imperio, ſed vt ea eſt ſupernaturali lumine fidei illuſtrata, & hic eſt ſecundus gradus ſuperiore longo præſtãtior, quo homo bene agit non ſolùm amore virtutis, ſed multo magis propter Deum: *Secũdus gradus.*

Primo gradu efficitur homo bonus, ſed intra terminos humanæ prudentiæ ſolum, quales fuerunt boni viri, quos inſtituit etiam gentilium Philoſophia, in qua tam multa præclarè de virtutibus diſſeruntur, & cuius diſciplina informati extitere non pauci, qui ſuæ virtutis illuſtria exempla poſteris reliquerunt: vt Socrates, Platones, Fabij, Fabricij, Scipiones, & alij. has tamen virtutes ſæpe monet S. Auguſtinus tam abfuiſſe à germana ratione virtutis, quàm aberant à vera religione, quod ſuperiore capite retulimus. Idcirco magno Dei beneficio additus eſt primo ſecundus gradus, quoad actiones virtuti congruentes homo ducitur non à prudentia ſolùm, ſed ſimul à Deo, qui ſingulari auxilio & fidei ſplendore hominem ſubleuat ad agendũ ex virtute

moralī

morali, ſed ob finem nobiliſſimum, qui eſt vita æterna. quam ob cauſam de huiuſmodi virtutibus loquens, Dauid aſcentiones, in corde, quæ ex his etiam virtutibus conficiuntur, vt ſuprà dictum eſt, auxilio diuino adſcribit. Immò & ipſam omnium virtutum imperatricem
Pſal.83. Prudentiam, cùm ait: *Qui docet hominem ſcientiam.* Et
Pſal.93. *Beatus homo, quem tu erudieris Domine.*

Quare actiones virtutum moralium infuſarum imperantur quidem à prudentia, ſed multo magis à fide, ſpe, & charitate, prout actionis cuiuſque ratio poſtulat, & per virtutes Theologicas à Deo ipſo, qui propterea quòd virtutes acquiſitæ hominem in ſtatu admodum humili & imperfecto ponerent, adiecit illis has virtutes infuſas multo nobiliores & perfectiores, quibus quaſi mutuò ſibi reſpondentibus vteretur ad permouendum hominem ad actiones cõſentaneas virtutibus hiſce præſtantiſſimis. quod vt fieret, poſtulat Dauid, cùm ſic precabatur:
Pſal. 118. *Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me, da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.* Et: *Deduc me Domine in ſemitam mandatorum tuorum, quia ipſam volui.* Atque hi duo gradus ad actiones hominis, quia homo eſt, pertinent, perficiuntque actiones humanas, quia humanæ ſunt.

Tertius gradus.

Cæterum homo ad imaginem Dei factus ad finem homine multo ſuperiorem inſtitutus eſt, & quem proprijs viribus conſequi nullo modo poſſet, ac propterea ad eum eſſet ſubleuandus non modò ope virtutum moralium, ſed etiam virtutibus ſupra humanis, quales ſunt Theologicæ tres. quarum actiones ſupernaturales ſunt, nec à prudentia naturali imperantur, quamuis ſine prudentia exerceri non debeant. & hic eſt tertius gradus exercendæ virtutis non propter Deum ſolùm, ſed etiam circa Deum. vt cùm fide credimus Deo, & ijs quæ alioquin incognita, nec naturæ vi cognoſci poſſunt, ipſe per ſe in ſacris monumentis explicauit: cùm ſperamus laborum noſtrorum præmia nos ab eo in æterna vita accepturos: cum denique eum ſuper omnia, hoc eſt, etiam pluſquam nos ipſos diligimus.

Quartus gradus.

Supereſt quartus virtutis gradus omnium perfectiſſi-

mus

mus ac planè diuinus, quo non ſolùm propter Deum officia virtutis obimus, ſed id diuinè quodammodo facimus. quod infinitæ Dei liberalitatis maximum munus eſt. mouet enim tunc Deus ſolus per ſeipſum animum hominis, non ſolùm per virtutes Theologicas & morales infuſas, ſed etiam per Spiritus ſancti dona, quæ in Iſaiæ libro numerantur: *Sapientia, Intellectus, Conſilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, Timor Domini.* qui ſunt ſupernaturales habitus excellentiſſimi, ſempérque charitatem comitantur, quamuis enim apertum aditum Deus habeat in hominis animum per virtutes infuſas, ſiue Theologicas ſiue morales, ad quædam tamen altiſſima virtutis officia exercenda, immittit in hominem altiſſima illa dona, quibus quaſi vinculis ſibi maximè colligatum verſet in omnem partem animum: vt igitur ad miracula & ſimilia munera explenda vtitur Deus gratuitis illis chariſmatibus, quæ dona gratis data nominantur, ſic actiones humanas præſtantiſſimas dirigit per dona Spiritus ſancti. *Iſaia* 11.

Appellarunt forſan huiuſmodi actiones Philoſophi heroicas & purgati animi. Sancti Patres Spirituales Deificas, & Diuinas dixerunt. qui enim hoc diuino Spiritu afflantur, non tam homines, quàm quaſi Dij ſunt, quales fuerunt Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, & viri Apoſtolici tam multi, qui præſtantiſſimorum horum munerum beneficio à mortalibus & pluſquam homines & tãquam cœleſtes viri ſuſpiciuntur. Itaque ad virtutes proprio conſilio & deliberatione, adiutus tamen à Deo, vt ſuprà dictum eſt, ſeſe incitat homo: ad dictiones autem has ſupernaturales impellitur à Deo, quod expreſſit Apoſtolus, cùm dixit: *Quicumque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.* Mouentur verò non lege aut ordine communi, ſed inſtinctu diuino ſingulari & extraordinario. *Rom.* 8.

Sunt igitur quatuor modi exercendæ virtutis, quos gradus nominamus. Primus, cùm exercetur virtus propter virtutem. *Primus gradus* Secundus cùm exercetur virtus propter Deum ſupernaturaliter cognitum. 2. Tertius cùm exercetur per ſe virtus Theologica propter Deum, hoc eſt, 3. verſamur circa Deum propter Deum per illius virtutis

Digitized by

actiones. Quartus eſt cùm diuinis illis donis imbuti à Deo ad actiones ſuperhumanas inducimur, quales ſunt rerum humanarum contemptus, perpetua caſtitas, iniuriarum obliuio, inimicorum amor, mortis denique appetitio propter Deum, quod eſt diuinè agere.

Libr. 1. Dialog. cap. 4. *Prima regula.* Ad praxim & vſum trium priorum graduum pertinet dictum S. Gregorij, quod tanquam regulam proficienti proponimus. *Ex ſubſequenti*, inquit, *opere etiam dona ſuccreſcunt*. vt intelligamus quantumcumque dona Dei ſint virtutes infuſæ, vſu tamen & exercitatione continua poſtea indigere, non vt infundantur, quandoquidem id à Deo fit liberaliter, quo tempore recipit nos in gratiam ſuam, ſed ne amittantur per otiũ & deſidiam, & augeantur etiam ſimul cum ipſa Dei gratia merito actionis, per quam creentur: ad quod etiam pertinet quicquid iuuat ad incrementum acquiſitarum virtutum, vt verbi gratia, *Luc. 17.* oratio ſimilis illi, quæ eſt in Euangelio: *Domine, adauge nobis fidem*. Et multis verſiculis Pſalmorum, vt illis: *Pſal. 17.* *Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.* *Pſal. 118.* *Exaudi Domine iuſtitiam meam. Adhæſi teſtimonijs tuis Domine, noli me confundere*, & aliis.

Secunda regula. *Eſai. 30.* Ad exercitationem verò actionum diuinarum quarti gradus regula proficienti ſit Iſaiæ dictum: *Dominus adaperuit mihi aurem, ego autem non contradico*. Cui ſubeſt hęc ſententia, vt Deum loquentem in nobis audiamus, eius voluntati vt pareamus, voluntatem noſtrã parenti optimo promptiſſimam reſeruemus. quod ſi quid ille velit à nobis, minus intelligamus. dabit ipſe intellectum, dummodo rogetur vt par eſt. mittet etiam fortè ad amicos ſuos viros bonos, quibus cùm conſilia ſua communicat à quibus, quæ ſit voluntas eius accipiemus. augebit de- *Lib. 2. Dialog. cap. 16.* nique in nobis amorem ſuum, quo illi coniunctiores effecti, conſilium eius per nos ipſos cognoſcamus. Siquidem vt idem S. Gregorius ait: *Sancti in quantum cum Deo* *Lib. 1. Dialog. cap. 1.* *vnum ſunt, ſenſum Domini non ignorant*. quod verò idem alibi docet, *lege non conſtringi Spiritus ſancti donum*, ita ac- *Matt. 4.* cipere debemus, ſicut illud quod dixit S. Ioannes: *Potens* *Ioan. 4.* *eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ*. Et illud Domini: *Spiritus vbi vult ſpirat*. aliquos enim etiam

rudes

rudes euehit Deus ad altiſſimum rerum ſpiritualium gradum & cognitionem, & quædam in aliquibus aliquando agit, quorum ipſe ſolus, qui auctor eſt, rationem intelligit. nobis certè admiranda non imitanda proponuntur, in quorum numerum refert S. Auguſtinus imperaſſe Deum Abrahæ, vt filium mactaret, & Samſoni imperaſſe, vt ſe cum Philiſteis occideret. de quibus inſpirationibus aliq ua poſt dicenda ſunt. *Libro I. contra Gaudentiũ, c. 31. Et lib 1. de ciuit. Dei, c. 21.*

De gradibus progreſſus in eadem virtute, & de quibuſdam generalibus virtutis proprietatibus.

CAPVT III.

ANtequam de virtutibus ſingulis, dicendum eſt adhuc de gradibus aſcenſionis in eadem virtute, id enim pertinet ad omnes, & quædam præterea exponẽda, quæ ſpectant ad virtutis proprietates.

De gradibus igitur eiuſdem virtutis ſic ſcribit S. Gregorius: *Virtutis gradus non magni laboris eſt prehendere, cùm ab vna in alteram tranſitur ſed ſubtiliſſima diſputatione res indiget, cùm mens penſare nititur in vna eadémque virtute, quibus profectus ſui gradibus eleuetur. vt enim prima elementa virtutum, fidem ſcilicet & ſapientiam loquar, obtineri ſingula perfectè nequeunt, niſi ad hæc diſtinctis ordinatiſque modis, quaſi quibuſdam gradibus, aſcendamus. ipſa enim fides, quæ ad bona alia capeſcenda nos imbuit, plerumque in exordijs ſuis & nutat, & ſolida eſt, & iam certiſſimè habetur, & tamẽ de eius fiducia adhuc ſub dubitatione trepidatur. Pars namque eius priùs accipitur, vt in nobis poſtmodum perfectè compleatur. ſi enim certo gradu in credentis mente non proficeret, requiſitus in Euangelio pater ſanandi pueri non dixiſſet, credo Domine, adiuua incredulitatem meam. adhuc ergo aſcendebat ad fidem, quam iam perceperat, qui vno eodémque tempore clamabat, ſe etiã credere, &* *Lib. 22. mor. cap. 21. & 22.* *Marc. 9.*

adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc eſt etiam, quod Redemptori noſtro à diſcipulis dicitur, Auge nobis fidem, vt quæ iam accepta per initium fuerat, quaſi per augmenta graduum ad perfectionem veniret. Ipſa quoque ſapientia, quæ bonorum operum ſolet eſſe magiſtra, anhelanti menti per incrementa tribuitur, vt ad eam proculdubio magni moderaminis gradibus aſcendatur. Deinde S.Gregorius adfert illud ex Ezechiele de viro, quem ille viderat, qui menſus eſt cubitos mille, & duxit illum per aquam vſque ad talos, deinde menſus eſt adhuc mille, & traduxit per aquam vſque ad genua, & poſt menſuram aliorum mille vſque ad renes, & denique poſt alios mille, per torrentem, quem non potuit pertranſire. *Aquam,* inquit, *vſque ad talos venire, eſt iam nos per acceptam ſapientiam deſideratæ rectitudinis veſtigia tenere. vſque ad genua per aquam ducitur, quia cùm boni operis plenitudo tribuitur, ad hoc vſque noſtra ſapientia augetur, vt in prauis iam actibus minimè flectatur. hinc namque per Paulum dicitur: Remiſſas manus & diſſoluta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris. aqua ergo ad genua peruenit, cùm nos percepta ſapientia perfectè ad boni operis rectitudinem ſtringit. qui iterum metitur mille, & Propheta per aquas vſque ad renes ducitur, quia videlicet tunc in nobis plenitudo operis excreſcit, quando in nobis percepta ſapientia omnem quoque, in quantum eſt poſſibile, delectationem carnis extinxerit, aqua ergo ad renes venit, cùm dulcedo ſapientiæ etiam incentiua carnis interimit. Percepta perfectione operis ad contemplationem venitur ad torrentem, qui pertranſiri non potuit, quia dum mens in altiora ducitur, ſubleuata videt in Deo, quia non poteſt penetrare, quod videt & quaſi tangit aquam torrentis, quam pertranſire non valet, quia & intuetur ſpeculando, quod libeat, & tamen hoc ipſum perfectè non valet intueri quod libet.*

Ezec.47. — *Heb.12.*

Ex præclara hac ſanctiſſimi Patris doctrina intelligimus, generatim tres ſtatui debere in ſingulis virtutibus gradus. Primus eſt, cùm veſtigium in primo limine virtutis cuiuſlibet figitur, firmo nimirum volũtatis propoſito virtutis amplectendæ, & ad omnem occaſionem vſu ipſo exercendæ; appelletur primum propoſitum, primáque virtutis exercitatio.

Primus gradus.

Secundus

Digitized by Google

Secundus gradus eſt,cùm ita firmiter in illo propoſito,ac vſu virtutis perſeueramus, vt nullis tentationibus nos ab eo vllo modo deduci ſinamus, & nominetur hic robur aut fortitudo exercitationis virtutis. *Secundus gradus.*

Tertius gradus eſt, cùm virtutis ſpecies alioquin ſeuera, & fortè etiam deprauatæ naturæ noſtræ aſpera & amara,ita iam incipit dulceſcere,vt non ſolùm nos ab ea poſſit auellere, ſed omnia etiam eius officia magna cum alacritate ac deſiderio à nobis expleantur;& ſit hæc virtutis exercitationis alacritas. primo igitur gradu iacto in firmo propoſito & primo vſu virtutis, roboratur virtus aduerſus tentationes,ſicque conſcenditur eius fortitudo, ex qua deinde vſu perſeuerante peruenitur ad tertium,quæ eſt alacritas in eodem vſu. *Tertius gradus.*

Huic ſententiæ S. Gregorij affinis eſt doctrina illa quorundam Theologorum,qui vt oſtendant,quid ſit diſcriminis inter actionem virtutis, doni ſancti Spiritus, & beatitudinis illius, cuius octo partes Dominus in Euangelio recenſet,dicunt virtutem, verbi gratia,fortitudinis efficere,vt patienter res aduerſæ tolerentur, donum verò fortitudinis, vt alacriter, beatitudinem verò, quæ de perſecutionibus eſt,vt etiam appetantur propter Deum,hos gradus in ſingulis vertutibus, quoad poterimus,inueſtigabimus.

Ex prædictis colligitur Chriſtianam virtutem magnum Dei munus eſſe,inſignémque hominis perfectionem: pendere autem virtutes infuſas ex gratia Dei gratum faciente omnes (ſi fidem & ſpem,quæ in peccatore remanent,demas) ad eum modum,quo animi facultates ex ipſa animi deriuantur. quare abeunte gratia per peccatum mortale,vniuerſæ virtutes ſimul ruunt.quam igitur ianuam in hominis animam habet apertam Dei gratia,eadem virtutibus, quæ eius comites ſunt,patet: qua ratione conſeruantur,& augetur gratia, eadem virtutes, exitus denique gratiæ,finis virtutum eſt.quare vt peccacatum gratiæ eſt inimiciſſimum, ſic virtuti: & hæc eſt prima proprietas virtutum Chriſtianarum. *Prima proprietas.*

Secunda proprietas earũdem eſt,inter virtutes & gratiam hoc intereſſe maximè, quod gratia actuoſa per ſe *Secunda proprietas.*

Digitized by Google

non eſt,ſed per virtutes. Itaque virtutes adiutrices ſunt gratiæ ad rectè agendum, ex quo fit vt gratia nõ creſcat in anima, nec augeatur à Deo, cuius eſt hoc incrementum dare,niſi ad virtutum exercitationem, quare virtutum,exercitatio duplici nomine neceſſaria eſt, & proficienti propterea familiariſſima eſſe debet, tum vt ſibi virtutes per eam, tum vt gratiæ ipſi incrementum afferant, eáque ratione radici, à qua vires habent, fructum actionis retribuant:

Tertia proprietas.

Tertia proprietas eſt, virtus vitam cœleſtem homini tribuit:& vt vitium hominem dæmoni,ſic virtus Angelo ſimilem efficit: vtque natura corrupta hominem ad humilia quæque terrenáque appetenda deprimit, ſic virtus excitat & confirmat hominis animam ad res ſuperas amandas,quo indicio deprehenditur,quæ vera virtus ſit, quæ verò fucata ſpecie externa, qualis eſt, quam ſæpe ſuadet Satanas, cùm ſe transfigurat in Angelum lucis,& verum vitium,virtutem autem mentitam obſtrudit,quæ enim hominis animum ad dolorem vel ſui vel mundi quantumlibet remotè alliciunt: virtutes non ſunt, nam vt ait ſanctus Chryſoſtomus: *Virtus eſt omnia humana deſpicere, & per omnes horas futura cogitare, nulli inhiare præſentium, ſed ſcire, quòd omnia humana vmbra ſunt & ſomnium, & ſi quid his vilius. Virtus hominem quaſi mortuum ad huius vitæ res efficit, & ad nocentia quidem animæ ſaluti tanquam mortuum operatione carere, ad ſpiritualia verò ſola viuere & operari.*

Hom. 3. ad popul. Antioch.

Quarta proprietas.

Quarta proprietas eſt. Virtus Chriſtiana ſolida eſt, quo vno verbo multa dicuntur. 1. Primò virtutem non eſſe rem aliquam extrinſecus ſplendidam ſolùm,ſed multo magis inſita & innata ſoliditate robuſtam,vt quæ hominem roboret aduerſus tentationes & occaſiones omnes vitioſas,eſt enim habitus animi,hoc eſt animi fortitudo & munimentum, quare in ſcripturis ſcuto comparatur & thoraci. 2. Secundò, qui ex virtute agit ita mentem in Deum vnum fixam habere,vt ab eo,quod æterna lege & voluntate Dei iuberi intelligit, nullo vnquam tempore aut loco, nullius aut periculi aut emolumenti occaſione oblata, ne latum vnguem diſcedendum putet

Tertiò

Tertiò ob id non in hominem intueri, nõ allici præmio ad virtutis officia, non terreri difficultatibus, nec vlla vi dimoueri à propoſito colendæ virtutis; ſed etiam ſi immineat rei familiaris inopia, corporis infirmitas, mors ipſa, infamia quoque & ignominia, acri tamen animo tendere ad id, ad quod virtus vocat, facit ad huius rei explicationem id, quod poſtea affertur cap. quarti lib. 19. cùm declarantur verba Domini, attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus. Quartò, non exercere virtutem voluptate conſolationis, qua in piis actionibus plerumque omnes perfunditur; ſed & ſi ardua laborioſa, moleſta ſit virtutis via, ſpinis inquam potiùs quàm floribus ſtrata, in ea conſtanter ad mortem vſque pergere. 3. 4.

Hæc omnia & pleraque alia ſimilia continet hæc vna vox ſoliditas, quam Chriſtianæ virtuti, quę virtus eſt ſolida, ineſſe dicimus. Legatur ſanctus Auguſtinus de verbis Apoſtoli: multa enim habet, quæ ad rem hanc pertinent, intra alia hæc: *Interroga te, quiſquis vis iudicare, & vide ſi tunc non facis malè, quando potes facere, & ab homine non puniri.* Et paulo pòſt: *Probat te Deus, quaſi tibi dicat, ecce fac quod vis, imple cupiditates tuas, extende nequitiam, dilata luxuriam, quidquid libuerit, licitum puta, non hinc te punio, non in gehennas mitto, faciem meam tantum tibi negabo. Si expauiſti, amaſti: ſi ad hoc quod dictum eſt, faciem ſuam tibi negabit Deus tuus, cõtremuit cor tuum, & in non videndo Deum tuum, magnam pœnam putaſti, gratis amaſti.* Affert etiam exemplum duorum hominum obſeruatione digniſſimum: *Homo*, inquit, *pauperrimus nobis apud Mediolanum conſtitutus, ſed planè Chriſtianus, proſcholos cuiuſdam Grammatici, inuenit ſacculum cum ſolidis fermè ducentis, memor legis propoſuit pitacium publicè: reddendum enim ſciebat, ſed cui redderet ignorabat, propoſuit pitacium publicè, qui ſolidos perdidit, veniat ad locum illum. Ille qui plangens circumquaque vagabatur, inuento & lecto pitacio venit ad hominem, & ne fortè quæreret alienum, quæſiuit ſigna, interrogauit ſaculi qualitatem, ſigillum, ſolidorum etiam numerum, & cum omnia fideliter reſpondiſſet, reddidit, quod inuenerat. Ille autem repletus gaudio, & volens vicem rependere* Ser. 19.

tanquam decimas, obtulit ſolidos viginti, qui noluit accipere, obtulit vel decem, noluit accipere, ſaltem rogauit vel quinque accipere, noluit ille. Stomachabundus homo proiecit ſaccalum: nihil perdidi, ait, ſi non vis aliquid à me accipere, nec ergo aliquid perdidi. Quale certamen, fratres mei, quale certamen, qualis pugna, qualis conflictus? Theatrum mundus, ſpectator Deus. Victus tandem ille, quod offerebatur accepit, continuò totum pauperibus erogauit, vnum ſolidum in domum ſuam non dimiſit.

Quinta proprietas. Quinta proprietas eſt. Virtus eſt moderatrix affectionũ hominis, hæc ad omnes virtutes pertinet, ſed præcipuè ad eas, quæ in coercendis paſſionibus animi verſantur, qualis eſt fortitudo & temperantia, quare cùm dicitur virtus hominis perfectio, ideo dicitur, non quia radicitus paſſiones euellat aut prorſus extinguat, ſed quia earum vim & impotentiam frangit, & corrigit quicquid eſt in illis exuperantiæ. Quæ cauſa eſt, vt aſſerunt Theologi, virtutem non ineſſe homini, niſi cum paſſione moderata. Legatur ſanctus Thomas & S. Auguſtinus.

1. 2. q. 59. art. 2. & 3. Lib. 2. de ciuitat. Dei, c. 8. Lib. 22. cap. 22. & lib. 19. cap. 4.

Ex qua re intelligimus illos, qui affectiones animi vitioſas non domuerunt, & ea occaſione qualibet perturbationibus facilè cõcitantur, ita vt impetum earum non facilè ſedent, aut non habere virtutes, aut non longè abeſſe à periculo eas amittendi, ſimul ac earundem paſſionum impulſu, quod facilè fit, ſe à Dei gratia deturbari permiſerint. Quod ſi quandoque perturbatio excitetur in animo ita vehemens, vt à virtutis mediocritate abeſſe videatur, ſi quidem ratione comprimitur, quàm primùm id fieri poteſt, virtuti nullum inde creatur damnum. Sin autem adhibita etiam rationis moderatione, idem animi motus & angor manet, vel id accidit diuinitus, ad exercitationem virtutis diuturniorem, ſi quidem vt ait Apoſtolus, loquens de ſtimulo carnis ſibi relicto: *Virtus in infirmitate perficitur,* túncque dummodo voluntas non conſentiat, ſed reſiſtat quantum ei à Deo conceditur, peccatum non committitur: vel accidit, quia Deus eius paſſionis ſenſum expetit tãquam virtuti alteri conſentaneum, quamuis ſpecie ipſa repugnare videatur illi, cuius eſt eum cohibere: qualis eſt magnus doloris &

2. Cor. 12.

mœroris

mœroris ſenſus in peccatore ad pœnitentiam & contritionem adaugendam, ſine vllo fortitudinis detrimento, quale item eſt tædium ipſum vitæ huius quo maximè affecti ſunt ſanctiſſimi etiam viri, vt Dauid & Paulus ad accendendum in eorum animis ignem deſiderij cœleſtis patriæ, qualis in beatiſſima virgine Dei Matre fuit ingens ille animi corporíſque dolor, quo proximè acceſſit ad eum, quem in cruce omnium omnino acerbiſſimum tolerabat Chriſtus eius amantiſſimus filius; qualis denique ille idem mœror pauórque, quem vltro Chriſtus accerſiuit in horto crucéve, quo nullus grauior in hac vita excogitari potuit vnquam: túncque has affectiones, vt imperauit charitas, ſic eadem excitauit & fouit ſine detrimento vllo virtutum earum, quarum eſt mediocritatem in huiuſmodi affectionibus conſtituere.

Idem dicendum eſt de iis & aliis eiuſdem generis paſſionibus, ſi quando in proficientibus & ſanctis viris diutius exuperare videantur magis, quàm requirat ratio virtutis, quæ eas moderatur, neque enim tunc virtus illa aut amittitur aut minuitur, ſed potiùs extrinſecus diuino auxilio ſupernaturali corroboratur, vt poſſit ſuſtinere.

Sexta proprietas eſt. Virtus non ita perficit animum, vt ſentiendi doloris vim corpori adimat, quamuis eum ita temperet, vt non permittat hominem doloris ſenſu abripi vlta patientiæ modeſtiæve terminos. Qua de re ſic ſcribit S. Gregorius. *Nonnulli,* inquit, *magna conſtantia Philoſophiam putāt, ſi diſciplina aſperitate correpti ictus verberum dolorémque non ſentiant, nonnulli verò tam nimis percuſſionum flagella ſentiunt, vt immoderato dolore commoti etiam in exceſſu lingua dilabantur: Sed quiſquis veram Philoſophiam nititur tenere neceſſe eſt, vt inter vtraque gradiatur: non eſt enim pondus vera virtutis inſenſibilitas cordis, quia & valde inſana per ſtuporem membra ſunt, qua & inciſa ſentire dolorem nequaquam poſſunt. Rurſus virtutis cuſtodiam deſerit, qui dolorem verberum vltrà quàm neceſſe eſt, ſentit; quia dum nimia afflictione cor tangitur, vſque ad impatientia contumelias excitatur, & qui per flagella corrigere malè facta debuerat, agit, vt nequitia per flagellum*

Sextà proprietas.

Lib. 2. mor. c. 11.

creſcat. *Contra inſenſibilitatem quidem percuſſorum per*
Hier. 5. *Prophetam dicitur: Percuſſiſti eos, nec doluerunt; attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Contra puſillanimitatem percuſſorum per Pſalmiſtam dicitur: in miſerijs non ſubſiſtent.* Pſal. 139.

His quaſi fundamentis iactis, de ſingulis virtutibus, quibus ſpiritualis ædificij ſtructura conflatur & conſtat agendum eſt.

De Fide.

CAPVT IV.

FIDES eſt virtus Theologica, ideo de Deo eſt, rebúſque à Deo reuelatione traditis, eidémque vni Deo nititur tãquam vera dicenti, & qui mentiri nequeat, quia eſt lux infinita & prima princepſque veritas, magnum Dei donum & primum, quod infundit Deus animæ, fides eſt. Definitur autem ab Apoſtolo: *Sperandarum rerum, argumentum non apparentium*, hoc eſt, fundamentum omnium earum rerum, quæ à Deo reuelatæ & remiſſæ ſunt, adeóq; ipſius æternæ vitæ quaſi principiũ, pignus, & via. *Argumentum* hoc eſt, vt ait S. Bernardus, *certitudo eorum, quæ non videntur.* actus igitur fidei eſt credere, quia Deus dicit: ideo eſt habitus intellectus fides certior, quam quælibet alia cognitio, obſcura tamẽ, ac propterea dicitur argumentum non apparentium; ſed ita efficax & potens, vt, teſte Apoſtolo, *in captiuitatem redigat omnẽ intellectum in obſequium Christi.* ad hanc autem captiuitatem ſtabiliendam vtitur quidem Deus miraculis, alijſque argumentis & rationibus, quæ à Theologis motiua fidei dicuntur, præcipuè tamen voluntate ipſiuſmet hominis, qua intellectum mouet, & flectit ad aſſentiendum ijs rebus, quæ fide proponuntur, ad quam rem adfert Deus voluntati ſingulare auxiliũ ſupernaturale, quo eam ad id ſuauiter impellit, ne id faciat virtute charitatis & religionis, vt quidam

Epheſ. 2. Hebr. 11. Epiſ. 190. 2. Cor. 10.

putant,

putant, ſiue peculiari habitu, & adhuc innominato, quem in ipſam voluntatem diuinitus immittit, vt ad id præſtandum eam iuuet, quod exiſtimant alij.

Hinc extiterunt fidei laudes innumeræ, quæ & in ſcripturis & apud ſanctos Patres leguntur, nam à S. Auguſtino dicitur *bonorum omnium fundamentum, & humanæ ſalutis initium ſine qua nemo ad filiorum Dei conſortium poteſt peruenire.* quia ſine ipſa nec in hoc ſæculo quiſquã iuſtificationis conſequitur gratiam, nec in futuro vitam poſſidebit æternam. & à S. Cyrillo Hieroſolimitano appellatur *oculus illuminans conſcientiam, & intelligentiam efficiens.* Et ab altero Cyrillo: *Ianua & via in vitam, & recurſus quidam ac reductio à corruptione ad immortalitatem.* *Suarez. 3. parte quæſt. 7. artic. 3. Ser. 38. de tempore. Catec. 5. Libr. 4. in Ioan. cap. 9.*

Vt autem intelligamus quantum in hac re, ſicut in reliquis omnibus Chriſto Domino & Saluatori optimo debeamus, non infundit nobis fidẽ Deus niſi per ipſum, & ex ipſius pretioſi ſanguinis merito. eſt enim ipſe fundamentum, quod poſitum eſt, & cui fidei noſtræ fundamentum nititur. Qua de re S. Auguſtinus de fide diſſerens ſic ait: *Loquitur Deus ipſa veritate, ſi quis ſit idoneus ad audiendum mente non corpore. Ad illud enim hominis ita loquitur, quod in homine cæteris, quibus homo conſtat, eſt melius, & quo ipſe Deus ſolus eſt melior. Cùm enim homo rectiſſimè intelligatur, & ſi hoc non poteſt, credatur factus ad imaginem Dei, profectò ea ſui parte eſt propinquior ſuperiori Deo, quo ſuperat inferiores partes ſuas, quas etiam cum peccatoribus communes habet. Sed quia ipſa mens, cui ratio naturaliter ineſt, vitijs quibuſdam tenebroſis & veteribus inualida eſt; non ſolùm ad inhærendum fruendo, verùm etiam ad perferendum incommutabile lumen, donec de die in diem renouata atque ſanata fiat tantæ felicitatis capax, fide primùm fuerat imbuenda atque purganda, in qua vt fidentiùs ambularet ad veritatem, ipſa veritas Deus, Dei filius, homine aſſumpto; non tamen Deo conſumpto, eandem conſtituit atque fundauit fidem, vt ad Deum iter eſſet homini per hominem Deum. hic eſt enim mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. per hoc enim mediator per quod & homo, per hoc & via: quia ſi inter eum qui tendit, &* *Libr. 2. de ciuitate Dei, cap. 2.*

illud

illud quo tendit, via media eſt, ſpes eſt perueniendi: ſi autem deſit aut ignoretur, quà eundum ſit, quid prodeſt noſſe, quò eundum ſit? ſola eſt autem aduerſus omnes errores via munitiſſima, vt idem ipſe ſit Deus & homo, quò itur Deus, quà itur homo.

Eſt igitur cauſa efficiens fidei Chriſtus: eſt item cauſa meritoria cauſa etiam finalis, exemplar denique & regula: quod hîc libentiùs ſcribimus, initio videlicet tractationis de virtutibus, quod omnium aliarum virtutum ſimiliter parens & fons eſt Chriſtus. quanquam intereſt inter exemplum, quod à Chriſto accipimus in aliis virtutibus, & id quod in fide & ſpe ipſe nobis reliquit. alias enim virtutes ferè habuit omnes: (excipias oportet eas, quæ ſummæ perfectioni eius repugnant, vt pœnitẽtiam) ideo non ſolùm dictis quid vnaquæque requireret, ſed multo magis exemplo demonſtrauit. at fidẽ non exẽplo docuit, quia cũ beatiſſimus perſpicua Dei viſione eſſet, ea caruit, ſed prædicauit, & vt ad eam prædicationem reſque ab ipſo geſtas fidem noſtram dirigeremus, inſtituit, præſertim verò ad ea, quæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ Catholicæ tradidit, quam voluit, vt audiremus ac ſequeremur ſicut ipſum.

Fides eſt duplex, vna dicitur informis, vt eſt illa, quæ ſine Dei gratia & charitate reperitur in peccatoribus. Altera formata nominatur. Informatur autem Dei gratia & charitate: & ab Apoſtolo propterea per charitatem operari dicitur, & hæc eſt fides proficientis. de qua multa Patres, quæ breuitatis cauſa omittuntur. *Galat. 5.*

Primus gradus. Fidei progreſſus ex tribus illis gradibus cõflatur, quos ſuprà dictum eſt auctore S. Gregorio in ſingulis virtutibus inueniri. propoſito videlicet, fortitudine, & alacritate, in quibus proprij ſunt ſingulorum actus & officia fidei exercenda. Et quidem quod ad propoſitum attinet, intelligendum eſt, initio quamuis infundatur à Deo virtus, eſſe tamen neceſſariam deliberationem animi ad eam in vſum deducendam.

Primus actus fidei. In fidei ergo exercendæ propoſito prima actio fidei eſt credere, quia Deus dicit: quam exercere debet proficiens, vt ea corroboretur fides. accidit enim plerũque, vt

rebus

rebus fidei aſſenſum præbeat homo, nō quia Deus dicit, ſed aliis multis de cauſis, tuncque vt action bona ſit, fidei tamen diuinæ actio non eſt. Ob idque non tam confirmatur & roboratur habitus fidei diuinæ tunc in animo, quàm gignitur creſcitque alius habitus fidei cuiuſdam acquiſitæ, qualis illa eſt, quæ cernitur in hæreticis: qui cùm fidem non habent vni articulo, diuina fide priuantur, retinent tamen fidem aliam humanam. qua reliquis articulis acquieſcunt.

Secunda actio eſt mente ita adhærere rebus à fide propoſitis, vt nihil homo dubitet, nihil omnino hæſitet: *Huic vnitati*, inquit S. Leo, *inconcuſſis mentibus inhærete.* Et S. Baſilius: *Fides eſt eorum, quæ dicta ſunt, aſſentiens approbatio ſine vlla hæſitatione, cū animi perſuaſione de eorum veritate, quæ Dei munere ſunt prædicata.* Et S. Bernardus: *Audis ſubſtantiam ſperandarum rerum? ſubſtantia nomine aliquid tibi certum fixumque præfigitur, certis clauderis finibus, certis limitibus coarctaris. Non eſt fides æſtimatio, ſed certitudo.* Quod ſi tentatio contra fidem inſurgat, nullum eſt magis præſentaneum remedium, quàm huius & ſuperioris actionis frequentatio. proderit tamen tentationem quamlibet quaſi proprio iaculo ferire & frangere dictis quibuſdam celebrioribus, tum ſcripturarum tum ſanctorum Patrum, quæ paulo pòſt ſubjicientur.

Secundus actus.
Serm. 4. Natiuit. Chriſti.
Serm. de fidei confeſſ.
Ep. 190.

Tertia eſt actio. ſumma animi ſimplicitate & humilitate ſe fidei, & per fidem Deo & Eccleſiæ tanquā idiotam, puerumque inſtituendum ſubjicere omni prorſus curioſitate abiecta. ſic enim habet S. Chryſoſtomus: *Vt*, inquit, *ille, qui aliquid mali dedocetur, niſi totum abiiciat, & præparet animū, & purū reddat, vt inpoſterum inſcribi poſſit, nihil profectò ſanum didicerit: ſic in hac exteriori ſapientia, niſi omnia abiicias, niſi mentem tuā purges, & æquo iure cum idiota te ipſum fidei præbeas, nihil ſanè generoſum intelliges*, Tentationes conta fidem Incipientibus initio ſolent eſſe moleſtæ. Sed ſi detegantur Patri ſpirituali, ilico euaneſcunt. Aduerſus verò ſuperfluam curioſitatem habeat Proficiens in promptu hæc quaſi tela. quibus etiam inſtrui debent pro captu Incipientes.

Tertius actus.
Hom. 10. 1. Cor. 3.

Primum

Primum telum.
Eccleſ. 3.
Secundũ
Iſaia 7.
Tertium.
Hom.26. in Euãg.
Quartum
Ep.190.
Quintũ
In Pſal. 110.
Sextum.
Libr.21. de ciuitate Dei, cap.7.
Epiſt.3.

Primum ſit Salomonis præceptum: *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris; ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.* Secundum ſit illud, quod ſeptuaginta interpretes legunt apud Iſaiam: *Niſi credideritis, non intelligetis.* Tertium ex S.Gregorio: *Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum.* Quartum S.Bernardi: *Quid magis contra rationem, quam ratione rationem conari tranſcendere? & quid magis contra fidem, quàm credere nolle quidquid non poſſit ratione attingere?* Quintũ ex S.Baſilio: *In quocunque humanarum artium exercitio, impoſſibile eſt primarum propoſitionum inquirere demonſtrationes.* Sextum ex S.Auguſtino: *In rebus miris, ſumma credendi ratio eſt omnipotentia Creatoris.* Item: *Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe* Et illud: *Tota ratio facti eſt potentia facientis.* Oſtendit etiam idem copioſè, quàm plurima in rebus naturalibus fieri cernique quotidiè, quorum nulla ratio reddi poſſit, quæ tamen non niſi temere negantur, quod adeo ſint certa atque teſtata quid igitur mirum, ſi rerum diuinarum pleræquæ cauſæ incognitæ mortalibus ſint? legatur vigeſimus primus eius liber de Ciuitate Dei.

Initio per aliquot capita.

Gen.22.

Exempla etiam non exiguam vim habent aduerſus fidei tentationes curioſas; quale illud quod habẽt ſacræ literæ de fide Abraham Patriarchæ, cùm iuſſus eſt mactare filium, per quem propagandum ſobolem ad ſimilitudinem ſtellarum innumerabiliũ pollicitus erat Deus.

Referunt etiam aliqui, cùm ad moribundum S. Ludouicum Francorum regem delatum eſſet ſanctiſſimum Sacramẽtum, quæreretque ex eo ſacerdos de more, num crederet ibi eſſe filiũ Dei? reſpondiſſe, id apud ſe minùs habere dubij: quam ſi videret Chriſtum in eâ forma, qua aſcendit in cœlos.

Secũdus gradus.
1.Pet.5.

Fidei ſecundus gradus continet fortitudinem eius, de qua S.Petrus: *Cui reſiſtite fortes in fide*: ſicut cõtrà, qui imbecillæ ſunt fidei modicæ fidei arguuntur. Hæc duplici ratione acquiritur. Prior eſt ſuprà dicta exercitationis ratio, præſertim qua infringuntur tentationes. Poſterior eſt humilis oratio ad Deum, quia incrementum fidei ab

Digitized by Google

eo poſtulatur, cum illis, qui in Euangelio idem precantur, cùm aiunt: *Adauge nobis fidem.* *Lucæ 17.*

Porrò Deus duplici item modo fidem auget & roborat, vel augendo ad vſum noſtrum, habitum infuſum fidei: vel eum nouo dono locupletando. hoc autem eſt donum gratis datum, quod inter alia eiuſdem generis *1. Cor. 12.* recenſet Apoſtolus, cùm ait: *Alteri fides in eodem ſpiritu.* *2. 2. q. 5.* *hæc enim fides*, ait Thomas, *eſt conſtantia quadam & robur* *a. 4. ad 5.* *in credendo.*

Ad hunc gradum potiſſimùm ſpectat confeſſio fidei etiam cum vitæ diſcrimine; qua hominem teneri vult Dominus, cùm ait: *Qui confitebitur me coram hominibus,* *Mat. 10.* *confitebor & ego eum coram Patre meo.* Et Apoſtolus: *Ore confeſſio fit ad ſalutem.* Ad quæ omnia benigniſſimus Saluator noſter Chriſtus prouidentiſſimè inſtituit Sacra- *Rom. 10.* mentum Confirmationis, quo homini per merita ipſius, confertur animi robur ingens ad eas tempeſtates, quæ contra fidem cõmoueri poſſunt, ſuſtinendeas & propulſandas, & ad ea omnia officia præſtanda, quæ fide præcipiuntur, atque ad hunc gradum pertinent illuſtriſſima & propè infinita Martyrum exempla.

Tertius gradus fidei eſt alacritas, vt dictum eſt, quam *Tertius* fortaſſis Apoſtolus appellat plenitudinem fidei. Certè *gradus.* Phillippenſibus ita ſcribit: *Manebo & permanebo, ad profe-* *Heb. 10.* *ctum veſtrum & gaudium fidei.* Alacritatatis huius ef- *Philip. 1.* fectus ille eſt, quem idem Apoſtolus commemorat *Heb. 10.* Hebræis, cùm ſic ait: *Vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes* (per fidem nempe) *vos habere meliorem & manentem* *Ibidem.* *ſubſtantiam.* Ad eandem igitur ſuo modo pertinent actiones omnes heroicæ, quæ ob bona inuiſibilia ab hominibus exercentur; præſertim autem mundi contemptus, & humanarum diuitiarum acrerum omnium perfecta abdicatio. ſi quidem ita ſcribit de Moyſe Apo- *Ibidem.* ſtolus: *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem regis. inuiſibilem enim tanquã videns ſuſtinuit.* Et paulo antè: *Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem: maiores diuitias æſtimans theſauro*

Digitized by Google

Ægyptiorum improperium Chriſti. aſpiciebat enim in remunerationem.

Ad hunc gradum peruenitur eadem via, qua ad ſuperiorem, exercitatione nimirum & oratione, maximè verò oratione, quia hæc alacritas plerumque eſt fructus Spiritus ſancti, numeratus ab eodē Apoſtolo inter duodecim illos, quos ponit in epiſtola ad Galatas, & appellat *fidem: delectationē*, inquit S. Thomas, *quā ex fidei certitudine percepit fidelis*, oppoſitam illi carnis operi, quæ ſectæ nominantur. quæ mirum in modum ſecant & lacerant animos hominum ſchiſmaticorum & hęreticorum.

Galat. 5. 2.2.*q*.5. *art*.4. *ad* 5.

Signum fidei perfectæ ponitur à S. Hieronymo in dialogo aduerſus Luciferianos feruor operis & puritas intentionis: *Ad orationem aſſiſto, non orarem, ſi non crederem: ſed ſi verè crederem, illud cor, quo Deus videtur, mundarem, manibus tunderem pectus, genas lacbrymis rigarem, corpore inhorreſcerem, ore pallerem, iacerem ad Domini mei pedes, eóſque fletu perfunderem, crine tergerē.* Et paulo pòſt: *Conueniat vnuſquiſque cor ſuum, & in omni vita inueniet, quàm rarum ſit fidelem animam inueniri, vt nihil ob gloriæ cupiditatem, nihil ob rumuſculos hominum faciat. Difficile eſt Deo tantùm iudice eſſe contentum.*

De Spe.

CAPVT V.

ALTERA Theologica virtus ſpes eſt, quę propterea de Deo eſt, & æternæ vitæ bonis, quæ Deus pollicetur ſperātibus in ſe, conuenit cum fide, quia de ijs eſt, quę non videntur, *Spes autem*, ait Apoſtolus, *quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat? Si autem, quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus.* Differt verò, quia vt ſcribit S. Auguſtinus: *Fides eſt malarum rerum & bonarum, quia bona creduntur & mala. Eſt etiam fides & præteritarum rerum, & præſentium, & futurarum. Item fides & ſuarum rerum eſt & alienarum.*

Rom. 8.

In Ench. cap. 8.

Digitized by Google

Spes autem non niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum & ad eum pertinentium, quia earum ſpem gerere perhibetur.

Præcipua ſpei laus, qua virtutibus etiam aliis antecellit, eſt, eſſe beatitudinem vitæ mortalis, ſi qua hîc beatitudo eſſe poteſt, quàm ſi cognouiſſent Philoſophi, non tam diu fruſtrà laboraſſent in inueſtigando ſummo hominis bono. legatur S. Auguſtinus, qui poſtquam non minus acutè quàm copioſè, errrores eorum coarguiſſet, concludit his verbis: *Vita igitur, quæ iſtorum tam magnorum támque grauium malorum aut premitur oneribus aut ſubiacet caſibus, nullo modo beata diceretur, ſi homines, qui hoc dicunt, ſicut victi malis ingraueſcentibus, dum ſibi ingerunt mortem, cedunt infelicitati, ita victi certis rationibus, cùm quærunt beatam vitam, dignarentur cedere veritati, & non ſibi putarent in iſta mortalitate fine ſummi eſſe boni gaudendum, vbi virtutes ipſæ, quibus hic certè nihil melius atque vtilius in homine reperitur, quanto maiora ſunt adiutoria contra vim periculorum, laborum, dolorum, tanto ſunt fideliora teſtimonia miſeriarum. Si enim veræ virtutes ſunt, quæ niſi in eis, quibus vera ineſt pietas, eſſe non poſſunt, non ſe profitentur hoc poſſe, vt nullas miſerias patiantur homines, in quibus ſunt; neque enim mendaces ſunt veræ virtutes, vt hoc profiteantur, ſed vt vita humana, quæ tot & tantis huius ſæculi malis eſſe cogitur miſera, ſpe futuri ſæculi ſit beata, ſicut & ſalua. quomodo enim beata eſt, quæ nondum ſalua eſt? vnde & Apoſtolus Paulus, non de hominibus imprudentibus, impatientibus, intemperantibus, & iniquis; ſed de ijs, qui ſecundùm veram pietatem viuerent, & ideò virtutes, quas haberent, veras haberent, ait, Spe ſalui facti ſumus. Spes autem quæ videtur, non eſt ſpes, ſicut ergo ſpe ſalui, ita ſpe beati facti ſumus. & ſicut ſalutem, ita beatitudinem non iam tenemus præſentem, ſed expectamus futuram: & hoc per patientiam, quia in malis ſumus, quæ patienter tolerare debemus, donec ad illa veniamus bona, vbi omnia erunt, quibus ineffabiliter delectemur, nihil erit autem quod iam tolerare debeamus. talis ſalus, quæ in futuro erit ſæculo, ipſa erit etiam finalis beatitudo.*

Lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 4.

Roma. 8.

Spes duplex eſt, & ipſa ſicut fides, informis, ſine Dei gratia & charitate, qualem habet peccator, & eadem

Primus gradus.

Digitized by Google

Dei gratia & charitate formata, qualis eſt in viris probis, & præſertim in proficientibus.

Primus gradus. Primus gradus ſpei eſt propoſitum firmum ſperandi ea, quæ ſub ſpem cadunt, quæ paulò poſt numerabuntur. quo autem modo ad primum hunc gradum aſcendatur, docet S. Bernardus his verbis: *Septem ego in me video miſericordias Domini. Prima eſt, quòd à multis peccatis adhuc in ſæculo poſitum cuſtodiuit: quis enim non videat, quod ſicut in multis cecidi, ſic & in alia poteram cecidiſſe peccata, niſi omnipotentis pietas conſeruaſſet. & hæc quanta dignatio pietatis, quod ingratum & paruipendentem ſic gratia conſeruabat, quòd in multis contrarium & contemnentem nihilominus ab alijs benigniſſimè protegebat? At ſecunda miſeratio tua ſuper me Domine quonā poterit explicari ſermone? quàm benigna, quàm liberalis, quàm gratuita fuerit: ego peccabam, & tu diſſimulabas; non continebam à ſceleribus, & tu à verberibus abſtinebas, prolongabam ego multo tempore iniquitatem meam, & tu pietatem tuam. Sed quid prodeſſet expectatio, niſi ſequeretur pœnitudo? cumulus eſſet damnationis dicente Domino: Hæc feciſti, & tacui. Tertia proinde miſeratio fuit, quòd viſitauit cor meum & immutauit, vt amara fierent, quæ malè dulcia prius erant, qui lætabar cùm malè facerem, & exultabam in rebus peſſimis, inciperem demum recogitare ei annos meos in amaritudine animæ meæ. & nunc Domine commouiſti terram cordis mei, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia commota eſt, multi enim pœnitentia ducti ſunt, ſed infructuoſa, quoniam pœnitentia eorum reprobata eſt, ſicut & prior culpa. Itaque & hæc miſeratio quarta fuit, quòd pœnitentem miſericorditer ſuſcepiſti, vt in eorum numero inuenirer, de quibus Pſalmiſta: Beati, inquit, quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Sequitur miſericordia quinta, per quam mihi continendi deinceps & emendatiùs viuendi præſtitiſti virtutem, ne recidiuum paterer, & eſſet nouiſſimus error peior priore, omninò enim manifeſtè tua eſt, Domine Deus, & non humanæ virtutis, ſuſceptum ſemel peccati iugum à ceruicibus excutere, quoniam omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, nec eſt liberari niſi in manu forti. Iam verò poſt quam in his quinque miſerationibus à malo liberaueris, vt fiat quod ſcriptum eſt, declina à malo, & fac bonum,*

De Euāg. 7. panū. Serm. 2.

Prima miſericordia Domini.

Secunda.

Eſal. 49.

Tertia.

Quarta.

Pſal. 31.

Quinta.

Pſal. 36.

in dua

in duabus alijs bona largiri. hæ duæ ſunt gratia premerendi, qua videlicet munus bonæ conuerſationis indulges, & ſpes obtinendi, qua donas homini indigno & peccatori de tua toties experta bonitate vſque ad cœleſtia ſperanda præſumere. Hæc ſanctus Bernardus, ex quibus intelligimus, quàm multa ſint, quæ veræ ſpei actum primum antecedunt, & quibus adminiculis, ad eum in nobis excitandũ opus ſit. *Sexta & Septima.*

Ad primum hoc propoſitum omnes iſtæ ſpes ſiue ſpei actiones ſpectant. Prima actio eſt ſpes beatitudinis ęternæ. Secunda actio eſt ſpes eorum omnium, quæ nobis neceſſaria & vtilia ſunt ad beatiſſimam illam felicitatem obtinendam, qualia ſunt Dei gratia, ſupernaturalia auxilia & merita. Tertia actio eſt firma opinio prædeſtinationis & electionis diuinæ, quia Dominus miſericordia ſua infinita elegerit nos in Chriſto, vt eſſemus ſancti & immaculati, ac demum æternæ ſalutis in conſpectu eius participes. Quarta actio firma item animi conceptio, hæc omnia per Chriſtum Saluatorem noſtrum à Deo in nobis fieri, ſiquidem vt ait Apoſtolus: *Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ.* Et alibi: *Qui liberauit & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundùm opera noſtra, ſed ſecundùm propoſitum ſuum, & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora ſæcularia: manifeſtata eſt autem nunc per illuminationem Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* qui propterea ab eodem dicitur: *Chriſtus in nobis ſpes gloriæ.* & abſolutè: *ſpes noſtra,* &, *in quo habemus fiduciam & acceſſum in confidentia per fidem eius.* *Prima actio* *Secunda.* *Tertia.* *Quarta.* *Ephes. 1.* *2. Tim. 1.* *Coloſ. 1.* *1. Tim. 1.*

Aduerſus deſperationis ſpiritum, ſic pugnandum eſt. Primò replicandæ ſunt diligenter ſeptem miſericordiæ Dei, quas retulimus paulò antè ex S. Bernardo. nam qui tam multa, tam magna beneficia contulit in homines inimicos & rebelles, quẽ ſperare debemus fore erga ſeruos, amicos, filios? Deinde abiicienda eſt, ſtatim ac incurrit in animum, omnis ſuſpicio aut inanis metus, quòd nõ ſimus prędeſtinati aut electi: eſt enim huiuſmodi cogitatio vt plurimũ pernitioſa, & à diabolo immici ſolita. res enim hęc hominibus occultiſſima eſt, & ſoli Deo cognita, ideò vt nobis interim nulla alia incumbat cura, *Primò.* *Secundò.*

quàm rectè viuendi agendíve. Certum eſt, Deum non irridere nos, ac ideò non vocaſſe nos vocatione ſua ſancta ad perniciem; ſed ad ſalutem hortatur ipſe, præcipit vt præceptis eius obtẽperemus, pollicetur bonis actionibus præmium ſempiternum: hoc eſt, ſeipſum, quis auſit ſuſpicari Deum aliter velle aut decernere, quam prædicet aut iubeat? Quæramus, petamus gratiam & vitam æternam: nam quæ iam à Deo accepimus ad ea, quæ adhuc expectamus, poſtulanda donata ſunt: *Quamuis enim*, inquit S. Ambroſius, *omnia bona dona ſint Dei, à Deo tamen quædam etiam non petita tribuuntur, vt per ipſa, quæ accepta ſunt, ea, quæ nondum ſunt donata, quærantur. Denique nemo ſperauit in Deo, & confuſus eſt. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.*

Tertiò.

Lib. 2. de vocatione gentiũ cap. 2.

Eccl. 2.

Pſal. 30.

Secundus ſpei gradus eſt fortitudo ſpei, quæ idcirco ab Apoſtolo comparatur galeæ, & alibi nominatur *anchora tuta & firma.* de quo robore, ſimúlque de rationibus, quibus homo id poſſit adipiſci, ſic ſcribit S. Bernardus: *tria ſunt, quæ ſic roborant & confirmant cor meum, vt nulla me penuria meritorum, nulla conſideratio propria vtilitatis, nulla æſtimatio cœleſtis beatitudinis ab altitudine ſpei deiicere poſſit in ea firmiter radicatum. Tria igitur conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit, charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis, murmuret iam quantum voluerit, inſipiens cogitatio mea dicens: quis enim es? aut quanta eſt gloria illa, quibúſve meritis obtinere ſperas hanc? & ego fiducialiter reſpondebo, ſcio, cui credidi, & certus ſum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promiſſione, quia potens in exhibitione. licet enim ei facere quod voluerit. hic eſt funiculus triplex, qui difficilè rumpitur, quem nobis à patria noſtra in hunc carcerem vſque demiſſum, firmiter obſecro teneamus, vt ipſe nos ſubleuet, ipſe nos trahat, & pertrahat vſque ad conſpectum magni Dei.* Denique occurrendum deſperationi, vti ſuprà dicebamus, adiunctis iis quæ ſecundò libro dicta ſunt contra puſillanimitatem.

2. Theſ. 1.

Heb. 6.

Ser. 3. de 8. panib⁹.

Tertius gradus eſt alacritas, de qua S. Paulus: *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute Spiritus ſancti.* hac profuſus dicebat

Tertius gradus.

Rom. 15.

Digitized by Google

Dauid: *Quoniam tu es Domine ſpes mea.* in quæ verba Pſal.90.
idem S.Bernardus,qui poſt multa ſic: *Saluabit eos. quare?* Ser.9.in
quibus meritis? audi, quid ſequitur: Quia ſperauerunt in eo, Pſal.Qui
dulcis cauſa, attamen efficax, attamen irrefragabilis. De qua- habitat.
cumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Ecce Pſal.36.
numera tribulationes ſecundùm multitudinem earum conſolationes eius lætificabunt animam tuam, dummodo ad alium non conuertaris, dummodo clames ad eum, dummodo ſperes in eum, nec humile aliquod vel terrenum, ſed altiſſimum ponas refugium tuum.

Ego verò opinor, quemadmodum fides, vt diximus, efficit actiones illas heroicas, quibus propter Dei gloriam homo ſeipſum réſque humanas omnes animosè fortitérque contemnit; ſic ſpem maximè iuuare proficientem ad perſeuerandum conſtantiſſimè in eodem ſuſcepto propoſito vſque ad finem.

De charitate ergo Deum.

CAPVT VI.

CHARITAS tertia Theologica virtus eſt maior reliquarum, vt ait Apoſtolus: nam Deus, quem fides cognoſcendum nobis proponit in ænigmate; & ſpes deſiderandum, vt ſummum noſtrum bonũ, charitas affert, & dat amandum, vt ſummum bonum per ſe & in ſeipſo. quare mandatum de ea dicitur Mat.22.
à Domino *primum & maximum*, & ipſa à S.Auguſtino Ser.53.
appellatur *arx virtutum*, ab Apoſtolo verò *plenitudo legis* de temp.
& vinculum perfectionis. Sed egregiè S.Proſper eius vim, Rom.13.
proprietates, & effectus deſcribit in hunc modum: *Cha-* Coloſſ. 3.
ritas, inquit, *eſt recta, vt mihi videtur, voluntas ab homini-* Lib.3.de
bus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa, iuncta Deo inſepa- vita con-
rabiliter & vnita, igne quodam ſancti Spiritus, à quo eſt, & templati-
ad quem refertur, incenſa; inquinamenti omnis extranea, ua,c.13.
corrumpi neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſupra omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa; affectionum omnium

potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma actionum bonarum, ſalus morum, finis cœleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctarum mētium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, in peccatis ſuis mortuos ſuſcitat, languentes ſanat, perditos inſtruit, ſpem deſperatis inſpirat, pacificas mentes inhabitat, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus fidelibus; quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium ſeruit, ex qua quicquid eſt boni operis viuit, ſub qua obedientia creſcit, per quā patientia vincit, propter quā cardinalia blandimenta deuotio religioſa contemnit, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit, Hæc Proſper.

Adde his fide Chriſtianos eſſe nos bonos autem, hoc eſt Dei amicos, gratia & charitate: *Cùm enim quæritur*, inquit S. Aug. *vtrum quiſque ſit homo bonus, non quæritur quid credat, aut ſperet, ſed quid amet*. Et alibi idem docet: *Nihil eſſe iſto Dei dono excellentius*.

Enchir. ad Laurent. cap. 117. Lib. 15. de Trin. c. 18.

Duplex ex charitatis ratio, prior qua Deus diligitur ſuper omnia amabilia, etiam plus quam nos ipſi, de qua præcipitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua*: poſterior qua diligitur proximus ſicut nos ipſi: ſic enim iubetur: *Diliges proximum ſicut te ipſum* vtranque complexus eſt ſanctus Auguſtinus vna definitione. *Charitatem*, inquit, *voco, motum animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter Deum*. nunc de priore tantùm loquimur.

1. Deut. 6. Matt. 22. 2. Lib. 3. de doctrina Chriſt. cap. 10.

Primus gradus amandi Deum eſt propoſitum amandi, cui coniunctus eſt ipſemet amor, prima actio huius gradus eſt, amare Deum quidem, ſed propter beneficia accepta vel ſperata. *Diligam te Domine*; inquit Dauid, *fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus*. ad hanc actionem quomodo perueniat homo, docuit S. Bernard. *Quia carnales ſumus, & de carnis concupiſcentia naſcimur, neceſſe eſt vt cupiditas noſtra vel amor noſter à carne incipiat, quæ ſi recto ordine di-*

Primus gradus. Prima actio. Pſal. 17. De diligendo Deum.

igitur, quibuſdam ſuis gradibus duce gratia proficiens, ſpiritu tandem conſumabitur quia non priùs quod ſpirituale, ſed quod animale, Deinde quod ſpirituale, & priùs neceſſe eſt portemus imaginem terreſtris, deinde cœleſtis. In primis ergo diligit ſeipsū homo propter ſe; caro quippe eſt, & nihil ſapere valet præter ſe, cúmque ſe videt per ſe non poſſe ſubſiſtere, Deum quaſi neceſſarium incipit per fidem inquirere atque diligere, diligit itaque in ſecundo gradu Deum, ſed propter ſe, non propter Deum.

Secunda actio eſt amare Deum propter ſe ipſum, & hæc superiore eſt longè perfectior, ſic habet S. Auguſtinus. *Amicitiæ amor*, inquit, *debet eſſe gratuitus: non enim propterea debes habere animum, vel amare, vt aliquid tibi præſtet. Si propterea illum amas, vt præſtet tibi vel pecuniã, vel aliquod commodum temporale non illum amas, ſed illud, quod præſtat, amicus gratis amandus eſt propter ſeſe, non propter aliud, ſi hominem te hortatur amicitiæ regula vt gratis diligas: quàm gratis amandus eſt Deus qui iubet vt hominem diligas? nihil delectabilius Deo: nam in homine ſunt quæ offendant; per amicitiam tamen cogis te, vt etiam illa, quæ offendunt, in homine toleres propter amicitiam, ergo non debes propter quædam toleranda diſſoluere amicitiam; Dei amicitia quibus rebus debet cogi, vt diſſoluatur à te?* Sanctus autem Bernardus tradit modum, quo ad poſteriorem hanc actionem peruenitur: *Cùm Deum cœperit homo occaſione propriæ neceſſitatis colere & frequentare cogitando, legendo, orando, obediendo quadam huiuſcemodi familiaritate, paulatim ſenſimq́ue Deus innoteſcit, conſequenter & dulceſſit, & ſic guſtato quàm ſuauis eſt Dominus tranſit ad illum gradum, vt diligat Deum non iam propter ſe, ſed propter ipſum, ſanè in hoc gradu diu ſtatur.* Addit verò ſanctus Auguſtinus. *Sed dicturus es mihi, non Deum video, quomodo ſum amaturus, quem non video? Modò oſtendo, ecce amas amicū gratis. Sed fortè homo ſenex eſt amicus iſte tuus. Quid amas in ſene; incuruū corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam? Corpus, quod vides, non amas, quia deforme eſt, vnde vides, quod amas? reſponſurus es te amare, quia homo eſt fidelis, ergo fidē amas quibus oculis videtur fides, ipſis oculis videtur Deus*, ex quib⁹ intelligimus cogni-

Secunda actio.

Homil. 38. *Libr. 50. hom.*

Ibidem.

Ibidem.

tionem Dei viam ſternere ad amorem Dei: cognoſce autem Deum cogitando,orando,legendo,obediendo.

Tertia actio. Tertia actio charitatis in Deum eſt impetrare officia & actus omnium aliarum virtutum,efficeréque vt exerceantur propter deum ſolum:eſt enim charitas arx & regina virtutum,hæc autem actio,ſi rectè obeatur, gratiſſima Deo eſt & homini vtiliſſima,quippe quę totum hominem Deo dicat, & cōplet innumeris magnîſque meritis bonorum operum.

Secundus gradus. *In Pſ.47.* *Cant.8.* Secundus charitatis gradus eſt fortitudo,quæ ſanè par eſt dignitati eius,hoc eſt,maxima. Audiatur S. Auguſtinus & Scriptura ſacra: *Intellige,*inquit,*vim charitatis,ipſa eſt virtus,quam nemo vincit, huius ignem nulli fluctus ſeculi, nulla flumina tentationis extinguunt, de hac dictum eſt: valida eſt, vt mors, dilectio. Quomodo enim mors quando venit, reſiſti ei non poteſt,quibuſlibet artibus, quibuſlibet medicamentis occurras violentiam mortis vitare non potes, quia mortalis natus es: ſic contra violentiam charitatis mundus nihil poteſt: à contrario enim ſimilitudo data eſt de morte, quomodo enim mors ad auferendum violentiſſima eſt,ſic charitas violentiſſima eſt ad ſaluandum.*

Ad hunc gradum maximè ſpectat nobiliſſima omnium actionum, quæ propter Deum obiri poſſunt ab homine mortali,nempe martyriū, de quo Dominus dixit: *Maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* (*Ioan.15.*) & qua proximè Chriſtum imitamur, qui poſtquam de ſua morte & paſſione locutus eſſet,addidit; *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* (*Ioan.12.*) Et: *Qui perdiderit animam ſuam,inueniet eam* nec martyriū ſolùm,ſed etiam ſpiritualis mors,qua homo moritur mundo, vt Chriſto viuat in perfectionis ſtatu. Ob id pergit S. Auguſtinus: (*Ibidem.*) *Per charitatem multi mortui ſunt ſæculo, vt viuerent Deo. hac charitate accenſi martyres,non ſimulati, non vanagloria ventilati: ſed tales, quos verè Chriſti charitas perduceret ad paſſionem.* Legantur quæ ſequuntur.

Tertius gradus. *Gal.5.* *1.Cor.13.* Tertius gradus eſt alacritas:copulatur enim ab Apoſtolo charitas gaudio, & prædicatur ab eodem gaudens, imò ipſemet de ſe teſtatur: *Gaudeo in paſſionibus,*ſine dubio Dei amore toleraris,propter quem etiam *ibant Apo-*

b

ſtoli

Digitized by Google

ſtoli gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, & martyres in tormentis lætitia ſumma & inexplicabili perfuſi, ſe nunquam lautiùs affirmabant epulatos eſſe, quod etiam accidit illis, qui genus vitæ humile & abiectum propter Chriſtum deligentes, poſthabuerunt omnia mundi gaudia deliciáſque, *omnia vt ſtercora arbitrantes, vt Chriſtum lucrifacerent.* Col. ſ.1. Actor.5. Philip.3.

De charitate erga proximum.

CAPVT VII.

EADEM eſt Theologica virtus, qua Deus & qua proximus diligitur propter Deum, vtriuſque enim amoris Deus vnus ratio eſt & cauſa. Hæc proprijs laudibus laudatur ab Apoſtolo, cùm ait: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, & ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum; & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Non æmulatur*, idem eſt ac non inuidet, *non agit perperam*, ac non eſt procax, *non eſt ambitioſa*, vertunt alij, non agit inhoneſtè, vel non eſt faſtidioſa, id eſt, nihil ſibi indecorum putat, quantumlibet vile officium, modò proſit. 1. Cor.13.

De charitatis ordine ſpiritum eſt: *Ordinauit in me charitatem*, qua de re ſic S. Proſper: *Iſte*, inquit: *nobis dilectionis ordo ſeruandus eſt, vt ſicut ordinata charitas poſcit, Deum* Cant.2. Lib. 3. de vita contemplat. cap.15.

principaliter diligamus, & propter ipſum in ipſo ea, quæ diligenda ſunt, tantum, quantum ipſe præcepit, diligamus; ipſe enim præcipit, vt corpora noſtra propter nos, proximum ſicut nos, & ipſum plus diligere quàm nos debeamus: Ita ſanè vt eis, quos nobis coniunctiores familiaritas facit, ſi eos fama non reprobat, & vita commendat, nos amplius impendamus, omnium profectus noſtros eſſe credamus, & de aliorum peccatis, tanquam de noſtris, miſericorditer lugeamus.

Primus gradus charitatis. *Libr. de diligendo Deo.* *Ibidem.*

Primus gradus charitatis erga proximum eſt propoſitum firmum diligendi gratis & propter Deum proximos omnes, gratis, inquam, quia vt ait S. Bernardus: *Licet vera charitas vacua eſſe non poſſit, non eſt tamen mercenaria.* & indigna res eſt charitati alium finem, quàm Deum conſtituere, hęc autem dilectio qualis ſit, indicat S. Proſper: *Secundùm nos*, inquit, *proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos & ad æternam vitam conſequendam, ſicut nobis ſaluti eorum conſulimus, quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus, & ſicut nobis ſubueniri optamus, ita eis pro viribus ſubuenimus, aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniendi tenemus.*

Prima. actio. *1.Cor.13.* *1.Cor.10.*

Prima charitatis actio eſt, amando non aliud, quam proximi bonum propter Deum quærere: *Nam charitas*, inquit Apoſtolus, *non quærit quæ ſua ſunt.* Et alibi præcipit: *Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.* quæ pertinent ad auertendum amorem proprium, qui ſeſe facillimè ingerit in huiuſmodi actiones, & efficit charitatis amicitiam non gratuitam, ſed mercenariam.

Secunda actio. *Ephes. 4.* *1.Theſ.5.*

Secunda actio eſt amare proximi ſpirituale bonum, ad quam ſpectant omnia miſericordię ſpiritualia opera, de quibus Apoſtolus: *Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis, & corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.*

Tertia. actio. *1. Ioan.3.*

Tertia actio eſt opitulari proximo in ijs omnibus, quæ ad eius reliqua bona pertinent, ſiue corporis ſiue externa bona ſint, & hunc referenda ſunt omnia miſericordiæ opera quæ corporalia nominamus, *Filioli mei*, inquit S. Ioannes, *non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate.*

Digitized by Google

Quarta actio eſt ædificatio ſpiritualis. *Vnuſquiſque*, inquit S-Paulus, *proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.* *Quarta actio.* *Rom.15.*

Secundus gradus eſt fortiter conſtanterque proximum diligere. ad quem gradum pertinent Apoſtoli verba: *Charitas omnia ſuffert*, animo videlicet, *& omnia ſuſtinet*, etiam corpore, ſi opus ſit. & quamuis ad primũ etiam gradum ſpectet dilectio inimicorum, maximè propria tamen eſt huius ſecundi, qui facit vt homo vim ſibi afferat aduerſus tentationes odij & vindictæ, ſi quæ inſurgunt nobis in eos, qui nos perſequuntur, aut iniurias nobis damnaque afferunt, hinc eſt quod S. Auguſtino auctore: Charitas oleo comparatur in Euangelio decem virginum. eſt enim illa *via ſupereminentior*, quam nominat Apoſtolus, *omnibus enim*, inquit, *humoribus oleum ſupereminet. Mitte aquam, & ſuperinfunde oleum ſupereminet oleum. Mitte oleum, ſuperinfunde aquam, oleum ſupereminet. Si ordinem ſeruaueris, vincit, ſi ordinem mutaueris, vincit. Charitas nunquam cadit.* Ratio autẽ diligendi inimicum explicatur ab eodem S. Auguſtino: *Sic*, inquit, *diligendus eſt inimicus, non in quantum inimicus, ſed in quantum homo eſt, vt ei hoc velis prouenire, quod tibi, id eſt, vt ad regnum correctus reuocatuſque perueniat.* *Secundus gradus.* *Ser.25. de verbis Domini.* *1.Cor.12.* *Ser.59. de tempore.*

Huius actus eſt tolerantia imbecillitatum erratorumque proximi noſtri. *Debemus enim*, inquit S.Paulus, *nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere* Et: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* *Rom.15.* *Gal.6.*

Tertius gradus eſt charitas erga proximum iuncta gaudio prout etiam coniungitur ab Apoſtolo, cùm numerat fructus ſpiritus dicens: *Charitas, gaudium pax*, ac ſi charitatem perfectam cõſequatur illico gaudiũ. Certè idem valde vult, vt charitatem exerceamus alacriter: *Qui miſeretur*, inquit, *in hilaritate*. Et alibi: *Non ex triſtitia, hilarem enim datorem diligit Deus.* *Tertius gradus.* *Gal.5.* *Rom.12.* *2.Cor.9.*

Indicium vtriuſque charitatis eſt in primis zelus animarum.

*

De zelo animarum.

CAP. VIII.

In Pſ.18. Conc. 18.

ZELVS *effectus amoris eſt*, vt ſcribit S.Auguſtinus. Quare cùm charitas ſit amor, & amicitia quædã excellens, ex ea etiã exiſtet zelus. & quia duplex eſt charitas, erga proximum vna, altera erga Deum, duplex etiam zelus eſt, alter, quo bonum proximi procuratur, & eiuſdem malum auertitur; alter, quo Dei gloriam quæritur, & repellitur id, quod contra dignitatẽ eius eſt. Qua de re ſic S.Thomas: *Amor*, inquit: *amicitiæ quærit bonum amici, vnde quando eſt intenſius, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici; & ſecundùm hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando ſi quæ dicuntur vel fiunt contra bonum amici, homo repellere ſtudet. & per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, quæ ſunt contra honorem vel voluntatẽ Dei, repellere ſecundùm poſſe conatur, ſecundùm illud: Zelatus ſum pro Domino exercituum.*

1.2.q.38. art.4.

3.Reg.19.

Proficiens vtroque zelo munitum pectus gerere debet: eo tamen maximè, quo incendi ſolent veri Dei amatores ad omni ſtadio procurandam ſalutem animarum, tanquam Deo ſummè gratam, præſertim ſi id vitæ ab eo inſtitutæ conſentaneum ſit ad quam rem proderit legiſſe, quæ ſcribit S.Chryſoſtomus: *Nihil*, inquit, *ita gratum eſt Deo, & ita curæ, vt animarum ſalus, ſicut clamat Paulus dicens, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & iterum Deus ipſe ait, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. & propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neque vt ſupplicijs nos torqueat, ſed vt ſaluet, & ab errore liberatis regno frui nobis concedat. talem igitur habentes Dominum, tam miſericordem, tam benignum, tam manſuetum, tum noſtræ tum fratrum noſtrorum curam geramus. nam & hoc noſtræ ſalutis argumentum erit & occaſio ſi non ſolùm pro nobis ipſis ſoliciti, ſed & proximo vtiles fuerimus, ipſum ad viam veritatis manu*

Hom.3. in Geneſ. 1.Tim. 2. Ezec.18.

ducen

ducentes. & vt ſciatis quantum bonum ſit, cum ſalute noſtra & alios lucrari, audi Prophetam ex perſona Dei dicentem, qui educit precioſum à vili, quaſi os meum erit. Quid hoc? Qui ab errore ad veritatem, ait, manu duxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit pro virili humano, me imitatur. etenim ipſe cùm Deus ſit, propter nihil aliud noſtram induit carnem, & omnia alia humana ſuſtinuit, & crucem quoque ſuſcepit. niſi vt nos peccato obboxios à maledicto liberaret, & hoc quoque Paulus clamat, dicens: Chriſtus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictũ. Si igitur ipſe, qui Deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob miſericordiam ineffabilem hæc omnia propter nos & ſalutem noſtram ſuſcepit; cur non & nos erga fratres iuſti ſumus, agnoſcenteſque eos vt membra noſtra, & eripiẽtes ex Diaboli faucibus in viam virtutis inducimus? Concludit autem præ omnibus alijs huius vitæ curis de ſalute animarum agendum cum proximis. Et alibi: *Nihil,* inquit, *eſt, quod animæ poſſit æquiparari, ne vniuerſus quidem mundus. Itaque ſi immenſas pecunias pauperibus eroges; plus tamen effeceris, ſi vnam conuerteris animam.*

Hier. 15.

Gal. 3.

Hom. 9. in 1. Cor.

S. Gregorius ſic verò ſcribit: *O quàm vtilis eſt peccatorum remiſsio, quæ conuerſos non ſolùm à peccatis liberos efficit, ſed etiam alios à via impietatis & iniuſtitiæ retrahit, flammam charitatis accendit? hæc eſt enim charitatis euidens probatio, & cui per gratiam Dei contigerit à peccatorum vinculis eripi, ipſe ex zelo ſtudeat ad ſpem veniæ delinquentes hortari: nullum quippe tam gratum Deo eſt ſacrificium, quàm zelus animarum. exerceat ergo ſe in via Dei, cui Deus peccata dimiſit, & exemplo ſuo peccatores quoſque ad pœnitentiæ confugere remedium admoneat.*

In Pſal. pœniten. In Pſal. miſerere.

Repetendum eſt etiam memoria ſæpe, Chriſtum pro ſalute animarum vitam ſanguinemque profudiſſe: idque in cruce, reſpondiſſeque Carpo Epiſcopo (vt auctor eſt S. Dionyſius) *Se iam Cœlis triumphantem, ſi opus eſſet, iterum pro ſalute hominum, morte obiturum.*

Epiſt. ad Demophilum.

Primus igitur zeli animarum gradus ſit propoſitum hoc tam inſigne Charitatis officium obeundi, quacunque occaſione oblata. quis enim eſt qui tantum beneficiũ cùm poſſit proximo conferre, aut grauetur aut nolit?

Primus gradus.

Prima actio.

Prima igitur actio zeli huius timor eſt, hac de re reddendæ rationis Deo, ſi id, quod tam facilè tantoque proximi emolumento præſtare potuerimus, negligamus: *Nemo dicat*, inquit S. Gregorius, *admonere non ſufficio, adhortari idoneus nō ſū: quantu potes, exhibe, ne maleſeruatum talentum, quod acceperas, in tormentis pendere exigaris.*

Homil. 6. in Matt.

Secunda actio.

Secunda actio eſt tantum induſtriæ in re hac collocare, quantum ſuggerunt gratiæ diuinæ vires, quibus nos a Deo præuentos corroboratoſque eſſe intelligimus. neque enim eadem ab omnibus expectanda ſunt, ſatiſque eſt, ſi ſe quiſq; pro acceptæ gratiæ viribus exerceat: *In quantum*, ait S. Gregorius, *vos profeciſſe penſatis, etiam vobiſcum alios trahite, in via Domini ſocios habere deſiderate, ſi ad Deum tenditis, curate, ne ad eum ſoli veniatis. hinc in Apocalypſi ſcriptum eſt: Qui audit, dicat: veni, vt qui iam in corde vocem ſuperni amoris acceperit, foras etiam proximis vocem exhortationis reddat, & fortaſſe panem, vt indigenti porrigat, non habet, ſed maius eſt, quod tribuere valeat, qui linguam habet: plus enim eſt verbi pabulo victurā in perpetuum mentem reficere, quàm ventrem moritura carnis terreno pane ſatiare.*

Ibidem.

Apoc. 22.

Tertia actio. Iacob. 5.

Tertia actio eſt oratio pro ijs, quos ope noſtra ſpirituali indigere cognoſcimus: *Orate*, inquit S. Iacobus, *pro inuicem, vt ſaluemini.* Et paulo pòſt: *Si quis ex vobis errauerit à veritate, & cōuerterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & aperiet multitudinem peccatorum.*

Quarta actio. 1. Cor. 7. 1. Pet. 2.

Quarta actio eſt ædificatio ſanctæ conuerſationis: hac enim plerūque magis quàm verbo peccatores incitātur ad pœnitentiā: *Sanctificatur*, ait Apoſtolus, *vir infidelis per mulierem fidelem.* Et S. Petrus: *Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam.*

Quinta actio. Mat. 18.

Quinta actio eſt Correctio de qua Dominus in Euāgelio præcepit, & poſt præceptum ait: *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Quo loco monendus eſt proficiens, vt operam det huic Domini mandato, eo ordine & modo, quem charitas requirit, ne fortè remiſſior ſit in corrigendo, quàm res exigit, aut etiam ita præceps, vt offendat potiùs fratrem perdatve, quàm lucretur: *Zelus*,

inquit

inquit S. Bernardus, *abſque ſcientia minùs efficax minuſque vtilis inuenitur; plerūque autem & pernicioſus valde ſentitur. quo igitur zelus feruidior ac vehementior ſpiritus, profuſiorque charitas, eo vigilantiori opus ſcientia eſt, quæ zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem.* Ser. 49. in Cant.

Secundus gradus eſt fortitudo & conſtantia zeli qualis fuit in Apoſtolo cùm ait: *Reſtiti ei in faciem, quia reprehenſibilis erat.* Qualis in S. Ioanne Baptiſta, cùm dicebat Herodi: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Quòd ſi accidat, vt labori noſtro fructus, quem optamus, non reſpondeat, hincque in animo exoriatur mæror & gemitus, id non tam detrimentum zeli eſt, quam indicium fortitudinis & conſtantis charitatis, cuius eſt, vt diximus, omnia ſufferre. hoc enim eſt quod ait Dauid: *Zelus domus tuæ comedit me*, id eſt, exedit me. Et alibi: *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei*, Et: *Vidi præuaricantes, & tabeſcebam* Quē diſcipuli etiam in Domino Ieſu Chriſto in Euangelio agnouerunt, quo loco S. Auguſtinus: *Quis comeditur zelo Domus Dei? qui omnia, quæ fortè ibi videt peruerſa, ſatagit emendare, cupit corrigere, non quieſcit. ſi emendare non poteſt, tolerat, gemit.* Ibidem multa hac de re S. Pater, & ad extremum ſic habet: *Quomodo dat Deus aditum, quo modo aperit ianuam verbo ſuo, nolite quieſcere lucrari Chriſto, quia lucrati eſtis à Chriſto.* Secundus gradus. Gal. 2. Marc. 6. Pſal. 78. Pſ. 118. Ioan. 2. tract in Ioan. cap. 10.

Terius zeli gradus eſt alacritas, quæ in in Apoſtolo Paulo excellentiſſima fuit: *Optabam*, inquit, *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Et: *Ego libentiſſimè impendam, & ſuper impendar ipſe, pro animabus, veſtris licet plus vos diligens minus diligar.* Ad hunc gradum pertinet oratio Moyſis ad Dominum: *Aut dimitte illis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti*; Et facinus admirandum S. Pauli, qui ſe vendi voluit, pro filio viduæ redimendo, vt narrat ſanctus Gregorius, & hæc ſunt zeli apertiora indicia. Tertius gradus. Rom. 9. 2. Cor. 12 Exod. 32. Libr. 3. Dial. c. 1.

***

quàm rectè viuendi agendíve. Certum eſt, Deum non irridere nos, ac ideò non vocaſſe nos vocatione ſua ſancta ad perniciem; ſed ad ſalutem hortatur ipſe, præcipit vt pręceptis eius obtęperemus, pollicetur bonis actionibus præmium ſempiternum: hoc eſt, ſeipſum, quis auſit ſuſpicari Deum aliter velle aut decernere, quam prædicet aut iubeat? Quæramus, petamus gratiam & vitam æternam: nam quæ iam à Deo accepimus ad ea, quæ adhuc expectamus, poſtulanda donata ſunt: *Quamuis enim,* inquit S. Ambroſius, *omnia bona dona ſint Dei, à Deo tamen quædam etiam non petita tribuuntur, vt per ipſa, quæ accepta ſunt, ea, quæ nondum ſunt donata, quærantur. Denique nemo ſperauit in Deo, & confuſus eſt. In te Domine ſperaui, non confundar in æternum.*

Tertiò. *Lib. 2. de vocatione gentiũ cap. 2.* *Eccl. 2.* *Pſal. 30.*

Secundus ſpei gradus eſt fortitudo ſpei, quæ idcirco ab Apoſtolo comparatur galeæ, & alibi nominatur *anchora tuta & firma.* de quo robore, ſimúlque de rationibus, quibus homo id poſſit adipiſci, ſic ſcribit S. Bernardus: *tria ſunt, quæ ſic roborant & confirmant cor meum, vt nulla me penuria meritorum, nulla conſideratio propria vtilitatis, nulla æſtimatio cœleſtis beatitudinis ab altitudine ſpei deiicere poſſit in ea firmiter radicatum. Tria igitur conſidero, in quibus tota ſpes mea conſiſtit, charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis, murmuret iam quantum voluerit, inſipiens cogitatio mea dicens: quis enim es? aut quanta eſt gloria illa, quibúſve meritis obtinere ſperas hanc? & ego fiducialiter reſpondebo. ſcio, cui credidi, & certus ſum, quia in charitate nimia adoptauit me, quia verax in promiſſione, quia potens in exhibitione. licet enim ei facere quod voluerit. hic eſt funiculus triplex, qui difficilè rumpitur, quem nobis à patria noſtra in hunc carcerem vſque demiſſum, firmiter obſecro teneamus, vt ipſe nos ſubleuet, ipſe nos trahat, & pertrahat vſque ad conſpectum magni Dei.* Denique occurrendum deſperationi, vti ſuprà dicebamus, adiunctis iis quæ ſecundò libro dicta ſunt contra puſillanimitatem.

2. Theſ. 1. *Heb. 6.* *Ser. 3. de 8. panib⁹.*

Tertius gradus eſt alacritas, de qua S. Paulus: *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio in credendo, vt abundetis in ſpe & virtute Spiritus ſancti.* hac profuſus dicebat

Tertius gradus. *Rom. 15.*

David:

Dauid: *Quoniam tu es Domine ſpes mea.* in quæ verba idem S. Bernardus, qui poſt multa ſic: *Saluabit eos. quare? quibus meritis? audi, quid ſequitur: Quia ſperauerunt in eo, dulcis cauſa, attamen efficax, attamen irrefragabilis. De quacumque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Ecce numera tribulationes ſecundùm multitudinem earum conſolationes eius lætificabunt animam tuam, dummodo ad alium non conuertaris, dummodo clames ad eum, dummodo ſperes in eum, nec humile aliquod vel terrenum, ſed altiſſimum ponas refugium tuum.* Pſal. 90. Ser. 9. in Pſal. Qui habitat. Pſal. 36.

Ego verò opinor, quemadmodum fides, vt diximus, efficit actiones illas heroicas, quibus propter Dei gloriam homo ſeipſum réſque humanas omnes animosè fortitérque contemnit; ſic ſpem maximè iuuare proficientem ad perſeuerandum conſtantiſſimè in eodem ſuſcepto propoſito vſque ad finem.

De charitate ergo Deum.

CAPVT VI.

CHARITAS tertia Theologica virtus eſt maior reliquarum, vt ait Apoſtolus: nam Deus, quem fides cognoſcendum nobis proponit in ænigmate; & ſpes deſiderandum, vt ſummum noſtrum bonũ, charitas affert, & dat amandum, vt ſummum bonum per ſe & in ſeipſo. quare mandatum de ea dicitur à Domino *primum & maximum*, & ipſa à S. Auguſtino appellatur *arx virtutum*, ab Apoſtolo verò *plenitudo legis & vinculum perfectionis*. Sed egregiè S. Proſper eius vim, proprietates, & effectus deſcribit in hunc modum: *Charitas*, inquit, *eſt recta, vt mihi videtur, voluntas ab hominibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter & vnita, igne quodam ſancti Spiritus, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa; inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſupra omnia, quæ carnaliter diliguntur, excelſa; affectionum omnium* Mat. 22. Ser. 53. de temp. Rom. 13. Coloſſ. 3. Lib. 3. de vita contemplatiua, c. 13.

potentiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus ſemper inuicta, ſumma actionum bonarum, ſalus morum, finis cæleſtium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, anima ſanctarum mentium, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, in peccatis ſuis mortuos ſuſcitat, languentes ſanat, perditos inſtruit, ſpem deſperatis inſpirat, pacificas mentes inhabitat, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus fidelibus; quam fides concipit, ad quam ſpes currit, cui profectus omnium ſeruit, ex qua quicquid eſt boni operis viuit, ſub qua obedientia creſcit, per quã patientia vincit, propter quã cardinalia blandimenta deuotio religioſa contemnit, ſine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare, nec poterit, Hæc Proſper.

Enchir. ad Laurent. cap. 117. Lib. 15. de Trin. c. 18. Adde his fide Chriſtianos eſſe nos bonos autem, hoc eſt Dei amicos, gratia & charitate: *Cùm enim quæritur*, inquit S. Aug. *vtrum quiſque ſit homo bonus, non quæritur quid credat, aut ſperet, ſed quid amet*. Et alibi idem docet: *Nihil eſſe iſto Dei dono excellentius*.

1. Deut. 6. Matt. 22. Duplex ex charitatis ratio, prior qua Deus diligitur ſuper omnia amabilia, etiam plus quam nos ipſi, de qua præcipitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex tota fortitudine tua*: poſterior qua diligitur proximus ſicut nos ipſi: ſic enim iubetur: *Diliges proximum ſicut te ipſum* vtranque complexus eſt ſanctus Auguſtinus vna definitione. 2. Lib. 3. de doctrina Chriſt. cap. 10. *Charitatem*, inquit, *voco, motum animi ad fruendum Deo propter ipſum, & ſe atque proximo propter Deum*. nunc de priore tantùm loquimur.

Primus gradus. Prima actio. Primus gradus amandi Deum eſt propoſitum amandi, cui coniunctus eſt ipſemet amor, prima actio huius gradus eſt, amare Deum quidem, ſed propter beneficia accepta vel ſperata. Pſal. 17. *Diligam te Domine*, inquit Dauid, *fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus*. ad hanc actionem quomodo perueniat homo, docuit S. Bernard. De diligendo Deum. *Quia carnales ſumus, & de carnis concupiſcentia naſcimur, neceſſe eſt vt cupiditas noſtra vel amor noſter à carne incipiat, quæ ſi recto ordine di-*

rigitu

rigitur, quibuſdam ſuis gradibus duce gratia proficiens, ſpiritu tandem conſumabitur, quia non priùs quod ſpirituale, ſed quod animale, Deinde quod ſpirituale, & priùs neceſſe eſt portemus imaginem terreſtris, deinde cœleſtis. In primis ergo diligit ſeipsũ homo propter ſe; caro quippe eſt, & nihil ſapere valet præter ſe, cúmque ſe videt per ſe non poſſe ſubſiſtere, Deum quaſi neceſſarium incipit per fidem inquirere atque diligere, diligit itaque in ſecundo gradu Deum, ſed propter ſe, non propter Deum.

Secunda actio eſt amare Deum propter ſe ipſum, & hæc ſuperiore eſt longè perfectior, ſic habet S. Auguſtinus. *Amicitiæ amor,* inquit, *debet eſſe gratuitus: non enim propterea debes habere animum, vel amare, vt aliquid tibi præſtet. Si propterea illum amas, vt præſtet tibi vel pecuniã, vel aliquod commodum temporale non illum amas, ſed illud, quod præſtat, amicus gratis amandus eſt propter ſeſe, non propter aliud, ſi hominem te hortatur amicitiæ regula vt gratis diligas: quàm gratis amandus eſt Deus qui iubet vt hominem diligas? nihil delectabilius Deo: nam in homine ſunt quæ offendant; per amicitiam tamen cogis te, vt etiam illa, quæ offendunt, in homine toleres propter amicitiam, ergo non debes propter quædam toleranda diſſoluere amicitiam; Dei amicitia quibus rebus debet cogi, vt diſſoluatur à te?* Sanctus autem Bernardus tradit modum, quo ad poſteriorem hanc actionem peruenitur: *Cùm Deum cœperit homo occaſione propriæ neceſſitatis colere & frequentare cogitando, legendo, orando, obediendo quadam huiuſcemodi familiaritate, paulatim ſenſimq́; Deus innoteſcit, conſequenter & dulceſſit, & ſic guſtato quàm ſuauis eſt Dominus tranſit ad illum gradum, vt diligat Deum non iam propter ſe, ſed propter ipſum, ſanè in hoc gradu diu ſtatur.* Addit verò ſanctus Auguſtinus. *Sed dicturus es mihi, non Deum video, quomodo ſum amaturus, quem non video? Modò oſtendo, ecce amas amicũ gratis. Sed fortè homo ſenex eſt amicus iſte tuus. Quid amas in ſene; incuruũ corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam? Corpus, quod vides, non amas, quia deforme eſt, unde vides, quod amas? reſponſurus es te amare, quia homo eſt fidelis, ergo fidẽ amas quibus oculis videtur fides, ipſis oculis videtur Deus,* ex quib⁹ intelligimus cogni-

Secunda actio.
Homil. 38. Libr. 50. hom.

Ibidem.

Ibidem.

tionem Dei viam ſternere ad amorem Dei: cognoſce autem Deum cogitando, orando, legendo, obediendo.

Tertia actio. Tertia actio charitatis in Deum eſt impetrare officia & actus omnium aliarum virtutum, efficeréque vt exerceantur propter deum ſolum: eſt enim charitas arx & regina virtutum, hæc autem actio, ſi rectè obeatur, gratiſſima Deo eſt & homini vtiliſſima, quippe quę totum hominem Deo dicat, & cõplet innumeris magníſque meritis bonorum operum.

Secundus gradus. *In Pſ. 47.* *Cant. 8.* Secundus charitatis gradus eſt fortitudo, quæ ſanè par eſt dignitati eius, hoc eſt, maxima. Audiatur S. Auguſtinus & Scriptura ſacra: *Intellige*, inquit, *vim charitatis, ipſa eſt virtus, quam nemo vincit, huius ignem nulli fluctus ſeculi, nulla flumina tentationis extinguunt, de hac dictum eſt: valida eſt, vt mors, dilectio. Quomodo enim mors quando venit, reſiſti ei non poteſt, quibuſlibet artibus, quibuſlibet medicamentis occurras violentiam mortis vitare non potes, quia mortalis natus es: ſic contra violentiam charitatis mundus nihil poteſt: à contrario enim ſimilitudo data eſt de morte, quomodo enim mors ad auferendum violentiſſima eſt, ſic charitas violentiſſima eſt ad ſaluandum.*

Ioan. 15. Ad hunc gradum maximè ſpectat nobiliſſima omnium actionum, quæ propter Deum obiri poſſunt ab homine mortali, nempe martyriũ, de quo Dominus dixit: *Maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* & qua proximè Chriſtum imitamur, qui poſtquam de ſua morte & paſſione locutus eſſet, addidit; *Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.* Et: *Qui perdiderit animam ſuam, inueniet eam* nec martyriũ ſolùm, ſed etiam ſpiritualis mors, qua homo moritur mundo, vt Chriſto viuat in perfectionis ſtatu. Ob id pergit S. Auguſtinus: *Per charitatem multi mortui ſunt ſæculo, vt viuerent Deo. hac charitate accenſi martyres, non ſimulati, non vanagloria ventilati: ſed tales, quos verè Chriſti charitas perduceret ad paſſionem.* Legantur quæ ſequuntur.

Ioan. 12.

Ibidem.

Tertius gradus. *Gal. 5.* *1. Cor. 13.* Tertius gradus eſt alacritas: copulatur enim ab Apoſtolo charitas gaudio, & prædicatur ab eodem gaudens, imò ipſemet de ſe teſtatur: *Gaudeo in paſſionibus*, ſine dubio Dei amore toleratis, propter quem etiam *ibant Apo-*

b

ſtoli

ſtoli gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati, & martyres in tormentis lætitia ſumma & inexplicabili perfuſi, ſe nunquam lautiùs affirmabant epulatos eſſe, quod etiam accidit illis, qui genus vitæ humile & abiectum propter Chriſtum deligentes, poſthabuerunt omnia mundi gaudia deliciáſque, *omnia vt ſtercora arbitrantes, vt Chriſtum lucrifacerent*. *Col. 5. 1. Actor. 5.* *Philip. 3.*

De charitate erga proximum.

CAPVT VII.

EADEM eſt Theologica virtus, qua Deus & qua proximus diligitur propter Deum, vtriuſque enim amoris Deus vnus ratio eſt & cauſa. Hæc proprijs laudibus laudatur ab Apoſtolo, cùm ait: *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens, & ſi habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, & omnem ſcientiam, & ſi habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum; & diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Non æmulatur*, idem eſt ac non inuidet, *non agit perperam*, ac non eſt procax, *non eſt ambitioſa*, vertunt alij, non agit inhoneſtè, vel non eſt faſtidioſa, id eſt, nihil ſibi indecorum putat, quantumlibet vile officium, modò proſit. *1. Cor. 13.*

De charitatis ordine ſpiritum eſt: *Ordinauit in me charitatem*, qua de re ſic S. Proſper: *Iſte*, inquit: *nobis dilectionis ordo ſeruandus eſt, vt ſicut ordinata charitas poſcit, Deum* *Cant. 2. Lib. 3. de vita contemplat. cap. 15.*

principaliter diligamus, & propter ipſum in ipſo ea, quæ diligenda ſunt, tantum, quantum ipſe præcepit, diligamus; ipſe enim præcipit, ut corpora noſtra propter nos, proximum ſicut nos, & ipſum plus diligere quàm nos debeamus: Ita ſanè ut eis, quos nobis coniunctiores familiaritas facit, ſi eos fama non reprobat, & vita commendat, nos ampliùs impendamus, omnium profectus noſtros eſſe credamus, & de aliorum peccatis, tanquam de noſtris, miſericorditer lugeamus.

Primus gradus charitatis. Primus gradus charitatis erga proximum eſt propoſitum firmum diligendi gratis & propter Deum proximos omnes, gratis, inquam, quia vt ait S. Bernardus: *Licet vera charitas vacua eſſe non poſſit, non eſt tamen mercenaria.* & indigna res eſt charitati alium finem, quàm Deum conſtituere, hęc autem dilectio qualis ſit, indicat S. Proſper: *Secundùm nos*, inquit, *proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos & ad æternam vitam conſequendam, ſicut nobis ſaluti eorum conſulimus, quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus, & ſicut nobis ſubueniri optamus, ita eis pro viribus ſubuenimus, aut ſi facultas defuerit, voluntatem ſubueniendi tenemus.*

Libr. de diligendo Deo.

Ibidem.

Prima actio. Prima charitatis actio eſt, amando non aliud, quam proximi bonum propter Deum quærere: *Nam charitas*, inquit Apoſtolus, *non quærit quæ ſua ſunt.* Et alibi præcipit: *Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quod alterius.* quæ pertinent ad auertendum amorem proprium, qui ſeſe facillimè ingerit in huiuſmodi actiones, & efficit charitatis amicitiam non gratuitam, ſed mercenariam.

1. Cor. 13.

1. Cor. 10.

Secunda actio. Secunda actio eſt amare proximi ſpirituale bonum, ad quam ſpectant omnia miſericordię ſpiritualia opera, de quibus Apoſtolus: *Eſtote inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem, ſicut Deus in Chriſto donauit vobis, & corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.*

Epheſ. 4.

1. Theſ. 5.

Tertia actio. Tertia actio eſt opitulari proximo in ijs omnibus, quæ ad eius reliqua bona pertinent, ſiue corporis ſiue externa bona ſint, & hunc referenda ſunt omnia miſericordiæ opera quæ corporalia nominamus, *Filioli mei*, inquit S. Ioannes, *non diligamus verbo neque lingua, ſed opere & veritate.*

1. Ioan. 3.

Quarta actio eſt ædificatio ſpiritualis. *Vnuſquiſque*, inquit S-Paulus, *proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.* *Quarta actio. Rom.15.*

Secundus gradus eſt fortiter conſtanterque proximum diligere. ad quem gradum pertinent Apoſtoli verba: *Charitas omnia ſuffert*, animo videlicet, *& omnia ſuſtinet*, etiam corpore, ſi opus ſit. & quamuis ad primũ etiam gradum ſpectet dilectio inimicorum, maximè propria tamen eſt huius ſecundi, qui facit vt homo vim ſibi afferat aduerſus tentationes odij & vindictæ, ſi quæ inſurgunt nobis in eos, qui nos perſequuntur, aut iniurias nobis damnaque afferunt, hinc eſt quod S. Auguſtino auctore: Charitas oleo comparatur in Euangelio decem virginum. eſt enim illa *via ſupereminentior*, quam nominat Apoſtolus, *omnibus enim*, inquit, *humoribus oleum ſupereminet. Mitte aquam, & ſuperinfunde oleum ſupereminet oleum. Mitte oleum, ſuperinfunde aquam, oleum ſupereminet. Si ordinem ſeruaueris, vincit, ſi ordinem mutaueris, vincit. Charitas nunquam cadit.* Ratio autẽ diligendi inimicum explicatur ab eodem S. Auguſtino: *Sic*, inquit, *diligendus eſt inimicus, non in quantum inimicus, ſed in quantum homo eſt, vt ei hoc velis prouenire, quod tibi, id eſt, vt ad regnum correctus reuocatuſque perueniat.* *Secundus gradus. Ser.25. de verbis Domini. 1.Cor.12 Ser.59. de tempore.*

Huius actus eſt tolerantia imbecillitatum erratorumque proximi noſtri. *Debemus enim*, inquit S.Paulus, *nos firmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere* Et: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* *Rom.15. Gal.6.*

Tertius gradus eſt charitas erga proximum iuncta gaudio prout etiam coniungitur ab Apoſtolo, cùm numerat fructus ſpiritus dicens: *Charitas, gaudium pax*, ac ſi charitatem perfectam cõſequatur illico gaudiũ. Certè idem valde vult, vt charitatem exerceamus alacriter: *Qui miſeretur*, inquit, *in hilaritate*. Et alibi: *Non ex triſtitia, hilarem enim datorem diligit Deus.* *Tertius gradus. Gal.5. Rom.12. 1.Cor.9.*

Indicium vtriuſque charitatis eſt in primis zelus animarum.

★

De zelo animarum.

CAP. VIII.

In Pſ. 18. Conc. 18.

ZELVS *effectus amoris eſt*, vt ſcribit S. Auguſtinus. Quare cùm charitas ſit amor, & amicitia quædẽ excellens, ex ea etiã exiſtet zelus. & quia duplex eſt charitas, erga proximum vna, altera erga Deum, duplex etiam zelus eſt, alter, quo bonum proximi procuratur, & eiuſdem malum auertitur; alter, quo Dei gloriam quæritur, & repellitur id, quod contra dignitatẽ eius eſt. Qua de re ſic S. Thomas: *Amor*, inquit: *amicitia quærit bonum amici, vnde quando eſt intenſus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici; & ſecundùm hoc aliquis dicitur zelare pro amico, quando ſi qua dicuntur vel fiunt contra bonum amici, homo repellere ſtudet. & per hunc etiam modum aliquis dicitur zelare pro Deo, quando ea, quæ ſunt contra honorem vel voluntatẽ Dei, repellere ſecundùm poſſe conatur, ſecundùm illud: Zelatus ſum pro Domino exercituum.*

1. 2. q. 38. art. 4.

3. Reg. 19.

Proficiens vtroque zelo munitum pectus gerere debet: eo tamen maximè, quo incendi ſolent veri Dei amatores ad omni ſtadio procurandam ſalutem animarum, tanquam Deo ſummè gratam, prçſertim ſi id vitæ ab eo inſtitutæ conſentaneum ſit. ad quam rem proderit legiſſe, quæ ſcribit S. Chryſoſtomus: *Nihil*, inquit, *ita gratum eſt Deo, & ita curæ, vt animarum ſalus, ſicut clamat Paulus dicens, qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire: & iterum Deus ipſe ait, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. & propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neque vt ſupplicys nos torqueat, ſed vt ſaluet, & ab errore liberatis regno frui nobis concedat. talem igitur habentes Dominum, tam miſericordem, tam benignum, tam manſuetum, tum noſtræ tum fratrum noſtrorum curam geramus. nam & hoc noſtræ ſalutis argumentum erit & occaſio ſi non ſolùm pro nobis ipſis ſoliciti, ſed & proximo vtiles fuerimus, ipſum ad viam veritatis manu*

Hom. 3. in Geneſ. 1. Tim. 2. Ezec. 18.

Digitized by Google

ducentes. & vt ſciatis quantum bonum ſit, cum ſalute noſtra & alios lucrari, audi Prophetam ex perſona Dei dicentem, qui educit precioſum à vili, quaſi os meum erit. Quid hoc? Qui ab errore ad veritatem, ait, manu duxerit, vel à peccato ad virtutem proximum induxerit pro virili humano, me imitatur. etenim ipſe cùm Deus ſit, propter nihil aliud noſtram induit carnem, & omnia alia humana ſuſtinuit, & crucem quoque ſuſcepit. niſi vt nos peccato obboxios à maledicto liberaret, & hoc quoque Paulus clamat, dicens: Chriſtus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictũ. Si igitur ipſe, qui Deus eſt ineffabilis eſſentiæ, ob miſericordiam ineffabilem hæc omnia propter nos & ſalutem noſtram ſuſcepit; cur non & nos erga fratres iuſti ſumus, agnoſcentesque eos vt membra noſtra, & eripiẽtes ex Diaboli faucibus in viam virtutis inducimus? Concludit autem præ omnibus alijs huius vitæ curis de ſalute animarum agendum cum proximis. Et alibi: *Nihil*, inquit, *eſt, quod animæ poſsit æquiparari, ne vniuerſus quidem mundus. Itaque ſi immenſas pecunias pauperibus eroges; plus tamen effeceris, ſi vnam conuerteris animam.*

Hier. 15.

Gal. 3.

Hom. 9. in 1. Cor.

S. Gregorius ſic verò ſcribit: *O quàm vtilis eſt peccatorum remiſsio, quæ conuerſos non ſolùm à peccatis liberos efficit, ſed etiam alios à via impietatis & iniuſtitiæ retrahit, flammam charitatis accendit? hæc eſt enim charitatis euidens probatio, & cui per gratiam Dei contigerit à peccatorum vinculis eripi, ipſe ex zelo ſtudeat ad ſpem veniæ delinquentes hortari: nullum quippe tam gratum Deo eſt ſacrificium, quàm zelus animarum. exerceat ergo ſe in via Dei, cui Deus peccata dimiſit, & exemplo ſuo peccatores quoſque ad pœnitentiæ confugere remedium admoneat.*

In Pſal. pœniten. In Pſal. miſerere.

Repetendum eſt etiam memoria ſæpe, Chriſtum pro ſalute animarum vitam ſanguinemque profudiſſe: idque in cruce, reſpondiſſeque Carpo Epiſcopo (vt auctor eſt S. Dionyſius) *Se iam Cœlis triumphantem, ſi opus eſſet, iterum pro ſalute hominum, mortę obiturum.*

Epiſt. ad Demophilum.

Primus igitur zeli animarum gradus ſit propoſitum hoc tam inſigne Charitatis officium obeundi, quacunque occaſione oblata. quis enim eſt qui tantum beneficiũ cùm poſſit proximo conferre, aut grauetur aut nolit?

Primus gradus.

Prima

Prima actio. Prima igitur actio zeli huius timor eſt, hac de re reddendæ rationis Deo, ſi id, quod tam facilè tantoque proximi emolumento præſtare potuerimus, negligamus: *Homil.6. in Matt.* *Nemo dicat*, inquit S.Gregorius, *admonere non ſufficio, adhortari idoneus nō ſū: quantū potes, exhibe, ne malè ſeruatum talentum, quod acceperas, in tormentis pendere exigaris.*

Secunda actio. Secunda actio eſt tantum induſtriæ in re hac collocare, quantum ſuggerunt gratiæ diuinæ vires, quibus nos a Deo præuentos corroboratoſque eſſe intelligimus. neque enim eadem ab omnibus expectanda ſunt, ſatiſque eſt, ſi ſe quiſq; pro acceptæ gratiæ viribus exerceat: *Ibidem.* *In quantum*, ait S.Gregorius, *vos profeciſſe penſatis, etiam vobiſcum alios trahite, in via Domini ſocios habere deſiderate, ſi ad Deum tenditis, curate, ne ad eum ſoli veniatis. hinc in Apocalypſi ſcriptum eſt:* *Apoc.22.* *Qui audit, dicat veni, vt qui iam in corde vocem ſuperni amoris acceperit, foras etiam proximis vocem exhortationis reddat, & fortaſſe panem, vt indigenti porrigat, non habet, ſed maius eſt, quod tribuere valeat. qui linguam habet: plus enim eſt verbi pabulo victurā in perpetuum mentem reficere, quàm ventrem moritura carnis terreno pane ſatiare.*

Tertia actio. Iacob.5. Tertia actio eſt oratio pro ijs, quos ope noſtra ſpirituali indigere cognoſcimus: *Orate*, inquit S.Iacobus, *pro inuicem, vt ſaluemini.* Et paulo pòſt: *Si quis ex vobis errauerit à veritate, & cōuerterit quis eum, ſcire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam eius à morte, & aperiet multitudinem peccatorum.*

Quarta actio. 1.Cor.7. 1.Pet.2. Quarta actio eſt ædificatio ſanctæ conuerſationis: hac enim plerūque magis quàm verbo peccatores incitātur ad pœnitentiā: *Sanctificatur*, ait Apoſtolus, *vir infidelis per mulierem fidelem.* Et S.Petrus: *Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam.*

Quinta actio. Mat.18. Quinta actio eſt Correctio de qua Dominus in Euāgelio præcepit, & poſt præceptum ait: *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Quo loco monendus eſt proficiens, vt operam det huic Domini mandato, eo ordine & modo, quem charitas requirit, ne fortè remiſſior ſit in corrigendo, quàm res exigit, aut etiam ita præceps, vt offendat potiùs fratrem perdatve, quàm lucretur: *Zelus*,

inquit

inquit S.Bernardus, *abſque ſcientia minùs efficax minuſque vtilis inuenitur; plerūque autem & pernicioſus valde ſentitur. quo igitur zelus feruidior ac vehementior ſpiritus, profuſiorque charitas, eo vigilantiori opus ſcientia eſt, quæ zelum ſupprimat, ſpiritum temperet, ordinet charitatem.* Ser. 49. in Cant.

Secundus gradus eſt fortitudo & conſtantia zeli qualis fuit in Apoſtolo cùm ait: *Reſtiti ei in faciem, quia reprehenſibilis erat.* Qualis in S. Ioanne Baptiſta, cùm dicebat Herodi: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Quòd ſi accidat, vt labori noſtro fructus, quem optamus, non reſpondeat, hincque in animo exoriatur mæror & gemitus, id non tam detrimentum zeli eſt, quam indicium fortitudinis & conſtantis charitatis, cuius eſt, vt diximus, omnia ſufferre. hoc enim eſt quod ait Dauid: *Zelus domus tuæ comedit me*, id eſt, exedit me. Et alibi: *Tabeſcere me fecit zelus meus, quia obliti ſunt verba tua inimici mei*, Et: *Vidi prauaricantes, & tabeſcebam* Quę diſcipuli etiam in Domino Ieſu Chriſto in Euangelio agnouerunt, quo loco S. Auguſtinus: *Quis comeditur zelo Domus Dei? qui omnia, quæ frotè ibi videt peruerſa, ſatagit emendare, cupit corrigere, non quieſcit. ſi emendare non poteſt, tolerat, gemit.* Ibidem multa hac de re S. Pater, & ad extremum ſic habet: *Quomodo dat Deus aditum, quo modo aperit ianuam verbo ſuo, nolite quieſcere lucrari Chriſto, quia lucrati eſtis à Chriſto.* Secundus gradus. Gal. 2. Marc. 6. Pſal. 78. Pſ. 118. Ioan. 2. tract in Ioan. cap. 10.

Terius zeli gradus eſt alacritas, quæ in in Apoſtolo Paulo excellentiſſima fuit: *Optabam*, inquit, *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.* Et: *Ego libentiſſimè impendam, & ſuper impendar ipſe, pro animabus, veſtris licet plus vos diligens minus diligar.* Ad hunc gradum pertinet oratio Moyſis ad Dominum: *Aut dimitte illis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti;* Et facinus admirandum S. Pauli, qui ſe vendi voluit, pro filio viduæ redimendo, vt narrat ſanctus Gregorius, & hæc ſunt zeli apertiora indicia. Tertius gradus. Rom. 9. 2. Cor. 12 Exod. 32. Libr. 3. Dial. c. 1.

***

De Prudentia.

CAPVT IX.

DE virtutibus Theologicis dicta hactenus ſunt, quæ proficienti ſufficiunt ad earum exercitationem amplectendam, qui plura de his adhuc intelliget ex his quæ tractabuntur ſequentibus libris, quinto præſertim. Deinceps de virtutibus Cardinalibus, & aliis, quæ ex eis deriuantur, agendum eſt. Harum princeps eſt Prudentia, quam hîc tractamus, non alia ratione quàm ea, qua ſpiritualis eſt, & proficientem iuuat ad progrediendum in via ſpiritus, prout poſtulat ratio diuino ſpiritu informata. Hæc autem ſic deſcribitur à S. Auguſtino: *Prudentia eſt amor, ea, quibus adiuuatur in Deum, ab his, quibus impeditur, ſagaciter eligens, & hunc amorem non cuiuſlibet, ſed Dei eſſe diximus, id eſt, ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæq; concordiæ.* Non deſcribit autem S. Auguſtinus prudentiam per amorem, quòd exiſtimet eam non eſſe intellectus habitum: nam eodem libro ſic habet: *Ad prudentiam pertinet dignoſcentia appetendorum & vitandorum.* ſed potiùs vt ſignificet eam ab amore, quem ſummi Dei appellat, hoc eſt, à charitate proficiſci, vel ad prudentiam ſpiritus pertinere, ex amore agere, charitatéque ferri ad ea eligenda, quibus adiuuatur in Deum.

Lib. de morib. Ecc. c. 25.

Cap. 24.

Prudentia non ſolùm virtus eſt, ad proprias actiones ritè obeundas inſtituta, ſed maxima ideo virtus eſt, quia aliarum etiam virtutum officiis ita præeſt, vt eorum norma ſit, ad quã ipſa omnia dirigantur. Ideo S. Gregorius ſic ſcribit: *Cæteræ virtutes, niſi ea, quæ appetunt, prudenter agant, virtutes eſſe nequaquam poſſunt.* Et S. Bernardus: *Diſcretio,* inquit, *omni virtuti ordinem ponit. ordo modum tribuit & decorem, etiam & perpetuitatẽ, Denique ait ordinatione tua perſeuerat dies, diem virtutem appellans. Eſt ergo diſcretio non tam virtus, quàm quædam moderatrix & auriga virtutum, ordinatrixque affectuum, & morum doctrix: tolle hanc, & virtus vitium erit, ipſaque affectio natu-*

Libr. 2. moraliũ, cap. 25.

Ser. 49. in Cant.

Pſal. 118.

ralis

Digitized by Google

ralis in perturbationem magis conuertetur exterminiúmque naturæ.

Ad prudentiam ſpectant pleraque, quæ à Patribus diſſeruntur de diſcretione, à Caſſiano præſertim, qui ita ſcribit inter multa: *Eſt diſcretio non mediocris quædam virtus, nec quæ humana paſſim valeat induſtria comprehendi, niſi diuina fuerit largitate collata.* *Coll.2. cap.1.*

Prudentiæ partitio varia eſt: nam alia prudentia carnis, alia ſpiritus. de vtraque S. Baſilius: *Vna*, inquit, *eſt prudentia proprij commodi cuſtos, & alieni doli obſeruatrix, qualem ſerpens habet. ille ſi quid periculi imminere viderit, caput ſuper omnia cuſtodit. ea videtur eſſe verſutia illa, quæ prona eſt ad proprium commodum, & ſimpliciores defraudandos, quali prudentia fuit ille ſæculi prudens, & iniuſtitiæ œconomus apud Euangelium. vera autem prudentia eorum, quæ agenda ſunt, & non agenda, cognitio eſt, quam ſi quis rectè ſectatus fuerit, nunquam ab officio virtutéque diſcedet, nunquam vitiorum peſtem incurret.* Hæc eadem diuiſio prudentiæ eſt apud Apoſtolum, qui ait: *Prudentia carnis mors eſt, prudentia autem ſpiritus vita & pax: quoniam Sapientia carnis inimica eſt Deo, legi enim Dei non eſt ſubiecta.* Et ad deprauatam quidem prudentiam illam pertinent omnia præcepta tyrannidis illius, quæ nunc ratio ſtatus à quibuſdam dicitur, melius ab Eccleſia tyrannica politia nominatur, cuius ſine dubio finis mors eſt, quia nihil ſapit niſi terrenum atque mortale, *commodum, inquam, proprium*, vt ait S. Baſilius: quamquam etiã mors, hoc eſt peccatum mortale, finis eius eſt, vt plurimum: dummodo enim bene rebus ſuis conſultum ſit, proximi damnum & Dei præpotentis offenſionem nihil curat, proſus *quæ ſua ſunt quærens, non quæ Ieſu Chriſti*. quare prudentia non eſt, ſed fraus, verſutia, & tyrannis. *Hom.12. variorũ argumentorum in principiũ Prouerbiorum.* *Rom.8.* *In indice librorum prohibitorum, c. de correctione librorum.*

Vera porrò prudẽtia triplex eſt, vt auctor eſt S. Thomas: *Vna*, inquit, *ſimpliciter dicta, quæ ordinatur ad bonum proprium: alia œconomica, quæ ordinatur ad bonum commune domus vel familiæ. & tertiò politica, quæ ordinatur ad bonum commune ciuitatis vel Regni.* Et hæc poſtrema adhuc duplex eſt, vt idem docet: *Alia Regia in Principe, qui cuſtos eſt iuſtitiæ, & boni publici procurator; alia militaris, præ-* *2.2.q.47 art.11.* *q.50.art. 1. & 4.*

ſertim in exercitus duce, cuius conſilio inſultantes hoſtes comprimuntur. Cæterùm gradus in prudentia aliter accipiendi ſunt, atque in virtutibus aliis; quæ vel in appetitu ſunt tam rationis quàm ſenſus, vel ab eo magis pēdent, quàm prudentia, quæ habitus intellectus eſt. ideò penes actiones mentis, quæ propriæ prudentiæ ſunt, conſiderantur. hæ autem ſunt tres, conſilium, iudicium, præceptio ſiue imperium.

Primus gradus, Primus igitur prudentiæ gradus eſt conſilium de re agenda vel non agenda, cùm videlicet nos per nos ipſos id cogitamus, vel adhibitis cōſiliariis inquirimus idem: huic prudentiæ parti adiungit Deus, pro inqnita ſua miſericordia, Spiritus ſancti donum, quod idcirco conſilium etiam dicitur, quod nobis à Deo tanquam Conſiliario datur in iis rebus, quas humana ratione conſequi non poſſumus, quæ ſanè innumeræ eſſe poſſunt, vtpote ſingulares, & vt aiunt contingentes. vt propterea dictum
Sap. 9. ſit à Sapiente: *Timidas eſſe cogitationes mortalium, & incertas prouidentias noſtras.*

Prima regula conſilij. Prima cōſilij huius regula eſt diuina lex, ad quam cogitatio & deliberatio omnis proficiētis dirigenda eſt: *Et*
Pſal. 118. *conſiliū meum,* ait Dauid, *iuſtificationes tuæ.* Et Apoſtolus:
2. Cor. 5. *Contendimus placere illi.* Quicquid igitur peccatum eſt, aut ſpeciem peccati præ ſe fert, nec Dei gloriam ſpectat, alienum omnino ſit à conſultatione proficientis.

Secunda regula. Secunda regula eſt oratio ad Deum, qua impetretur auxilium eius ad ea cogitanda & conſtituenda, quæ eius
Ibidem. volūtati legíve conſona ſint; *Dirige me,* ait idem, *in ſemi-*
Pſal. 142 *tam mandatorum tuorum, quia ipſam volui.* Et: *Doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu*

Tertia regula. Tertia regula eſt diligens inquiſitiò & meditatio eorum, de quibus conſilium capitur: hanc enim induſtriam
Pſal. 88. exigit à nobis ille, de quo ſcriptum eſt: *Poſui adiutorium ſuper potente.* Et Salomon quamquam non niſi Deo placita cogitare iuſtum virum aſſerit, ea tamen ipſa ab eo
Prou. 9. conſiderari pronunciat, cùm ait: *Labia iuſti conſiderant placita.* Et Dauid beatum cùm dixiſſet hominem, qui non
Pſal. 1. abiit in conſilio impiorum, ſubiungit: *Sed in lege Domini meditatur die ac nocte.* Et alibi: *Et meditabar in mandatis*

tuis. Et: *lex tua meditatio mea eſt.* Pſal. 118.

Quarta regula eſt ſibi, ſuique cogitantis non multum tribuere: *Ne initaris,* inquit Sapiens, *prudentiæ tuæ.* Quod maximè faciendum eſt, cùm de rebus propriis agitur in huiuſmodi enim deliberationibus & facilius & periculoſiùs erratur præſertim cùm obſtinatè in ſententia perſiſtitur, quod vitium inſectatur accerrimè S. Bernardus his verbis: *Lepra,* inquit, *proprij conſilij eo perniacioſior eſt, quo magis occulta, & quanto plus abundat, tanto ſibi quiſque ſanior eſſe videtur. hæc illorum eſt, qui zelum habent Dei, ſed non ſecundùm ſcientiã, ſequentes errorem ſuum, & obſtinati in eo, ita vt nullis velint conſilijs acquieſcere. hi ſunt vnitatis diuiſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes ſibi, & magni in oculis ſuis, ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, & quæ maior ſuperbia, quã vt vnus homo toti cõgregationi iudicium ſuum præferat, tanquam ipſe ſolus Spiritum Dei habeat? Idololatriæ ſcelus eſt non acquieſcere, & quaſi peccatum ariolandi repugnare. Eant nunc, qui ſe faciunt religioſiores alijs, qui non ſunt ſicut cæteri hominum, ecce arioli & idololatræ facti ſunt.*

Quarta regula. *Prou. 3.* *De reſurrectione, Serm. 3.* *1. Reg. 15*

Quinta regula, in rebus grauibus adhibendi ſunt in conſilium alij; ſiquidem ſapientia de ſe ait apud Salomonem: *Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.* Magna autem cura ponenda eſt in conſiliariis diligendis: *Multi,* inquit Sapiens, *ſint tibi amici, vnus autem ſit tibi conſiliarius de mille.* Qua de re S. Bernardus ſic præcipit: *Ad conſilium ſoli eligantur, qui & prudentes eſſe videantur & beneuoli, abſque prudentia & beneuolentia non ſunt perfecta conſilia. propterea Dominus & imprudens diſcipuli & fratrum infidele conſilium refutabat, reſpõdens improuido, nõ ſapis, quæ Dei ſunt. & maleuolis: vos aſcendite ad diem feſtum hunc.* quo loco etiam illud obiter aduertendum S. Bernardo eundem eſſe beneuolum, qui fidelis ſit, & contrà. Quàm alia multa, ex hiſce conſilij regulis conſequantur facilè intelliget per ſe proficiens, nobis ad reliqua pergendum eſt, cap. 22. plura dicturis.

Quinta regula. *Prou. 8.* *Eccl. 6.* *Epiſt. 42.* *Marc. 6.* *Ioan. 7.*

Secundus gradus prudentiæ ſpiritualis eſt rectè de iis

Secũdus gradus.

omnibus,quæ in cõſilium allata fuerint diiudicare, quæ proprie diſcretio eſt,qua diſcernuntur vera à falſis certa à dubiis, inutilia ab vtilibus, intempeſtiua ab opportunis,honeſta ab inhoneſtis, iucunda à triſtibus, bona denique à malis,& inter hæc,quæ magis minúſve bona,& quæ loco,tempori,perſonæ, rei agendæ magis minúſve conueniant:nec quid ſolùm,ſed quantum & quatenus in vnaquaque re ſtatuendum & progrediendum ſit. Quam rem amplè Albertus Magnus proſecutus eſt. *Diſcretio*,inquit,*vera eſt pruden er iudicare inter Crea orem & creaturam quid ſit Crea or,& quid creatura. Item quid ſit bonum, quid melius,quid optimum,quid malum,quid peius,quid peſſimum, quantum bonum ſit appe endum, quantum malum deteſtandum. Item quantam reuerentiam debeat homo ſuperiori,quantam clementiam inferiori & compaſſionem,qualem ſocietatem æquali:qualiter debeat ſe habere ad mortuos,qualiter ad viuos,qualiter ad prædeceſſores, qualiter ad ſucceſſores;qualiter ad amicos,vt diligantur in Deo,qualiter ad inimicos, vt diligantur propter Deum, qualiter coram Deo occultè, qualiter coram homine manifeſtè: quæ refectio carni, quæ ſpiritui impendenda ſit: quibus veſtibus induendum: quando comedendum,quando bibendum,quando abſtinendum, & quantum,& à quibus cibis: quando vigilandum,quando dormiendum, & quantum & quandiu: quando orandum, quando flendum, quando aliquod opus faciendum:quomodo ſe habendum ad laudem, quomodo ad reprehenſionem, quomodo loquendum,quomodo tacendum. & quando, quantum, & de quibus cauſis,cum quibus,quo loco,quo tempore:quando accipiendum,quando retinendum, quando largiendum, & quantum,& quibus,& quo tempore. De omnibus his ordinatè & prudenter diiudicare eſt vera diſcretio. Hæc virtus eſt magiſtra omnium virtutum,ſtatuens omnibus modum & ordinem. vbi autem diſcretio non eſt, ibi charitas non ſeruat ordinem nec modum.*

In paradiſo animæ,c.34.

Coll.2. cap.4.

Diſcretionis autem neceſſitatem & vtilitatem maximam eſſe, Patres docent: *Tam beati Antonij,quàm vniuerſorum*,ait Caſſianus,*ſententia definitum eſt,diſcretionem eſſe,quæ fixo gradu intrepidum hominem perducat ad Deum, prædictáſque virtutes iugiter conſeruet illæſas, cum qua ad*

conſum-

Digitized by Google

conſummationis excelſa faſtigia minore poſſit fatigatione conſcendi, & ſine qua multi etiam propenſiùs laborantes perfectionis nequiuerint culmen attingere. omnium námque virtutum generatrix, cuſtos, moderatrixque diſcretio eſt. antè verò dixerat monachum ſi non poſſederit diſcretionem, neceſſe eſſe velut in nocte cœca oberrantem, non ſolùm in pernitioſis foueis præruptiſque concidere: ſed etiam in planis ac directis frequenter offendere. Quare rectè concludunt omnes, diſcretionem magnum Dei donum eſſe, quod non niſi Dei gratia & magna humilitate acquiritur; proinde difficillimam eſſe eius adeptionem. præcepta autem, quæ de ea traduntur, ſunt huiuſmodi, & quidem communia omnibus, qualia ſunt hæc. Cap. 2.

Primum eſt Caſſiani: *Menſuram virium ſuarum conuenit vnumquemque noſtrùm diligentiùs antè penſare, atque ad eius modulum arripere quàm libuerit diſciplinam: quia quamuis omnes vtiles ſint, tamen apta cunctis cuncta eſſe non poſſunt.* Primum præceptũ. Coll. 24. c. 8.

Secundum præceptum eſt S. Bernardi: *Sapientia eſt Deus, & vult ſe amari non ſolum dulciter, ſed & ſapienter. vnde Apoſtolus rationabile, inquit, obſequium veſtrum, alioquin facillimè zelo tuo ſpiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas, nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendum de corde dilectionem, quàm ſi efficere poſſit, vt in ea incautè & non cum ratione ambuletur.* Et alibi: *Virtus diſcretionis abſque charitatis feruore iacet.* vt poſteà capite vltimo huius libri. Secundũ præceptũ. Serm. 19. in Cant. Rom. 12. Serm. 23. in Cant.

Tertium præceptum S. Gregorij: *Neceſſe eſt, vt artem quiſquis continentia teneat, quatenus non carnem, ſed vitia carnis occidat: nam plerumque dum plus iuſto caro reſtringitur, etiam ab exercitatione boni operis eneruatur: vnde neceſſe eſt, vt interior homo noſter æquus quidam arbiter perſideat inter ſe & eum, quem exterius geſtat: quatenus ei homo ſuus exterior & ſemper ad debitum miniſterium ſeruire ſufficiat, & nunquam ſuperbè libera ceruice contradicat: nec moueat, ſi quid ſuggerendo ſubmurmurat, dummodo eum ſemper ſuperpoſito calce dominationis premat, ſicque fit, vt dum repreſſa vitia reniti quidem nobis patimur, & tamen hæc* Tertium præceptũ. Lib. 30. moral. cap. 14.

nobiſcum cogredi ex æquo prohibemus, nec vitia contra virtutem prævaleant, nec rurſum virtus cum vitiorum omnimoda extinctione ſuccumbat.

Quartum præceptũ. Collat. 2. cap. 17.

Quartum eſt Caſſiani: *Sicut feſtinandum nobis eſt, ne appetitu corporeæ voluptatis in diſſolutionem noxiam delabamur: ita eſt eſcæ ſomnique refectio hora legitima, etiam ſi horreat, ingerenda: vtrumque enim bellum aduerſarij factione conſurgit, & pernicioſius continentia immoderata, quàm ſaturitas remiſſa ſupplantat; ab hac námque ad menſuram diſtrictionis intercedente ſalutari compunctione conſcendi poteſt, ab illa non poteſt.*

Quintum præceptũ. Lib. 38. moral. cap. 6.

Quintum præceptum eſt S.Gregorij: *Plerumque virtus cum indiſcretè tenetur, amittitur, cúmque diſcretè intermittitur, plus tenetur: nec mirum ſi in incorporeis intelligimus, quod agi & in corporeis rebus videmus. Ex ſtudio namque arcus diſtenditur, vt in ſuo tempore cum vtilitate tendatur. Quòd ſi otium relaxationis non accipit feriendi virtutem, ipſo vſu tenſionis perdit, ſic aliquando in exercitatione virtus cùm per diſcretionem prætermittitur, reſeruatur, vt tanto pòſt vitia valenter feriat, quanto à percuſſione interim prudenter ceſſat.* & his ſimilia plura. hæc exempli cauſa adferuntur.

Sextum præceptũ.

Sextum præceptum eſt S.Bernardi, & pertinet maximè ad incipientes & religioſos. *Ne incurrat, qui currit, illuminari neceſſe eſt lumine diſcretionis, quæ mater virtutum eſt & conſumatio perfectionis, hæc nimirum docet, ne quid nimis, vt verò quia omnino rara eſt auis in terris, huius diſcretionis locum in vobis fratres ſuppleat virtus obedientiæ, vt nihil minus, nihil aliter quàm imperatum ſit, faciatis.* & hoc quidem eorum eſt, qui aliorum imperio parent, id, quod ſequitur ad illos, qui imperant, ſpectat.

Septimũ præceptũ. Lib. 2. de ſacerdotio.

Septimum præceptum eſt ſancti Chryſoſtomi: *Non temere ad delictorum modũ & mulctam ipſam adhibere oportet ſed tanquam coniecturis quibuſdam explorandus eſt delinquentium animus. cauẽdúmque, ne dum conſuere vis, quod interruptum eſt, fiſſuram deteriorem facias, ac dum eum, qui lapſus eſt erigere atque emendare ſtudes, caſus ipſe maior per te reddatur.* hic lector repetat illa, quæ ſcripſimus ſuperiore libro ad extremum caput trigeſimum quintum,

Digitized by Google

& recurrat aſt ea, quæ poſt dicuntur de diſcretione ſpirituum & de iudicij vſu. cap. 23.

Tertius gradus prudentiæ eſt præceptio ſiue imperium, quo magna vi & efficacitate imperat animus ſibi & intellectus volũtati, ad ea complectenda & perficienda, quæ poſt conſilium ad rem agendam neceſſaria & opportuna cenſentur. *Accidere enim ſolet*, vt ait ſanctus Thomas, *vt quod rectè iudicatum eſt, differatur, vel negligenter agatur, vel inordinatè: & ideo poſt virtutem, quæ eſt bene iudicatiua, neceſſaria eſt finalis virtus principalis, quæ eſt bene præceptiua ſcilicet prudentia.* Ex quibus intelligitur præcipere vi & poteſtate efficaci eſſe primam prudentis hominis actionem munúſque præcipuum. Ad quam rem neceſſarium eſt magnum animi robur, quo ſuperentur, omnia quæ quo minus exequamur, quod prudentia præcipit, quódque intelligimus eſſe faciendum, impediunt.

Tertius gradus.

22. q. 51. artic. ad 3. 3.

Vir ſapiens, fortis eſt, & vir doctus, robuſtus & validus, ait Salomon, Hac videlicet fortitudine, qua mens prudenti conſilio rectóque iudicio inſtructa voluntatem prorſus adigit ad parendum: neque enim præceptio hæc tam ſuaſio eſt, quàm vis & actio, qua intellectus voluntatem mouet, vt accipiat exequatúrque mandatum, quod ipſe proponit: ad quam formandam, quia maximi momenti & difficillima eſt, comparatum & inſtitutum diuinitus videtur vniuerſum illud donorum Spiritus ſancti præſidium, quo proficientis mens adiuta & roborata concipiat primùm proprium hominis bonum, deinde re ipſa perfici magna efficacitate iubeat, ita ſentire videtur ſanctus Gregorius, cùm ſic ſcribit: *Eſt timor Domini in mente, ſed qualis eſt iſte timor, ſi cum eo pietas non eſt, qui enim miſerere proximo ignorat, qui compati eius tribulationibus diſſimulat, huius timor ante omnipotentis Dei oculos nullus eſt, quia non ſubleuatur ad pietatem, ſed ſæpe pietas per inordinatam miſericordiam errare ſolet, ſi fortaſſe pepercerit, quæ parcenda non ſunt, peccata enim, quæ ſeriri gehennæ ignibus poſſunt, diſciplinæ verbere ſunt corrigenda, ſed inordinata pietas, cùm temporaliter parcit, ad æternum ſupplicium pertrahit, vt ergo vera &*

Prou. 24.

Hom. 19. in Ezech.

ed by Google

ordinata ſit pietas, ad gradum eſt alium ſubleuanda, id eſt ad ſcientiam, vt ſciat vel quid ex miſericordia puniat, vel quid ex pietate dimittat, ſed quid ſi ſciat, id agere quis debeat, virtutem verò agendi non habeat? Scientia ergo noſtra creſcat ad fortitudinem, vt cùm videt quid agendum ſit hoc agere per mentis fortitudinem poſſit, ne timore trepidet, & pauore collapſa, nõ valeat bona defendere, quæ ſentit, ſed ſæpe fortitudo ſi improuida fuerit, & minus circa vitia circumſpecta, ipſa ſui præſumptione in caſum ruit, aſcendat ergo ad conſilium, vt prouidendo præmuniat omne, quod agere fortiter poteſt, ſed eſſe conſilium non poteſt, ſi intellectus deeſt, quia qui non intelligit malum, quod agentem grauat, quomodo poteſt bonum ſolidare, quod adiuuat? itaque à conſilio aſcendamus ad intellectum, ſed quid? ſi intellectus magno acumine vigilet, & moderari ſe neſciat per maturitatem? Ab intellectu ergo aſcendamus ad ſapientiam, vt hoc, quod acutè intellectus inuenit, ſapientia maturè diſponat.

De electione.

CAPVT X.

ELECTIO actio quidem voluntatis eſt, ſed prudentiæ proles, eiúſque actionibus ita complicata, vt ſine bona electione nulla ſit Prudentia, & ſine prudenti conſilio rectóque iudicio nulla ſit electio. Quare in ſyllogiſmo, quem appellat prudentiæ, principia ſunt conſilium & iudicium, quorum priore inuenimus, quæ nobis ad præſtitutum finem adipiſcendum conferunt, poſteriore verò iudicamus, quæ ex multis propoſitis eligi debeant, Clauſula verò & cõcluſio eſt voluntatis electio, qua volumus & apetimus ea, quæ certa ratione didicimus vſui noſtro inſeruitura. quibus accedens rationis & prudentiæ præceptum, vltimam quaſi manum imponit actioni humanæ, vt nihil ſuperſit aliud quàm executio, quare actionis humanæ anima electio eſt, hæc

autem libera eſt: propterea vt rectè ſanctéque exerceatur, magnopere proficiéti laborandum eſt, idque in omnibus, quæ ſub electionem cadere poſſunt, quæ in primis ſunt illa, quæ dubia ſunt & incerta, & in quibus videlicet ambigimus, quid à nobis fieri velit Deus.

De hac re B. Pater Ignatius, ante quem nullus quod ſciam, ex inſtituto argumentum hoc tractauit. Eius ego veſtigiis inſiſtens colligam, quæ apud Patres ſparſa diſiectáve reperero.

Ponatur autem tanquam fundamentum, nihil aliud proficienti propoſitum eſſe debere, dum deliberat, quàm vnam Dei voluntatem & gloriam, ad quam cognoſcendam ſe omni ſtudio, præſertim verò bonis actionibus, inter quæ ſint etiam aliqua ſeuerioris pœnitentiæ opera, comparare debet: *Obſecro vos*, inquit Apoſtolus, *fratres, per miſericordiam Dei, vt exibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, & nolite conformari huic ſæculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri, vt probetis, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.* Ex quibus ſimul intelligitur illud, proficienti voluntatem quidem Dei quærendam eſſe, ſed perfectam, ſempérque illi in optatis eſſe debere Dei gloriam, maiorem ad quam tamquam ad vnum ſcopum dirigat omnem conſultationem ad deliberationem ſuam. *Rom. 12.*

Ad hunc præclariſſimũ & omnium optabiliſſimum finem conſequendum præparandus imprimis eſt animus expiatione peccatorum & conſcientiæ munditia: nam non ſolùm non illuſtrat Deus ſupernaturali lumine mentem peccatis obnoxiam, ſed auerſatur, nec ſe illi docendo coniungit, ſed eam potiùs proſequitur odio, & vt indignam gratiæ ſuæ donis, craſſis illis peccatorum tenebris obuolutam relinquit. Et ſi quod aliquando ex infinita miſericordia Dei accidit, hominis peccatoris anima ita diuinæ voluntatis cognitione completur, vt perſpicuè videat quid ſibi ſit agendum, eadem peccatorum laqueis irretita tenetur ne poſſit, quod intelligit, re ipſa præſtare. Quod copioſè tractans ſanctus Gre-

Homil. 31. in Euangel. gorius ſic ait: *Vocat, ſed non erigit, quando per eius gratiam illuminamur, ſed exigentibus noſtris meritis adiuuari non poſſumus: plerumq; enim videmus quæ agenda ſunt, ſed opere non implemus: nitimur, & infirmamur, mentis iudicium rectitudinem conſpicit, ſed ad hãc operis fortitudo ſuccumbit, quia nimirum iam de pœna peccati eſt, vt ex dono quidem poſſit bonum conſpici, ſed tamen ab eo, quod aſpicitur, contingat per meritum repelli.* Quod damnum ex quocunque peccato quidem, ſed ex eo maximè proficiſcitur, quod aliqua conſuetudine iam inueterauit. Ob id ſubiungit idem ſanctus Gregorius: *Vſitata etenim culpa obligat mentem, vt nequaquam ſurgere poſſit ad rectitudinem, conatur, & labitur, quia vbi ſponte diu perſtitit, ibi, & cùm voluerit, coacta cadit, bene* *Pſal. 118.* *de hac noſtra incuruatione, ex typo humani generis, per Pſalmiſtam dicitur, incuruatus ſum, & humiliatus ſum vſquequaque, contemplatus namque quoad ſupernam lucem intuendam homo conditus fuerat, ſed peccatis exigentibus foras miſſus mentis ſuæ tenebras ſecum portat, ſuperna non appetit, infimis intendit; cœleſtia nequaquam deſiderat, terrena ſemper in animo verſat, hoc quod de ſuo genere doluit, in ſe ipſo exclamauit, dicens incuruatus ſum, & humiliatus ſum vſquequaque: contemplationem namque cœleſtium perdens, ſi ſola carnis homo neceſſaria cogitaret, incuruatus & humiliatus eſſet, ſed tamen vſquequaque non eſſet, quem ergo à ſupernis cogitationibus non ſolum neceſſitas deijcit, ſed etiam voluptas illicita ſternit, non ſolùm incuruatus, ſed vſquequaque incuruatus eſt.*

Hanc ob cauſam ante omnem de re graui conſultationem conſultiſſimum homini eſt, confeſſionem peccatorum magna animi contritione & firmo emendationis ſuæ propoſito inſtituere, purúmque ſe ac integrum, quoad fieri poterit, ſiſtere præſentiæ Dei, quem conſulturus eſt Ad hæc porrò omnia nulla expeditior via eſt, quàm in ſecretiorem aliquem priuatúmque locũ ſecedere ſub diſciplina ſpiritualis alicuius Patris, multóque *Lib. 2. in 1. lib. Regum, cap. 3.* magis in eundem ſeceſſum afferre animum vacuum ab omni cura terrenáque ſolicitudine, quod etiam ſcriptum reliquit ex parte aliqua ſanctus Gregorius, cùm ait: *Dum ad ea, quæ foris ſunt, per ſolicitudinem vigila-*

mus,

mus, interna & ſpiritualia non ſentimus. Repulſio itaque terrenæ curæ, præparatio eſt noſtra ad perceptionem ſupernæ gratiæ: quia in electis eo fit vberior infuſio diuini muneris, quo mens fuerit purior per cuſtodiam internæ meditationis. Et alio loco: *Intentioni*, inquit, *animæ ſi exterior euagatio clauditur, interior receſſus aperitur: nam quò extra ſe ſpargi propter diſciplinam mens non poteſt, eò ſuper ſe tendere per proſpectum poteſt. quia & in altum creſcere arbor cogitur, quæ per ramos diffundi prohibetur; & cùm riuos fontis obſtruimus, fluenta ſurgere ad ſuperiora prouocamus.* Libr. 10. moraliũ cap. 9.

Nihil eſt autem magis neceſſarium ad deliberationem ſanctè inſtituendam, quàm ſi præſertim eo tempore, quo deliberatio habetur, deliberantis animus ab omni perturbatione ſit liber, & quantum fieri poteſt ſolutus & quietus. *Quare*, inquit idem ſanctus Gregorius, *reſtringenda ſub ratione poteſtas, ſiue mens eſt, nec quicquam agendum, priuſquam concitata ad tranquillitatem mens redeat: nam commotionis tempore iuſtum omne putat, quod fecerit.* ob quam rem ſcribit Mediolanenſibus Clericis, vt in deſignando Antiſtite, *nullus neglecta vtilitate communi ſuo lucro proſpiciat; ne ſi quiſquam propria commoda appetit, friuola æſtimatione fallatur: quia nec libero iudicio præferendam ſibi perſonam examinat mens, quam cupiditas ligat. Supercecidit, ait Propheta, ignis ſcilicet, paſſionis animum incendentis, & non viderunt ſolem. cæcata enim cupiditatibus mens, præſentem lucem veritatis minimè intuetur.* Libr. 8. regiſtri, epiſt. 12. Libr. 2. regiſtri, epiſt. 68. Pſal. 57.

Electioni proficientis ſubiecta materia, vel eſt ipſe totius vitæ ſtatus, vel alia aliqua res, quæ benigna ſit, vt in conſolationẽ eius veniat. qualis fuit, quam aliquando apud ſe habebat S. Hieronymus, an monachum profeſſus Romæ, vel in Patria, vel Bethleem potiùs vitam traduceret, & plerique ſancti viri creati Epiſcopi, an Epiſcopatum ſuſcipere & inire deberent, relicta priuata viuẽdi ratione, denique vitę certo ſtatu ſtabilito, quaſnam debeat proficiens ſibi leges ponere, vt ex Dei voluntatę & perfectionis norma eundem perpetuò, teneat.

Vniuersè autem loquendo, duplex eſt electionis *Prior electio.*

ratio

Prior electio.

ratio, prior eſt, quando voluntatem hominis diuina virtus ſic impellit, vt tollatur omnis dubitatio, quo minùs ſequatur impulſum illum, ſiue id repentè fiat, ſiue antecedente ſpirituali aliqua internaque motione ſpirituum diuerſorum, de quibus pòſt loquemur. quod accidiſſe certum eſt ſanctis Mathæo & Paulo Apoſtolis, cùm ad Chriſti Apoſtolatum vocati diuinitus ſunt: & alijs quotidie contingit, qui à mundi periculis in tranquillum alicuius religioſæ familiæ portum à Deo hoc modo perducuntur.

Poſterior electio.

Poſterior electionis ratio eſt, cùm vacuo ab omni perturbatione animo homo vires mentis libere exercet, & ſolius Dei gloriæ propriæque ſalutis ratione habita, rem, de qua deliberat ſuis ponderibus, in vtram partem diligenter examinat. tandemque rebus omnibus accuratè diſcuſſis, & oratione ad Deum religioſè facta ſtatuit quid ſibi in ea re faciendum ſit: vel etiam omiſſa longiore diſputatione, via compédiaria ad idem peruenit, attentè primùm cogitans, quid in ea re, mortis in articulo poſitus, aut ante Dei tribunal conſtitutus feciſſe ſe vellet; deinde mox decernens, ſe illud ipſum omnino facturum. quæ omnia exemplis quibuſdam ab antiquitate petitis explicanda nunc breuiter ſunt.

De quibuſdam electionis prioris exemplis.

CAPVT XI.

In vita S. Ant. In vita S. Hilar. In vita S. Franc.

ELECTIONIS illius, quæ repẽtè fit, præter Apoſtolicas vocationes, exempla perſpicua ſunt vocatio S. Antonij, & S. Hilarionis apud S. Hironimũ, & fortaſſis etiam S. Franciſci apud S. Bonauenturã, & aliæ multæ, quæ in hiſtoriis ſacris paſſim legentibus occurrunt. ad quod genus ſpectant etiam electiones aliæ repentinæ non ad vitæ ſtatum pertinentes, ſed ad graues alias aliquas actiones obeundas, ad quas ſuo inſtinctu

Deus

Deus hominem aliquando mouet, vt Danielem ad innocentis Suſannæ defenſionem; Paulum ad Hieroſolymam adeundam, etiam cùm vitæ diſcrimine, ad Cæſarem appellandum, & aliæ multæ. *Dan.* 13. *Act.* 20. *&* 25.

Electioni autem, quam antecedunt & pariunt experimenta ſpirituum diuerſorum cum magna animi commotione & feruore, nullum haud ſcio an inueniatur exemplum magis congruens, quàm quod de ſua conuerſione ad Deum & vitæ ſtatum perfectiorẽ narrat S. Auguſtinus per multa capita ſuarum confeſſionum: ex quibus, quæ ad id pertinent verba, ſic deſumpſimus: *Sed vbi*, inquit, *homo tuus Simplicianus de Victorino iſta narrauit, exarſi ad imitandum.* Et pòſt: *Cui rei* (hoc eſt vacandi tibi) *ſuſpirabam ligatus non ferro, ſed mea ferrea voluntate: velle enim meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat, & conſtrinxerat me. voluntas autem noua, quæ mihi eſſe cœperat, vt te gratis colere, fruique te vellem Deus ſola certè iucunditas, nondum erat idonea ad ſuperandam priorem vetuſtate roboratam. Ita duæ voluntates, vna vetus, alia noua alia carnalis, alia ſpiritualis, confligebãt inter ſe atque diſcordando diſſipabant animam meam. ſic intelligebam meo ipſo experimento id, quod legebam: quomodo caro concupiſceret aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: ego quidem in vtroque, ſed magis in eo, quod in me approbabam, quàm in eo quod in me improbabam. ibi enim magis iam non ego, quia ex magna parte id patiebar inuitus, quod faciebam volens. ſed tamen conſuetudo aduerſus me pugnacior ex me facta erat, quoniam volens, quò nollem perueneram, & quis iure contradiceret, cùm peccantem iuſta pœna ſequeretur? & non erat iam vlla excuſatio, quæ videri mihi ſolebam, propterea nondum me contempto ſæculo ſeruire tibi, quia incerta mihi eſſet perceptio veritatis: iam enim & ipſa certa erat, ego autem adhuc terra obligatus, militare tibi recuſabam, & impedimentis omnibus ſic timebam expediri, quemadmodum impediri timendũ eſt. Ita ſarcina ſeculi veluti ſomno aſſolet dulciter premebar, & cogitationes, quibus meditabar in te ſimiles erant conatibus expergiſci volentium, qui tamen ſuperati ſoporis altitudine remerguntur. & ſicut nemo eſt, qui dormire ſemper velit, omniumque ſano iudicio vigilare præſtat, differt*

Libr. 8. *confeſſionum, c.* 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *&* 12.

Galat. 5.

tamen

tamen plerumque homo ſomnum excutere, cùm grauis torpor in membris eſt, eumque iam diſplicentem carpit libentiùs, quamuis ſurgendi tempus aduenerit; ita certum habebam eſſe meliùs tuæ charitati me dedere, quàm meæ cupiditati cedere, ſed illud placebat & vincebat, hoc libebat & vinciebat. non enim erat quod tibi reſponderem, dicenti mihi ſurge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. & vndique oſtendenti vera te dicere; non erat, quid reſponderem veritate conuictus, niſi tantùm verba lenta & ſomnolenta: modò, ecce modò, ſine paululum. Sed modò & modò non habebant modum, & ſine paululum in longum ibat. Fruſtra condelectabar legi tuæ, ſecundùm interiorem hominem, cùm lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meæ, & captiuum me duceret in lege peccati, quæ in membris meis erat. lex enim peccati eſt violentia conſuetudinis, qua trahitur & tenetur etiam inuitus animus, eo merito quo in eam volens illabitur.

Epheſ. 5.

Hæc ſanctus Auguſtinus ſcribit de pugna interiori, quam in ſe ipſo experiebatur: cùm nondum ſolutus eſſet cura carnis & vxoris ducendæ: cui ſe maximè deuinctum propter inueteratam conſuetudinem peccati ingemiſcebat. nec tamen ea ſe expedire aut volebat aut poterat. narrat deinceps qua occaſione illa etiam vincula reuulſerit Deus, eamque fuiſſe rerum à S. Antonio præclarè & ſanctè geſtarum narrationem à Potitiano in ſermonem adductam: Deinde commemorationem Monaſteriorum, & multorum Dei ſeruorum in illis caſtiſſimè degentium, quorum adhuc notitiam habebat nullam ea tempeſtate Auguſtinus. poſtremò conuerſionem quorundam Imperatoris familiarium, qui antedictis exemplis ad continentiam & perfectionem vehementer incitati, nuncium ilico mundo ſponſis etiam, quibuſcum iam fecerant ſponſalia, remiſerunt. Pergit tunc ille ſic: *Narrabat hæc Potitianus. tu autem Domine inter verba eius retorquebas me ad me ipſum, auferens me à dorſo meo, vbi me poſueram, dum nollem me attendere, & cōſtituebas me ante faciem meam, vt viderem quàm turpis eſſem, quàm diſtortus & ſordibus, maculoſus & vlceroſus. & videbam & horrebam, & quò à me fugerem, non erat. & venerat*

Libr. 8. cap. 7.

dies

dies in quo nudarer mihi, & increparet me conſcientia mea. vbi es lingua? nempe tu dicebas, propter incertum verum nolle te abiicere ſarcinam vanitatis. Ecce iam certum eſt, & illa te adhuc premit, humeriſque liberioribus pennas accipiunt, qui neque ita inquirendo attriti ſunt, nec decennio & amplius iſta meditati. ita rodebar intus, & confundebar pudore horribili vehementer, cùm Potitianus talia loqueretur. terminato autem ſermone & cauſa, qua venerat, abijt ille, & ego ad me, quæ non in me dixi? quibus ſententiarum verberibus non flagellaui animam meam, vt ſequeretur me conantem poſt te ire? & retinebatur, recuſabat, & non ſe excuſabat: conſumpta erant & conuicta argumenta omnia, remanſerat muta trepidatio, & quaſi mortem reformidabat reſtringi à fluxu conſuetudinis, quo tabeſcebat in mortem.

Tum in illa grandi rixa interioris domus meæ inuado Alipium, & exclamo, quid patimur? quid eſt hoc, quod audiſti? ſurgunt indocti, & Cœlum rapiunt, & nos cum noſtris doctrinis ſine corde, ecce vbi volutamur in carne & ſanguine. an quia præceſſerunt, pudet ſequi? & non pudet nec ſaltem ſequi? Dixi neſcio quæ talia, abripuit me ab illo æſtus meus, cùm taceret attonitus intuens me: neque enim ſolita ſonabam: pluſque loquebantur animum meum frons, genæ, oculi, color, modus vocis, quàm verba, quæ promebam. Hortus quidam erat hoſpitij noſtri, quo nos vtebamur, ſicut tota domo. illuc me abſtulerat tumultus pectoris, vbi nemo impediret ardentem litem, quam mecum aggreſſus eram, donec exiret, quà tu ſciebas. Ego autem non, ſed tantum inſaniebam ſalubriter, & moriebar vitaliter, gnarus quid mali eſſem, & ignarus quid boni poſt paululum futurus eſſem: abſceſſi ergo in hortum, & Alipius pedem poſt pedem. Sedimus quando potuimus remoti ab ædibus. Ego fremebam ſpiritu indignans turbulentiſſima indignatione, quod non irem in placitum & pactum tecum Deus meus, in quo eundum eſſe omnia oſſa mea clamabant. Cap. 8.

Sic ægrotabam & excruciabar, accuſans memet ipſum ſolito acerbiùs nimis, ac voluens & verſans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum, quo iam exiguo tenebar, ſed tenebar tamen. & inſtabas tu in oculis meis Domine ſeuera Cap. 11.

Digitized by Google

miſericordia, flagella ingeminans timoris & pudoris. dicebam apud me intus: ecce modò fiat, modò fiat, & cum verbo iam ibam in placitum, iam penè faciebam, & non faciebam: nec relabebar tamen in priſtina, ſed de proximo ſtabam & reſpirabam, & item conabar, & paulò minus ibi eram, & paulò minus iam attingebam, nec tenebam, hæſitans mori morti, & vitæ viuere. punctum ipſum temporis quo aliud futurus eram, quantò propiùs admouebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorē, ſed non recutiebat retro, nec auertebat, ſed ſuſpendebat, retinebant me nugæ nugarum, & vanitates vanitatum antiquæ amicæ, & ſuccutiebant veſtem meam carneam, & murmurabant, dimittis nos? & à momento iſto non erimus tecum vltrà in æternum, quas ſordes ſuggerebant? quæ dedecora? & audiebam eas longè minus, quàm dimidius à dorſo muſſitantes, & diſcedentes furtim vellicantes, vt reſpicerem, cùm diceret mihi conſuetudo violenta, putáſne ſine iſtis poteris? Sed etiam tepidiſſimè hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte, qua intenderam faciem, & quo tranſire trepidabam caſta dignitas continentiæ honeſtè blandiens, vt venirem, neque dubitarem, & extendens ad me ſuſcipiendum & amplectēdum pias manus plenas gregibus bonorum exemplorum. ibi tot pueri & puellæ, ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines anus, irridebat me irriſione exortaria, quaſi diceret, tu non poteris, quod iſti & iſtæ? an verò iſti & iſtæ in ſemetipſis poſſunt, ac non in Domino Deo ſuo? Quid in te ſtas, & non ſtas? proiice te ſecurus in eum, noli metuere, non ſe ſubtrahet, vt cadas. proiice te ſecuriùs, excipiet te, & ſanabit te. Ita cōtrouerſia in corde meo, & Alipius affixus lateri meo.

Cap. 12. *Vbi verò à fundo arcano alta conſideratio contraxit & congeſſit totam, miſeriam meam in conſpectum cordis mei, oborta eſt procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum, & vt totum effunderem cum vocibus ſuis, ſurrexi ab Alipio, & ſeceſſi remotiùs, quàm vt poſſit mihi oneroſa eſſe etiam eius præſentia. manſit ille vbi ſedebamus nimiè ſtupens. Ego ſub quadam fici arbore ſtraui me neſcio quomodo, & dimiſi habenas lacrhymis, & proruperunt flumina oculorum acceptabile ſacrificium tuum, & non quidem his verbis, ſed in hac ſententia multa dixi tibi, & tu Domine vſque quo?*

vſque

Digitized by Google

vſque quo Domine iraſceris in finem, ne memor fueris iniquitatum noſtrarum antiquarum, quamdiu, quamdiu Cras, cras. Quare non modo? Quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebam hæc & flebam amariſſima contritione cordis mei. Et ecce audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis, tolle, lege, tolle lege. Itaque concitus redij ad eum locum, vbi ſedebat Alipius, ibi non poſueram codicem Apoſtoli: cùm inde ſurrexeram. Arripui, aperui, & legi in ſilentio capitulum, quo primum coniecti ſunt oculi mei: Non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, ſed induimini Dominum Ieſum Chriſtum, & carnis prouidentiam ne feceritis in deſiderijs. nec vltrà volui legere, nec opus erat. Statim quippe cum fine huius ſententiæ, quaſi luce ſecuritatis infuſa cordi meo, omnis dubitationis tenebræ diffugerunt. Hanc deliberationem paulò poſt Deo acceptã refert Auguſtinus, ſeipſum Deo in holocauſtum offerens adhibitis verbis Pſalmi: *Dirupiſti Domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini inuocabo.*

Rom. 13.

Lib. 9. Confeſ. cap. 1.

Pſal. 115.

Huic cõuerſioni S. Auguſtini ſimilis extitit Conuerſio B. Patris Ignatij Fundatoris Ordinis noſtri, quod attinet pręſertim ad diuerſorum ſpirituum antecedentem commotionem, vel latè proſequuntur eius vitæ ſcriptores. Alia poſſent non diſſimilia exempla proferri, & verò quotidie accidunt huiuſmodi conuerſiones: ſed ad alia producenda veniendum eſt, quibus illuſtretur poſterior electionis ratio.

Ribad. l. 1 cap. 2. Maffeius lib. 1. c. 2.

Non eſt tamen prætermittendum illud, quod in hiſtoria conuerſionis S. Auguſtini obſeruatione etiam dignum videtur. Alipium Auguſtino veluti magiſtrum ſpiritus aſſiſtentẽ, illum non deſerere, quod eſt beneuolentiæ, non tamen vrgere, quod eſt prudentiæ: ſinere Deum cum Auguſtino agere per ſeipſum, quod ſcientiæ huius ſpiritualis primum principium eſt, obſeruare tamen perturbationum eius motus, vt in tempore conſilium dare poſſit, denique quod poſtea ſequitur infirmum in fide ſuſcipere, quod eſt maximè charitatis, & caput ad certam victoriam.

Digitized by Google

Exempla poſterioris rectè eligendi rationis.

CAPVT XII.

POSTERIOR eligendi ratio eſt ea, vt diximus, quæ vtriuſque partis argumentis examinatis adhæret illi, quam diuino lumine illuſtrata mẽs intelligit, diuinæ gloriæ ac ſaluti propriæ magis conſentaneam eſſe. Huius generis illa fuit, qua Theodorus Monachus lapſus, S. Chryſoſtomo hortatore, ſanitati & Monaſticæ exercitationi reſtitutus eſt. ita enim ſcribit Sozomenus: *Erat Theodorus Scriptura ſacra, ac reliqua tum Oratorum tum Philoſophorum diſciplina ſatis peritus, & ab initio quidem cùm in ſacras leges incidiſſet, & cum ſanctis viris conuerſaretur, hoc vitæ genus approbabat, ac ſæculare damnabat. ſed in eodem hoc propoſito non perſtitit: verùm pœnitentia ductus, ad aliam vitæ conſuetudinem perductus fuit. Et quod eſt conſentaneum, contrarijs argumentis propoſitum ſuum ornans & veterum exemplis (erat enim variæ lectionis) in vrbem reuerſus eſt, conducibilius id ſibi fore, ſua opinione ſtatuens, quo ipſe potiri concupiſcebat. Ioannes Chryſoſtomus igitur, intellecto quod ille negotijs mundanis iam implicaretur, & in matrimonio contrahendo occupatus eſſet, epiſtolam tum verbis tum ſententijs diuiniorem, quàm vt ea mens humana capiat, ad illum conſcriptam tranſmiſit. Ille verò, vbi in eam incidiſſet, pœnitentia ductus fuit: ac rurſus facultatibus relictis, & nuptijs abdicatis, Ioannis conſilio ſaluatus, ad Philoſophicam vitam regreſſus eſt.*

Lib. 8. Eccl. hiſt. cap. 2.

Hæc ea epiſtola eſt, quæ ſecunda inſcribitur ad Theodorum lapſum, cuius hoc eſt, argumentum.

Primùm S. Pater flagitij grauitatem proponit, idque tribus rationibus: quòd ſe ex fratrum numero ſponte deleuerit, quòd negligẽdo calcauerit quidquid antè de pectore Chriſto ſpoponderat, quòd militiã ſpirituale deſeruiſſet. Deinde quaſi leuiorem reddens hanc culpam lapſus præ obſtinata voluntate non reſipiſcendi: illum pulcherrimis ſimilitudinibus animat, vt reſurgat, athleta, militis, nautæ: nam neque tam graue eſt athle-

ta cecidiſſe, quàm iacere deiectum; nec tam reprehenditur miles, qui de prælio reuertitur vulneratus, quàm qui turpiter arma depoſuit, ne ampliùs vulneretur: nec tam irriſione dignus eſt nauta, qui ſemel naufragio facto, naui & mercibus ſit ſpoliatus, quàm qui ob id deſperatione concepta, nauigare deſiſſet. addit exemplum etiam martyrum quorundum, quibus non tam turpe fuit ſemel Chriſtum negaſſe, quàm poſtmodum mutato conſilio, ſeſe tormentis obieciſſe glorioſum. Poſt hæc quaſi cauſam reddens eius lapſus, ex ea & vires addendi & cohortandi argumentum ſumit. nam nihil ſanè mirum eſt, ipſum dum pugnaret vulneratum fuiſſe: proprium enim eſt fortiſſimi cuiuſque militis, dum pertinacius hoſtes inſequitur, aut cadere aut vincere. neque verò illi valde vitio verti debere, ſi dum ſubitò ſerpentem occiſurus aggreditur, minimè morſum tetri dentis euaſerit. nam ſi conſtantior redeat, & paululum corde confidat, non modò poſſe impreſſi vulneris veſtigia repente delere, ſed etiam caput ſcelerati anguis extinguere. Poſtea cogitationem quandam, quæ illum retardare poſſe videbatur, amouet. terreri enim poterat Theodorus, quominùs pugnam repeteret, quòd in initijs, quando & animus videtur eſſe maior & audacia promptior, cecidiſſet: ait enim id aſtutiſſimi hoſtis conſilio factum, qui inuictum debellatorem ſibi increſcere ſentiens, occupare feſtinauit. quo loco ei reuocat in memoriam admirabilium ſigna virtutum, quæ ſuæ conuerſionis initio ediderat: verùm nihil profeciſſe diabolum, immò etiam tanquam inexpertum magnopere, malè negotium ſuum geſſiſſe. nam ſi redire ad pugnam velit, id tãtum effectum priore caſu, vt fortior reſurgeret. etenim vt è portu ſoluenti mercatori ad merces emendas occurrens pirata, id tantùm efficit vt è commercijs reuertens, tutus euadat. ac ſicut qui leonem ad pugnam prouocatum leuiter feriit, efficit ſæuiorem in ſui perniciem, ſic diabolus priore illo caſu Theodorum magis ad certamen animarit, quàm debilitarit.

His addit egregium dictum è media Philoſophia atque hominum natura petitum, lubricum eſſe natura genus mortalium; verùm vt facilè cadit, ita & velociter ſurgere, ad quòd confert Dauidis exemplum, qui tametſi duplex ab hoſte vulnus acceperat, nã & adulterij & homicidij crimẽ perpetrauit, non tamen ideò tertiò ſeipſe percuſſit, ſed mox ad medicũ con-

uolauit, opportuna medicamenta plagis impoſuit, lachrymas, preces, peccatorum confeſſionem. quibus rebus effecit non ſolùm vt ad priſtinam dignitatem redires, verùm etiam Salomonis vitia obumbraret, quem ſpoliari omni dignum imperio ſuorum contemplatione meritorum texit.

Hunc in modum, priore impedimento amoto, & aliud maius euertendum, aggreditur. nam cùm ſeſe eloquentiæ ſtudijs Theodorus dediſſet, magnámque in ijs laudem conſecutus eſſet, durum videbatur omnes illos labores inanes reddere: & cùm fructus colligendus eſſet, alio animum vocare: præclaram eſſe ſpeciem tribunalium, illuſtrem fori gloriam, immenſi fructus & pretij coronas & palmas, quæ ex illa arena reportarentur: ſed quis ſe hac cogitatione decipi ſinat, cùm ſibi ponit ob oculos Chriſti iudicium atque tribunal? iſte, qui nunc à nobis contemnitur, nos ſine dubio iudicabit. deinde coram hoc Iudice, atque ante hoc tribunal excuſationes omnes illas, quibus ſe tueri poſſet Theodorus, examinans, quàm inanes ſint & futiles oſtendit. Tum nihil in hoc ſæculo beatum, nihil optabile demonſtrans, immò miſera potiùs omnia & fugienda, nihil excelſius docet humilitate, in qua quoniam requieſcit Deus, ideò omnibus rebus dominatur.

Hinc ad religioſæ vitæ laudes conuerſus, eam inſtar rupis excelſæ ait eſſe, è qua turbidos mundi fluctus, fœda naufragia, extinctorum cadauera ſecuri ipſi proſpiciamus.

Ad extremum nullum eſſe poſt hanc vitam pœnitentiæ locum egregio athletarum exemplo declarans, quibus egreſſis è ſtadio, ac ſpectaculis ex more finitis, nullus datur luctam repetendi locus; quandiu verò in ſtadio ſunt, ſemper licet ſperare palmam; docet quanto in pretio vita hæc ſit habenda, non alia de cauſa, niſi vt maligni dæmonis gladium eiúſque violentos impetus retundamus, atque in hunc modum nobis victoriæ palmam glorioſè comparemus.

Nuptiarum igitur & religioſæ vitæ rationibus diligenter collatis, Theodorus mortificationem prætulit voluptati, & repudiato ſæculo & thalamo, clauſtrum repetijt, in quo ita religioſè & ſanctè vixit, vt Mopſueſtiæ poſtea in Cilicia Epiſcopus creatus ſit.

Epiſt. ad Demetriadem de virgin. ſeruand.

Eiuſdem electionis exemplũ ſuppeditat nobis S. Hieronymus, cùm deliberationem ſeruandæ virginitatis

nobiliſſimæ

nobiliſſimę puellę Demetridis deſcribit: Refert primùm vtriuſque teſtamenti exempla, quibus ad id inflammabatur Demetrias: Contrà deinde quomodo à tam ſancto propoſito eam remouerent, & quaſi retraherent (quod multis accidit) mundani quidem timores ſuſpicionéſve. *Metuebat enim*, ait, *ne Auiam matrémque offenderet, quarum cùm incitaretur exemplo, voluntate & ſtudijs terrebatur, non quòd diſpliceret eis ſanctum propoſitum, ſed quòd pro rei magnitudine optare id & appetere non auderent.* Sic tandem eam apud ſemetipſam cogitantem & ſtatuentem inducit: *Quid vltrà differo?* cùm iam nuptiarum appropinquaret dies, & futuro matrimonio thalamus pararetur, ſecretò, & abſque arbitris, noctem habens pro ſolatio, talibus ſe fertur armaſſe conſiliis: *Quid agis Demetrias? cur pudicitiam tanto pudore defendis? libertate opus eſt & audacia, quæ ſic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetiendo? quæ tuorum vultum ferre non potes, quomodò ſuſtineres tribunalia perſecutorum?* Et paulò poſt: *Rumpe omnes moras, perfecta Dei dilectio foras mittit timorem, aſſume ſcutum fidei, loricam iuſtitiæ, galeam ſalutis; procede ad prælium. habet & pudicitia ſeruata martyrium ſuum. Quid metuis auiam? quid formidas parentem? forſitã & ipſa volunt, quod te velle non credunt.* His & aliis compluribus inflammata ſtimulis omnem corporis cultum & habitum ſæcularem, quaſi propoſiti ſui impedimenta, proiecit. Alia his affinia multa poſſent afferri, quæ ſtudio breuitatis omittuntur. & hæc ſatis ſunt ad electionis formulas explicandas.

Cæterùm quod attigimus aliquos breuiore compendio eodem perueniſſe, adducto videlicet ante mentis oculos mortis articulo, & poſtremi iudicij die, exemplis etiam antiquitatis illuſtratur. Siquidem S. Gregorius Nyſſenus eſt auctor, Ephrem adoleſcentem, cùm de iudicio cogitationibus ſemper occuparetur, mundum & quæcumque in eo ſunt effugiſſe. *Orat. de S. Ephrẽ.*

Ioſaphat Regis Indorum filius (ſcribit S. Damaſcenus) cognita mortis neceſſitate, quæ omnibus ex æquo hominibus immineret, ita permotus eſt, vt accedente poſtea Barlaami ſanctiſſimi monachi perſuaſione non *Cap. 5. & 6. hiſt. Ioſaphat*

Aymonius lib. 4.c. 60. ſolùm ſit ad Chriſti fidem conuerſus, ſed etiam rege patre, regia, regnóque contempto in Syluas ac antra ſe abdiderit, vbi ſanctiſſimè ſeueriſſiméque vixit. Nec aliter Carolus Magnus, Caroli Martelli Francorum Regis filius, adductus eſt ad regnum fratri denunciandum, vitámque monachi traducendam. Michaël item Paphlagonius Conſtantinopolitanus Imperator, & poſterioribus ſeculis Vitalis Candianus Venetorum Dux, & Ioannes Picus comes Mirandulanus, & alij. *Zonaras 3.parte annal. Sabellicus. Fräciſ.Picus.*

De diſcretione ſpirituum.

CAPVT XIII.

1.Cor.12. MEMINIT ſpirituum diſcretionis Apoſtolus, cùm recēſet gratia gratis datas. ex quo intelligitur, reperiri etiam poſſe in peccatoribus. nec mirum, nam conſolatio ipſa, qua à diuino ſpiritu in mentem imittitur, peccatoribus etiam communicatur. qua de re ſic ſcriptum eſt apud Richardum de ſancto Victore: *Impij, quibus erit in futuro væ, hic quandoque etiam intimus donis reficiuntur. Inimici Domini, ait, mentiti ſunt ei, & cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos. inimici ergo dicuntur, & tamen non tam ex frumento, quàm ex adipe frumenti ſaturantur, etiam myſtica & interna percipientes.* *Pſal.80.* Et quidem Deus, quod amoris eſt, quod amicitiæ etiam indignis facit. ſed qui gratiam ab eo percipit, & non ſe verſa vice amicum exhibet reſpondēdo gratiæ, & dignè ex hoc operādo, inimicum ſe facit, & ad cumulum damnationis hanc ſibi vertit. id, quod etiam S. Bernard. ſentire videtur, eodem ad huius rei confirmationem adhibito ſcripturæ loco. Quod quanquam ita eſt, vt plurimum tamē donum hoc diſcretionis ſpirituum in ſanctis viris inuenitur tantùm quamuis non in omnibus, quia *ſpiritus diuidit ſingulis prout vult*; cùm enim ſcribit Apoſtolus: *Spiritualis iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur.* de viro iuſto loquitur, & mūdis corde potiſſimùm promit- *Serm.74. in Cant.* *1.Cor.12.* *1.Cor.2.*

titur

Digitized by Google

titur lux ſpiritualis,& viſio Dei à Chriſto Domino.

Prudentiā certè requirit diſcretionis ſpirituū donum, quippe prudentia quędam ſpiritualis eſt & diuina, inſtitutum, vt docet S. Thomas, ſicut aliæ gratię gratis datæ ad hoc, vt homo inſtituatur in rebus diuinis, quæ humanam rationem ſuperant: propriè autem ad explicanda cordium oculta. de quo ſic ſcribit S. Chryſoſtomus: *Diſcretio ſpirituū, ſignificat cognitionem, quiſnam ſpiritualis ſit, quis non: quis Propheta, & quis deceptor. quod & Theſſalonicenſibus dicebat Apoſtolus: Prophetias nolite negligere: omnia autem probate, quod bonum eſt tenete: etenim tunc nulla falſorum Prophetarum differentia erat, cùm Diabolus cum veritate mendacium confundere niteretur.* Quare à S. Anſelmo Diſcretio hæc difficillima appellatur, cùm inquit: *Et ſpiritus malignus, quaſi tranquillus agit, ac ſine vexatione aliqua corporis aſſumpto humano ſpiritu dicit, quod poteſt. quando etiam vera dicit, & vtilia prædicat ad hoc, vt cùm illi in manifeſtis bonis creditū fuerit, ſeducat ad ſua, iſte quippe diſcerni non poteſt, niſi dono Spiritus ſancti: non enim magnum eſt, tunc eum dignoſcere, cùm ad aliqua deuenerit vel perduxerit, quæ ſunt contra bonos mores, vel regulam fidei: tunc enim à multis diſcernitur. dono autem Spiritus ſancti in ipſo primordio, quo multis adhuc bonus apparet, cōtinuò diiudicatur an malus ſit. ſed & ſpiritus hominum, id eſt voluntates, hoc dono Dei diſcernuntur bona à malis.*

Porrò auctore S. Bernardo ſex ſunt ſpiritus quos diſcernere opportet. Primus eſt diuinus, de quo Dauid: *Audiam, quid loquatur in me Dominus meus.* Secundus eſt Angelicus, quem Zacharias Propheta commemorans ait: *Angelus: qui loquebatur in me.* Tertius eſt diabolicus, de quo in Pſalmis ſcribitur: *Immiſſiones per Angelos malos.* Quartus eſt humanus: *Quis enim hominum,* ait Apoſtolus, *ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt?* Quintus eſt ſpiritus carnis, cuius meminit idem Apoſtolus, cùm ſcribens Colloſſenſibus teſtatur quoſdam inflatos *ſpiritu carnis ſuæ.* Sextus eſt *ſpiritus mundi huius,* quem ſanctus Paulus negat Apoſtolos accepiſſe, accepiſſe autem ſpiritum, *qui ex Deo eſt.* Ex his ſpiritibus tres preſpicuè falſi & mali sūt. Diabolicus,

Matt. 5.
Prim. 1. 2. q. 111. artic. 4.
Hom. 29. in 1. Cor.
1. Theſ. 5.
1. Cor. 12.
Serm. de ſept ſpir. qui de ſex ſpiritibus inſcribi debet. nō de ſeptem.
Pſal. 84.
Zach. 1.
Pſal. 77.
1. Cor. 2.
Coloſ. 2.
2. Cor. 2.

carnalis,& mundanus:tres autem veraces & boni. Diuinus, Angelicus, humanus, quamuis humanus indifferens potiùs eſt dicendus, vtriſque enim bonis inquam & malis, adhæret & ſeruit.

In vnoquoque autem ſpiritu duo vt plurimum conſideranda ſunt: primum eſt lux aliqua menti illata, quæ propriè dicitur inſtinctus: ſecundum eſt motio voluntatis ad aliquid, & hæc affectio aliqua ſit opportet, ſiue ſit amor & gaudium, ſiue odium, mœror, & ſimiles affectus, qui in animo gigni conſueuerunt, cùm præſens adeſt inſtinctus: à quibuſdam, vt à B. Patre Ignatio, huiuſmodi omnes animi affectiones communi nomine conſolationis & deſolationis appellantur, de vnoquoque nunc eſt ſigillatim agendum.

De ſpiritu Diuino & Angelico.

CAPVT XIV.

DIVINVS ſpiritus à ſanctis Patribus appellatur etiã *locutio Dei*, &, *inſpiratio*, *aduentus ſponſi*, *verbi viſitatio*, & aliis nominibus quibus in multis ſcripturã ſanctarum locis idem ſpiritus ſignificatur. Eſt igitur hic ſpiritus locutio Dei interna, cum aliqua animi commotione erga bonum ſuum cõiuncta, de qua S. Bern. *Felix* inquit, *& bona anima, quæ venas ſuſurrij diuini percipit in ſilẽtio, frequenter iterãs illud Samuelis, loquere Domine, quia audit ſeruus tuus.*

Serm. de 7. ſpirit.
1. Reg. 3.
Prima regula.
Secunda regula. poſt Annot.

De hoc ſpiritu primam hanc regulam tradit B. Pater Ignatius his verbis: *Solius eſt Dei conſolari animam nulla præcedente conſolationis cauſa, cùm ſit hoc proprium Creatoris ſuam ingredi creaturam, & illam in amorem ſui totam conuertere, trahere, & mutare, cauſam verò præcedere nullam tunc dicimus, quando nec ſenſibus, nec intellectui, neque voluntati noſtræ quicquam obiectum eſt, quod eiuſmodi conſolationem cauſare ex ſe poſſit.* Qua de re ſic ſanctus Bernardus: *Fateor ex mihi aduẽtaſſe verbum, in inſipientia*

Ser. 74. in Cant.

dico,

dico, & pluries: cúmque ſæpius intrauerit ad me non ſenſi aliquoties cùm intrauit, adeſſe ſenſi. adfuiſſe recordor, interdum & præſen ire potui intro um eius, ſentire nunquam, ſed nec exitum quidem. nam vnde in animam meam venerit, quóve abierit denuo eo dimittens, ſed & qua vel introierit vel exierit, etiam nunc ignorare me fateor, ſecundùm illud: neſcis vnde veniat, aut quò vadat. nec mirum tamen, quia ipſe eſt, cui dictum eſt, & veſtigia tua non cognoſcentur. Et paulo poſt: *Quæris igitur, cùm ita ſint omnino inueſtigabiles viæ eius, vnde adeſſe norim? Viuum & efficax eſt moxque vt intus venit expergefecit dormitantem animam meam mouit, & molliuit, & vulnerauit cor meum, quoniam durum lapideúmque erat, & malè ſanum.* & cætera, quæ ſuprà retulimus capite 38. libri 2. poſt quę pergit: *Ita igitur intrans ad me aliquoties verbum ſponſus, nullus vnquam introitum ſuum indicijs innoteſcere fecit, non voce, non ſpecie, non inceſſu, nullis denique ſuis motibus compertum eſt mihi, nullis meis ſenſibus illapſum penetralibus meis. tantùm ex motu cordis, ſicut præfatus ſum, intellexi præſentiam eius, & ex fuga vitiorum.* Ex quibus etiam intelligimus, quæ ſint ſigna præſentiæ Domini animam commouentis, & qui effectus, quantíve huius diuinæ inſpirationis, etiam cùm præterierit. *Ioan. 3. Pſal. 76. Cant. 4. Iſaia 40.*

Secũda regula eſt. Huiuſmodi diuinam inſpirationem diuturnam non eſſe, ſic enim habet ſanctus Gregorius in illa verba Iob: *Et cùm ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt pili carnis meæ.* Nobis, inquit *præſentibus ſpiritus tranſit, quando inuiſibilia cognoſcimus, & tamen hæc non ſolidè ſed raptim videmus, neque enim in ſuauitate contemplationis intima diu mens figitur, quia ad ſemetipſum immenſitate luminis reuerberata reuocatur, cúmque internam dulcedinem deguſtat amore æſtuat, ire ſuper ſe ipſam nititur, ſed ad infirmitatis ſuæ tenebras fracta relabitur, & magna virtute proficiens videt, quia videre non poſſit, quod ardenter diligit, nec tam ardenter diligeret, niſi aliquatenus videret. non ergo ſtat, ſed tranſit ſpiritus, quia ſupernam lucem noſtra nobis contemplatio & inhiantibus aperit, & mox infirmantibus abſcondit.* *Secunda regula. Libr. 5. moraliũ, cap. 23. Iob 4.*

Tertia regula. Licet diuina ſpiritus viſitatio breuis ſit, *Tertia regula.*

Ser. 74. in Cant. frequens tamen eſſe poteſt. Sic enim S. Bernardus: *Præteriens teneri vult, abiẽs reuocari. neque enim hic irreuocabile verbũ. it & redit pro beneplacito ſuo, quaſi viſitans diluculo, & ſubitò probãs, & ire quidem illi quodãmodo diſpẽſatorium, redire verò ſemper voluntarium eſt, vtrumque autem plenum iudicij, & penes ipſum horum ratio, nunc verò conſtat in anima fieri huiuſmodi viciſſitudines euntis & redeuntis verbi, ſicut ait: vado & venio ad vos* Ioan. 14. *reuocatur autem, vt idem antè docuerat, deſiderio animæ, ſed eius animæ, cui ſemel indulſerit ſuauitatem ſui, numquid non deſiderium vox? &* Pſal. 10. *quidem valida: Denique deſiderium pauperum exaudiuit Dominus; verbo igitur abeunte vna interim & continua animæ vox, continuum deſiderium eius tanquam vnum continuúmque reuertere, donec veniat.*

Quarta regula. Quarta regula eſt. Diuinum ſpiritum non eodem modo omnes homines afficere, ſed prout quiſque animo eſt minùs magiſve præparato atque capaci: *Spiritus enim ſanctus*, ait Richardus de ſancto Victore, *vnicus dicitur & multiplex, quia cùm vnus ſit, diuerſis tamen modis* part. 2. in Cant. cap. 33. *mentes viſitat & afficit. audire ergo debet anima quid & quomodo loquatur in ea Dominus Deus.* Duplex igitur eſt diuini ſpiritus viſitatio, vniuersè loquendo, quia duplex eſt animorum præparatio & diſpoſitio, prout quiſque ſimilior illi aut minus ſimilis eſt. Similibus enim, hoc eſt verè ſpiritualibus, illabitur diuinus ſpiritus ſuauiter admodum & placidè. diſſimilibus autem, id eſt minus ſpiritualibus, perturbatè primùm & cum terrore, deinde etiam placidus, & cum magno ſimul conſolationis ſenſu. *Aliquando*, inquit ſanctus Gregorius, *nos amore ali-* Libr. 5. moraliũ. cap. 20. *quando terrore compungit, aliquando præſentia, quàm nulla ſint oſtendit, & ad æterna deligenda deſiderium erigit. aliquando priùs æterna indicat, vt pòſt temporalia vileſcant aliquando noſtra nobis mala aperit, & adhuc nos vſque, vt alienis etiã malis condoleamus, extendit.* Et ſanctus Bernardus: Ser. 57. in Cant. *Vides, ait, intuitum Domini, cùm in ſe ſemper maneat idem, non tamen eiuſdem ſemper efficaciæ eſſe ſed conformari meritis ſingulorum, quos reſpicit, & alijs quidem incutere metum, alijs verò magis conſolationem & ſecuritatem afferre, denique reſpicit terrã, & facit eam tremere, cùm è regione reſpe-*

xerit Mariam, & infuderit gratiam. reſpexit ait, humilitatem ancillæ ſuæ, quæ verba non plorantis aut trepidantis ſunt, ſed gaudentis.

Pſ. 103.
Lucæ 1.

Quinta regula. Peccatores, tepidos, & minùs ſpirituales viros Diuinus ſpiritus cùm viſitat, cõturbat primùm, pòſt etiam conſolatur. hæc ſequitur ex antedictis quia videlicet cum ſibi, diſſimilibus occurrat, concutit & frangit, vt ſimiles effectos poſtea conſoletur. *Primùm quidem*, ait S. Bernardus, *ſonans in auribus animæ vox diuina conturbat, terret diiudicatque, ſed continuò ſi bene aduerteris viuificat, liqueſacit, caleſacit illuminat, mũdat. Quid eſt illud*, ait S. Auguſtinus, *quod interlucet mihi, & percutit cor meũ ſine læſione: inhorreſco & inardeſco, inhorreſco in quantum diſsimilis ei ſum, inardeſco in quantum ſimilis ei ſum. Sapientia ipſa eſt, quæ interlucet mihi diſcindens nubilum meum, quo me rurſus cooperit deficientem ab ea caligine & aggere pœnarum mearum.*

Quinta regula.
Sermo de multiplici vtili. verbi Dei.
Libr. 11. Confeſſ. cap. 9.

Sexta regula eſt. Proprium eſt diuini ſpiritus conſolari, non autem conturbare aut terrere. hoc enim non facit niſi per accidẽs, prout quiſque ab eo alienior eſt. quare terror, qui conſolationem antecedit, præparatio eſt & ſignum ſpiritus aduentantis; conſolatio autem aduentus ipſe & præſentia. Sic enim S. Bernardus: *Si non ſolum compungeris in ſermone illo, ſed & conuerteris totus ad Dominum iurans & ſtatuens cuſtodire iudicia iuſtitiæ eius, etiam adeſſe ipſum iam noueris, præſertim ſi te inardeſcere ſentias amore eius, etenim vtrumque de illo legis, & ignem videlicet ante ipſum præcedere, & ipſum nihilominus ignem eſſe. Moyſes ſiquidem de illo dicit: quia Deus ignis conſumens eſt. Differunt autem, quod is qui præmittitur ignis ardorem habet, ſed non amorem, coquens, ſed non excoquens, mouens, nec permouens; tantùm ad excitandum, præmittitur & præparandum, ſimulque ad commouendum, quid ex te ſis, quo dulciùs ſapiat poſtmodum, quod ex Deo mox eris. At verò ignis, qui Deus eſt, & conſumit quidem, ſed non affligit, ardet ſuauiter, deſolatur feliciter. eſt enim verè carbo deſolatorius, ſed qui ſic in vitia exerceat vim ignis, vt in anima vicem exhibeat vnctionis. ergo in virtute, qua immutaris, & in amore, quo inflammaris, Dominum præſentem intellige:*

Sexta regula.
Pſal. 33.
Deut. 4.

nam

Pſal.117. *nam dextera Domini facit virtutem. non autem ſit hæc mutatio dexteræ exelſi, niſi inferuore ſpiritus, & in charitate non ficta, ita vt dicat qui huiuſmodi eſt: concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Pſal.38.

Septima regula. Ser.57. in Cant. Septima regula Signa antecedentia diuinam hanc inſpirationem multa ſunt, pleraque autem ab eodem ſancto Bernardo receſentur. Primò. Primò: *Si admonitus, inquit, fuero vel foris ab homine, vel intus à ſpiritu, de tuenda iuſtitia & ſeruanda æquitate. iſtiuſmodi ſalutaris ſuaſio erit mihi profectò prænuncia imminentis aduentus ſponſi, & præparatio quædam ad dignè ſuſcipiendum ſupernum viſitatorem: iuſtitia enim ante eum ambulabit. Iuſtitia & iudicium Præparatio ſedis tuæ.* Pſal.84. Pſal.88. Secundò. Secundò: *Nihilominus ſpes eadem arridebit, ſi ſermo inſonuerit de humilitate vel patientia, ſeu etiam de fraterna charitate & obedientia deferenda Prælatis: maximè autem de ſectanda ſanctimonia & pace, & cordis puritate quærenda. Quoniam quidem ſcriptura ait: Domum Domini decet ſanctitudo, & factus eſt in pace locus eius, & mundi corde Deum videbunt. Idem de alijs virtutibus dicendum eſt.* Pſal.92. Pſal.75. Matt.5. Tertiò. Tertiò: *Sed & ſi corripuerit me iuſtus in miſericordia & increpauerit, id ipſum ſentiam, ſciens, quia æmulatio iuſti & beneuolentia iter faciunt ei, qui aſcendit ſuper occaſum. bonus occaſus cùm ad correctionem iuſti ſtat homo, & corruit vitiũ, & Dominus aſcendit ſuper illud, conculcans hoc pedibus & conterens, ne reſurgat.* Pſal.140. Quartò. Quartò: *Quod ſi ſermo gratus venit & precibus, quatenus pulſo faſtidio cum deſiderio audiatur, iam non modò venire ſponſus, ſed accelerare, id eſt, eum deſideriderio venire credendus eſt. illius namquè deſiderium tuum creat.* Quintò. Quintò: *Iam eſt ſi ignitum eloquium ſentis, atque ex conſcientiam viri in recordatione peccati, recordare tunc, de ſcriptura dicit, quia ignis ante ipſum præcedet. & ipſum prope eſſe non dubites. denique iuxtà eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.* Pſal.96. Pſal.33.

Octaua regula. Octaua regula. Signa præſentiæ diuini ſpiritus, ex eodem S. Bernardo locis antè adductis, ſunt *excitatio animæ, motio, & emolitio, vulneratio cordis, euulſio deſtructiòve vitiorum, ædificatio & plantatio virtutum, roris deuotionis infuſio ad ariditatem mentis tollendam, illuminatio tenebra-*

rum,

Digitized by Google

rum, reſeratio occultorum cordis, frigoris exterminiũ, inflammatio charitatis, & perfecta animæ & facultatum eius omnium in Deum reductio atque conuerſio. Quod aliis verbis idem Pater ſic explicat: *Fuga vitiorum, compreſſio carnalium affectuũ, diſcuſſio ſiue redargutio occultorum, emendatio morum; denique renouatio & reformatio ſpiritus mentis, id eſt interioris hominis, præſertim verò amor Dei.* Ad hæc addit idem hæc verba: *Porrò hoc igne conſumpta omni labe peccati & rubigine vitiorum, ſi iam emundata ac ſerenata conſcientia ſequatur ſubita quædam atque inſolita latitudo mentis, & infuſio luminis illuminãtis intellectũ vel ad ſcientiam ſcripturarum, vel ad myſteriorum notitiã: quorum alterum propter nos oblectandos, alterum propter ædificandos mos proxi, reor dari, oculus reſpiciẽtis proculdubio eſt iſte, educens quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Ser. 57. in Cant.

Nona regula Diuina viſitatio non intelligitur perfecta & plena, niſi ad inſtinctum & lucem mentis accedat voluntatis motio & conuerſio in Deum, quod idem S. Bernardus egregiè colligit ex proprietatibus ſponſi cœleſtis duabus: Comparatur enim capreæ & ceruorum hinnulo: *Quia*, inquit, *capreæ oculos habet veritas, & gratia hinnuli hilaritatem, vtraque res neceſſaria mihi. & veritas quidem, cui abſcondi nõ poſſim, gratia autẽ, cui nolim, alioquin ſiue alterutra viſitatio plena non erit, cùm & illius ſeueritas abſque hac oneroſa, & huius hilaritas abſque illa diſſoluta videri poſſit. amara eſt veritas ſine condimento gratiæ, ſicut abſque veritatis freno leuis & neſciens modum plerumque & inſolens ipſa deuotio.* Nona regula. Ser. 74. in Cant.

Quæ hactenus diximus de ſpiritu diuino ſub modo conueniũt ex parte ſpiritui ſiue inſpirationis Angelicæ ſic enim ſcribit idem S. Bernardus: *Horum duorum ſpirituum quis loquatur, nec diſcernere facilè eſt, nec ignorare periculoſum. præſertim cùm certum ſit Angelum bonum nunquam loqui ex ſemetipſo, ſed Deum eſſe. qui loquitur in ipſo.* Ser. de ſeptem ſpirit.

Decima regula. Quanquam diuina inſpiratio gratis fit, eſt tamen ingentibus deſideriis & votis expetenda. rogandusque ſponſus eſt, *vt deſcendat in hortum ſuum.* Et in primis diligentiſſimè eſt excolenda anima virtutum Decima regula.

optima

Ser. 57. in Cant. optimarum exercitatione: *Arguit nos pro certo* ait S. Bernardus *negligentiæ & incuriæ ipſa inopia noſtra. nam ſi quis noſtrum integrè & perfectè, iuxta verbum ſapientis, cor ſuum* Eccl. 39. *tradat ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecetur, ſimulque votis omnibus ſtudeat ſecundum Iſaiam prophetā, parare vias Domini, re-* Iſaiæ 40. *ctas facere ſemitas Dei ſui, cui cum Propheta ſit dicere: oculi* Pſal. 24. *mei ſemper ad Dominum, & quia prouidebam Dominum in* Pſal. 15. *conſpectu meo ſemper, nonne hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo? viſitabitur profectò frequenter, nec vnquam ignorabit tempus viſitationis ſuæ quantumlibet is, qui in ſpiritu viſitat, clandeſtinus veniat & furtiuus, vtpote verecundus amator.* Pſal. 23.

Sed non ſolùm antequam veniat, rogandus eſt Dominus: vt veniat, ſed poſtquam adeſt ſummo ſtudio retinendus iiſdem virtutibus & precibus, vt qui inſtituere & dirigere incepit, ipſe perficiat, edoceatque quibus exercitationibus pergendum ſit proficienti, vt ei indies magis placeat & obſequatur: *Et cùm loquitur ſpiritus*, ait Part. 2. cap. 33. in Cant. Richardus de S. Victore, *inter audiendum, rogandus eſt, vt audientem ducat, & qualiter meditationes dirigendæ ſint, doceat: offerunt enim ſe tunc meditationes ſpirituales, ita vt mens ſedeat, quaſi rex, circunſtante ſe harum exercitu. Regere itaque has debet, & diſcernere quam potiſſimùm admittat, in qua ſe magis exerceat, & quādiu vnicuique inhæreat, quando de iſta ad iſtam tranſeat. Ferculum enim eſt qualibet meditatio, quia paſcit mentem. ſed vt deuotio ipſa accendatur, cùm ſapor ceſſare iam cœperit, vtiliter aliud aſſumitur. ad aliam ergo meditationem conuertere, quæ viciniùs ſe obtulerit, & quam præcedenti ſimilem & non diuerſam noueris.*

Et paulo pòſt: *Cordis conſolatio & ſpiritualis refectio Dei quidem donum eſt, ſed cooperari te oportet huic dono, & prudenter in eo exerceri.*

⁂

De ſpiritu Diabolico, Carnis & Mundi.

CAPVT XV.

De tribus ſpiritibus: Diabolico nimirum Carnali & Mundano, ſic ſcriptum apud S Bernardum: *Hi duo ſpiritus, carnis ſcilicet & mundi, ſunt ſatellites magni illius principis tenebrarum, vt dominetur ſpiritus nequitiæ, hoc eſt Diabolicus, ſpiritui Carnis & ſpiritui huius Mundi. Quiſquis ergo ex his tribus ſpiritibus ſpiritui noſtro loquatur, ne credamus ei, quoniam ſanguinem ſitiunt, non quidem corporum, ſed quod grauius eſt, animarum. Sed quoniam ſpiritualis omnium natura eſt, à ſermonibus eorum cognoſcemus eos, & quis ſpiritus ſit, qui loquatur, ipſa ſuggeſtio declarabit. ſemper enim ſpiritus carnis mollia, ſpiritus Mundi vana, ſpiritus malitiæ ſemper amara loquitur. Quoties ergo importunè, vt aſſolet, carnalis cogitatio mentem pulſat, verbi gratia, cum de potu, de cibo, de ſomno, cæteriſque ſimilibus ad carnis curam pertinentibus cogitantes humano quodam inardeſcimus deſiderio, certùm ſit nobis, ſpiritum carnis eſſe, qui loquitur, & tanquam aduerſarium repellamus eum, dicentes: vade retro ſatana, quoniam non ſapis, quæ ſunt Dei, ſed magis ſapientia tua inimica eſt Deo. Cùm autem non de illecebris carnis, ſed de ambitione ſæculi, de iactantia & arrogantia, cæteriſque ſimilibus cogitatio vana verſatur in cordibus noſtris, ſpiritus mundi eſt, qui loquitur, longè pernicioſior hoſtis, & maiori ſolicitudine repellendus. Interdum verò ſatellitibus iſtis terga vertentibus. Princeps ipſe habens iram magnam tanquam leo rugiens inſurgit aduerſus nos, cum videlicet non ad voluptatem carnis, aut ſæculi vanitatem, ſed ad iram, ad impatientiam, ad inuidiam, ad amaritudinem animi prouocamus, importunè ingerendo, ſi quid minus amicabiliter minuſve diſcretè factum videtur aut dictum, ſi quæ denique aut in ſigno aut in opere quolibet data videtur indignationis occaſio, materia ſuſpicionis. huic ergo cogitationi non aliter, quàm ipſi Diabolo reſiſtendum eſt, nec aliter ab ea, quàm ab ipſa perditione cauendum. ſcriptum eſt enim;*

Ser. de 7. ſpiritibus

Matt. 8.

Digitized by Google

Luc.21. *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.*

Quot modis verò aut quibus malignus ſpiritus hominem aggrediatur, ſatis iam diximus duobus ſuperioribus libris. Addi tamen adhuc poſſunt ad ante dicta ea, quæ affert Richardus de S. Victore de variis tentationibus: de quibus ſic ſcribit: *Septem ſunt genera tentationum. Prima eſt importuna, ſecunda dubia, Tertia ſubita, Quarta occulta. Quinta violēta, Sexta fraudulēta, Septima perplexa. Importuna eſt, quæ procaciter inſiſtit; dubia, quæ animū ambiguitatis nubilo inuoluit; ſubita, quæ iudicium rationis præuenit; occulta, quæ deliberationis conſiderationem præterfugit; violenta, quæ vires mentis tranſcendit; fraudulenta, quæ animum ſeducit, perplexa, quæ varijs impetit vitijs. Et hi ſeptem tentationum modi poſſunt eſſe, ſimplices & impermixti, & compoſiti atque permixti, ita autem ſe habent, vt ſecunda ſit grauior tentatio, quàm prima, tertia quàm ſecunda, & ita deinceps, quæ ſequitur quàm ea, quæ anteit. Importunæ tentationis eſt animum ſemper inquietare, & nunquam quietum permittere. Dubia autē tentatio animum exagitare conſueuit & vagum ſemper & profugum facit: quid enim aliud timorem nocturnum putamus efficere, quàm animum timidum & trepidum reddere, & vbi nihil timeri oporteret, ſummo horrore concutere? fugit enim eiuſmodi anima nemine perſequente, & cùm pax ſit, ſemper ſuſpicatur bellum. Subitæ tentationis eſt animum ſauciare, delectationiſque iaculo affectum tranſfigere, & quid aliud expectare opportet à ſagitta volante. Occulta tentatio, ex ea parte qua præualet, animum ſemper excæcare ſolet, in tenebris ſemper perābulans, & omne negotium ſuū in tenebris explicans. Violentæ tentationis eſt animū ſemper violenter opprimere, & funditus eneruare. Fraudulenta tentatio animū infatuare ſolet. Quid namque aliud Dæmonium meridianum faceret, quàm animum infatuare, vel in furorē vertere? Perplexæ tentationis eſt animū ſemper dilaniare, diſſipare, diſtrahere. Prima itaque tētatio inquietat, ſecunda agitat, tertia vulnerat, quarta excæcat, quinta eneruat, ſexta infatuat, ſeptima dilaniat.*

Prima part. in Pſal. 90.

Spiritus porrò diabolici eſt his omnibus tentationum rationibus vti aduerſus proficientē, maximè verò fraudulenta, qua vt ſolet, transfigurat ſe in Agelum lucis, &

virtutis

virtutis ſpeciem obiiciens, clàm vitij alicuius iaculo cor transfigit:& quia ſecundo libro aſtutias decem diabolici ſpiritus aperuimus, nunc vnam tantùm recenſendam putaui, quàm S. Chryſoſt. explicat eleganter. ea autem eſt, qua vtitur aduerſus animos valdè pios, & in virtutibus exercitatos: hos enim ſi in calamitate ſint, non ſtatim initio adoritur, ſed cùm eos fractos iam vexationibus & tormentis finem tantarum miſeriarum auidè expectare cognoſcit: accedit enim tunc, vt ſuo impulſu homines penè cadentes omnino præcipitet. ſic itaque ſcribit: *Diabolus aduerſus Iob non perditis bobus, neque aſinis, neque camelis, neque domo diruta, neque filijs ruina obrutis, hac vſus eſt fallacia: ſed tacet adhuc & ceſſat, conſiderata athletæ fortitudine: ſed cum vermium fons ſcaturiebat, & putrida cutis decidebat, & conſumptæ carnes ſaniem grauiter fœtentem efflabant, & ſartagine & fornacibus, & omni flamma miſeriùs eum diaboli manus conſumebat, fera omni crudeliùs vndique eius corpus deuorans: Cùm diutius is eſſet hac calamitate confectus, tunc vxorem ſubornat. nam ſi in calamitatis principio acceſſiſſet, non ſanè cum inueniſſet ita eneruatum, neque ita poſſet exprobrare calamitatem, & tanta loqui audacia. nunc autem cùm videret, ob temporis longitudinem, & ſanitatis quàm cupidiſſimum, & malorum finem maiorem in modum deſiderantem, tunc accedit, & ait: quouſque conſumeris? Grauis rhetor ad decipiendum eos, qui inconſultiores ſunt. Quid igitur hic beatus? adamante fortior.* *Homi. 28 in 1. ad Cor.*

De ſpiritu humano ſiue naturali.

CAPVT XVI.

DE humano ſiue noſtro ſpiritu ſic ſcriptum eſt apud prædictũ Richardum: *Habet etiam cibum homo ab ipſa natura, quia hæc iucundior paſcit cibo dulcedinis, habet & à cauſis accidentibus, reficiunt enim proſpera, dum ſuccedũt. non eſt cibus iſte ſpiritualis, quo reficit Chriſtus, attamen plerumque cibus eſt imperfectorũ & olus infirmorum. & ſæpe* *Prima part. in Cant. c. 35.*

vtiliter paſcit hoc olus infirmos, ſicut dicit Paulus: qui in-
Rom. 14. *firmus eſt, olus manducet, leuigat enim & curat ex par-*
te morbum acediæ, quam patitur mens ex inopia gratiæ.
O quam frequenter imperfecti & ignari gratiæ mouentur
carnali gaudio vel naturali alacritate, & moueri ſe
putant ſpirituali conſolatione! quàm ſæpè ab inimico vel
à proprio corde aliquid ſentit homo, & à Spiritu ſancto
hoc eſſe credit? Et quid mirum ſi in deuotione ſe miſceat
inimicus, & falſa loquatur, qui in ipſis etiam Prophetis
loquebatur? qui etiam à ſuo ſpiritu aliquando dixerunt, quod
Eccl. 31. *à Spiritu ſancto ſe dicere crediderunt? non ergo debet homo*
ſequi cordis ſui cogitationem vel experimentum, cùm in hu-
iuſmodi quoſdam Prophetas, nouerit interdum fuiſſe deceptos.
nec ſolùm hæc pericula caueri oportet in ſtatu peccati, ſed
etiam in ipſa gratia, prudenter quid gerendum fuerit, eſt at-
tendendum. Cùm Sapientia bibe vinum, ait Salomon, vino
Sap. 1. *gratiam ſignificans. & item legitur, quod Spiritus ſanctus au-*
fert ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.

Ibidem. De eodem Spiritu loquens S. Bernardus: *Fit aliquan-*
do, ait, *vt Spiritus noſter, à quolibet horum trium crebrò ſu-*
peratus & addictus illi, in ſuam ipſius perniciem (heu) vices
illius agat, vt iam ſine omni alterius Spiritus ſuggeſtione,
ipſa ex ſe anima aut voluptuoſas, aut vanas, aut amaras pa-
riat cogitationes. iam verò non facilè arbitror poſſe diſcerni,
quando noſter ipſe loquitur Spiritus, quandó ve loquentem al-
terum audiat quemlibet ex tribus illis. Sed quid refert qui-
cumque loquatur, dum vnum & idem ſit, quod loquuntur?
quid refert loquentis neſſe perſonam, dum conſtat pernicioſum
eſſe quod loquitur? ſi inimicus eſt, reſiſte viriliter inimico: ſi
tuus ipſe Spiritus eſt, argue eum, & miſerabiliter plange, quod
in tantam miſeriam & tam miſerabilem deuenerit ſeruitu-
tem. Obſeruetur igitur finis inſpirationis, quo nimi-
rum modo terminetur, & quem quaſi ſonum referat ca-
dendo. inde enim intelligitur qualis ſit. ſi enim ſonat
mollia, caro, ſi vana, mundus, ſi amara, diabolus eſt. qui
quantumlibet caput ſuæ ſuggeſtionis abſcondat, exitu
ipſo quaſi cauda ſerpens agnoſcitur.

De

Digitized by Google

De eorundem ſpirituum diuini, Angelici, & diabolici comparatione ex doctrina recentioris ſcriptoris & ſanctorum Patrum.

CAPVT XVII.

INCIDI ego ante viginti annos in librum quendam manuſcriptum Bibliothecæ Genuenſis Collegij noſtri, quem nunquam poſteà etiam diu quæſitum videre licuit: huius erat inſcriptio Liber de inſtinctibus Magiſtri Vvihelmi de Vrimaria. Eius ſummas rerum atque ſententias iam tunc collectas, vt ad rem præſentem pertinentes viſum eſt hîc adſcribere verbis eius expreſſas, & alicubi etiam & ſcripturarum & ſanctorum Patrum auctoritatibus à nobis adductis confirmatas. ſic igitur habent:

Quadruplex eſt inſtinctus, Diuinus, Angelicus, diabolicus, naturalis.

Diuinus inſtinctus quadruplici ſigno cognoſcitur, ſi inuitet, Primò ad exemplum Chriſti & Sanctorum. Secundò ſi ad humilitatem. Tertiò ſi ab exterioribus vocet ad interiora, & colligat cor, vt ſic magis ſit diſpoſitum ad vnionem cùm Deo. Quartò, ſi id ad quod inuitat ſit eius virtutis & roboris, vt animam maiore virtutum opulentia reficiat & compleat. *Diuinus.* *1.* *2.* *3.* *4.*

Angelicus inſtinctus quadruplici quoque ſigno dignoſcitur. Primò quidem initio terrefacit, poſt in fine conſolationem adfert. Quod perſpicuè cernitur in congreſſu Angeli cum beatiſſima Virgine Dei genitrice Maria, quæ primum *conturbata in ſermone Angeli*, ſed tandem ait: *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum* Secundò initio abſcondit ſe, in fine verò ſe oſtendit & prodit, id quod ex hiſtoria Tobiæ apertè intelligitur. Tertiò inuitat ſemper ad bonum, quod ſi aliquando Abraham inuitauit ad mortem Iſaac innocentis, & ea tunc non fuiſſet mala, quia à Deo fuiſſet, qui auctor eſt & Dominus vitæ; nec ad eam inuitauit, *Angelicus.* *Luc. 1.* *2.* *3.* *Gen. 22.*

ita vt vellet eam patrari, vt poſtea patrata non eſt, ſed vt illuſtrior eſſet Abrahæ obedientia, quæ magnum bonum eſt.
4. Quartò excitat bonam volũtatem in incipientibus quidẽ ad dolorem peccatorũ, efficitque vt illis ca-
Actor.12 dant peccatorum catenæ, vt beato Petro, cùm tenebatur in vinculis: vt proficientibus autem ad feruorem. perfectos verò reficit internæ dulcedinis prægustatione, quo-
3. Reg.19 rum vtrumque accidit Eliæ Prophetæ, quem Angelus prius excitat, poſtea paſcit.

Diabolicus. Primò. Diabolicus inſtinctus diſcernitur à diuino quadruplici ſigno. Primò quia id ad quod diabolus inſtigat, ſemper eſt contrarium exemplis Chriſti & Sanctorum. ratio eſt, quia diabolus eſt Chriſti hoſtis, & ex directo aduerſarius. eſt enim Chriſtus ſpeculum diuinæ veritatis, candor paternæ claritatis, fons æternæ felicitatis. Diabolus pater mẽdacij, princeps tenebrarum, & auctor
Lib.34. moral. cap.18. mortis æternæ, qua de re S. Gregorius in moralibus.

Secundò. Secundò id, ad quod diabolus inſtigat, eleuat hominem ad animi magnitudinem ſiue tumorem mentis: *Ille*, inquit S. Gregorius, *nihil aliud mentes ſibi ſubditas docet,*
Ibidem. *quàm celſitudinis culmen appetere cuncta æqualia mentis tumore tranſcendere, ſocietatem omnium hominum alta elatione tranſire, ac ſeſe, & contra potentiam conditoris erigere. ſi-*
Pſal.72. *quidem iniquitatem in excelſo loquuti ſunt*, ex quo, inquit Vvilhelmus, tres defectus exiſtunt: Primò enim qui huiuſmodi ſunt facilè rixantur. Secundò ægrè ferunt reprehenſiones. Tertiò defectus ita firmiter horum animis defiguntur, vix vt euelli poſſint.

Tertiò. Ad hæc Tertiò id, ad quod diabolus inſtigat hominem, à corde proprio magis abſtrahit & elongat. Quod idcirco ab eo fit, vt homo debilior fiat, facilius in tentationes ruat; denique minus ſentiat diuinam præſentiam. nam *cùm Deus*, vt ait S. Auguſtinus, *ſit magis vicinus ani-*
Iſai.46. *mæ, quàm anima ſibi, qui magis elongatur à corde, minus*
Lucæ 22. *ſentit Deum.* Ideo dicit Scriptura: *Redite præuaricatores ad cor*, & hoc ipſum eſt, quod dixit Dominus Petro: *Ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum.* Ob hanc
Homi.4. in 1. cap. ad Rom. cauſam docet S. Chryſoſtomus, vt Deum ſemper præ oculis habeamus. *Si Deum*, inquit, *aſſiduè in oculis fere-*

Digitized by Google

mus, diabolus nos non adorietur: ſcit enim ſe fruſtra laboraturum, ſed ſi aberrantes ac ſine frœno palantes viderit, ſumpto à nobis exordio, poterit nos, tanquam oues ſcabioſas, à grege ſummotos depellere.

Quartò, id ad quod diabolus inſtigat hominem in virtutibus magis extenuat, & Dei donis quaſi exuit, abiicitque ad creaturas & terram. Siquidem diuinus inſtinctus, vt dictum eſt, mentem humiliorem reddit, accendit in ea diuini amoris ignem, & reficit diuinæ dulcedinis deuotione. Contra verò inſtinctus diabolicus mentem reddit ſuperbiorem, eámque ab amore Dei deprimit, & priuatam guſtu diuinæ dulcedinis abire facit poſt amorem & conſolationem creaturarum. quamobrem idem S. Chryſoſtomus alludens ad id, quod legitur in ſcripturis de ſerpente: *Terram comedes, & ſuper pectus tuum gradieris*, ſic ſcribit de diabolo: *Ab inferiori loco nobiſcum depugnat diabolus, & tamen vel ſic victor euadit: cuius rei cauſa eſt, quòd nullum ſtudium adhibemus, quo ipſi illius plagis nos altiores collocemus: neque enim ille potis eſt admodum ſe ſurſum attollere, ſed deorſum trahitur ſerpentis formam gerens. Quid eſt autem ab inferiori loco depugnare? nempe à rebus, quæ intra nos ſunt, digladiari, à voluptate, à diuinis, denique à ſæcularibus quibuſuis rebus.*

Quartò.

Geneſ. 3. Homil. 8. in cap. 4. Rom.

Diabolicus inſtinctus differt ab Angelico & diuino quadruplici item ſigno, Primò enim conſolatur, & delectatione animum complet: poſt verò affligit & cruciat, hoc eſt, primo aſpectu & ingreſſu lætificat animam, vt oculos roſa, ſed in progreſſu, cùm iam tangitur, pungit. quod ſanè intelligendum eſt de inſtinctu diabolico, cùm incidit in hominem ſegnem & ſibi ſimilem, vt docet B. P. Ignatius: tunc enim ingreditur dæmon in talem animum, tamquam in propriam & apertam domum cum quiete. poſtea verò ita exagitat hominem quem poſſidet, vt etiam laqueum deſperationis illi iniiciat. quod accidit Iudæ proditori, quem ſine dubio primò blandè accepit diabolus, & intrauit, deinde verò mirè vexauit, & ad vltimam vſque perniciem deduxit.

Primò.

Reg. 7. poſteriorum de diſcernẽdis ſpiritibus.

Secundò initio ſecuritatem affert, in fine diffidentiam

Secundò.

diuini auxilij: quemadmodum viſum eſt in eodem Iuda ex qua re duo illi inſignes defectus exiſtunt, præſumptio malum non cauendi, & torpor & diffidentia in melius proficiendi. legatur Epiſtola ſancti Chryſoſtomi qua conatur reuocare Theodorum lapſum, docet enim, multis verbis, diabolum nihil magis appetere, quàm poſt indulgentiam hominem in deſperationis præcipitium trahere, in eóque retinere. Solet autem diffidentiæ coniuncta eſſe puſillanimitas, triſtitia, & mœror, mentis obſcuritas, & tenebræ, quod idem ſanctus Chryſoſtomus elicit, ex illis Pſalmi verbis: *Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi.* illa omnia dicens à diabolo in animo creari. Et alibi ſcribit idem: *Omni actione diabolica potentiorem eſſe ad nocendum mœroris magnitudinem: nam & dæmonem quoſcunque ſuperat per mœrorem ſuperare. quare ſi mœrorem auſeramus, nihil à Dæmone quendam lædi poſſe.*

Epiſtola priore.

Pſa. 135.

Lib. 3. de prouid. paulo ante finem.

Tertiò.

Tertiò inſtinctus in ſpecie, & fortaſſis te ipſa bonus nunquam ſecurus eſt, an bonum exitum ſortiri debeat propter diaboli dolos, quare diſpiciendum eſt diligenter initio, in progreſſu & in fine ipſius inſtinctus, an dolus aliquis diabolicus lateat. *Poteſt enim fieri*, vt ſanctus Bernardus aiebat, *vt in ſide humilitatis inſtinctus diabolicus efficiatur Angelicus.* quare ſicut apis dulcedinem à flore ſugit, vbi verò terreſtreitatem eius ſentit, diſcedit: ſic Dei ſeruus quicquid boni reperitur in diaboli inſtinctu diſcernit, terreſtreitatem diabolo relinquit.

Quartò

2. par. hiſt. titulo 24. 6. 2. §. 2.

1. Re. 11.

Quartò inſtinctus diabolicus extinguit bonam voluntatem. quare refert ſanctus Antoninus ſanctum Franciſcum Ruffino, qui conſenſerat diabolicæ illuſioni, dixiſſe: *Ad hoc debes recognoſcere hoſtem, ſeu aduerſarium humani generis fuiſſe eum, qui tibi apparuit, quia cor tuum ad omne opus bonum indurauerat. quod eſt propriũ eius officium.* Extinguit autem diabolus in primis charitatem, qui eſt oculus dexter, quem Naas volebat eruere iis, qui erant in Iabes. ſicut enim venenum ſtatim ad cor dirigitur, ſic diabolicus inſtinctus ſtatim ad necandam charitatem & voluntatem, & ſicut carens oculo dextro eſt inutilis

ad

ad bellum, quia ſiniſtrum Clypeo tegit: ſic qui bona voluntate & charitate ſpoliatus eſt, bello ſpirituali nullo modo idoneus eſt. oculũ autem hunc diabolus eruit incautis patenter & ſine fraudis integumento, cautioribus verò latenter, vt verbi gratia, amorem carnalem veſtiẽs amore ſpirituali. nam vt ait ſanctus Auguſtinus: *Amor ſpiritualis generat affectuoſum, affectuoſus obſequioſum, obſequioſus familiarem, & familiaris ſæpe generat carnalem.* quo caſu accidit illud Apoſtoli, *vt cùm ſpiritu cœperit quis, carne deinde conſumatur.* Galat. 3.

De comparatione eorundem ſpirituum cum inſtinctu naturali ſecundum doctrinam eiuſdem recentioris.

CAPVT XVIII.

PERGIT idem VVihelmus, confértque naturalem inſtinctum cum reliquis in hęc verba: Homo inquit proficiens vel proficit in augmento ſcientiæ & cognitione veritatis vel in augmento ſanctitatis & gratiæ, vtrobique bene conſiderandus eſt inſtinctus. nam qui proficit in cognitione veritatis, aliquando à vero abducitur ob lumen naturale, putans eſſe gratię, quod eſt naturæ: vtrumque enim lumen dictat Deum ſuper omnia diligendum. quare cùm elicitur actus dilectionis, non poteſt eſſe certus homo, hoc ne ſit inſtinctu gratiæ an naturæ. Vnde eſt, vt nemo ſciat amore ne an odio dignus ſit. Diſcernendus eſt igitur motus naturæ à motu gratiæ triplici ſigno. Eccle. 9.

Primum ſignum. Primum ſignum eſt, cùm natura mouet ad cognitionem veritatis, ea cognitio eſt talis, vt ſpargatur per multa phantaſmata, nec recolligatur ad mentis vnitaté, at conatus gratiæ tèndit ad hoc, vt mens vniatur cum

Digitized by Google

Deo. ex quo ſequitur, vt homo naturali ductus inſtinctu ſtudeat loqui verba rara, grandia, ſubtilia, & quæ ſtuporem inducant: inſtinctus autem gratiæ ſpiritu illud ſolum vult & loquitur. quod illum iuuet ad hoc, vt mens magis cum Deo coniungatur, de quo etiam efficitur, vt verba, quæ dicuntur ex inſtinctu naturali, licet magna ſint in ſe ipſis, fructu tamen exigua ſint: contrà verò illa, quæ à diuino ſpiritu proficiſcuntur. & hoc illud eſt quod ait Apoſtolus: *Scientia inflat, charitas autem ædificat*, qua de re ſanctus Chryſoſtomus ſic habet: *Omnia verba diuina, quamuis ruſtica ſint & incompoſita, viua ſunt, quia intus in ſenſibus ſuis habent poſitam veritatem Dei, quaſi ſanguinem in venis incluſum, & ideo viuificant audientem, ſicut teſtatur B. Petrus, dicens: Quò ibimus? verba viua habes. omnia autem verba ſæcularia, quoniam non habent in ſe virtutem Dei, quamuis compoſita ſint & ingenioſa, mortua ſunt.*

1. Cor. 8. *Hom. 46. in Matt.* *Ioan. 6.*

Secundũ ſignum.

Secundum ſignum eſt proximè poſiti ratio. Inſtinctus naturæ diſtrahit & ſpargit mentem ad multa phantaſmata, quia quærit gloriam hominum, qua inflatur: amat enim ſciri, qui talis eſt, nec eius ſcire aliquid eſt, niſi eum ſcire hoc ſciat alter, at ſcientia, quæ eſt ab inſtinctu diuino, quærit gloriam ſolius Dei, & placere illi. ideo eſt quaſi lux *ſplendens & creſcens vſque ad perfectam diem.* quæ prorſus eſt differentia ſcientiæ Sanctorum & Philoſophorum.

Prou. 4.

Tertium ſignum.

Tertium ſignum. inſtinctus naturalis facit hominem tepeſcere in volũtate proficiẽdi, & minuit diuinum ardorẽ. Inſtinctus autem diuinus auget omnes conatus diuinæ gratiæ. Quare qui naturali ducuntur inſtinctu, ſi aliquẽ ſenſum ſiue conceptum à Deo recipiunt, ita illum per diuiſiones extenuant, vix vt eius ſaporem percipiãt: Contrà verò qui inſtinctu diuino ſenſum bonum aliquem concipiunt, eo inflammãtur toti ad vnionem cum Deo. ex his intelligitur diuerſitas motuum, à quibus impulſi Philoſophi & Sancti libros ſuos ſcripſere. hi nempe ex pleno feruore deuotionis, illi ex proprio ſenſu. vnde verba ſanctorum ſunt ſapida, non item Philoſophorum; ex quo etiã efficitur, vt ſi quis ponderaret verba

ſanctorum ſecundum plenitudinem deuotionis, à qua emanarunt, ſi eſſet tentatus, refrigeraretur, ſi indeuotus accenderetur, ſi feruens, efferueſceret adhuc magis, quæ omnia longè abſunt à lectione ſcriptorum profanorum.

Homo autem proficiens in augmento gratiæ & ſanctitatis impugnatur à natura. primùm quantum ad dona gratuita interiora, in quibus ſanctitas conſiſtit: ſecundò quantum ad exercitia exteriora, in quibus actus virtutum effectu exercetur.

Circa primum tria ſunt dona gratuita interiora. Primum, vt homo meditetur beneficia diuina ſibi iugiter conceſſa. Secũdum vt in virtuoſis exercitiis dulciter delectetur. Tertium vt in mentalibus deliciis diuinæ contemplationis & vnionis voluptetur. *Primum donum.*

Porrò meditatio diuinorum beneficiorum conſiſtit in tribus. Primò quidem in meditatione acerbitatis paſſionis Dominicæ: Secũdò in meditatione diuinæ prouidentiæ & pietatis, qua toties à malis liberamur: Tertiò in meditatione vbertatis diuinorum chariſmatum, tam in præſenti quam in futura vita.

Naturalis igitur inſtinctus impugnat in meditatione hoc ferè modo, contingit etiam aliquando, vt diuinus inſtinctus illábatur homini, ſimúlque ſubrepat ac ſubintret naturalis, vt hominem auertat ab ipſa meditatione, ſuggerens aliquam rem bonam cum propria complacentia. diuini enim inſtinctus proprium eſt ſuggerere mortificationem omnium affectuũ, & abſtractionem ab amore terrenarum rerum & ſui ipſius, & ad id magnopere vrgere. Quare ſi homo ſequitur hunc inſtinctum, defatigantur & debilitantur valde naturalia impura, immo & ipſa natura, quod egregiè docet ſanctus Gregorius in illa verba: Iob: *Requieuerunt feſſi robore. Qui enim,* ait, *in auctoris ſui amore roborantur? quo magis in concupita Dei fortitudine conualeſcunt, eo à propria virtute deficiunt, & quo robuſtiùs æterna appetũt, eo à temporalibus ſalubri defectione laſſantur. Hinc Pſalmiſta amore ſui robore feſſus dicebat: Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſuperſperaui.* Et paulo pòſt: *Qui ad appetenda æternitatis atria accẽditur, dignum profectò eſt, vt ab hoc temporali* *Libr. 4. moraliũ, cap. 30.* *Pſal. 118.*

amore laſſetur, vt tanto frigeſcat ab ſtudio ſæculi quanto ſurgit ardentior in amorem Dei: quem ſcilicet ſi perfectè arripit, mundum etiam planè derelinquit, & eo funditus temporalibus moritur, quo ad ſupernam vitam altiùs afflatu æternitatis animatur, & vt intelligamus defectum hunc diuino inſtinctui adſcribendum eſſe, addit idem: *An non robore ſuo feſſā ſe inuenerat, quæ dicebat, anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt? Quia nimirum mens dùm occultæ lo-*
Cant. 5. *cutionis aſpiratione tangitur, à ſtatu ſuæ fortitudinis infirmata, ipſo quo abſorbetur deſiderio liquatur, inde ſe apud ſemetipſam feſſam inuenit.*

Cùm hæc ergo ita ſe habeant naturalis inſtinctus ſua propenſione & motu repugnat effectui diuini inſtinctus tanquam ſibi laborioſo & noxio, & abducit mentem à cogitationibus illis mortificatiuis naturæ, ad alia meditanda, in quibus natura refrigeretur, ex quo exiſtunt duo defectus: prior eſt diminutio feruoris & deſiderij proficiendi, poſterior eſt extinctio dulcedinis veræ deuotionis, quæ cauſa eſt, vt perfecti viri pauci ſint, quia pauci ſunt qui non laborent hoc fluxu volubilium cogitationum. Oporteret igitur, vt vbi eſt inſtinctus diuinus, aut quo inclinat, illuc occurrerent cogitationes mentis, iuxta Ezechielis dictum: *Vbi erat impetus ſpiritus, illuc gra-*
Ezec. 1. *diebantur animalia*, hoc eſt vires inferiores, *& rotæ pariter ſequentes ea*, id eſt, cogitationes volubiles, & vires animæ omnes, præſertim omnium volubiliſſima voluntas. attendendus eſt ergo maximè diuinus inſtinctus, & ſequendus quàm diligentiſſimè, & eo abeunte humiliſſi-
Eccleſ. 1. mè deo agendæ gratiæ, *vt unde exeunt flumina, reuertantur.*

Secundū donum. Secundum verò donum, quod diximus poſitum eſſe in iugi delectatione actuum virtuoſorum, perficitur ex
1. tribus: Primò ex vigore deuotæ orationis, per quam mens in Deum eleuatur; eſt enim oratio mētis in Deum eleuatio. nec ſolùm eleuatur, ſed quaſi ſuſpenditur per eleuationis continuationem propter quod à Dioniſio
2. oratio *aurea catena* comparatur. Secundò ex feruore internæ deuotionis, in qua ſe mens exercet, quam homo aſſequitur feruido conatu, quia ſecundùm ſanctum Au-

guſtinum

Digitized by Google

guſtinum *magnitudini doni reſpondere debet magnitudo deſiderÿ* Tertiò ex vigore gratificæ refuſionis, qua mens Deum laudat de acceptis Inſtinctus naturalis impugnat tria prædicta; immittendo curioſa, circa quæ mens vagetur, & priuetur vigore orationis & feruore deuotionis & conſequenter Dei laudatione. 3.

Tertium verò, quod eſt in diuinis deliciis delectari, aſſequitur homo eſt tribus, primò abſtractione à ſenſibilibus & exterioribus rebus, & erectione mentis in Deum, qua eum quaſi complectitur, & in eo quiſcit. ſicque impletur illud, quod ſcriptum eſt: *Intrans in domum meam conquieſcam.* *Tertium. donum.* 1. *Sapiēt. 8.* 2.

Secundò aſſequitur homo idem donum per ſui ipſius intimam recollectionem & perfectam mentis ſimplificationem: nam ſecundùm ſanctum Auguſtinum, *ſolo puriſſimo & ſimpliciſſimo mentis oculo attingitur guſtus diuinæ pietatis.* ratio eſt, quia ſimplicitas animæ eſt, quaſi quædam imago exemplata & educta ex ſimplicicitate diuina, vnde habet conuenientiam cum ſuo exemplari. ſimilitudo autem eſt cauſa vnionis. Vnde idem ſanctus Auguſtinus: *ſimitam foris ſufflantes in puluerem, & excitantes terram in oculos ſuos, & intrem in cubile meum, & cantem tibi amatoria, & non auertat donec in eius pacem colligas totum, quod ſum, à diſperſione & deformitate hac, & conformes in æternum.* *Libr. 12. confeſſ. cap. 16.*

Poſtremò aſſequitur idem homo per ignitæ charitatis transformationē amor enim Dei mentē eò ducit, vt Deo omnimodo velit ſe cōformari, nec ab eo vllo modo deficere. Vnde S. Bernardus: *Oculus amoroſus ſine intermiſſione intuetur ſpeculū diuinæ claritatis, & ſummopere cauet, ne vel leuiter vnquā aliquid faciat vel concipiat, quod oculus diuinæ Maieſtatis offendat.* Quare mirum non eſt, ſi diuina præſentia talem mentem paſcat interno guſtu. 3.

Naturalis autem inſtinctus impedit delectationem diuinæ præſentiæ, in gerendo aliquid cogitandum vel appetendum, quod quidē ſpirituale ſit, ſed non ita Deiforme. Quare licet non abſtrahat animam à Deo, ſeparat tamen ab immediata cōiunctione, cum diuina præ-

ſentia, & ideo eſt eius motus diligenter obſeruandus: nam non caret ſagacitate ſua, & quidem multa, ſiquidem *prauum eſt cor hominis, & quis cognoſcit illud? ego Dominus.* quia videlicet ſolus Deus ſcrutatur iſtas cordis humani prauitates, & ſolus eius inſtinctus diſcernit eas, cùm reſidet in mente ſancta & pura à delectationibus. ob id etiam dicitur in Apocalypſi: *Qui vicerit, dabo ei calculum nouum,* hoc eſt influxum diuini luminis, *& in calculo nomen nouum,* hoc eſt, nouam cognitionem: *quod nemo nouit, niſi qui accipit,* atque hæc eſt vera cauſa cur tã pauci ſint perfecti: quia videlicet pauci ſunt, qui cùm peruenerint ad aliquam coniunctionem immediatam animæ cum Deo, non auertant cor ad alia, & ſi ſpiritualia, impulſu ſagacitatis & prauitatis cordis, ſiue naturalis inſtinctus. quod ideo eſt, quia pauci ſunt, qui permittant ſe abſtrahi & annihilari in ſuis deſideriis, & totum ſuum affectum transformari in Deum; ab amore etenim naturali recuruatur homo ad ſe ipſum, & naturalis inſtinctus quærit vias, quibus hanc annihilationem refugiat.

Hier. 17. *Apoc. 2.*

Quod verò attinet ad exercitia exteriora, Notandum eſt, exercitationem virtutum poſitam eſſe in tribus: In 1. feruenti deſiderio omne virtutis bonum, quod Deus dederit, pro eius gloria libere exercendi. In 2. ſui deiectione, qua putat ſe nihil adhuc eſſe adeptum, reſpectu eorum, quæ ſibi adipiſcenda ſuperſunt, & quæ ſperat ſe adepturum. In 3. feruenti denique deſiderio ferendi omne malum quod Deus immiſerit.

Contra primum

Inſtinctus naturalis aduerſus hæc omnia pugnat ſuo modo. aduerſus primum quidem per bonorum operum modicam appretiationem: ſi quidẽ hæc appretiatio naſcitur ex lumine ſupernaturali, quod facilè repellit, aut negligit ſaltem facto, natura.

Contra ſecundũ.

Aduerſus ſecundum pugnat faciendo hominem deſidioſum & negligentem in bono, ex quo exiſtunt tria magna mala. Primum obtenebratio luminis rationis, quo fit, vt qui huiuſmodi ſunt, ſemper quærant quæ ſua ſunt. Secundum eſt reluctatio diuinis inſpirationibus: Tertium denique impugnatio aduerſus animæ bonum

præcipuum, quod eſt virtus. Eos qui huiuſmodi in ſtatu ſunt, ſuperfluum eſt diabolicis ſuggeſtionibus fatigari: ipſi enim ſe ipſos inpugnant: & contra ſe ipſos vice Diaboli funguntur. eſt igitur perpetuo fouendus feruor deſiderij exercendæ virtutis, & in via ſpiritus ſemper proficiendi, quod etiam Dominus optare ſe oſtendit, cùm dixit: *Hæc locutus ſum vobis, vt gaudium meum in vobis ſit*, id eſt, vt cum tanto feruore poſſitis elicere opera veſtra, vt de vobis gaudeam. Ioan. 17.

Contra tertium. Poſtremum autem illud, quod eſt de malorum perpeſſione, naturalis inſtinctus impugnat per allegationem innocentiæ propriæ, aut iam peractæ ſufficientis ſatisfactionis de præteritis peccatis. eſt enim naturæ proprium nil velle pati, aut certè quàm minimè poteſt. Verus autem proficiens contrarium fouet deſiderium, quod eſt à diuino inſtinctu, nimirum pati velle, etiam ſi eſſet innocens, & planè iã ſatisfeciſſet pro antiquis culpis (quamuis quis eſt hic? (hoc ſaltẽ nomine, vt ſe Chriſto conformet, qui pro nobis paſſus, *nobis reliquit exemplum, vt ſequamur veſtigia eius*. 1. Petr. 2. In hoc enim ſumma dignitas eſt hominis, & more Mardochæi ſic honoratur, *quem cæleſtis rex voluerit honorari*, induitur nimirũ veſtibus regiis, hoc eſt, Chriſti aſſimilatione, deinde imponitur equo de ſella regis, hoc eſt, Chriſti manſuetudini, humilitati, & abiectioni, cui aſſimilatur per imitationẽ paſſionis, etiam iniuriarum, & proborum, ſi ſit opus ea pro eius amore tolerare, denique coronatur diademate æterni gaudij. Eſther 6.

Ex quo intelligimus rem digniſſimam conſideratione, naturalem inſtinctum ſemper deprauare meditationes noſtras tum ſuadendo, vt eligamus materiã à vitæ & moris Chriſti Domini myſteriis romotam, vt ita nos abducat ab iis, quæ ad patiendũ alliciũt, tum efficiendo, vt ſi Chriſti myſteria meditamur, in illis quæramus quidlibet aliud quam hunc ſpiritum conformandi nos ipſos Chriſto in paſſionibus & ignominiis. Caueat ergo proficiens, ne ſe permittat ſeduci ab hoc terreno & animali inſtinctu, ſed erigat ſe potiùs, quantũ diuina gratia iuuatur, ad intelligendum & ſequendum inſtinctum di-

uinum

uinum in Chriſti Domini cruce cum Chriſto & poſt Chriſtum ſemper ferenda.

De iiſdem ſpiritibus diſcernendis, quænam Italicè ſcripſerit Seraphinus Firmanus Canonicus Regularis.

CAPVT XIX.

SVPERIORIBVS temporibus floruit in ſcribendis rebus ſpiritualibus Seraphinus Firmanus egregius ſui tumporis Concionator ex Canonicorũ Regulariũ familia; is multa præclara ſcripta reliquit de diſcernendis ſpiritibus, Italicè tamen, quæ Latinè verſa, quamuis non ad verbũ expreſſa, hîc adſcribere ad vberiorẽ totius rei huius explicationẽ viſum eſt pertinere.

Regula prima. Primum hoc quaſi fundamentum totius diſputationis iacit. Spiritus ſanctus non ſolet eligere homines, vt in iis magnas res edat, in quibus eſt exigua intelligendi aut iudicandi vis, ſed plerũque ſolertes & acutos, etiam ſi interdum non ita videantur. deinde ad regulas venit, quas ita hîc degeſſimus:

Primò Deus paulatim ab imo ad ſummum, & ab imperfecto ad perfectum perducit; ſolet etiam ætatis & perſonarum habere rationem, aliam enim ſapientiam ſeni, aliam adoleſcenti, aliam tyroni, aliam in rebus ſpiritualibus exercitato, aliam ei, qui aliis præeſt, aliam ei, qui paret, & ab alterius imperio pendet, impertit. Dæmonis eſt contrà nullum eiuſmodi ordinem ſeruare, ſed ſuis feruores intempeſtiuos immittere, & vnius ferè menſis ſpatio, ad mentis exceſſus prophetias, miracula, aliaque eiuſmodi admiranda perducere. in quibus tamen virus cõſuetæ falſitatis abſcõdit. huius diſcriminis ratio illa eſt, quia quod Deus non tribuit ſuis, niſi poſt diuturnum rerum ſpiritualium vſum, & poſtquã multis ac variis exerciti fuerint tribulationibus ac tentationibus, neque id temere, ſed ad Eccleſiæ duntaxat ædifica-

Digitized by Google

tionem:hoc dæmon & ſtatim in ipſo quidem initio ſine vlla cauſa dat,vel potiùs dare ſe ſimulat ſuis, partim vt alios rerum nouarum ſtudio capiat, partim vt aliis admirationi ſint,ad eum finem,vt illos ita ineſcatos ad ſuperbiæ barathrum pertrahat.

Secundò ſpiritus diuini indicium eſt, nullam à Deo 2.
certam rem beneficij loco, niſi ad id peculiarem à Deo motum homo experiatur, petere, ſed ſe totum eius voluntati permittere id ſolũ ab eo petendo, vt nos doceat ea petere, quæ ſint maximè nobis profutura. Quòd ſi aliquid nominatim petimus, eam adjicere cõditionem, modò nobis expediat hoc tempore,argumentum eſt diuini ſpiritus,nam in petendis à Deo beneficiis, ſæpe erramus, nec in hiſce rebus Deo quaſi vis precum eſt adferenda,ſed liberum illi permittendũ,vt nos quo libuerit maximè impellat: fieri enim ſæpe ſolet, vt Deus iis, qui hac animi diſpoſitione carent,quod petũt,impertiatur,quod tamẽ ipſis ruinæ poſtea ſit occaſio:quare Diaboli videtur eſſe ad certarum eiuſmodi rerum intempeſtiuas efflagitationes incitare.

Signum à Deo permotæ animæ eſt ea maximè ſenſa 3.
& intelligẽtias ſequi,quæ ſacris ſcripturis maximè conſentaneæ ſint:contrà ab iis adhorrẽtia,vel iis non valde conſentanea amplecti, euidens eſt indicium mali ſpiritus. nam ſacra ſcriptura regula eſt diuinorum inſtinctuum,non contrà.

Mentis,quæ Deum habet ſui motus auctorem, eſt de- 4.
primere ſe ſemper,& miro quodam modo,quo maiores efficit in virtute progreſſus,clariùs ſe peccatis oneratam agnoſcere,ſemperque magis ad proprium bonum peruidendum cæcutire. Dæmonis contrà eſt non vbi eſt opus, ſed in externis quibuſdam,& quæ hominibus patent humilitatem quærere.

Spiritus diuini effectus eſt, cum ingenti quadam fi- 5.
ducia magnum timorem in animum inducere. illa quidem de Deo concipitur,hic verò ex propria infirmitate ortum habet. Diabolus contrà ſemper hominem ad magna de ſe ſentiendum, & multum in ſuis meritis fidendum,iudicit.

6. Ad multa toleranda promptum & cupidum eſſe indicium eſt boni ſpiritus. immò hic eſt quaſi lapis lydius, ad quem probari poteſt, quis bonus ſit, quis malus, quis incipiens, quis proficiens, quis perfectus. Malus enim cùm aduerſa incurrunt, deterior efficitur, Deúmque incuſat. Incipiens primò quidem angitur animo, quòd illa patiatur: Poſt tamen & huius quoque in animum admiſſi angoris pœnitentia ducitur. Proficiens ægrè quidem tolerat, cùm primùm ſe res aduerſa offert, ſed quot aduerſa ſecum adferant emolumenta conſiderans, acquieſcit animo, Deum collaudat. Perfectus ad res aduerſas & calamitates tanquam ad copulandas nuptias adſpirat, immo ſe tanto bono indignum putat.

7. Qui ſpiritu Dei aguntur, experimentum quoddam habent diuinæ erga ſe prouidentiæ. nam tantum ſibi imponi à Deo pondus intelligunt, quantum eſt virium ad perferendum. Itaque eum in modum ſe hodie tentari vident ac ſuperiores euadere, quo ſi alio tempore tentati fuiſſent, victi ſine dubio dediſſent manus, ac rurſus ea ſe hodie ratione ad aliquod rectè factum permotos, quam rationem ſi alio tempore tenuiſſet Deus nihil vtique fuiſſet effecturus, non ipſius, ſed noſtro vitio. Contrà qui in ſuis viribus poſitam ſpem habent, quod ſine dubio mali eſt ſpiritus, maiorem, quàm pro viribus experiuntur pugnam, & acriorem conflictum. huius rei ratio eſt, quod ſanctorum vita, etiam per ſingula rerum ac temporum momenta, à Deo temperatur & regitur, vt omnia in eorum cedant bonum. Contrà ferè vſu venit in prauis hominibus, qui hoc peculiari Dei auxilio deſtituuntur.

8. Spiritus diuini indicium eſt miſericordia & pietas erga proximum, etiam eo tempore, quo in eum iuſtitiæ vis eſt exercenda. Contra malus ſpiritus ferociam ſemper in animo quandam ingenerat, quam etiam cùm ſe homo quietum & tranquillum oſtendit, præ ſe fert.

9. Spiritus qui à Deo eſt, proprium videtur propenſum quoddam ſtudium & animi deuotionem erga ſanctos habere, eorum rebus libenter adhærere, eorum quæ fecerunt veſtigiis inſiſtere, res geſtas non parui æſtimare,

ſed tan

quam magnas ſibi complectẽdas obiicere, interno quodam ſenſu erga eorum reliquias & oſſa commoueri, nec ſolùm hunc animi ſenſum experiri erga ſanctos vita functos, ſed etiam ſuperſtites omnes Dei ſeruos magno pietatis & reuerentiæ affectu colere. Contrà is, qui ab Aquilone flat ſpiritus, proteruum efficit hominem, ſanctorúmque virorum contemptum parit vel neglectum.

Spiritus diuini indicium eſt iis, qui ſe ad Deum conuertunt, non tam terrores & difficultates intentare in initio quàm Dei facilitatem atque expeditum virtutis iter oſtendere. Benignus eſt enim Deus, & omnibus, qui ſe ad eum adducunt, non terrores iniicit, vt reſiliant, ſed vires addit, vt confirmentur. itaque eos blandis pollicitationibus inuitat, cœleſtibus etiam conſolationibus reficit, ac nutricis quodammodo morem imitatur, quæ infantem ſuum lacte primum infuſo, deinde pane ſicco, ad extremum & ſolidiori cibo alit. quem ordinem ſi perturbet illa tantùm abeſt, vt nutriat infantem, vt etiam ad manifeſtum interitum vocet. Contrà diabolus difficillima quæque virtutis initio proponit, Dei iuſtitiam ac vindicãdi volũtatem, quantũ poteſt, exaggerat, magis quæ admiſit homo peccatorum memoriam, quàm Dei facilitatis inculcat. nõ enim alios poteſt ſenſus ſuggerere, quàm quos ipſe ſuggeſſit deſperationis. Itaque ſicut antequam admittatur peccatum, prolixam Dei miſericordiam oſtentat, ita poſtea exactam & abſolutam iuſtitiam proponit. hic eſt timor ille nocturnus. quem ſi contemnamus, re ipſa experiemur, nihil æquè in procliui, ac Dei familiaritatem virtutiſque derelictum iter arripere. 10.

Occulta hominum intelligere, & quæ procul à nobis remota ſunt præuidere, non ſemper indicium eſt diuini ſpiritus, ſed tunc ſolùm cùm de hominis charitate & humilitate non dubitatur, fieri enim poteſt, vt à malo ſpiritu ſæpe illa pandantur, ſed tunc ex fine cognoſcitur, cùm nimirum ea re curioſitatem & inanem gloriam foueri cognoſcimus. Secretas verò hominum cogitationes antequam fiant intelligere omninò certũ eſt, à Dei Spiritu naſci, ſi tamen eæ liberæ in animũ aſcenderint 11.

non aliquod prius initium, vnde fluxerint habuerint.

12. Vera miracula, quibus non tam doctrina, quàm vitæ ſanctitas conſecratur atque in admirationem venit apud homines, indicio ſunt, cum à quo eduntur Deo charum amicum eſſe. huc pertinet eorum miraculorum editio, quæ non oculis ſubiiciuntur, ſed in animis & occultis hominum mentibus patrantur. inter quæ principem locum obtinet vera & conſtans ad Deum conuerſio. non enim ſolet Deus aliquem ad tantum opus, quale eſt conuerſio peccatoris, tanquam inſtrumentum arripere qui ſibi non ſit charus. Quare vſu compertum eſt, eos, qui hypocritæ hominis ſuaſu ſe ad Deum adiunxerunt, nunquam ad virtutis maturitatem perueniſſe: ac tametſi illuſtria quædam & magna dent ſigna virtutum, ipſa tamen die marceſcunt, & veluti fumus in auras dilabuntur.

13. Arcana Dei aut auocato à ſenſibus animo aut alia aliqua ratione cognoſcere, ſignum eſt Dei charæ mentis. hæc eſt enim perfectæ amicitiæ lex eorundem eſſe arcanorum ſecrerorumque participes. verùm hæc maximè lubrica res eſt, & iudicatu difficillima, diabolo Dei ſimilitudinem imitante, vt dictum eſt. Itaque indiciis hic vel in primis eſt opus; quæ omnia perſpecta habere nemo poteſt; niſi qui ſingulari ad id fuerit à Deo donatus munere. Pauca tamē hîc vſu cōperta adferemus.

Primum indiciū. Primum eſt à Deo huiuſmodi reuelationes & mentis exceſſus eſſe, ſi is cui accidunt non inſolitis motibus quatiatur, & quaſi exæſtuans iactetur. Spiritus enim Dei moderationis ac tranquillitatis eſt artifex; quòd ſi aliquando ardenti animo omnino imperari non poſſit, ita ſe temperare ac fingere, vt nihil admirabile, nihil nouum iniiciat aſtantium oculis, magnum eſt argumentum diuini ſpiritus. contrà malus ſpiritus, magnos quoſdam & inſolitos motus, eóſque vel maximè oculis hominum patentes & expoſitos efficit, vt in Flaminiæ quodam ſanctimonialium Cœnobio compertum eſt, quæ cùm ſtridoribus ac vocum ſtrepitu magnam hominum turbam conciuiſſent, tametſi de diuinis rebus, magno quodam, vt videbatur, amoris ſenſu loque-

rentur,

rentur, ad extremum tamen patuit, à deceptione ſpiritu fuiſſe agitatas, cui ſemper nouæ res & inſolitæ cordi fuerunt.

Alterum indicium, ſi de ſe omnino parcè loquatur, neque identidem verba illa vſurpet: *Hæc mihi Deus ſignificauit. hæc per me Deus loquitur: Dei iuſſu hoc aut illud facias, ab hoc vel ab illo abſtineas: Spiritus ſancti nutu aut impulſu id feci*, & alia eiuſmodi. huc etiam pertinet ſuas omnibus ingerere reuelationes, neque in illis enarrandis neceſſitatis aut animorum vtilitatis rationem habere, ſed palàm venditare, atque iactare. *Secundũ.*

Tertium eſt, ſi in omni verborum vſu homo moderatus ſit, ſeu de diuinis ſeu de aliis, quas indifferentes vocamus, rebus ſermo ſuboriatur. *Tertiũ.*

Quartum eſt, ſi cùm de aliorum aut in corpore accepto detrimento, aut, quod maius eſt, in animo ſermo incidit, non id quaſi plenis buccis, ſed modeſtè omninò & cum miſeratione quadam enarret. *Quartũ.*

Quintum, ſi cùm de Deo miſcentur colloquia, verba quædam, vt ita dicam, ardentiora non conquirat, immò ab iis abſtineat, qualia ſunt, *Bone Ieſu, mi Domine, mi amor.* Huc ſpectat ex imo corde identidem ductis ſuſpiriis non delectari, & in rebus externis nimio plus quæſita humilitate, ab omni denique re, quæ hominem notabilem faciat & inſignem, aborrere. *Quintũ.*

Sextum eſt ſi ſibi parum aut nihil tribuat, immò vt multis abundet reuelationibus, nihil tamen, vt rectum, probet aut ſequatur, niſi quod aliis ita viſum fuerit, quibus ſe regendum permiſit. Dei enim Spiritus obedientiam in primis & ad alterius nutum conformationem amat, quippe ordinis & pacis auctor. contra deceptor ſpiritus ante omnia contumaciam & perturbationem quærit. huc omnia dirigit conſilia & conatus princeps ſuper omnes filios ſuperbiæ. denique obedientia & ſpiritualis prudentia regula eſt intelligendæ diuinæ voluntatis extra ſcripturas reuelatæ. non contrà reuelatio, niſi ſit manifeſtata. *Sextum.*

Spiritus diuini indicium eſt, cùm eas maximè ex rebus ſpiritualibus amplectimur, quæ illi ætati, in qua 14.

degimus, ſunt maximè accommodatæ. nullum verò ætatum ac rerum delectum habere magnum eſt indicium & argumentum mali ſpiritus. ſcire autem oportet à Deo aliam in aliis ætatibus obſeruatam eſſe rationem perducendi homines ad ſalutem: nam ipſis mundi primordiis in ipſo rationis inſtinctu, quod lumen appellant naturale, plurimum momenti erat. Itaque vt illius maxime ductum, & normam ſequerentur homines, Deus volebat. Secura eſt circuncisionis & ceremoniarum ætas, quibus religioſè inſiſtere, & non ad alienos ritus deflectere, plurimũ erat Deo charum. nouiſſimè à Chriſto Domino Euangelij lux affulſit, quo tempore charitatem & eximias quaſque virtutes amplecti non modò Deus optauit, ſed etiam iuſſit. In ipſa porrò tota Euangelij ætate minorum aliarum quaſi ætatum diſcrimina fuère: nam cùm primùm Eccleſia fundari cœpta eſt, palàm Spiritum ſanctum Deus in ſuos immittebat è cœlo. Poſtea hoc ſubtracto munere, martyrum ſucceſſit pro Chriſto patiendi ardor, & ad extremum vſque conſtantia incredibilis. Hoc imminuto beneficio, doctorum eluxit ingenium in exponendis ſacris ſcripturis, & pugnis aduerſus hęreticos ſuſcipiendis. quo etiam tempore Anachoretarum & monachorum examina omni ſe vitæ aſperitate afflictarunt. aliæ deinceps ætates quaſi nexæ & colligatæ inter ſe hanc demum noſtram induxerunt. in qua etiam Deus rationem propriam hominis ad ſalutem perducendi tenet. ea autem videtur eſſe eiuſmodi.

Primò. Primùm, quoniam minus quàm antea abſumus ab Antichriſto, qui mira multa & inſolita efficiet, quibus fidem noſtram oppugnet, à miris omnibus & inſolitis rebus quàm maximè abhorrere: ita enim minorẽ in nobis anſam habebit decipiendi nos verſutus ille. Deinde *Secundò.* in tota victus & vitæ aſperitate modum tenere, non extremam illam veterum formam ad vnguem æmulari: non enim, id eſt, huius ætatis, quo fractis hominum corporibus tantum pondus intolerabile eſſet; permittitur tamen res hæc, & ſi de modo dubitetur, ad ſeueritatem *Tertiò.* magis quàm ad remiſſionem inclinandum eſt. Denique

sacra

ſacramentis ſincerè & frequenter vti. ſincerè dixi, vt id ſolùm in eis quæratur, cum Deo coniungi, & illi quotidie arctiùs colligari. Ad hanc extremam ætatem pertinet ſanctorum inuocatio, & magna de ipſorum meritis apud Deum concepta fiducia. cuius rei hæc ratio eſt, quoniam eo nunc maximè ſuos conatus per hæreticorum hominum veſaniam deſtinat dæmon, vt hæc duo nobis prçſidia labefactet ac demoliatur, frequentem Sacramentorum vſum, & piam Sanctorum inuocationem: quod certum eſt argumentum, vtraque nobis à Deo tanquam certa noſtræ ſalutis inſtrumenta comparata eſſe. *Quartò.*

His itaque expoſitis patet diuini ſpiritus proprium eſſe, ad ea, quæ in ſingulis ætatibus conſtituta ſunt, inſtrumenta ſalutis hominum deſtinare, contrà maligni ſpiritus eſſe inuentum hunc ordinem peruertere; atque non exigua pars prudētiæ ſpiritualis eſt hoc intelligere.

Argumentum eſt magnum diuini ſpiritus tranquillitas quædam, & quaſi ſeruitus voluntatis ex eo orta, quod ſe homo prorſus ad Dei arbitrium fingit & accommodat, & quia ex corde tanquam ex vaſe quodam totum ſuum velle penitus extraxit, eiúſque loco diuinum nutum voluntatemq́ue repoſuit. itaque cùm in rerum faciem mentis oculos figit, etiam ſi videat multa turbari, nihil tamen inde ipſe turbatur, ſed in Dei nutu ac voluntate tanquam in altiſſimo otio conquieſcit. Contrà diabolus tempeſtates inducit in animum, & quaſi nubes cogitationum offundit, quibus, qui agitatur, modo vnam rem modo aliam tanquam vitioſas accuſat: omnia ſuopte arbitrio diſponere vellet, & in meliorem formam redigere. multa habet in quæ impingat & offendat, facilè in animum inducit de aliis obloqui. magnum indicium vigentis adhuc in animo propriæ voluntatis, nondum in Chriſti obſequio mactatæ. quæ cùm ſeminarium ſit & fons omnium perturbationum, quid mirum ſi eiuſmodi fructus ferat? 15.

Diuini ſpiritus eſt non ſolùm in eo, quod ſemel arreptum eſt & probatum, virtutis conſilio conſtantem eſſe & firmum, ſed etiam in ſingulis atque adeò minimis 16.

quibuſque pietatis ſtudiis. exempli gratia, ſi cui Sanctorum nominatim adhæſeris, expertúſque ipſius fueris opem, & apud Deum gratiam, non ita facilè illo relicto, ad alium te conferas. nam tametſi inter Sanctos zelotypiæ morſum certum eſt nullum eſſe, nihilominus tamen hæc ſubita vnius deſertio oſtendit, quàm exiguas in te radices eius egerit amor, & quàm pari temeritate alterum etiam, ad quem acceſſiſti, ſis poſtea derelicturus. idem dico de animi propoſito certæ alicuius virtutis acquirendæ, aut vitij expugnandi. Spiritus enim diuinus conſtantiam in eiuſmodi rebus omnibus & tenorem ſuggerit. Contrà inimici dæmonis aſtutia eſt hominem temere per omnia circumferre, vt omnibus delibatis, nullo prorſus deguſtato, inanis & ieiunus recedat.

17. Dei ſpiritus indicium eſt nullam ex mirabilibus rebus, quæ in nobis præſertim fiant, quibus ſubeſſe poſſet aliqua dubitatio, pro certa & explórata habere. aliàs enim in duplex vitium incidimus: nam & fidem temere obligamus, & deceptionis periculo nos exponimus. Contrà verò procliuem eſſe & facilem ad eiuſmodi rebus fidem adhibendam, magnum eſt indicium maligni ſpiritus, qui ſemper deceptionis laqueos intẽdit, quibus vt quiſque incautior eſt, hoc faciliùs capitur. Id præſertim intelligitur in ſpiritualibus rebus, & iis, quæ naturæ ordinem ſuperare videntur, de quibus S. Petrus Chryſologus dixiſſe videtur; *Quo quis altiùs credit, hoc etiam altiùs dubitat.* huius rei cauſa eſt, quoniam dubitationem hanc vera humilitas in animum inducit, qua ſe homo indignum putat eiuſcemodi rerum, quę cõmunem ordinem ſuperant, participem fieri. ita contrarium à ſuperbia ortum habere certiùs videtur.

18. Diuinus ſpiritus ita in vnius comparatione virtutis hominem excitat, vt non ſegnem efficiat in aliis, & incurium. contrà diabolus.

19. Item boni ſpiritus argumentum eſt, in virtutibus comparandis animi tranquillitatem & pacem nihil impedire, contrà anxietates & moleſtias iniicere, diabolicum eſt.

20. Illud etiam non obſcurum indicium eſt diuini ſpiritus,

cùm intentio recta ſemper & nitida eſt, cui vt mentis oculo ſemper diabolus prauitatis tenebras offundere initur.

Denique effectus eſt boni & ſancti Spiritus ſibi videri interna quadam aure excipere cœleſtes ſuſurros. Contrà verò ſtrepitum quendam & quaſi deforis venientem vocem videri ſibi audire, ſignum eſt mali ſpiritus. nam Dei proprium eſt intimè in animum illabi, diaboli extrinſecus aduentare. 21.

Has omnes ille regulas præterquam quod rationibus & argumentis confirmat, vſu etiam ipſo rerum magiſtro ſe comperiſſe dicit.

De ratione diſcernendi viſa, & reuelationes veras à falſis, ex doctrina ſanctorum Patrum & recentiorum.

CAPVT XX.

AD extremum, vt nihil huic tractationi deſit, addenda exiſtimaui ea, quæ de diſcernendis viſis & reuelationibus veris à falſis ſcripta ſunt apud ſanctos Patres & recentiores Theologos.

Et primùm quidem ſanctus Chryſoſtomus tradit regulam cognoſcendi ſpiritus diuini in iis, quibus ſupernaturale aliquod & extraordinarium lumen ineſſe videtur. *Dæmonis*, inquit, *eſt proprium, perturbationem, furorem, & multam caliginem infundere: Dei autem illuminare, & prudenter edocere ea, quæ opus ſunt.* cui addit & alteram huic conſentaneam: *eos, qui dæmone ſuggerente vaticinantur non intelligere quæ loquuntur, qui autem diuino ſpiritu afflati prædicunt futura, omnia, vt decet, nouerunt. illi ſerui diaboli ſunt, os tantùm, non autem intelligentiam rebus, quas promunt accommodantes: hi autem domini ſunt dicendorum & tacendorum: illi mente commouentur, &* Hom.28. 1.Cor.12.

neceſſariò compelluntur, & trahuntur tanquam furiis perciti. quod confirmat in primis Apoſtoli teſtimonio, qui obſcurè quidem, verè tamen hoc exprimit cùm ait: *De ſpi-*
1. Cor. 12. *ritualibus autem nolo vos ignorare fratres, ſcitis enim cùm gentes eſſetis ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes. arreptitij enim homines trahebantur ad Idola, quæ iam obmutuerant ob Chriſti Domini aduentum, & illis colligebantur, vt opera & dicta eorum Idolis aſcriberentur, ſicq́; in honore apud eorum cultores haberentur Idola. Hi autem veri videlicet Prophetæ non eiuſmodi ſunt, ſed ſobria mente, mo-*
Ioan. 1. *deſta & firma, non neceſſitate detenti, ſed poteſtate in honore*
Exod. 3. *habiti. propterea Ionas fugit, propterea Ezechiel reiectus eſt,*
Ionæ. 1. *propterea Hieremias relictus. Deus autem non neceſſariò eos impellit, ſed conſilio, admonitione, minis, neque mentem obſcurat. quibus omnibus tanquam certis indiciis diſcernitur ſpiritus diabolicus prophetarum falſorum à ſpiritu diuino, qui reſidet in Prophetis ſanctis, ipſo initio Prophetiæ, & ante omnem euentum. ad hoc enim datur donum diſcretionis ſpirituum. non enim eſt neceſſarium huiuſmodi donum ad diiudicandum ſpiritum, poſtquam res, quæ futura prænunciabatur, euenit vel non euenit.*

Hæc S. Chryſoſtomi doctrina videbitur fortaſſis alicui in ſuſpicionem diabolicæ fraudis vocare horrores quoſdam & exanimationes aliquorum, qui quo tempore vel viſum aliquod ſupernaturale patiuntur, vel beneficium aliquod aut animæ aut corpori ſalutare diuinitus accipiunt, quaſi numine correpti in terram corruunt ſemimortui, præſertim cum id multis arreptitiis accidere ſolere conſtet ex Euangelio & quotidiana experientia. Verùm non ita eſt, & S. Chryſoſtomus loquitur de diſcrimine vatum & Prophetarum. in Scripturis autem ſacris paſſim legimus ad aſpectum Angelorũ turbari ſanctos viros, & trementes cadere ſuper terrãm, vt accidit
Tob. 12. Tobiæ: *Non remanere in homine fortitudinem, marceſcere,*
Dan. 10. *nec habere quicquam virium,* vt de ſe teſtatur Daniel, S.
Apoc. 1. etiam Ioannes ſcribit: *Cùm vidiſſem Angelum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus.*

Obſeruaui etiam in hiſtoriis Eccleſiaſticis ante vera miracula ſanitatis diuinitus tributæ tremores & exani-

Digitized by Google

mationes aliquando contingere. affero vnum dumtaxat exemplum ex ſcriptis ſancti Auguſtini deprõptum, ſcribit enim ſibi à quodam oblatum libellum recuperatæ ſanitatis per miraculum, in quo ille ſic loquebatur: *Orabã ego quotitie cum magnis lachrymis in loco, vbi eſt memoria gloriſſimi martyris Stephani. Die autem Dominico Paſcha, ſicut alij, qui præſentes erant, viderunt, dum orans cum magno fletu cancellos teneo, ſubitò cecidi, alienatus autem à ſenſu, vbi fuerim, neſcio. poſt paululum aſſurrexi.* Si igitur accidit aliquando dubitatio, an ex Deo ſit aliquid, quod eiuſmodi ſit non ex vno ſed ex multis indiciis, quod phyſionomi faciunt, de re vniuerſa, cognoſcendum eſt. eandem hiſtoriam refert ſanctus Auguſtinus alibi, & meminit prolapſionis in terram, & exanimationis tam huius ipſius, quàm ſororis eius ante acceptum ſanitatis beneficium.

Sermone de diuerſis. 31.

Libr. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8.

Idem etiam S. Chryſoſtomus auctor eſt Deum nonnunquam magno ſtrepitu excitato homines eſſe alloquutum. *Nam ideo*, inquit, *in caligine cum terroribus Deus Hebræis legem tulit, quia illis vtpote ferocioribus & effrenioribus humano quodam terrore opus fuerat. Contrà verò Apoſtolis, vt virtute ſublimioribus & doceri facilibus ſeſe placidiſſimè infudit in die Pentecoſtes, in quo ſonum quidem exaudiri Deus voluit, ſed propter Iudæos, qui ſi poſt illa prodigia dicebant adhuc Apoſtolos muſto plenos, quid dicturi fuiſſent ſi nihil huiuſmodi accidiſſet?*

Sanctus Gregorius præclarum & ipſe in huiuſmodi rebus pronunciatum ſcriptum reliquit. Sunt eius hæc verba: *Mens quæ diuino ſpiritu impletur, habet euidentiſſima ſigna ſua, virtutes ſcilicet & humilitatem, quæ ſi vtraque perfectè in vna mente conueniunt, liquet, quòd de præſentia ſancti Spiritus teſtimonium ferat.*

Libr. 1. dialog. cap. 10.

Addatur humilitati charitas, de qua ſic ſcribit ſanctus Chryſoſtomus: *Omnem ſpeciem boni, quã creauit Deus ad ſalutem hominum, ipſam ſpeciem & diabolus introducit ad ſeditionem: vt inter bonum verum, & bonum ſimulatum confuſio fiat. ſolam autem charitatem ſancti Spiritus non poteſt diabolus imitari.*

Incertus in Matt. Hom. 4. in 4. Mat.

Sanctus Bernardus præceptum vtiliſſimum tradit eadem

Sermone

de multiplici vtilitate verbi Dei. hac de re: *Sapientia, quæ à Deo eſt,* (ait S. Iacobus) *primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica. omnem ergo cogitationem, in qua hæc duo, non concurrunt, à Dei ſapientia alienam eſſe ne dubites. eam ergo quæ pudica videtur, nec ad vitia trahit*
Iacob. 3. *aperte, ſed virtutis prætendit imaginem: tum demum à Deo eſſe noueris, ſi pacifica ſit, ſi Prælati tui atque ſpiritualium fratrum approbatur iudicio, quoniam non faciet Dominus*
Amos 3. *verbum, quod non reuelauerit ſeruis ſuis.*

Duo etiam ſcriptores inter Theologos nobiles hac de re ſcribunt, Ioannes Gerſon libro de probatione ſpirituum, & in altero de diſtinguendis veris à falſis viſionibus, & Ioannes de Turrecremata in prologo defenſionis reuelationum S. Brigittæ. Prior hæc habet: Multis rationibus vtuntur SS. Patres, ad probandum ſpiritus, ſi ex Deo ſint.

Prima ratio. Prima ratio eſt Scriptura ſacra, cui quæ conſona ſunt, ea demum vera ſunt & à Deo.

2. Secunda ratio eſt interna inſpiratio, qua certior fit
Libr. 6. Confeſſ. cap. 13. anima, vtrùm ex Deo ſit aliquid, an ex diabolo. de qua S. Auguſtinus ſcribit, ſanctam matrem Monicam dixiſſe ſolitam: *ſe neſcio quo ſapore, quem verbis explicare non poterat, diſcernere, quid intereſſet inter Deum reuelantem & animam ſuam ſomniantem.*

3. Tertia ratio pertinet ad officium hierarchicum, eſt enim in Eccleſia donum diſcernendorum ſpirituum. & qui Eccleſiam eiúſque paſtores legitimos adeunt, præſertim verò paſtorem Principem Romanum Pontificem Chriſti Vicarium, ſine dubio, quinam ſpiritus ex Deo ſint, certiſſimè cognoſcunt.

4. Quarta ratio eſt eruditio Theologica, & exercitatio aſſidua in ſpirituali pugna, & virtutum actionibus. qui enim vſu proprio cum doctrina cōiuncto didicit ex his, quæ paſſus eſt, facilè & in ſemetipſo, & in aliis, quinam ſpiritus excitetur intelligit.

5. Quinta ratio eſt ipſa vita eius, qui ſpiritu aliquo im-
Matt. 7. pellitur. *à fructibus enim,* ait Dominus, *cognoſcetis eos.* ad quam vtilia præcepta præſcribit, quæ hoc carmine indicantur:

Quis, quid, cui, quare, tum qualiter, vnde, require.

Quis.

Quis, conſiderandum eſt, an qui viſum aliquod patitur ſit ſani & integri ſenſus atque iudicij. ob id minimè audiendi ſunt frænetici, cordiaci, zelotypi, iracundi, inuidi, & his ſimiles, qui aut mentę quaſi capti, aut animo ſunt perturbato. peruidendum ſimul, an qui loquitur, ſit nouitius in fidei zelo: nouitius enim feruor facilè errori obnoxius eſt, ſi rectore caret: quod maximè accidit adoleſcentibus & feminis; quarum eſt ardor nimius, varius, præceps. obſeruanda perſonæ conditio, eruditio, mores. quibus rebus aſſueta ſit quorum vtatur familiaritate: diues ne ſit an pauper, nam diues latentis ſuperbiæ & voluptatis ſuſpecta eſt. ſimulationis & fallaciæ pauper. Inprimis autem prouidendum, ne lateat interna ſuperbia, quæ etiam ex humilitate, ciliciis, rebuſque omnino contrarijs exiſtit. dominatur porrò hæc vel rationi vel voluntati: rationi quidem, quando mordicus hæret quis ſuæ ſententiæ, voluntati verò, quando difficulter obtemperat. & hæc poſterior faciliùs curatur.

Quid, vera ne ſint omnia, quæ dicuntur ſpiritus impulſu, nihil enim falſi ſubeſſe poteſt rebus aut enunciationibus omni ex parte veris. & ſpiritus diabolicus ita rectus eſt & fallax, vt aliquando falſitatem vnam, qua hominem in fraudem impellat, ſexcẽtis & amplius veris rebus contegat. Ideo CHRISTVS Dominus Dæ- *Mat.* 10.
monibus etiam cùm teſtimonium veritati dabant, & phytoniſis Apoſtolus ſilentium indixit num in viſo illo, *Act.* 16.
quod oſtenditur, inſit ſapientia, *Quæ deſurſum eſt*, quæ vt *Iacob.* 3.
docet S. Iacobus, *eſt pudica, pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione.* An item viſum illud atque doctrina ſuperet communem intelligendi modum ſacra Scriptura traditũ, aut ratione morali vel naturali comprehenſum. ſi enim non ſuperat. ſuperuacaneum videtur. adſit denique rei, quæ reuelatione explicatur, teſtis *Moyſes & Helias*, hoc eſt, *Lex & Propheta.*

Cui, obſeruandum etiam eſt, cuinam aperiat viſa & reuelationes ſuas is, qui illas accipit. & magnopere cauendum eſt illi, qui conſulitur, ne laudet, multo magis

ne exaltet conſultorem. arguat potiùs, increpet, efficiatque, vt ingrediatur communem viam, moneat, *ne altum ſapiat*. producat ſanctorum exempla, qui huiuſmodi viſa contempſerunt, qualis fuit S. Auguſtinus, S. Bonauētura, & alij multi. quod ſi dicas cum Apoſtolo: *Spiritum nolite extinguere*, aio, hac ratione non extingui ſpiritum, ſed probari, & Spiritum ſanctum, qui ſeſe humilibus hominibus libenter adiungit, exercitatione humilitatis non fugari.

Rom. 11.

1. Theſ. 5.

Quare. obſeruandus eſt etiam viſionis finis proximus, remotus, apertus, occultus. nam initia aliquando bona infeliciſſimos exitus habent. cognoſcenda eſt mens aperientis viſum, quid nimirum ſpectet, num gloriolam aucupari, an accipere concilium in re dubia, alterius ſaluti conſulere an quærere *quæ ſua ſunt*. & ſi quidem conſilij capiendi cauſa moueatur an adeat virum peritum huiuſmodi rerum, an ſit facilis ad obtemperandum, & in ore & conſcientia patris ſpiritualis acquieſcendum non enim eſt diuiſionis auctor Deus, vt conſulenti oſtendat & conſultori contraria. Adhibeatur igitur duplex cautela. prior eſt vt moneatur cõſultor, non ſolũ ſuſpenſum tenere iudiciũ exẽplo Ambroſij & Luciani preſbyteri, ſed etiam cum Petro dicere: *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum*. poſterior eſt, quemadmodum de ſomniis facimus, vt viſa nec rejiciantur omnino, nec admittantur, ſed recognoſcantur & examinentur.

Phil. 2.

Luca 4.

Qualiter. hoc eſt, quæ ſit vitæ ratio eiuſmodi hominis, Priuata an publica, ſecreta an aperta, actuoſa an cõtemplationi dedita, ſit ne amans externæ cuiuſdam pietatis potiùs, quàm ſolidæ religionis. Si femina eſt, quomodo agat cum ſpirituali patre, an neſciat ab eius latere vnquam diſcedere, delectetur ne ſermocinationibus & nugis, denique ſit ne ex illis, quæ ſemper diſcunt, nec vnquam ad ſcientiam veritatis perueniunt.

Vnde. obſerua vndenam veniat ſpiritus, aut quò vadat. nam Bernardus adeò in rebus ſpiritualibus expertuſſe id neſcire teſtatur, cùm tamen ex motu cordis ſancti ſpiritus præſentiam ſæpe cognouerit. planè in diuerſis ſpiritibus multa inſpirationum ſimilitudo reperitur.

Digitized by Google

ſpiritus eſt Deus, Angelus, Diabolus, ſpiritus humanus etiam ſpiritus eſt, tam rationis, quam ſenſus. Quare difficillimum eſt, tam multos diſcernere, præſertim cùm tam difficilè ſenſum à conſenſu diſtinguamus.

Idem Gerſon in altero libro adfert ſimilitudinẽ monetæ aureæ, quam quinque indiciis diiudicandam cenſet: *Pondere*, inquit, *flexibilitate, durabilitate, configuratione, colore.* reuelationi aut viſioni humilitas dat pondus, diſcretio flexibilitatem, patientia durabilitatem, veritas configurationem, charitas colorem. multa in hanc ſententiam habet Caſſianus collatione prima, vbi etiam adfert dictum Domini, quo nos iubet eſſe *probos trapezitas.* Cap. 20.

Ioannes autem Turrecremata ſic breuiter ſcripſit de diuinis reuelationibus, eas firmas cẽſeri & veras: Primò quando iudicio magnorum virorum approbantur. Secundò ex parte effectus, quando nimirum in animo eius cui reuelatio fit, augetur deuotio, humilitas, charitas, & aliæ virtutes. Tertiò ex parte materiæ, cùm in omnibus dictis eius veritas reperitur, Quartò ex parte formæ, cùm adeſt conformitas cum ſacra ſcriptura. Quintò ex parte perſonæ, cùm cernitur approbata ſanctitas.

Hæc de vniuerſa prudentiæ & diſcretionis ſpirituum materia dixiſſe ſatis ſit.

His adiungendum reſtat vnum, quod inter ſpiritualis prudentiæ præcepta non poſtremum locum habet: viro proficienti nimium occupato perneceſſarium eſſe aliquem aliquando ſeceſſum, & à negotiis vocationem aliquo tẽporis ſpatio, quo ab omnibus curis vacuus & abſolutus ſibi vni rebuſque ſuis in otio recognoſcendis, corrigendis, & ad diuinæ voluntatis normã ordinandis diligenter incumbat: *Fieri enim non poteſt*, vt ſcribit S. Leo: *vt de mundano puluere non etiam religioſi corda ſordeſcant.* Ser. 4. de Quadr.

***

De

De ſpirituali ſeceſſu proficienti ad certum tempus aliquando neceſſario.

CAPVT XXI.

Marci 6. IN Euangelio S.Marci ſcriptum eſt, Dominum dixiſſe diſcipulis: *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite pauxillum*, quo loco Euthymius ſic habet: *Docemur hinc oportere Eccleſiæ magiſtros non ſemper exponere ſe ipſos multitudini, ſed cùm datur oportunitas, retrahi ac ſolitarios eſſe, mentemque ab exteriore diſtractione reuocare.*

Luc. 17. In Euangelio S.Lucæ Dominus inter cætera hæc parabolicè dixit: *Quis veſtrum habens ſeruum arantem, aut boues paſcentem, qui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi hinc, & recumbe: & non dicat, Para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi, donec manducem, & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bibes?* Venerabilis Beda in hæc verba

Luc. 9. ſic ſcribit *Seruus arans aut paſcens eſt doctor Eccleſiæ, de quo dicitur, Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens re-*

Ioan. 21. *tro, aptus eſt regno Dei. Et Dominus Petro dicit: Paſce oues meas. Qui ſeruus de agro regreditur, cùm intermiſſo opere prædicandi, quaſi ad curiam conſcientiæ rediens ſua dicta vel facta pertractat: cui Dominus non ſtatim iubet ab hac vita tranſire & æterna quiete refoueri, ſed domi parare quod cœnet, id eſt, poſt laborem apertæ locutionis humilitatem pro-*

Apoc. 3. *priæ conuerſationis exhibere. in tali enim conſcientia Deus cœnat, vnde & cœnabo cum illo, & ipſe mecum. & Præcinge te, id eſt fluctuantium cogitationum ſinus, quibus greſſus operum impediri ſolet, conſtringe.* Huius Curiæ meminerunt etiam alij Patres, ſed in primis S Baſilius.

Baſil. conſtit. mon. cap. 5. Epiſt. 32. Lib. 3. Seceſſionis etiam profani ſcriptores, vt Seneca, qui Lucilio ſcribens ait: *Opto tibi facultatem tui.* Et Tacitus narrat, Agrippinam inſumpſiſſe componendo animo dies plures Brundiſij. Et ſanè non ſolùm qui mundanis, ſed etiam qui ſpiritualibus rebus, & vitæ, quæ poſita eſt in actionibus hierarchicis, quales ſunt prædicationes & aliæ Eccleſiæ functiones, operam nauãt, huiuſ-

Digitized by Google

modi ſeceſſione eo magis indigét, quo illa munera grauiora ſunt,& cum maiore animarum periculo,ſi non rectè fiant,coniuncta: *A rectoribus ergo*, ait S.Gregorius, *ſummè cogitandum,vt ſcilicet oculum, qui prauidentis greſſibus praeminet,cura pulueris non obſcuret.* Idem etiam huc refert id, quod à Moſe factitatum legimus,cùm tam ſæpe intrabat in tabernaculũ:id quoque quod fiebat à Chriſto Domino,*Cùm in monte ſolus orabat*: denique quod de ſe ipſo ſcribit Apoſtolus, *Siue mente excedimus Deo.* Animus enim viri boni in huiuſmodi ſolitudine, vt plurimum ex diuinæ præſentiæ contẽplatione, ea ſolet conſolatione compleri. qua ſuperior rebus caducis omnibus factus extra ſe quodammodo ponitur. *Hoc me delectat*,ait S.Auguſtinus,*& ab omnibus actionibus neceſſitatis quantum relaxari poſſum, ad iſtam voluptatem refugio,neque in his,omnibus, qua pracurro conſulens te,inuenio totum locum anima mea niſi in te,quo colligantur ſparſa mea, nec à te quicquam recedat ex me.* 2.part. paſt. c.7. Luc.6. 2.Cor.5. Lib.10. confeſsio. cap.40.

Quòd ſi ad has ſpirituales delicias non omnibus pateat aditus, patet certè ad explorandam & cognoſcendam diuinam volũtatem, id quod in primis propoſitum ſemper eſſe debet proficiẽti in omnibus vitæ ſuæ actionibus,Sic enim S.Gregorius ſcribit: *Sancti viri, qui exterioribus miniſteriis deſeruire officy neceſſitate coguntur, ſtudioſè ſemper ad cordis ſecreta refugiunt, ibique cogitationis intima cacumen aſcẽdunt, & legẽ quaſi in monte percipiunt, dum poſtpoſitis tumultibus actionum temporalium in cõtemplationis ſua vertice ſuperna voluntatis ſententiam perſcrutantur.* Lib.29. mor.c.12

Sed rem hanc vniuerſam latè S.Bernardus perſecutus eſt in libris de conſideratione,ex quibus non omnia nobis hoc loco producenda ſunt,ſed ex tam multis,quæ in illis legi poſſunt, pauca, quæ magis ad inſtitutum noſtrum pertinent.in primis illud: *Quoniam*, inquit,*dies mali ſunt,ſufficit interim admonitum eſſe,non totum te nec ſemper dare actioni, ſed conſiderationi aliquid tui & cordis & temporis ſequeſtrare.* Et infrà:*Tam pio otio tã que vtili nullam in vita operam dare, non ne vitam perdere eſt.* Hanc conſiderationem tanti facit S.Bernardus, vt appellet Lib.1. de conſider. Epheſ.5.

Pſal. 45. pietatem vacare conſiderationi, quia ſcriptum eſt: *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus.* Vtilitates etiam numerat ad hunc modum: *Et primùm quidem ipſum fontem ſuum, id eſt, mentem de qua oritur, purificat conſideratio: Deinde regit affectus, dirigit actus, corrigit exceſſus, componit mores, vitam honeſtat & ordinat, poſtremò diuinarum pariter & humanarum rerum ſcientiam confert. Hæc eſt, quæ confuſa diſterminat, hiantia cogit, ſparſa colligit, ſecreta rimatur, vera veſtigat, veriſimilia examinat, ficta & fucata explorat. hæc eſt, quæ agenda præordinat, acta recogitat, vt nihil in mente reſideat aut incorrectum aut correctione egens. Hæc eſt quæ in proſperis aduerſa præſentit, in aduerſis quaſi non ſentit, quorum alterum fortitudinis alterum prudentiæ eſt.*

Porrò potiſſima omnium conſideratio eſt conſideratio ſuimet. quæ à S. Bernardo in tria diuiditur: *Si conſideres,* ait, *quid, quis, & qualis ſis. quid in natura, quis in perſona, qualis in moribus.* Seceſſioni autem & otio, de quo loquimur, nulla oportuna magis, quàm qualis quiſque ſit in

Lib. 2. moribus. de qua re ſic idem Pater: *Sanè inter conſiderationem, qualis ſis, etiam qualis fueris ad memoriam reuocandũ. conferenda poſteriora prioribus, profeceris ne in virtute, in ſapientia, in intellectu, in ſuauitate morum: an ab his fortè, quod abſit, defeceris: patientior ſis an impatientior ſolito, iracundior leniórne, inſolentior an humilior, affabilior an auſterior, exorabilior an difficilior, puſillior animo an magnanimior, ſerius magis an pluſculum diſſolutus, timoratior, an fortè fidentior, quàm oportet.* Et paulo pòſt: *Oportet innoteſcat tibi zelus tuus, clementia tua; diſcretio quoque moderatrix earundem virtutũ: qualis videlicet in donandis iniuriis, qualis ſis in vlciſcẽdis, quàm in vtroque prouidus modi, loci, temporis obſeruator.* Ibidem adfert diſcretionis oculi caliginis cauſas duas, iram & molliorem affectum: *Is* ait, *iudicij cenſuram eneruat, illa præcipitat. quomodo enim ab altero non periclitetur aut pietas clementiæ, aut zeli rectitudo? turbatus præ ira oculus clemẽter nihil intuetur, ſuffuſus fluxa quadam & muliebri mollitie animus rectum non videt. In tribulationibus quoque qualem te inueneris nolo diſſimules; ſi conſtantem in tuis, condolentem in alienis, gaude, recti cordis hoc eſt, è regione peruerſiſſimi, ſi cùm in propriis deprehendaris*

fortaſſe

Digitized by Google

fortaſſe impatiens, minimè in alienis tamen compatiens ſentiaris. Quid in proſperis? præferendus ille & magnus eſt, cui inter proſpera ſaltem riſus indecentior, aut ſermo inſolentior, aut immoderatior cura veſtis vel corporis non irrepſit. Et ſi rectè Sapiens teſtatur: Sapientiam ſcribe in otio, cauendum & in otio otium eſt. fugienda proinde otioſitas mater nugarum, nouerca virtutum, Inter ſæculares nugæ nugæ ſunt, in ore ſacerdotis blaſphemiæ. Interdum tamen ſi incidant ferendæ, referendæ nunquam. Eccl. 38.

Huc ſpectant reliqua, quæ conſiderationi huic tanquam materiam ſubiectam deinceps tractat S. Bernardus, quæ videlicet ſubtus nos ſint, aut circa familiam nimirum, & ea omnia, quæ ad domeſticam rem faciunt: maximè verò quæ ſupra nos ſunt, quæ conſiderare ad orationem pertinet, quam in huiuſmodi ſeceſſu in primis exercere debet proficiens ad ſeipſum & Dei voluntatem perfectè intelligendam. Sicut & conſcientiæ examen & regulas diſcretionis ſpirituum ad ſeipſum recognoſcendum, & quatenus opus eſt, renouandum. Sed de oratione poſtulat inſtitutum, vt ſeparatim agamus, quod faciendum eſt libro ſequenti. in quo etiam tractationem reliquarum virtutum proſequemur. hæc quæ ſuperſunt de prudentia ſpirituali breuiter abſoluenda ſunt.

Quomodo Conſilium capiendum ſit à Præſide Euangelico, & qui in conſilium adhibendi.

CAPVT XXII.

QVONIAM vt Ariſtoteles ſcripſit: *Prudentia eorum, qui præſunt, propria magis eſt, quàm eorum, qui parent*; operæpretium me facturum puto, ſi antequam huic de prudentia ſpiritus tractationi finē imponam, de perfectione prudentiæ, quam exigit à Chriſtianis præſidibus, quicumque illi ſint, Chriſti doctrina, Patrum ſententiam paucis explicem. atque vt ordine proprio res pertexatur, ordiamur à prima actione prudentiæ, quæ *Lib. 6. Ethic. cap. 11.*

Digitized by Google

conſilium eſt,deinde ad alias duas, iudicium nempe atque præceptum progrediamur.

Et quidem neceſſarium eſſe conſilium homini, cui adminiſtratio aliqua commiſſa eſt,perſpicuum eſt ex eo, quod nullus, quamuis doctiſſimus & maximè expertus inuentus aliquando eſt, qui ad omnia præſtanda, quæ prudentia præcipit, ſe parem adferre poſſe vim ingenij atque induſtriam adfirmarit.immò quo quiſque ſapientior fortunatiórve, eorum magis indiguit. Auguſtum Ceſarem,cùm quidpiam feciſſet,cuius deinde pœniteret cùm ſenſit damna,ſcribit Seneca ſæpe exclamaſſe: *Horum mihi nihil accidiſſet,ſi aut Agrippa aut Mœcenas vixiſſet.* Horum quippè conſiliis vtebatur,dum viuerent. Et ſapienter illud à S. Thoma dictum eſt: *Nullus in his,quæ ſubſunt prudentiæ,ſibi quantum ad omnia ſufficit.* Sanè ſcriptura diuina vtrumque vult, & ne nobis nimium tribuamus,& vt aliorum conſiliis in rebus agendis locum demus: *Ne innitaris*, inquit, *prudentiæ tuæ. Ne ſis ſapiens apud temetipſum.* Et alibi: *Si dilexeris audire, ſapiens eris.* Apoſtolus etiam: *Nolite*, ait, *eſſe prudentes apud voſmetipſos.*

Lib. 6. de beneſ. c. 32.

2. 2. q. 49 artic. 3. Ad 3.

Prou. 3.
Eccl 6.
Rom. 12.

Sapientiſſimus fuit Moyſes, Deóque coniunctiſſimus, vtpotè qui ab eo,vt à magiſtro diſcipulus,ad omnem diſciplinam inſtitueretur;hic tamen audire & ſequi conſilia Iethro ſoceri ſui ab eodem ipſo Deo iuſſus eſt. Sapientiſſimus Salomon diuinitus & ipſe omnem ſapientiam edoctus. prudentes tamen viros in cogitationum ſuarum conſilium ſemper adhibuit. Audeo dicere Chriſtum Dominum magni conſilij Angelum, & omnium diuinorum arbitrium conſiliorum, vt in hac etiam re virtutis prudentiæ exemplum relinqueret, conſilium quaſi cœpiſſe à ſuis: *Vnde*, inquit, *ememus panes vt manducent hi?* Et iterum: *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ,à quibus accipiunt tributum vel ſenſum? à filijs ſuis an ab alienis?* Et ille dixit: *Ab alienis.*

Mat. 17.

Si hoc ad virtutis ſpecimen, illud certè ad neceſſitatem alios conſulendi nobis adferendum; quod Apoſtoli *ſal terræ* à Chriſto deſtinaui, *& lux mundi*,quamuis omnia à Spiritu ſancto docti, inter ſeſe conſilia ſæpius ineunt.

Matt. 5.

Digitized by Google

ineunt. S. Paulus conſilij gratia Petrum adit & Iacobum Hieroſolymam vſque: quòd in Eccleſia concilia indici certis temporibus & cauſis voluerit Deus, idque ſanctis Patribus vt ſancirent, inſpirauerit: quòd Chriſti vicarium ſummum Romanum Pontificem, de rebus quibuſque grauibus conſuluerint ſemper tam Græci quàm latini Epiſcopi, Doctores, Populi, orbis totus. Denique: *Ego Sapientia*, inquit, *habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus*. Nec id ſolùm prudentia poſtulat à nobis, ſed humilitas: planè ſuperbus eſt, qui ſe ſubmittere aut nequit aut negligit ſapientiori, à quo conſilio iuuari ſe poſſe non dubitat: nec ſuorum ſaluti bene conſultum vult ille, qui eius procurandæ ſocios, quoſcumque habere poteſt ſibi non adiungit. *Prou.8.*

Quales autem conſiliarij eligi debeant, docent omnes, in primis fideles & beneuolos. addunt ſancti Patres, etiam bonos viros, Deumque timentes. egregiè ſanctus Ambroſius: *Talis debet eſſe, qui conſilium alteri det, vt ſeipſum formam alijs præbeat ad exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. vt ſit eius ſermo ſalubris atque irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora.* Et paulò poſt: *Qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax. nihil fabuloſum, nihil ſimulatum, quod vitam eius ac mores refellat, nihil improbum ac maleuolum, quod auertat conſulentes. Alia enim ſunt, quæ fugiuntur, alia, quæ contemnuntur. fugimus ea, quæ poſſunt nocere, quæ malitioſè poſſunt in noxam ſerpere: vt ſi is, qui conſulitur dubiæ ſit fide, & pecuniæ auidus, vt poſſit pretio mutari, ſi iniurioſus, hic fugitur & declinatur. Qui verò voluptarius, intemperans, & ſi alienus à fraude, tamen auarus, & cupidior lucri turpis, hic contemnitur.* Rationem reddiderat alibi ſanctus Ambroſius: *Quis vtilem* (dixerat) *cauſæ alienæ iudicet, quem videt inutilem vitæ ſuæ? Quis è turbida aqua potum petat?* *Lib.2. off. cap.17.* *Cap.12.*

Illud verò maximè à conſiliario exigitur, vt non ſolùm bonus vir ipſe ſit, ſed conſultorem ſuum bonum ſimiliter reddere ſtudeat: non blandiatur, non aduletur, ſed arguat & corrigat amicè, cùm res exigit, vrgeat, pungat etiam ſi opus eſt: *Nam meliora ſunt vulnera diligentis.* *Prou.27.*

Cap. 11. Dan. 14. Potiùs, vt cùm ſancto Ambroſio loquar, *periclitetur ſicut Daniel pro lege Domini, quàm pro gratia hominis inflectatur.* Talem conſiliarium ſe obtulit & præſtitit Venatio Italiæ Cancellario S. Gregorius, ad quem cùm ſcribit ne vtatur conſiliis eorum, qui non ipſum, ſed res ſuas diligerent, ne loquerentur, niſi quæ ad tempus placerent, attuliſſetque de ſæculari auctore: *Cum amicis omnia tractanda ſunt, ſed priùs de ipſis,* adiungit: *Conſiliarium rogo me ſuſcipe, ſi in cauſa tua conſiliarium quæris. nullus tibi fidelior eſſe ad conſilium poteſt, quàm qui non tua, ſed te diligit. omnipotens Deus cordi tuo indicet, cor meum quanto te amore quantáque charitate amplectitur, in quantum tamen diuina gratia non offendatur. Nam ſic culpam tuam inſequor, vt te diligam. ſic perſonam diligo, vt culpæ vitium non amplectar.*

Lib. 1. epiſt. epiſto. 33.

Nec omittendum eſt, conſultorem ſi bonus ipſe vir fuerit, facilè inuenturum conſiliarium bonum; nam hanc mercedē probitati tribuit in hac vita Deus: vt non obſcurè indicat Salomon; *Amicus fidelis medicamentum vitæ & immortalitatis, & qui metuunt Dominum, inuenient illum. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam ſecundùm illum erit amicus illius.*

Eccl. 6.

Porrò conſiliarios non ſolùm bonos & integros viros eſſe oportet, ſed etiam prudentes maximéque peritos eius rei, qua in deliberationem vocatur. Ad huiuſmodi enim conſiliarios mittit nos Scriptura diuina. *In multitudine preſbyterorum prudentium ſta, & prudentiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei poſſis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et ſi videris ſenſatum, euigila ad Deum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus.* horum autem dictis ſtandum eſſe, ac ſi demonſtrationes adferrent, iubet Ariſtoteles his verbis: *Peritorum hominum & ſeniorum ſeu prudentium pronunciationibus & opinionibus abſque demonſtratione non minus quàm demonſtrationibus attendendum eſt. Quia namque ex ipſa experientia viſum habent, principia intuentur.*

Eccl. 8.

Lib. 6. Eth. c. 11.

A iuuenibus autem potiſſimùm ſeniores adeundos & audiendos maximè eſſe, docet Caſſianus & latè explicat S. Ambroſius allatis exemplis Ioſue erga Moyſen. Loth

Coll. 2. Cap. 10.

erga Abraham, Heliſæi erga Eliam, Marci erga Barnabam, Silæ, Timothei, Titi erga Paulum. *Lib.2. of.c.20.*

Sed egregiè S.Bernardus colligit bonorum conſiliariorum, eorum videlicet, qui principibus præſertim Eccleſiaſticis aſſiſtunt, proprietates, ex quibus, quæ reliquis eiuſdem generis hominibus conueniant facilè intelligitur: *In talibus* (ſcribit Eugenio Papæ) *vt opinor requieſcet ſpiritus tuus, qui non ſint attritæ frontis, ſed verecundi, ſed timorati: qui præter Dominum timeant nihil, nihil ſperent niſi à Deo. Qui aduentantium non manus attendant, ſed neceſſitates. Qui ſtent viriliter pro afflictis, & iudicent in æquitate pro manſuetis terræ. qui ſunt compoſiti ad mores, probati ad ſanctimoniam, parati ad obedientiam, manſueti ad patientiam, ſubiecti ad diſciplinam, rigidi ad cenſuram. Catholici ad fidem, fideles ad diſpenſationem, concordes ad pacem, conformes ad vnitatem. Qui ſint in iudicio recti, in conſilio prouidi, in iubẽdo diſcreti, in diſponendo induſtrij, in agendo ſtrenui, in loquendo modeſti, in aduerſitate ſecuri, in proſperitate deuoti, in zelo ſobrij, in miſericordia non remiſſi, in otio non otioſi, in hoſpitio non diſſoluti, in conuiuio non effuſi, in cura rei familiaris non anxij, aliena non cupidi, ſua non prodigi, vbique & in omnibus circumſpecti.* Hæc Bernardus. *Lib.4. de conſid. cap.6.*

Quod ſi deſint homines (vt accidit nonnunquam) qui nobis conſilium dent, non deeſt hiſtoria *teſtis temporum*, vt inquit ille, *nuncia vetuſtatis, magiſtra vitæ.* non deſunt libri, quos euoluamus: & in quibus hærentes à mortuis, qui eos ediderunt ad hominum vtilitatem, hauriamus, quæ non licet à viuis propter eorum aut penuriam aut abſentiam audire, nec contemnenda virtus eſt Docilitas, aſſidua prudentiæ comes, non ea quidem, quæ homini à natura ineſt, ſed illa, quæ exercitatione perficitur & humano ſtudio, quando nimirum, vt ait S.Thomas: *Homo ſolicitè, frequenter & reuerenter applicat animum ſuum documentis maiorum, non negligens ea propter ignauiam, nec contemnens propter ſuperbiam.* Inter omnes autem libros ad ſana conſilia capienda in rebus omnibus tenent principem locum libri ſacri. Secundum hos legendæ ſacræ hiſtoriæ, auctoréſque ſacri, ij præſertim, *2.2.q.49 artic.3. ad 2.*

qui de Chriſtianis officiis ſcripſere, quibus adiungendi libri Ethnicorum, à quibus, vt docet S. Baſilius & ſanctus Hieronymus, *magna ad omnes humanæ vitæ partes emanare poteſt vtilitas.*

Serm. de legendis lib. gentil. Epiſt. ad magnum oratorē.

Partes autem conſultoris, quicunque ille eſt, ſunt viciſſim beneuolentia & fide proſequi conſiliarium ſuum: maximè verò ſeſe illi docilem præbere, dum conſulit, nec quantumcunque ſibi ipſe ſapiens doctúſque videatur, ita ſententiæ ſuæ addictus eſſe debet, vt ſi perſpicuè vera non eſt, ex ea ſe deduci nunquam ſinat. nam vt ait S. Iabobus: *Quæ de ſurſum eſt ſapientia, ſuadibilis eſt*, & ſæpe monet Apoſtolus ac acquieſcamus in aliorum conſilio & voluntate, *Non alia ſapientes*, ait, *ſed humilibus conſentientes. Vnanimes id ipſum ſentientes. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem ſapiamus, in eadem permaneamus regula.* immo ſanctus Chryſoſtomus ſuos reprehenſores etiam ipſe laudat, benignéque illis gratias agendas exiſtimat.

Rom. 12. Philip. 2. & 3. Tom. 3. homil. de ferendis reprehenſionibus, & conuerſione Pauli.

Quod verò initio dictum eſt, prudentiam virtutem eſſe eorum, qui imperant, non ideo dicitur, quòd ad eos, qui parent, non pertineat etiam prudentia: ſed quia præcipua prudentiæ actio, quę eſt præceptio, dum erga alios exercetur, non ſit eorum, qui aliorum reguntur imperio. Cæterùm hi etiam prudentes ſint oportet, conſilio ſaltem atque iudicio. Conſilio quidem, quia quomodo ſe gerere debeant in humanæ vitæ officiis ſiue publicis, ſiue priuatis, ſiue externis & corporis, ſiue ad internam curam animi ſpectantibus, à maioribus diſcunt. Copioſè id Caſſianus explicat. *Humilitatis*, inquit, *hæc erit prima probatio, ſi vniuerſa, non ſolùm quæ agenda, ſed etiam quæ cogitantur, ſeniorum reſeruentur examini, vt nihil quis ſuo iudicio credens illorum per omnia definitionibus acquieſcat, & quid malum vel bonum debeat iudicare, eorum traditione cognoſcat. Quæ inſtitutio nō ſolùm per veram diſcretionis viam iuuenem recto tramite docebit incedere, verùm etiam à cunctis fraudibus & inſidijs inimici ſeruabit illæſum.*

Collat. 2. cap. 10.

Huc pertinet quod Patres omnes docent, & ratio demonſtrat, ſi præceptum, quod à præſide imponitur, cum peccato coniunctum ſit nullo modo implendum eſſe.

nec

nec enim imprudens eſt obedientiæ virtus, quamuis ſi peccatum in pręcepto non manifeſtè deprehenditur, réſque dubia ſit, dicto potiùs audiendum eſt quàm repugnandum, ſed de obedientia ſequenti libro.

Qua iudicij prudentia præditum eſſe oporteat Præſidem Euangelicum.

CAPVT XXIII.

MAGNA vis prudentiæ eſt poſita in iudicio, aut quod perinde eſt, in ea virtute, quæ à rectè iudicando ſyneſis dicitur, vel in ea, quæ ex diuinis principiis iudicans ſtatuit, quid agendũ ſit in rebus, quæ præter communem ordinem accidunt, & guome appellatur. igitur ſecundùm conſilium iudicio excellat præſes neceſſe eſt, vt ſciat *reprobare malum, & eligere bonum*, diſtinguere ambiguum, vt dicebat Dominus Moyſi: *Inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram.* Hoc poſtulauit à Domino Dauid, cùm dixit: *Deus iudicium tuum Regi da.* Et Salomon, cùm iuſſus ab eodem, vt quicquid vellet, à Domino peteret, illud imprimis petijt: *Da mihi ſapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo. quis enim poteſt hunc populum tuum dignè, qui tam grandis eſt, iudicare?*

Iſaia 7. *Deut. 17.* *2. paral. cap. 1.*

In iudicando autem poteſt homo grauiſſimè labi. quare maximè indiget illo Spiritus ſancti dono: quod quanquam à conſilio nomen habet, tribus tamen prudentiæ partibus commune eſt, eáſque Deo informandas regendáſque ſubiicit. ne igitur iudicando erret, ſed dirigatur potiùs ad diuini conſilij normam præſes, orationi deditus ſit oportet: qua crebrò à Deo petat, *vt illuminet faciẽ ſuam ſuper ſeruum ſuum: itaque dirigat greſſus eius in ſemitis ſuis, vt non moueantur veſtigia eius.* quare quamuis debeat doctrinę ſtudio addictus eſſe, & tãquam

Pſal. 118. *Pſal. 16.*

Malac. 2. ſacerdos cuſtodire ſcientiam, quando ab eo lex requirenda eſt magis tamen incũbendum illi eſt animæ ſuæ curam, eáque excolenda diligentiſſimè ab illo eſt exquiſito examine ad conſcientiæ puritatem, & aſſiduis ad Deum precibus ad cognoſcendam in rebus omnibus diuinam voluntatem. qua de re ſic S. Bernardus: *Quid enim periculi ſit, vbi non inuenit paſtor paſcua, ignorat dux itineris viam, Vicarius neſcit Domini voluntatem, Eccleſia quotidie multipliciter & miſerabiliter experitur. Eſt enim vt ſanctiſſima ſic & ſacratiſſima res voluntas Dei, & occultum omnino conſilium; de quo & Apoſtolus gloriatur, puto autem quòd & ego conſilium Dei habeam. Vnde & ipſa veritas, nemo ſcit, quæ ſunt in homine, niſi ſpiritus hominis, qui eſt in ipſo. Vtilis proinde lectio, vtilis eruditio eſt, ſed multo magis vnctio neceſſaria, quippe quæ ſola docet de omnibus. Vnde autem ſcire videbitur, quæ ſit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta, qui nec pulſare, nec quærere, nec petere conſueuit: qui donec alienarum curam ſuſciperet animarum, nunquam ſe geſſiſſe curã, ſed in vano viſus eſt eam accepiſſe? Atque vtinam vel nunc curaret ſuam, vt meam quoque poſt ea curaturum ſperare liceret: & de ſuo priùs oculo feſtucam eiiceret, vt de meo videret eiicere trabem.*

Serm. Ecce nos reliquimus omnia.

1. Cor. 7.

1. Cor. 2.

Et quidem de cordis puritate, ſine qua non obtinetur ſapientiæ lux, ſcribit S. Gregorius in Paſtorali. qui ob aliam quoque cauſam animarum Rectori neceſſarium putat orationis ſtudium: *Vt*, inquit, *eius vſu didicerit obtinere à Domino, quæ popoſcerit poſſe. cui prophetica voce quaſi ſpecialiter dicatur: Adhuc loquente te dicam, Ecce adſum.*

Part. 2. cap. 2. Prima part. cap. 10.

Sed S. Bernardus alibi auctor eſt, orationem vim & robur adferre exemplo, quod de ſe præſes aliis præbere, & verbo prædicationis, quo ſibi ſubiectas animas paſcere debet. Ergo, ait, *in his duobus mandatis, verbi ſcilicet atque exempli ſummam tibi officij ad conſcientiæ ſecuritatem pendere intellige. Tu tamen ſi ſapis, iunges & tertium: ſtudium videlicet orationis. ad complementum vtique trinæ illius repetitionis in Euangelio de paſcendis ouibus. in hoc noueris illius Trinitatis ſacramentum in nullo fruſtratum à te, ſi paſcas verbo, paſcas exemplo, paſcas & ſanctarum fructu orationum. Manent itaque tria hæc: Verbum, Exemplum, Oratio: maior*

Ep. 201.

autem

autem his oratio. Nam & ſi, vt dictum eſt, vocis virtus ſit opus, & operi tamen & voci gratiam efficaciámque promeretur oratio.

Eſt autem proficienti, & præſertim illi, qui præeſt aliis maximè neceſſarius iudicij vſus, ſi quando accidat materia aliqua, in qua requiratur exercitatio gnomes. tunc enim quia præter communes regulas ſententia fertur, facile eſt turpiſſimè labi. quare tunc maximè adhibenda humilis oratio ad Deum. quod dubitandum non eſt feciſſe Dauid, cùm ſe inſtinctu gnomes furentem finxit coram Achimelech, ſi quidem exſtat Pſalmus trigeſimus tertius ſub hoc titulo quem tunc ipſe conſcripſit, & in quo inter alia & illud habetur: *Exquiſiui Dominum, & exaudiuit me, & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eum, & illuminamini.* Eſt enim gnomen acumen & perſpicacia iudicij ſingularis, ideóque indiget diuina luce in omnibus actionibus, quæ ad eam pertinent, præſertim ſi ad finem ſupernaturalem referendæ ſint, vt referuntur pleræque omnes proficientis actiones. 1. Reg. 21.

Nec ſolùm ad antedicta oratione vtatur præſes, ſed ad alia omnia etiam, in quibus eius iudicij vis eluceat neceſſe eſt: ſunt autem præcipua hæc quæ ſequuntur.

Primum in eligendis hominibus ad ea munera, ad quæ præſtanda quiſque idoneus maximè fuerit. nam vt ait S. Bernardus, *in monaſteria admittuntur homines ſpe proficiendi, at officia bonos faciliùs recipiunt quam faciunt: quare ad ea viros probatos opportet deligi, non probandos.* pernoctat propterea in oratione Dei Dominus antequam deſignet Apoſtolos. & ſanctus Paulus ſeuerè præcipit Timotheo: *Manus citò nemini impoſueris, neq; communicaueris peccatis alienis.* Libr. 4. de conſid. cap. 5. Lucæ. 6. 1. Tim. 5.

His conſentaneum eſt illud, vt quemadmodum qui paret, ad præſidis arbitrium nutúmque totum ſe fingere & accommodare debet, iudicium ſuum iudicio eius ſubiiciendo cum præcipit, vbi perſpicuè peccatum non præcipit: ſic *qui iubet*, ait S. Baſilius, *obſeruet ne imponendis grauioribus, quàm quibus paret fratrum corporis vires ſint, imperatis, eos qui ea ferre non poſſunt, ad abiiciendam* Conſt. monaſt. cap. 32.

obedientiam per contradictionem inſtiget. ideo perinde, vt verus ac legitimus Pater, æquè in cunctos beneuolus vires corporis cuiuſque conſiderare, atque ita munera ſingulis imponere ac diſtribuere ſortitò debet.

Iudicio deinde vtatur diligenter, qui præeſt in iuuandis in ſpiritu ſibi ſubiectis hominibus, diiudicans primùm prudenter, quid ad conſequendum propoſitum finem vocationis ſuæ cuique conueniat; deinde diſcretè & electè aptans ſingulis eas rationes bene videndi, quæ magis naturis earum congruant, vt perfectionis propriȩ compotes fiant. nam vt ſapienter ſcriptum eſt ab vtroque Gregorio: *Nam vna eademque cunctis exhortatio aut remedium congruit. quia non cunctos par morum qualitas aſtringit: vt enim varia ſunt corporum temperamenta: ſic animarum diuerſa ſunt & diſcrepãtes propenſiones & vires: pro qualitate igitur audientium formari debet ſermo doctorum, vt & ſua ſingulis congruant, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat.* Ad quam rem non parum proderit triuiſſe manibus tertiam partem Paſtoralis S. Gregorij Papæ: in ea enim ille egregiè docet, quibus rationibus omnes omnino homines cuiuſcunque ſtatus ſint, conditionis, ætatis, & ſexus exerceri ad virtutem poſſint accommodatè ad cuiuſque captum & naturam, ab eo, qui regendarum animarum curam ſuſcepit.

Vide prologum 3. par. Paſt. S. Greg. Papæ.

Sed de tota hac re plura ſcripſimus capite ſecundo libri primi, cùm patrem ſpiritualem informaremus. nunc de præſide agimus, quem prudenti iudicio inſtructiſſimum adhuc opportet eſſe in conſuetudine agendi cum proximis. neq; enim vulgaris prudẽtia cenſenda eſt illa, qua præſes cum S. Paulo ſcit *omnia omnibus fieri, vt omnes*
1. Cor. 9. *CHRISTO lucrifaciat.* captando occaſiones oblatas de hominibus bene merendi, etiam ſi non ſatis idoneæ videantur, aut expectari meliores poſſe ad rem adoriendam. quod fecit idem Athenis, qui ne præteriret occaſionem veritatem Dei Euangelizandi eam, quam vt-
Act. 17. cumque dedit inſcriptio Aræ: IGNOTO DEO liben-
1. Cor. 3. tiſſimè & feliciſſimè arripuit. ſciebat idem etiam aliqui-
Hebr. 5. bus *lac potum dare*, aliquibus *eſcam*, denique & *ſapientiam*
1. Cor. 2. *loquebatur inter perfectos.*

Digitized by Google

De prudentia & alijs virtutibus, quibus vti debet, dum præcipit Præſes Euangelicus.

CAPVT XXIV.

MAXIMA omnium prudentiæ vis præceptio eſt: quandoquidem inanes ſunt reliquæ actiones eius, ſi pręcepto efficaci non compleantur. & accidit aliquando, vt excellat quis conſilio, aut iudicio, aut vtroque; quia tamen efficacitate præcipiendi vel ſibi vel alijs, deſtituitur, prudens non ſit nec habeatur. quare ad bene præcipiendum vt ſeſe comparet, & multis virtutibus inſtruat, præſes Euangelicus neceſſe eſt. Sunt autem hæ.

Primo loco ponatur humilitas reliquarum virtutum fundamentum neceſſarium, maximeque à Chriſto commendata Apoſtolis, cùm dixit: *Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter: qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur, & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.* Et S. Petrus: *Neque*, ait, *vt dominantes in cleris.* Et S. Paulus primũ crimen, quo Epiſcopum carere vult, *ſuperbia* eſt. ſit igitur humilis præſes dum præcipit, ita, vt neglectis propriis inuentis, patrum decretis inhæreat, maiorumque inſtitutionibus fundatas velit ſanctiones, potiùs quam nouis & ad ſpeciem pulchris legibus ſuis. *Nullus*, ait Caſſianus, *congregationi fratrum præfuturus eligitur, priuſquam idem, qui præficiendus eſt, quid obtemperaturis oporteat imperari, obediendo didicerit, & quid iunioribus tradere debeat inſtitutis ſeniorum fuerit aſſecutus.* Et paulo pòſt: *Ideo diuerſitates regularum per cæteras prouincias cernimus vſurpatas, quod plerumque ſeniorũ inſtitutionis expertes monaſteriis præeſſe audemus, & abbates nos antè quam diſcipulos profeſſi quod libitum fuerit ſtatuimus: promptiore, noſtrorum inuentorum cuſtodiam exigere, quàm examinatam Maiorum ſeruare doctrinam. Tenete traditiones*, ait Apoſtolus. Et Hieremias: *Interrogate de ſemitis antiquis.*

Prima humilitas.
Mat. 23.
1. *Pet.* 5.
Tit. 1.
Lib. 2. *cap.* 3.
2. *Theſ.* 2.
Hier. 6.

Eſt autem hæc humilitas pręcipuè cordis; ſimilis illi, quæ fuit in Chriſto Domino, qua qui præ eſt, non ſolùm

re ſe

re ſe gerit, ac ſi eſſet de ſibi ſubiectorum numero vnus, ſed animo etiam ac ſenſu ſe ipſum deprimit, aliiſque ſe non tam imperare quàm ſeruire reputat; qui ſenſus fuit antiquiſſimus ſanctorum Patrum omnium, præſertim
Lib.10. Confeſſ. cap.4. ſancti Auguſtini: *Hi*, inquiebat, *ſunt ſerui tui fratres mei, quos filios tuos eſſe voluiſti, Dominos meos, quibus iuſſiſti, vt ſeruiam, ſi volo tecum de te viuere. Et hoc mihi verbum tuum parum erat, ſi loquendo præciperet, niſi & faciendo præiret. Et ego id ago factis & dictis, id ago ſub alis tuis nimis cum ingenti periculo, niſi quia ſub alis tuis tibi ſubdita eſt anima mea, & infirmitas mea tibi nota eſt. Paruulus ſum, ſed viuit ſemper pater meus, & idoneus eſt mihi tutor meus. Idem ipſe eſt enim, qui genuit me, & tuetur me, & tu ipſe es omnia bona mea; tu omnipotens, qui mecum es, & priuſquam tecum ſim.* quo loco etiam illud intelligitur, hac animi ſubmiſſione ſubiici eos, qui præſunt, etiam Deo, à quo vt onus alios regendi ſibi imponi non ignorant, ſic etiam certò ſperent ſibi adfuturam opem & auxilium, ad illud vtiliter laudabilitérque ferendum; quādoquidem non tam ipſi regunt alios, quàm Deus per ipſos. Sed illuſtre eſt etiam huius humi-
2.Cor.4. litatis exemplum in Apoſtolo: *Nos autem*, ait, *ſeruos veſtros per Ieſum.*

2.Cor.11. & 12. 1.Cor.15. 1.Tim.1. 2.Cor.12 Hæc autē humilitatis affectio, qua ſe animo ſubmittit omnibus præſes, non animi occultis finibus coërcetur, ſed ſi efficax eſt, foras etiam prodit, & oſtendit ſe dictis & factis: *Sed & ſupportate me*, ait Apoſtolus, *in inſipientia dico: ſum minimus Apoſtolorum, & non ſum dignus vocari Apoſtolus. Chriſtus Ieſus venit peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum, tametſi nihil ſum.*

Sanctus Auguſtinus etiam modeſtiſſimè & humillimè à populo ſibi commiſſo veniam è ſuperiore loco
Hom.24. Lib.50. homil. petens, ſic ait: *De debitis loquor, quæ mihi dimitti, non à me exigi cupio, neque enim ſic tumore vanæ mentis extollor, vt audeam dicere, ex quo huius muneris ſarcinam porto, nullum à me hominem perperā læſum: hoc cuilibet homini tam multis & moleſtis actibus occupato atque diſtento ne dicam impoſſibile, certè difficile eſt, quanto magis mihi, qui noui infirmitatem meam, quam cum meis & pro me veſtris oratio-*

nibus

Digitized by Google

nibus diebus ac noctibus offero ſanandum Domino Deo meo. Diuerſarum ergo curarum æſtibus ac difficultatibus conturbatus, ſi quem fortè non vt poſcebat, audiui; ſi quem triſtiùs, quàm opus erat, aſpexi; ſi in quem verbum duriùs quàm oportebat emiſi, ſi quem corde contribulatum & opis indigum reſponſione incongrua cõturbaui, ſi quem pauperẽ, mihi in aliud intento importuniùs inſiſtentem, vel prætermiſi, vel diſtuli, vel etiã nutu aſpero contriſtaui; ſi cui de me falſi aliquid tanquam homini de homine ſuſpicanti iuſtò acerbiùs indignatus ſum, ſi quis in ſua conſcientia non agnouit, quod de illo humanitus ſuſpicatus ſum, vos quibus pro his atque huiuſmodi offenſis eſſe me fateor debitorem, ſimul me veſtrum credite debitorem. Nam pullos quos fouet ſæpe in anguſtiis, ſed non toto pedis pondere calcat, & mater, nec ideo deſinit eſſe mater. Dimittite, vt dimittatur vobis. Dimittite amãti vos debita difficultatis, qui nec contra inimicos debita crudelitatis tenere debetis. Ad ſummam omnes vos obſecro, commendare Domino curam pro vobis meam.

Sed quid verſamus exempla Sanctorũ? Illuſtriſſimum & notiſſimũ habemus factũ Chriſti Domini, qui pedes abluit diſcipulorũ admirãda modeſtia & humilitate. poſt quod idem ipſe ſic tantum facinus clauſit: *Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Quo loco obſeruat S. Baſilius maioribus huiuſmodi humilitatis officia obeuntibus ab inferioribus eſſe parendum, cùm diſcipuli Domini nequaquam contra hoc eius factũ auſi ſint repugnare. Quin qui initio propter eximiam quandam ac pietatis plenam reuerentiã erga Dominum ſuum hoc recuſauerat Petrus, confeſtim vbi certior factus eſt de periculo, quod iis immineret, qui obedientiam abieciſſent, mutata ſententia obedientiam auidiſſimè eſt amplexus. *Ioan.13. Reg. fuſius diſp. Int.31.*

Accedat ad Humilitatem patientia, qua præſes forti animo tolleret vitia ſibi ſubiectorũ. ſiue illa grauia ſint ſiue leuia: *Debemus autem nos firmiores*, ait Apoſtolus, *imbecillitates infirmorum ſuſtinere.* Qua in re rationes officij ſui haud plenè percipiunt, qui animarum curam gerentes ægre ferũt ſe in homines imperfectos & peccatores incurriſſe. *Hoc onus*, ait S. Bernardus, *animarum eſt infir-* *Secunda Patiẽtia. Rom.15. Epiſt.73.*

marum

marum. nam quæ ſanæ ſunt portari non indigent, ac per hoc nec onus ſunt. Quoſcunque igitur de tuis inueneris triſtes, puſillanimes, murmurioſos, ipſorum te Patrem, ipſorum te noueris eſſe Abbatem conſolando, exhortando, increpando agis opus tuum, portas onus tuum, & portando ſanas, quos ſanando portas. Si quis uerò ita ſanus eſt, vt magis iuuet te, quàm iuuetur à te, huius te non Patrem, ſed parem, comitem, non Abbatem agnoſcas. Quid igitur cauſaris, te aliquorum, qui tecum ſunt, mauis grauari conſortio, quam frui ſolatio cùm ſolus omnium omnibus datum ſit ſolatium, tanquam omnibus ſanior, omnibus fortior, qui omnibus ſufficias per Dei gratiam ſolatiari, & à nemine omnium indigeas confortari? Denique in quantum grauaris, in tantum lucraris, & in qantum iuuaris, in tantum tibi tua præmia minuis. Elige ergo, quos eligas, an qui grauando iuuant, an qui iuuando grauant. Hi tibi promeritores, illi fraudatores meritorũ exiſtunt. Nam qui ſocij laboris, proculdubio & mercedis participes erunt. Sciens ergo te miſſum iuuare & non iuuari, illius te agnoſce vicariũ, qui venit miniſtrare & non miniſtrari. Hæc S. Bernardus. Certè S. Chriſoſtomus, cum explicat quæ ſint illæ opitulationes, quas in numerãdis gratiis gratis datis adiungit S. Paulus gubernationibus, adfirmat eas eſſe, *imbecillos amplecti.*

Hom. 32. in 1. ad Cor.

Tertia charitas.

Patientiæ copulanda charitas, quæ propriè Patrem efficit Præſidem, atque hæc coniunctio virtutum admirabiles effectus producit in beneficium hominum ſubiectorũ, qui omnes ſoboles ſunt charitatis. ille primùm vt qui ſuperiores ſunt dignitate & ordine, ad infimis etiam opem ferendã ſe libentiſſimè demittant, explicat id elegantiſſima ſimilitudine, vt ſolet S. Chriſoſtomus: *Calcaneo ſpina infixa eſt, ſentit totum corpus cruciaturque, incuruatur dorſũ & venter, femora corripiuntur: manus ceu ſatellites miniſtrique properantes, retrahunt infixam: inflectitur caput, ſoliciti oculi tuentur. Ita fit, vt pes quantum relinquitur aſcendere non valens, tanto ſuperet, ad ſe caput, quod ſummum eſt, deducens, idque non amicitia, ſed debiti & officij iure. Ergo ſic quæ maiora ſunt, nihil amplius cæteris habent. quàm quòd minoribus magis ſunt obſtricta, & ſolicitudinem debent.*

Hom. 31. in 1. ad Cor.

Digitized by Google

Ex eodem fonte manat & aliud bonum, nempe lenitas correctionis, quando præſes reprehendit, vt debet, eos, qui peccant, non iudiciali aut accuſatorio more, ſed paterno, aut ſi mauis etiam materno; non ad timorem, ſed ad vtilitatem. Certè S. Bernardus ad illa verba: *Memores uberum tuorum*, valde probat affectum parentis in imperante: *Diſcite*, ait, *ſubditorum matres vos eſſe debere, non dominos, ſtudete magis amari, quã metui. Etſi interdum ſeueritate opus eſt, paterna ſit, non tyrannica. Matres fouendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Manſueſcite, ponite feritatem, ſuſpendite verbera, producite vbera, pectora lacte pingueſcant, non typho turgeant. Quid iugum veſtrum ſuper eos aggrauatis, quorum potiùs onera portare debetis? cur morſus à ſerpente paruulus fugit conſcientiam ſacerdotis, ad quem eum magis oportuerat, tanquam ad ſinum recurrere matris? Si ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans vnuſquiſque ſeipſum, ne & ipſe tentetur.* Cant. 1. Ser. 23. in Cant.

Eſt autem probi filij Patrem obiurgantem, ne dum benignè accuſantem libenter audire, & grauiſſima pœne cenſenda eſt, cùm erras, non caſtigari: *Miſereamur impio*, ait Dominus, *& non diſcet facere iuſtitiã. Super omnem iram*, ſcribit S. Bernardus, *miſeratio iſta*, quo loco docet, ſi ſe, qui reprehenditur, non corrigit, aut etiam fit deterior iubere prudentem charitatem, vt præſes taceat, immo & doleat, quod nolens occaſionem grauioris ſceleris obtulerit peccanti. *Mallem*, ait idem, *pro huiuſmodi aliquando tacuiſſe atque diſsimulaſſe, quod agi perperam reprehendi, quàm ad tantam reprehendiſſe perniciem. Dicas forſan, niſi quod bonum meum ad me reuertatur, quia liberaui animam meam & mundus ſum à ſanguine hominis, cui anunciaui, & locutus ſum, vt auerteretur à via ſua mala, & viueret. Sed & ſi innumera talia addas me tamen iſta minimè conſolabuntur mortem filij intuentem. Quaſi verò mea illa reprehenſione liberationem quæſiuerim, & non magis illius. Quæ enim mater etiam ſi omnem quam potuit curam & diligentiã ægrotanti filio adhibuiſſe ſe ſciat, ſi demũ fruſtratũ ſi viderit. & omnes labores ſuos eſſe penitus inefficaces, illo nihilominus moriente, propterea vnquã à fletibus temperauit? Et illa* Eſaia. 62. Ser. 42. in Cant.

quidem

quidem pro morte temporali, quanto magis me pro morte æterna mei filij manet vbique ploratus & vlulatus multus, etiam ſi nihil mihi conſcius ſum, quominus annunciauerim illi.

Quarta diſcretio. Ser. 23. in Cant.

Ad extremum concludendum caput hoc de prudentia, eiuſdem S. Bernardi doctrina de coniungenda charitate cum diſcretione in rebus omnibus, præſertim autem dum aliquid nominatim mandamus: ex quo etiam illud obiter intelligimus, ad quem ſui contemptum ſeſe abiicit Euangelicus præſes, aliis vt proſit. ac non niſi Spiritu ſancto magiſtro edoceri eum artem regendi animas: *Pauci ſunt, qui vtiliter, pauciores, qui & humiliter præſint, facilè tamen vtrumque adimplet, qui matrem virtutum diſcretionem perfectè adeptus, vino nihilominus charitatis vſque ad contemptum propriæ gloriæ, vſque ad ſui ipſius obliuionem, & non ad quærenda, quæ ſua ſunt, inebriatur. quod ſolo ac miro Spiritus ſancti magiſterio intra cellam vinariam obtinetur. Virtus ſiquidem diſcretionis abſque charitatis feruore iacet, & feruor vehemens abſque temperamento diſcretionis præcipitat. Ideóque laudabilis cui neutrum deeſt, quatenus & feruor diſcretionem erigat, & diſcretio feruorem regat.*

His virtutum præſidiis armatus præſes animoſè præceptioni incũbat. & quanquam ſuauitati ſtudendum eſt, intelligat tamen ſimul perfringẽdam fortiter difficultatem, ſi incidat. hoc eſt enim quod ait Salomon: *Irrumpere iniquitatem.* Idq́ue multo magis faciendum eſt, cùm ſibimetipſi arbitra prudẽtia pręcipit: *Qui enim ſibi nequam cui bonus?* Et qui ſibi vel negligit vel nequit imperare, qua ratione alios ſibi vel legibus obtemperantes reddet?

Eccle. 7.

Eccl. 14.

Porrò ad imperandum ſibi maximè iuuat ſeipſum iis ſtimulis cõcitare, quibus alios impellimus ad officium, timore, ſpe, Chriſti imitatione, Dei amore & voluntate, qua vult nos non ſẽper in deſideriis, ac veluti prægnantes aut tepidos, ſed actuoſos, feruentes, perfectos, ſibiq́ue, quoad fieri poteſt, omnino ſimillimos.

FINIS LIBRI TERTII.

DE

Digitized by Google

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS LIBER IIII.

QVO RELIQVÆ VIRTVTES MORALES DECLARANTVR, PRINCIPIO AB oratione facto: abſoluitúrque ſecunda pars ſtatus proficientium.

PONVNTVR VIRTVTES, DE QVIBVS DEINCEPS AGENDUM eſt.

DE Iuſtitiæ, fortitudinis, & temperantiæ partibus ſubiectiſve virtutibus iam diſſerendum nobis eſt, eo ordine, quem in ſua Theologia ſequitur ſanctus Thomas: non quidem ſcholaſticas ſubtilitates inquirendo, ſed deſcribendo potiùs, vt hactenus fecimus; eas virtutum actiones & gradus, quæ ad vſum proximè iuuant. proindéque non omnes omnino virtutes, quas acutè & more ſuo Theologus inueſtigat, explicandæ à nobis ſunt;

Digitized by Google

ſed ille duntaxat, quas proficientem nouiſſe oportet; vt in earum exercitatione accuratè verſetur: quáſque ſcriptura diuina, in primis verò Dominus in Euangelio & SS. Apoſtoli in ſuis epiſtolis memorant, & inculcant Chriſtianorum auribus. Sunt autem hæ: Oratio, pietas, obſeruantia, obedientia, gratitudo, veritas & ſinceritas, amicitia & tractabilitas liberalitas, *quæ iuſtitiæ ſunt ſoboles.* fortitudo *deinde ſequitur,* magnanimitas, patientia, perſeuerantia. *Poſtremum locum ſubit* temperantia, *& ſpecies eius* continentia nimirum, abſtinentia, ſobrietas, caſtitas, virginitas, manſuetudo, modeſtia, humilitas.

De præparatione ad orationem.

CAPVT I.

Eccle. 18. Præpar. remota. DE oratione dicturus incipio à præparatione, ſiquidem ſcriptum eſt: *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.* Præparatio hæc duplex eſt, remota vna, altera proxima. In remo-
1. Pſal. 65. tarum numero prima ſit carere peccatis, nam: *Iniquitatem ſi conſpexi in corde meo,* ait Dauid, *non exaudiet Dominus.* Quamquam qui peccatis mortalibus irretitus eſt,
2.2. q. 83. art. 16. non retardetur ab orandi ſtudio, modo vt ait S. Thomas: *Oret peccator adhibitis quatuor conditionibus, vt ſcilicet pro ſe petat, neceſſaria ad ſalutem, piè & perſeueranter.*

2. Coll. 9. cap. 3. Remota præparatio etiam eſt compreſſio propriarum paſſionum & mortificatio vitiorum: *Si volumus,* inquit Caſſianus, *orationes noſtras non ſolùm cœlos, ſed etiam quæ ſuper cœlos ſunt, penetrare, curemus mentem ab omnibus terrenis vitijs expurgatam, cunctiſque mundatam fæcibus paſſionum, ad ſubtilitatem perducere naturalem, vt ita ad Deum oratio nullo vitiorum pondere prægrauata, conſcendat.*

3. Libr. 5. Tertia præparatio eſt mentem euagationibus vacuam ad orationem adferre: *Mens,* ait S. Gregorius, *nullo modo*

Digitized by Google

d vim intimæ contemplationis rapitur, niſi ſtudioſè prius à rrenorum deſideriorum tumultu ſopiatur. Quicquid, ait aſſianus, *ante orationis horam anima noſtra conceperit, neſſe eſt, vt orantibus nobis per ingeſtionem recordationis ocrrat. Quamobrem quales orantes volumus inueniri, tales os ante orationis tempus præparare debemus.* moral. cap. 12. Coll. 9. cap. 3.

Ex his præparationibus quaſi conflatur illa ſolituo cordis tantopere neceſſaria ad orationem accedenti, multo magis, quàm corporis ſolicitudo. Sic enim haet S. Gregorius: *Quid enim prodeſt ſolitudo corporis, ſi ſolitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus viuit, ſed umultibus conuerſationis humanæ terrenorum deſideriorum gitationibus ſe inſerit, non eſt in ſolitudine. Si verò prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, & tamen nullos urarum ſæcularium tumultus in corde patiatur, non eſt in rbe. Itaque bene conuerſantibus primùm ſolitudo mentis triuitur, vt exurgentem intrinſecus ſtrepitum terrenorum deſideriorum præmãt, vt ebullientes ab infimis curas cordis per uperni gratiam reſtringant amoris, omneſque motus importunè ſe offerentium leuium cogitationum, quaſi quaſdam cirumuolantes muſcas ab oculos mentis abigant manu grauitas, & quoddam ſibi cum domino intra ſe ſecretum quærant, bi cum illo exteriori ceſſante ſtrepitu per interna deſideria lenter loquantur.* Ex quibus intelligimus eos huiuſmoi mentis diſtractionibus obnoxios eſſe, qui leues mobus ſunt, & nugis puerilibus dediti. ait enim muſcas ogitationum inanium manu grauitatis abigi. Vna cum is adnumerandi ſunt illi, quorum corda, vt ait Domius, *grauantur curis ſæcularibus*, & quos Apoſtolus reprehendit, cùm dicit: *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſæcularibus.* Horum enim mentes vt plurimùm in varias artes diſtrahuntur, vix vt ab euagationibus retineri oſſint & propterea etiam inquietæ ſunt & perturbatioibus plenæ. Lib. 30. moraliũ, cap. 12. Lucæ. 21. 2. Tim. 2.

Sequitur proxima præparatio, quæ bipartita eſt. prior t lectio ſacra, eius præſertim rei, quam inter orandum obis cogitandam & ponderandam proponimus; *Cùm anus*, ait ſanctus Bernardus, *cum Deo loquimur, cùm gimus, Deus nobiſcum loquitur*, valdè nobis eſt neceſ- *Præparatio proxima.* 1. Serm. 50.

ad ſororem. ſaria lectio diuina, nam per lectionem diſcimus quid facere, quid cauere, quo tendere debeamus, lectio nos ad orationem inſtruit & operationem, lectio nos informat ad actiuam & contemplatiuam vitam. Intereſt autem maximè antè orationis tempus rem, quam meditari vis, præuidiſſe legiſſéve diligenter.

Prou. 24. *Prapara foris opus tuum*, ait Salomon, *& diligenter exerce agrum tuum, & poſtea ædifices domum tuam.* fieri enim non poteſt, vt qui colit agrum, ſimul fabricetur aratrum, & vomerem cudat. ſimiliter vix bene meditatur, qui inter meditandum materiam quærit, quàm diſcutiat. Ante orationem igitur memoria animóque concipienda & præmeditanda eſt.

2. Poſterior proxima præparatio eſt, vt ſe ſiſtat homo ante Deum, quem deprecaturus eſt, & in cuius conſpectu meditaturus. quæ res maximum momentum habet ad vniuerſam orandi rationem inchoandam ritè & attentè ac religioſè ad finem vſque proſequendam.

De modo quo initio orationis qui orat ſe ſiſtere debet conſpectui Maieſtatis Dei.

CAPVT II.

INITIO igitur orationis excitet ſe proficiens aliquo Dauidicorum Pſalmorũ verſu affectúve, quo vel lumen ad ſe parandum à Deo petat: Quales illi ſunt:

Pſal. 42. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa me deduxerunt & adduxerunt in montem ſanctum tuum & in tabernacula tua; & introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam Confitebor tibi in Cythara Deus Deus meus*: vel commoueat deſiderium aſtandi Deo, eiúſque dulciſſima luce fruendi in tabernaculis illis æternis ac cœleſtibus, quibus ſeipſum Angelis ac ſanctis animabus videndum exhibet, quales illi ſunt: *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum? cõcupiſcit & deficit anima*

mea

mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos ſuos. Altaria tua Domine virtutum Rex meus & Deus meus. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te. Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde tuo diſpoſuit in valle lachrymarum, in quem poſuit. ſimiles his illi ſunt: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima ad Deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt Deus tuus. Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei. In voce exultationis & confeſſionis ſonus epulantis.*

Pſal. 83.

Pſal. 41.

Huius autem deſiderij orandi quanta ſit vtilitas docet S Auguſtinus his verbis: *Ipſa orationis intentio cor noſtrum ſerenat & purgat, capaciúſque efficit ad excipienda diuina munera, quæ ſpiritualiter nobis infunduntur, non ambitione precum nos exaudit Deus, qui ſemper paratus eſt dare ſuam lucem non viſibilem, ſed ſpiritualem & intelligibilem; ſed nos non ſemper parati ſumus accipere, cùm inclinamus in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur.*

Libr. 2. de ſerm. Domini, cap. 3.

Deinde erigenda mens eſt & contemplatio ad cœlum ipſum, quæ Dei ſedes eſt & tabernaculum, animóque contuendus apparatus ille ornatúſque pulcherrimus ac ſplendidiſſimus Empyrei cœli, in quo regnat Deus, videtúrque à Sanctis & beatis mentibus. cogitandúmque me in illud ob Dei ſingularem miſericordiam ope cuſtodis Angeli, aut Diui alicuius tutelaris, aut etiam ipſius beatiſſimæ Dei Matris induci, vt me ipſum ſiſtam diuinæ maieſtati atque præſentiæ; quam ad finem propoſitum mihi repræſentabo ad eum modum, qui, vt opinor, familiaris fuit ſancto Bernardo. ſic, enim ſcribit: *Quid aliud cogitare debet intrans ad orationem, quàm Propheticum illud; Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei? Omnino ſiquidem oportet nos orationis tempore curiam intrare cæleſtem, illam inquam, curiam, in qua Rex Regum ſtellato ſedet ſolio, circumdante*

Serm. de 4. modis orandi.

innumerabili & ineffabili beatorum ſpirituum exercitu. Vnde & ipſe, qui viderat, quia maiorem numerum non inuenit, millia ait millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei. Quanta ergo cum reuerantia, quanto timore, quanta illuc humilitate accedere debet à palude ſua procedens & repens ranuncula vilis? quàm tremebundus, quàm ſupplex, quàm denique humilis & ſolicitus, & toto intentus animo maieſtati gloriæ in præſentia Angelorum, in conſilio iuſtorum & congregatione aſſiſtere poterit miſer homuncio? Et paulo pòſt: *Porrò quamuis vbique ſit* Deus, *in cœlo tamen orandus eſt, ibique orationis tempore cogitandus: vt mens noſtra non oratorij tecto, non aëris ſpatio, non ipſa retardetur nubium denſitate, iuxta eam formam, quæ nobis à Chriſto tradita eſt, vbi ait, ſic orabitis: Paternoſter qui es in cœlis.*
Matt.6. *ſic igitur oret, qui orat tanquam aſſumptus & præſentatus ei, qui ſedet ſuper excelſum thronum in Angelis, qui minimè ceciderunt, & eleuatum in hominibus, quos ſuſcitauit de puluere inopes, & erexit de ſtercore pauperes: ſic, inquam, ſemetipſum conſideret, & ſic attendat, tanquam præſentatum Domino maieſtatis, vt dicat cum Abraham, loquar ad Dominum meum, cùm ſim puluis & cinis, & quia tuo præcepto commonitus tua inſtitutione formatus id præſumo Domine fons pietatis.*

Gen. 18.

Prima ratio. Duas igitur rationes præſentiæ Dei præſcribit ſanctus Bernardus. Prima eſt illa, qua in cœli curiam introductus homo oculos mentis figit in Dei ſupremam maieſtatem ſolio in ſtellato ſedentem, circundatam innumerabili & inexplicabili Angelorum & beatarum animarum exercitu. *2.* Secunda verò ſublimior eſt & difficilior, qua in cœlis quidem cogitamus, adimúſque animo Deum, ſed non tam ſedentem in ſtellato aut etiam illuſtriore ſolio, quàm in ſanctis Angelis hominibúſque, quos ſuo glorioſiſſimo conſpectu beat. Siquidem in Scripturis ſacris dicitur ſedere *ſuper Cherubin*, &, *ſuper Angelos*, & ex ſuperioribus hierarchijs vna *thronorum* nomine appellatur *ratione propria* quidem, vt S. Gregorius ſcribit, & nihilominus omnibus beatis Throni nomen commune eſt, quia in omnibus Deus præſidet.

Pſal.79.

Hom.34. in Euan.

Quocunque autem modo Thronus Dei animo fingatur

cauendus in primis eſt phantaſiæ error, qui olim multos monachos tenuit, ac vtinam non etiam nunc ſimpliciores aliquos alioquin pios viros detineat: *Qui*, vt ait Caſſianus, *incomprehenſibilẽ & ineffabilem veri numinis maieſtatem ſub circumſcriptione alicuius æſtimant imaginis adorandam, nihil ſe tenere credentes, ſi propoſitam non habuerint imaginem quandam, quam in ſupplicatione poſiti iugiter interpellent, eámque circumferant mente, ac præ oculis teneant ſemper affixam: cùm tamen, vt ait Dominus, Deus ſpiritus ſit, & adoratores, qui in ſpiritu adorent, quærat. Soli autem illi*, ait Caſſianus, *puriſsimis oculis diuinitatem ſpeculantur, qui de humilibus ac terrenis operibus ac cogitationibus aſcendentes cum Ieſu ſecedunt in excelſo ſolitudinis monte, quo liber ab omnium terrenarum cogitationum ac perturbationum tumultu, à cunctorum vitiorum permixtione ſecretus, fide puriſſima ac virtutum eminentia ſublimatus, gloriam vultus eius ac charitatis reuelat imaginem, his qui mundis eam merentur animæ obtutibus intueri. Quare*, inquit, *puro & intimo cordis affectu ab omni inquietudine & confuſione turbarum ſimiliter ſecedamus, nam ſecundùm menſuram puritatis ſuæ vnaquæque mens in oratione vel erigitur vel formatur.* Ex duabus illis rationibus poſterior eſt longè remotior à periculo antedicto, quod cognatum eſt hæreſi Antropomorphitarum

Coll. 10. cap. 4. — *Ioan. 5.* — *Cap. 5.*

Quinque autem ſunt affectus, quos in nobis ante Dei maieſtatis conſpectum conſtitutis excitari ſanctus Bernardus deſiderat. Primus eſt reuerentia & adoratio Dei, tanquam primi rerum omnium Principis, mundi creatoris, hominúmque maximi parentis, qui eſt ille qui eſt, ſummum bonum, ſumma perfectio, fons vberrimus omnis bonitatis & perfectionis. Secundus eſt timor omnipotentis virtutis eius ſeueriſſimæ in vindicandis hominum ſceleribus, quæ in nobis tam multa & magna exciterunt. Tertius eſt humilitas ad ſupremam illam maieſtatem Dei, auctoritatem, excellentiam infinitò præſtantem paruitati noſtræ, adeóque ipſi nihilo, quod nos ipſi ſumus cum Deo comparati. Quartus eſt confidentia & ſpes de Deo eiúſque ſũma benignitate, qui tantus cùm ſit, tãque potens Dominus dignatur nos homun-

Primus affectus. — 2. — 3. — 4.

ciones viliſſimos diuino ſuo conſpectu. 5. Quintus eſt amor erga tam bonum Deum, qui pater noſter & eſſe & nominari vult nóſque vt eum fidenter conueniamus, vt 6. filij præcipit & inſtituit. Addatur ſextus ex D. Baſilio, éſtque gratiarum actio. *Teipſum*, ait, *relinquito, à terra procul excedito, cœlum ſuperato, ab eius glorificatione exorditor, qui omnia condidit, cúmque in eo ſatis fueris commoratus, dic: gratias ago tibi Domine propter incredibilem clementiam, & in ferendis hominum culpis facilitatem tuam, qui peccantem me quotidie patientia tua ſuſtinet, & ad reſipiſcendum omnibus modis poteſtatem facis.* (Conſt. monaſt. cap. 20.)

Sed quoniam ſuprà mentionem fecimus cuſtodis Angeli tanquam idonei ad introducendum nos orationis initio in cœlum, & ante Dei maieſtatem cōſtituendum: libet hîc adſcribere, quæ ſcripta reliquit S. Bernardus, ad hanc ipſam rem aliquo modo pertinentia, & quibus iuuetur proficiens ad agendum cum Angelo, eiúſque præſenti ope in tanta re fruendum: ſic enim habet: *Sed & Angelus eius, qui vnus eſt de ſodalibus ſponſi, in hoc ipſum deputatus miniſter profecto & arbiter ſecreta mutuaq; ſalutationis. is inquam Angelus, quomodo tripudiat, quomodo collatatur & condelectatur, & conuerſus ad Dominum dicit: Gratias ago tibi Domine maieſtatis, quia deſiderium cordis eius tribuiſti ei, & voluntate labiorum eius non fraudaſti eam, ſcilicet ſponſam; ipſe eſt, qui in omni loco ſedulus quidam pediſſequus animæ non ceſſat ſolicitare eam, & aſſiduis ſuggeſtionibus monere, dicens: Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui, & rurſum: Expecta Dominum, & cuſtodi viam eius. Item: Si moram fecerit expecta eum, quia veniens, veniet, & non tardabit. Ad Dominum autem, Sicut ceruus, inquit, deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat ad te Deus; deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritus tuus in præcordiis eius, de manè vigilauit ad te, & iterum tota die expandit ad te manus ſuas, dimitte illam quia clamat poſt te. Conuertere aliquantulum, & deprecabilis eſto ſuper eam. Reſpice de cœlo, & vide, & viſita deſolatam, fidelis paranymphus qui mutui amoris conſcius, ſed non inuidus non ſuam quærit, ſed Domini gratiam: diſcurrit medius inter dilectum & dilectum, vota offerens, referens dona. Excitat iſtam, placat illum*

(Serm. 31. in Cant. — Pſal. 36. — Abac. 2. — Pſal. 41. — Pſal. 87. — Mat. 15. — Pſal. 89.)

Interdum

Interdum quoque (licet rarò) repræſentat eos pariter ſibi, ſiue hanc rapiens, ſiue illum adducens. Siquidem domeſticus eſt, & notus in Palatio, nec veretur repulſam, & quotidie videt faciem patris.

Quòd ſi quis obiiciat, non poſſe non quamdiu ſumus in corpore, non corporea cogitare, & phantaſiã noſtram ſenſibus ita colligatam eſſe, vt non niſi morte diſſoluenda ſit, eamdemque tum demum liberandos nos à phantaſtica ac corporea cognoſcendi ratione, quam vitandam ſuprà diximus. *Obiectio.*

Reſpondendum huic eſt, è contra iudicandi vim ineſſe nobis, in corpore adhuc conſtitutis, qua ſpirituales res, vti ſunt, intelligimus, hoc eſt, ſptrituales, non vt corporeas, ſed vt ſpirituales iudicamus, immo eiuſdem ope corrigimus etiam phantaſiam ipſam, ſenſúſque omnes, quandocũque eaſdem res vti corporeas nobis objiciunt: modo oculorum ſenſum caſtigamus, cùm proponit ſolem vt orbiculum aliquem à nobis cogitandum, conficimúſque ex aliis rebus, non ea exiguitate, qua videtur, ſed infinitis partibus longè maiorem eſſe: ſic igitur cum phantaſia Deum aut Angelum, qui ſpiritus ſunt, vti corpora repræſentat animo, corrigatur virtute animæ ſuperiore, quæ iudicatiua dicitur à Philoſophis, concipiatúrque tam Deus, quàm Angelus non vti corporei, quales ſeſe obiiciũt phantaſiæ, ſed vti verè ſunt, ab omni corporis & materiæ concretione remoti. *Reſponſio*

Id verò conſequi poſſumus altera ex duabus rationibus, prior eſt poſita in reiectione phantaſmatum corporeorũ, quæ occurrunt inter meditandum res ſpirituales. hanc ſuadet S. Auguſtinus his verbis: *Sed quis idoneus loca iſta, vel quæ ſunt in locis iſtis ſine ſpatioſis capacitatibus, & ſine corporeis molibus cogitare: non parum tamen proficitur, ſi ſaltem quicquid tale oculo cordis occurrit, negatur, reſpuitur, improbatur: & lux quædam in qua iſta neganda, improbanda cernuntur, ſicut potuerit, cogitatur, & quàm ſit certa cognoſcitur, & amatur, vt inde ſurgatur, atque, ad interiora tendatur. Quæ cùm penetrare mens inualida & minùs quàm illa ſunt pura, nequiuerit, non ſine amori,* *Prior ratio.* *Tract. III. in Ioan.*

gemitu & deſiderij lacrymis inde pellatur, & patienter ferat, quamdiu fide mundatur, atque vt illic habitare valeat, ſanctis moribus præparetur. Ad hanc Sancti Auguſtini rationem magnum momentum habet noſtra induſtria & intellectus exercitatio.

Poſterior ratio.

Poſterior rotio adiuuat priorem, & poſita eſt potiùs in voluntatis affectu ac compunctione quadam vehementi, quam vulgato nomine deuotionem appellamus, qua præſentis vitæ ac tantarum miſeriarum tædio confectus animus amore Dei cœleſtiúmque locorum inflãmatus aſpirat ad Patriam. hac enim mẽtem hominis ſubleuatam res ſpirituales, quantum mortali homini fas eſt, vti ſunt percipere abſque corporearum imaginum impedimento ſcribit S. Gregorius: *Perfectam ſcilicet animam iſta compunctio afficere familiarius ſolet, quæ omnes imaginationes corporeas inſolenter ſibi obuiantes diſcutit, & cordis oculum figere in ipſo radio incircumſcriptæ lucis intendit. Has quippe corporalium figurarum ſpecies ad ſe intus ex infirmitate corporis traxit. ſed perfectè compuncta hîc ſummopere inuigilat, ne cùm veritatem quærit, eam imaginatio circumſcriptæ viſionis illudat: cunctáſque ſibi obuiãtes imagines reſpuit. Quia enim per illas infra ſe lapſa eſt, ſine illis ſuper ſe ire conatur, & poſtquam per multa indecenter ſparſa eſt, in vnum ſe colligere nititur, vt ſi magna vi amoris præualet, eſſe vnum atque incorporeum contempletur.*

Lib. 33. moraliũ, cap. 13.

De peculiari quadam ratione præſentiæ Dei orationis tempore, ex S. Auguſtini ſententia.

CAPVT III.

NON eſt hoc loco prætermittendum, quod ad præſentiam Dei animo concipiendam momentum aliquod & peculiarem rationem habere poteſt ex doctrina ſancti Auguſtini depromptum in illa verba: *Pater noſter, qui es in cœlis. in ſanctis*, inquit, *& iuſtis, non enim*

Lib. 2. de ſer. Domini in mõte, cap. 5.

ſpatio

ſpatio locorum cõtinetur Deus, ſunt enim cœli excelſa mundi corpora, ſed tamen corpora, quæ non poſſunt eſſe niſi in loco. ſed ſi in cœlis tanquam in ſuperioribus mundi partibus locus Dei eſſe creditur, melioris meriti ſunt aues, quarum vita eſt Deo vicinior, non autem ſcriptum eſt, propè eſt Dominus excelſis hominibus, aut eis, qui in montibus habitant, ſed ſcriptum eſt, propè eſt Dominus obtritis corde. quod magis pertinet ad humilitatem. Pſal. 33. ſed quemadmodum terra appellatus eſt peccator, cùm ei dictum eſt, terra es, & in terram ibis. Geneſ. 3. ſic cœlum iuſtus è contrario dici poteſt, iuſtis enim dicitur, templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Quapropter ſi in templo ſuo habitat Deus, & ſancti templum eius ſunt, rectè dicitur, qui es in cœlis, qui es in ſanctis. 1. Cor. 3. & accommodatiſſima iſta ſimilitudo eſt, vt ſpiritaliter tantum intereſſe videatur inter iuſtos & peccatores, quantum corporaliter inter cœlum & terram. cuius rei ſignificandæ gratia, cùm ad orationes ſtamus, ad Orientem conuertimur, vnde cœlum ſurgit, non tanquam ibi ſit Deus, & quaſi cæteras mundi partes deſeruerit, qui vbique præſens eſt, non locorum ſpatiis, ſed maieſtate potentiæ, ſed vt admoneatur animus ad naturam excellentiorem ſe conuertere, id eſt ad Dominum, cùm ipſum corpus eius, quod eſt terrenum, ad corpus excellentius, id eſt ad corpus cœleſte conuertitur. Conuenit etiam gradibus religionis, & plurimum expedit, vt omnium ſenſibus & paruulorum & magnorum bene ſentiatur de Deo: & ideo, qui viſibilibus adhuc pulchritudinibus dediti ſunt, nec poſſunt aliquid incorporeum cogitare, quoniam neceſſe eſt, vt cœlum præferant terræ, tolerabilior eſt opinio eorum, ſi Deum, quem adhuc corporaliter cogitant, in cœlo potiùs credant eſſe, quàm in terra; vt cum aliquando cognouerint dignitatem animæ cœleſte etiam corpus excedere, magis eum quærant in anima, quàm in corpore etiam cœleſti. & cùm cognouerint quantum diſtant inter peccatorum animas & iuſtorum, ſicut non audebant, cùm adhuc carnaliter ſaperent, eum in terra collocare, ſed in cœlo; ſic poſtea meliori fide vel intelligentia magis eum in animis iuſtorum quàm in peccatorum requirãt; rectè ergo intelligitur, quod dictum eſt. Pater noſter, qui es in cœlis, in cordibus iuſtorum eſſe Matt. 6. dictum, tanquã in templo ſancto ſuo; ſimul etiã vt qui orat in

ſe quo

ſe quoque ipſo velit habitare, quem inuocat, & cum hoc affe-ctu teneat iuſtitiam, quo munere inuitatur ad inhabitandum animum Deus.

Videat igitur proficiens num illi aliquando futurum facilius ſit, in ſe ipſo præſentiam Dei ſibi ante oculos mentis conſtituere, quàm in alio remotiori loco, quale eſt cœlum, eumque ſanctis deſideriis compellare; nam vt ſcribit S. Auguſtinus, *ad eum, qui vbique præſens eſt, non locis mouemur, ſed ſtudio & bonis moribus.* Certè quando vitæ Chriſti Domini myſteria, tanquam hominis in terris poſiti, meditanda ſunt, commodius multo videtur non alibi, quàm in terris Dei maieſtatem præſentẽ contemplari & alloqui, & multo etiã magis, ſi eam in nobis ipſis (ſi quidem probabiliter nobis perſuaſum eſt, ab eo nos amari) intuamur & veneremur. ſic enim minimum à nobis diſcedimus & aberramus. Quòd ſi cui id minus probetur, nec tantum audeat, ſunt apud nos alij viri iuſti non pauci, in quibus ſine dubio Deus inhabitat. & eſt in Eccleſiis in Euchariſtiæ ſacroſancto myſterio ipſe Sanctus Sanctorum, Saluator mundi, Chriſtus Dominus, *in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* Cæterũ Deus vbique eſt, & præcepit olim Abrahæ, *vt coram ipſo ambularet.* Igitur qui orat, cogitet ſaltem adeſſe ſibi præſentem Deum, eumq́ue maxima reuerentia & humilitate proſequatur & colat. diuinoſque oculos, omnia, ſe inprimis, ſuiq́ue cordis arcana intuentes, ſemper obſeruet, dum orat.

Lib. 1. de doctrina Chriſt. cap. 10.

Coloſ. 2.

Gen. 17.

De ordine in meditatione ſeruando.

CAPVT IV.

EX his, quæ de præparatione dicta ſunt, nemo non intelligit, nos hîc non de quacũque oratione diſſerere, ſed de ea, quam optabat & ſuadebat Apoſtolus, cùm ſcripſit: *Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.* quam idcirco nominant nunc orationem mentalem. Huius duæ ſunt partes,

1. Cor. 14
cr. 1. in

medi

meditatio & oratio propriè dicta: De quibus S.Bernardus ſic habet: *Meditatio docet, quid deſit, oratione, quid deſit, obtinet; illa viam oſtendit, iſta deducit. Meditatione denique agnoſcimus imminentia nobis pericula, oratione euadimus.* De vtraque ſic S.Auguſtinus: *Non verbis agere debemus apud Deũ, vt impetremus, quod volumus, ſed rebus, quas animo gerimus, & intentione cogitationis, cum dilectione pura & ſimplici affectu, ſed res ipſas verbis nos docuit Dominus noſter, quibus memoria mandatis, eas ad tempus orandi recordaremur.* Ex quorum Patrum ſententia perſpicuum eſt, meditatione exerceri memoriam, intelligentiã, voluntatem, & quidem circa res, quas animo gerimus, & docuit Dominus noſter.

die S. Andrea.

Lib. 2. de ſer. Dom. cap. 3.

Intereſt autem ordinis, quem ad huiuſmodi orationis genus perutilem eſſe, & res ipſa docet, & ſcribit S. Chriſoſtomus, qui ſic ait: *Et tu igitur regalem ingreſſus aulam, non eam, qua in terra eſt, ſed illam, qua multo eſt terribilior, videlicet in cœlo, plurimum reuerentia atque ordinationis oſtende. vnus enim es ex Angelorum Choro, atque Archangelorum ſocius effectus, cum Cherubim quoque atque Seraphin canis. omnes namque iſti cœlorum populi maximũ ordinem per cuncta conſeruant, cum timore ac tremore multo regi omnium Deo cœleſte illud carmen & ſacros ſemper hymnos canendo. iſtos igitur tempore orationis admiſce, & myſteriorum eorum imitator efficere.*

Hom. 16. in 6. Nat.

Ordo duplex eſt. vnus rerum, quæ meditationi ſubjiciuntur: alter earum actionum, quas meditando exercemus. priorem Deo placere manifeſtum eſt ex ordine petitionum orationis Dominicæ, inter quas primũ & nobiliorem locum obtinere voluit eas, quæ ſpectãt diuinam gloriam, poſtremum eas, quæ noſtram vtilitatem: & plerique omnes, qui de meditandi ratione ſcribunt, meditationis materiam ad certa capita & quaſi puncta reduci debere ſentiunt, quæ primùm memoria comprehendantur, deinde attentè conſiderata ad animæ vtilitatem referantur. Et quidem in hiſtoriarum ſacrarum contemplatione non alia ſeries quærenda eſt, quàm ea, quam adfert ipſamet hiſtoria, quæ conſideranda ſuſcipitur, modò ea in ſuas partes aptè diſtribuatur. Quod fecit

Ordo prior.

Digitized by Google

B.P.Ignatius & alij. In aliis verò materiis, quæ vel doctrinam continent, quales ſunt Domini & Apoſtolorum conciones vel ſermocinationes cum Deo, quales Pſalmi ſunt, cùm eas meditamur, non magnopere laborandum nobis eſt in illis ordinandis aut diſtribuendis in puncta. ſingulæ enim periodi verſiculíve punctorum loco nobis eſſe poſſunt.

Poſterior. Poſterioris ordinis ratio à meditante pendet. is enim inter meditandum ordine procedere debet, & certa ratione & via actiones, quæ meditationi inſeruiunt, partiri. Ante omnia autem curandum eſt, cùm hiſtorias meditamur, vt loci imaginem, vbi geſta res eſt, accuratè ac prudenter animo concipiamus, imprimamuſque eam menti phantaſiæ opera, cuius eſt huiuſmodi ſimulachrum repræſentare, itaque nos ad illas res geſtas contemplandas cõparare, ac ſi eas coràm denuo geri oculis cerneremus, illiſque dum geruntur præſentes eſſemus, ſic præcepit ſanctus Bonauentura: *Tu, inquit, ſi ex his, quæ per Dominum Ieſum dicta & facta narrantur, fructum ſumere cupis, ita te præſentem exhibeas, ac ſi tuis auribus audires, & oculis ea videres, toto mentis affectu diligenter, delectabiliter, & moroſè, omnibus aliis curis & ſolicitudinibus tunc omiſſis.* Et alio loco: *Rem per Dominum Ieſum geſtam vel dictam ante oculos mentis ponas, & quod cum eo conuerſeris, & familiaris fias. nam in hoc videtur haberi maior dulcedo, & deuotio efficacior, & quaſi totus fructus meditationis conſiſtere. & vbique & ſemper intueare eum deuotè in aliquo ſuo actu, vt quando ſtat cum diſcipulis ſuis, quando cum peccatoribus, quando etiam loquitur eis, quando prædicat turbæ, quando vadit, & quando ſedet, quãdo dormit, & quando vigilat, quando comedit, quando aliis miniſtrat, quando ſanat ægrotos, & quando alia facit miracula. In his autem & ſimilibus conſidera omnes geſtus ſuos, maximè contemplans faciem eius, ſi potes imaginari, quod ſupra omnia prædicta mihi videtur difficilius. Illud etiam attentè obſerua, ſi fortè ipſe te cum benignitate reſpiciat.* Ante ſanctum Bonauenturam idipſum ſcripſerat Beda initio meditationum ſuarum de Domini paſſione. Apoſtolus etiam monet: *Vt aſpiciamus in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum.* Et

Prologo medit. vitæ Christi

Cap. 18.

Heb. 12.

eo loco

eo loco S. Chryſoſtomus: *Aſpicientes*, inquit, *hoc eſt, vt diſcamus currere, ſicut enim filij parentes, diſcipuli in certaminibus magiſtros attendunt, informantes mentes ex parte doctorum, per viſum regulas quaſdam ſumentes: ſic etiam hic ſi volumus currere, & diſcere, vt bene curramus ad Chriſtum attendamus.* Hom. 28.

Ob hanc cauſam imaginaria applicatio ſenſuum ad ea quæ iam meditatione ſæpius recogitata ſunt, maximè commendatur ab iis, qui de ratione meditandi præcepta tradunt, cùm nimirum poſtquam iterum tertioque repetiuimus eandē meditationē, ita perſonæ reſque geſtæ meditationis illius animo occurrunt ſponte, ac ſi viderentur, audirentur, aliiſque corporis ſenſibus perciperentur. quæ res maximam vilitatem habet ad meditandi habitum comparandum, maximoſque ex meditatione fructus capiendos. Hoc inſtitutum in primis placuit B. P. Ignatio, nec ab eo diſſentit S. Bonauētura, cùm rationem præſcribit meditandi Chriſti Domini vitam. Cap. 101.

Sed hac in re dubitatur à multis, quomodo cohæreat hæc loci terreſtris imaginaria compoſitio cum iis, quæ antè dicta ſunt de Dei præſentia in cœlis contuenda; neceſſe enim eſſe videtur, vt poſtquam cœlum ad modum præſcriptum penetrauimus, fingamus animo nos de cœlis iterum ad terram delabi, immo & à Dei cōſpectu diſtrahi, vt hiſtoriæ, quam meditamur, locum viſamus, eique meditationis tempore præſentes ſimus. Dubium.

Hanc dubitationem tollendi non vna eſt ratio, ſed multiplex, prima eſt fingere animo ſpectaculum: quod nos ipſi conformatione illa terreſtris loci nobis exhibemus in terra, præbere Deū nobis in cœlis. certum quippe eſt id eum factitare cum ſanctis, quibus myſteria vitæ & mortis Chriſti inter ipſa cœleſtia arcana demonſtrat. non quidem ad commouendum doloris affectum, vt in nobis ad admirationem tamen excitandam, & ad recolendam memoriam tanti beneficij, quo cœlū ipſum adepti ſunt: niſi enim ita eſſet, non ſcripſiſſet S. Ioannes: *Et vidi in medio Throni, & quatuor animalium, in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum.* Et paulo pòſt: *Dignus es Domine accipere librum, & aperire* Reſpondetur. 1. Apoc. 5.

ſignacula

ſignacula eius: quoniam occiſus es, redemiſti nos Deo in ſanguine tuo. Et ſanè Seraphim ille, qui S. Franciſco paſſionis Dominicæ ſtigmata impreſſit & fixit, crucifixi effigiem inter alas continens de cœlo deſcendere viſus. & vulnerum cicatrices Chriſtus Dominus in cœlo retinuit, ſine dubio ad repræſentandam beatis mentibus paſſionem ſuam in omnem æternitatem.

2. Secunda ratio eſt, orationis tempore concipere animo cœlum apertum, ad eum modum, quo ſemel patuit S. Stephano, qui dixit: *Ecce video cœlos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris Dei.* Et iterum S. Petro, de quo in mentis exceſſu poſito ſcriptum eſt; *Vidit cœlum apertum, & deſcendens vas quoddam, velut linteum magnum ſubmitti de cœlo.* Hac ſi quidem ratione facilè aſcendit animus ante Dei conſpectum Angelo duce, & facilè eodem comite deſcendit in terras ad Caluarię locum, aut ad alium aliquem, in quo res geſta ſit, quam meditamur: interímque ſemper patet ante mentis oculos cœlum inſpectante nos Deo coram quo meditatio curſum ſuum tenet ad finem vſque.

Actor. 7.

Actor. 10

3. Tertia ratio eſt id, quod ſemel datum diuinitus eſt, & quidem in oratione, S. Ioanni, exiſtimare ſe videre *ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouam deſcendentem de cœlo à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo, & audire vocem magnam de Throno dicentem: ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipſi populus eius erunt, & ipſe Deus cum eis erit eorum Deus.* Sed hic totus phantaſiæ ludus eſt, quæ etſi diſiunctiſſima iungat, in huiuſmodi rebus feliciter errat.

Apoc. 21.

Et hæc dicta ſunt tyronibus, nam proficientes paruo negotio ſeſe conſtituunt ante Dei conſpectum ad eam rationem quam ſuprà tradidimus.

Sequitur pòſt ſenſuum & phantaſiæ actiones prædictas exercitatio duarum præcipuarum animæ facultatum intellectus & voluntatis.

***

De intellectus exercitatione orationis tempore, Præſertim circa diuinas perſonas.

CAPVT V.

MEDITATIO intellectus exercitationem requirit, idcirco enim oratio dicitur à S.Auguſtino: *Inquiſitio ſupernorum.* Et communis multorum ſanctorum Patrum definitio eidem conuenit, illa nempe, quæ eſt apud S.Damaſcenum: *Aſcenſio mentis in Deum.* Et à Richardo de S. Victore deſcribitur meditatio, *Occultæ veritatis ſtudioſa inueſtigatio.* Addit autem idem: *Quæ occulta ſunt ſolere prodire in manifeſtationem, modò ex propria meditatione, modò ex diuina reuelatione. Et vbi reuelationis gratiam præſentem habemus, meditationis officio non egemus: vbi autem diuina reuelatio deſuerit, mens humana ad meditationis ſtudium ex neceſſitate recurrit.*

Serm. de tempore, 230. Lib. 3. cap. 24. Tract. 2. de extermin. mali, cap. 15.

Docet verò S. Auguſtinus in Scripturis ſacris, quæ ſunt proficienti materia meditandi, duo conſiderari: *Res & ſigna, ſiue res & verba.* Rerum nomine accipit idem perſonas & actiones, ſiue perſonas & res quæ geruntur, & vt aut geſtæ iam, aut adhuc gerendæ, conſiderantur. Perſonæ illæ præſertim, quæ in hiſtoriam Euangelicam incidunt, atque vt plurimum in meditationem veniunt, ſunt Deus, Chriſtus Dominus, beatiſſima Virgo, Angeli, Ioannes Baptiſta, Ioſeph, Apoſtoli, & diſcipuli vtriuſque ſexus: Iudæi, Turbæ populorum, & in his infirmi multi, mortui aliqui dæmoniaci, peccatores, principes præterea ſæculi, poſtremò dæmones.

Lib 1. de doctrina. Chriſt. cap. 1.

Deus in teſtamento nouo concipi vult à nobis, vt eſt *Pater, Filius, & Spiritus ſanctus.* Pater nominatur *Dominus cœli & terræ, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Filius *verbum, quod erat in principio, & Deus erat verbum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Spiritus ſanctus, *qui à Patre procedit, quem mittit Pater in nomine Filij, virtus ex alto, qui docebit vos omnia, & ſuggeret vobis*

Matt. 11. 2. Cor. 1. Ioan. 1. Ioan. 15. Ioan. 14. Luc. 24.

omnia quæcumque dixero vobis, ait ipſemet Dei Filius, vni-
genitus, qui eſt in ſinu Patris.

Cum igitur Dei nomen ita nominatur in punctis me-
ditandis, vt immorandum videatur aliquantulum in per-
1. ſonæ tantæ contemplatione. Primò exerceatur actio
fidei & adorationis ſanctiſſimæ Trinitatis, eius dono
2. nobis reuelatæ. Deinde cõcipiatur Deus ipſe ſub ratione
alicuius attributi diuini, vnius ex quatuor nobis notio-
ribus, & ex quorum conſideratione vberiores fructus
ſpiritus colliguntur. Sunt autem hæc:

Primum attributum. Primum eſt diuina poteſtas, propter quam Deus ap-
pellatur omnipotens, & creator, qua ratione à Chriſto
Domino dicitur *Dominus cœli & terræ*, tunc enim pri-
*Matt.*11. mùm cœpit eſſe Dominus, quia tunc primùm cœpit ha-
bere ſeruos. Attinguntur igitur hìc duo beneficia, crea-
tionis, & conſeruationis. obiter etiam hìc recolenda eſt
*Ioan.*5. animæ noſtræ creatio, de qua Dominus ait: *Pater meus
vſque modò operatur, & ego operor*, vt ita recogitetur vt
creator, & Dominus meus peculiaris & proprius.

Secundũ. Alterum attributum eſt diuina ſapientia, omnia enim
Heb. 4. nuda ſunt & aperta oculis eius. ob id Dominus in Euan-
*Matt.*6. gelio ait: Patrem Deum ſcire *quid nobis opus ſit*, nec ſci-
Ibidem. re ſolùm, ſed videre; *& pater tuus qui videt in abſcondito.*

Tertium. Tertium attributũ eſt diuina bonitas, eſt enim Deus
*Iob.*16. infinitè bonus & miſericors, denique: *Ipſe enim Pater
amat vos, quia vos me amaſtis.*

Quartũ Quartũ eſt diuina prouidentia, quæ attingit res crea-
tas omnes, humanas autem maximè, nam veſtri & ca-
pilli capitis omnes numerati ſunt. Propter quæ frequen-
tiſſimè præſertim apud S. Matthæum Chriſtus Deum
*Matt.*10. appellandum docet *Patrem*, cum quinque adiunctis. Pa-
*Matt.*5. trem nimirum *cœleſtem, ſanctum, iuſtum, noſtrum, meum,*
6. 15. & *& tuum. Cœleſtem,* inquam, vt omnino egrediamur ex
16. cognatione noſtra, nec Patrem velimus nominare nobis
Ioan. 71. ſuper terram, *ſanctum*, vt ſancti filij ſimus, quoniam ſan-
ctiſſimus eſt Pater, *Iuſtum*, vt intelligamus penes ipſum
eſſe mercedem laboris & operis noſtri, & coronam,
quam donaturus eſt legitimè certãtibus. *noſtrum*, vt tan-
quam eiuſdem parẽtis filij, nos mutuò diligamus. *meum*,

denique

Digitized by Google

denique & *tuum*, ita enim eſt affectus erga vnumquemque noſtrûm, ac ſi non alius illi, quã is vnicus filius eſſet.

Sub his rationibus ſine dubio obuerſari debet Deus animo meditantis. In primis autem ſub illa, qua deſcribitur ab Apoſtolo tanquam omnia videns, penetrans cordis intima, noſtrarúmque cogitationum & affectionum etiam ſecretiſſimarum momenta ponderans: *Viuus eſt enim ſermo Dei* (aut verbum Dei) *& efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis, & non eſt vlla creatura inuiſibilis in conſpectu eius, omnia autem nuda ſunt & aperta oculis eius, ad quem nobis ſermo*, hoc eſt, ad quem noſtra oratio dirigitur. *Hebr. 4.*

Dominus autem Ieſus Chriſtus Dei Filius, & verus homo, Filius virginis Mariæ occurrat meditanti, qualis depingitur à S. Bernardo in illa Canticorum verba: *Ecce tu pulcher es & decorus. Quàm pulcher es & decorus Angelis tuis Domine Ieſu in forma Dei, in die æternitatis tuæ, in ſplendoribus Sanctorum ante luciferum genitus, ſplendor & figura ſubſtantiæ Patris, & quidem perpetuus & minimè fucatus candor lucis æternæ. Quàm mihi decorus es Domine mi in ipſa tui huius poſitione decoris? etenim vbi te exinaniſti, vbi naturalibus radijs lumen indeficiens exuiſti, ibi pietas magis emicuit, ibi charitas plus effulſit, ibi amplius gratia radiauit. Quàm clara mihi oriris ſtella ex Iacob, quàm lucidus flos de radice Ieſſe egrederis, quàm iucundum lumen in tenebris viſitaſti me oriens ex alto: quàm ſpectabilis & ſtupendus etiam virtutibus ſupernis in conceptu de Spiritu ſancto, in ortu de Virgine, in vita innocentia, in doctrina fluentis, in coruſcationibus miraculorum, in reuelationibus ſacramentorum: quàm denique rutilans poſt occaſum Sol iuſtitiæ de corde terræ ſurgis, quàm formoſus in ſtola tua demum Rex gloriæ in alta cœlorum te recipis? quomodo non pro omnibus his omnia oſſa mea dicent: Domine quis ſimilis tui? Hæc ergo ſimiliáque puto de dilecto intuentem ſponſam aduertiſſe, cùm diceret, Ecce tu pulcher es & decorus, neque hæc ſola, ſed inſuper aliquid proculdubio de natura decoris ſuperioris, quod noſtrum omnino*

Chriſtus Dominus 1.
Serm. 45. in Cant.
Cant. 1.

præteruolat intuitum, & effugit experimentum, ergo iteratio vtriuſque decorem ſubſtantiæ deſignauit.

2. Serm. 15. in Cant. Sed ſi hęc alicui fortaſſis ſubtilia ſublimiáque videantur, concipiatur Chriſtus Dominus ad alium illum modum, quē idem S. Bernardus ad hiſtorias vitæ eius contemplandas accommodatiorem alio loco ſe adhibuiſſe commemorat, quem etiam paulò altiùs reputo, propter ea quæ in hoc eodem capite dicturus ſum de nomine Ieſu; *Ieſus*, inquit, *mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, ſed eſt & medicina. triſtatur aliquis noſtrûm? veniat in cor Ieſus, & inde ſaliat in os, & ecce ad exortum huius nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit ſerenum. Labitur quis in crimen, currit inſuper ad laqueum mortis deſperando: nónne ſi inuocet nomen vitæ, confeſtim reſpirabit ad vitam? cui aliquando ſtetit ante faciem ſalutaris nominis duritia (vt aſſolet) cordis, ignauia, torpor, rancor animi, langor acediæ, cui fons fortè ſiccatus lachrymarum, inuocato Ieſu non continuò erupit vberior, fluxit ſuauior? cui in periculis palpitanti & trepidanti inuocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, depulit metum? cui quæſo in dubijs æſtuanti & fluctuanti non ſubitò ad inuocationem clari nominis emicuit certitudo? cui in aduerſis diffidenti, iam-iámque deficienti, ſi nomen adiutorij ſonuit, defuit fortitudo? nimirum morbi & languores animæ iſti ſunt, illud medicina. denique & probare licet,* Pſal. 49. *inuoca me, inquit, in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me, nihil ita iræ impetum cohibet, ſuperbiæ tumorem ſedat, ſanat liuoris vulnus, reſtringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, ſitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cùm nomino Ieſum, hominem mihi propono mitem & humilem corde, benignum ſobrium, caſtum, miſericordem, & omni denique honeſtate ac ſanctitate conſpicuum, eundémque ipſum Deum omnipotentem, qui ſuo me & exemplo ſanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia mihi ſonant cùm inſonuerit Ieſus. Sumo itaque mihi exempla de homine, & auxilium à potente, illa tanquam pigmentarias ſpecies, hoc tanquam vnde acuam eas, & facio confectionem, cui ſimilem medicorum facere poteſt nemo hoc tibi electuarium habes, ô anima mea, reconditum in vaſcula vocabuli huius, quod eſt Ieſus, ſalutiferum certè, & quod*

nulli

nulli vnquam peſti tua inueniatur inefficax. Semper tibi in ſinu ſit, ſemper in manu quo tui omnes in Ieſum & ſenſus dirigantur & actus: pone me, inquit, ſignaculum in corde tuo, ſignaculum in brachio tuo. Sed hoc aliàs nunc verò habes, vnde brachio medearis & cordi. habes, inquam, in nomine Ieſu, vnde actus tuos vel prauos corrigas, vel minùs perfectos adimpleas: Itémque vnde tuos ſenſus aut ſerues, ne corrumpantur, aut, ſi corrumpantur, ſanes. *Cant. 8.*

Quoniam verò Chriſti Domini paſſio & mors maximè omnium à proficiente meditanda ſunt, cogitet is in ea meditatione quidpiam ſimile contemplationi ſancti Auguſtini, quàm ſcripſit illis verbis: *Nihil magis immolatio Chriſti nos docet, quàm illud, quod ipſe clamat, tanquam ad eos quos in Ægypto videt laborare ſub Pharaone: Venite ad me qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* ponátque ſibi ob oculos mentis Chriſtum in tormentis, quaſi clamantem & inuitantem nos ad ea virtutum exempla peruidenda & imitanda, qualia viſa antè nunquam fuerant, nec exprimi potuere maiora. Quamquam enim Chriſtus Dominus virtutum omnium exempla perfectiſſima ſemper ediderit: in paſſione tamen & morte ſua actionum omnium maximè heroïcarum imaginem expreſſit. *Lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 41. Matt. 15.*

Porrò de Chriſti perſona quinque cõſiderationes inter meditandum vt plurimum occurrere poſſunt. Prima conſideratio comprehendatur hoc dicto S. Ioannis: *Verbum caro factum eſt*, quod idem eſt ac filius Dei. Secunda perſona ſanctiſſimæ Trinitatis, homo factus in vnitate perſonæ diuinæ ſine humana ſubſiſtentia. hæc autẽ perſona ſic conflata ex duabus naturis concipi poteſt à meditãte dupliciter. Primùm cõiunctim, & tunc adhuc dupliciter. vna quidem ratione, vt *principium*, altera, vt *finis*: nam idem *Alpha eſt & Omega*. Eſt enim Deus homo aut verbum caro perſona tantæ dignitatis, vt nulla ſit, quæ poſſit iure cum ea conferri, vt *principium* quidem (& ipſe hoc ſe nomine appellat apud S. Ioannem, & à Scri- *Prima conſideratio. Ioan. 1. 1. Apoc. 22. Ioan. 8.*

Ioan.1. pturis eodem titulo inſcribitur) quia *omnia per ipſum facta ſunt*. quare dicitur *principium creaturæ Dei in quo condita ſunt vniuerſa in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant*. vt propterea habeant in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum *Rex Regum & Dominus dominantium*. Sic igitur apprehenſus filius Dei factus homo, debet à meditante adorari adoratione latriæ, quæ maximus eſt Dei cultus. Vt *finis* autem concipiendus eſt tanquam ille, *propter quem facta ſunt omnia* vt ait Apoſtolus, & *quem Deus conſtituit heredem vniuerſorum*. Quo nomine ad eius gloriam noſtra intentio dirigenda eſt, vt quicquid facimus, aut volumus, aut intelligimus, aut loquimur, totum ad eius laudem referatur.

Apoc.3. Coloſ.1. Apoc.19. Hebr.2. Cap.1.

2. Deinde Deus homo comprehendendus animo eſt, ratione diſquirente, cur Deus factus ſit homo: éſtque reuocanda in memoriam doctrina Apoſtoli hac de re loquentis & inſinuantis duas huius rei cauſas, quæ Deum mouerunt ad carnem induendam. prior eſt charitas in homines, poſterior eſt humilitatis exemplum: nam cùm de vtraque virtute diſſereret & diceret: *In humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes, ſed ea, quæ aliorum*. Addit: *Hoc enim ſentite in vobis, quod & in Chriſto IESV, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.*

Philip.2.

Secunda conſideratio. Secunda conſideratio erit de nomine, *Chriſtus*, quod eidem perſonę conuenit, & idem eſt, quod latinè *Vnctus*. fuit autẽ vnctus Dominus, vt dicitur in Actis Apoſtolorum, *Spiritu ſancto & virtute*, hoc eſt, ſcientia & gratia, quo loco meditans intelligere curabit, Chriſtum repletum his cœleſtibus donis, non ſolùm ſui ſed etiam noſtri cauſa: & gratiam eius eſſe veluti fontem, à quo omnes Angelorum & hominum gratiæ reliquáque Dei

Act.10.

dona

Digitized by Google

dona deriuantur. *Vidimus enim*, ait ſanctus Ioannes, *plenum gratia & veritate, & de plenitudine eius nos omnes accepimus*, ob hanc cauſam dicitur, & eſt *caput hominum & Angelorum*, vt ſæpe tradit Apoſtolus, quia vt à capite accipiunt membra ſenſum & motum, ſic à Chriſto emanat in nos tanquam à capite in membra ſenſus fidei, & gratiæ virtutúmque motus. ob eandem quoque cauſam ipſemet ſe *Oſty* nomine vocat apud ſanctum Ioannem. Oſtium enim nobis aut ianua eſt, vt docet ſcriptura, præſertim ſanctus Paulus, ad præclara quæque Dei beneficia accipienda: ad electionem: *elegit nos in ipſo.* ad fidem; *per ipſum fideles eſtis in Deo.* ad remiſſionem peccatorum: *in quo habemus redemptionem, remiſſionem peccatorum*, ad gratiam & iuſtitiam: *Iuſtificati gratis per gratiã ipſius, per redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto IESV.* ad bona opera: *Creati in Chriſto IESV in operibus bonis.* ad ſpem: *Chriſtus in vobis ſpes gloriæ.* ad fiduciam: *in quo habemus fiduciam & acceſſum.* ad conſolationem: *Per Chriſtum abundat conſolatio noſtra.* ad cultum Dei: *Honorificetur Deus per IESVM Chriſtum.* ad actionem gratiarum: *Gratias agentes Deo & Patri per ipſum.* ad meritum: *Offerre ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per IESVM Chriſtum.* ad perſeuerantiam: *per quem habemus acceſſum in gratiam iſtam, in qua ſtamus.* ad ſalutem æternam: *Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum.* ad reſurrectionem carnis: *Eos qui dormierunt per IESVM, adducet cum eo.* Denique in agnitione omnis boni, *quod eſt nobis in Chriſto IESV.*

Ioan. 1. *Epheſ.* 1. *Coloſ.* 1. & 2. *Epheſ.* 4. *Ioan.* 10. *Epheſ.* 1. 1. *Pet.* 1. *Coloſ.* 1. *Rom.* 3. *Epheſ.* 2. *Coloſ.* 1. *Epheſ.* 3. 2. *Cor.* 1. 1. *Pet.* 4. *Coloſ.* 3. 1. *Pet.* 2. *Rom.* 5. 1. *Theſ.* 5. 1. *Theſ.* 4. *Epiſt. ad Phil.*

Hoc loco tres affectus commouere in ſe ipſo poterit, qui meditatur, Primum grati animi & humilitatis maximæ erga Chriſtum Dominum parentem noſtrum, & auctorem nobis tantorum bonorum: Secũdum reuerentiæ erga ſeipſum, tanquam erga Chriſti membrum, quæ eſt cogitatio & affectus Apoſtoli, cùm ait: *Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* Tertium verò amoris erga Dominum tãquam caput noſtrum, zeli, inquam, ardentis, qualem experimur in membris, quæ ſe ſponte omni periculo objiciunt pro ſuo capite.

1. 2. 1. *Cor.* 6. 3.

Tertia conſideratio. Tertia conſideratio eſt de nomine, *I E S V S*, hoc eſt Saluator, *Ipſe enim*, dixit Angelus, *ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum*, qua ratione dictus eſt, *Mediator Dei & hominum Chriſtus I S V S*: Sacerdos item, Pontifex, Epiſcopus, & Pater noſter. *Pontifex*, inquam, *fidelis*, vt ait Apoſtolus, *qui ſempiternum habet ſacerdotium: Vnde & ſaluare in perpetuũ poteſt*. Nec id ſolum, ſed eſt etiã ſacrificium & hoſtia, ſi quidem: *Dilexit nos*, (ſcribit idem) *& tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis*. qua ratione idem Redemptor noſter & Dominus eſt: *Qui dedit redemptionem ſemetipſum pro nobis, & redemit nos in ſangine ſuo*. Huc pertinent quæ de nomimine I E S V ex S. Bernardo attulimus. Ea autem ex hac contemplatione inter cæteras vtilitas capitur, cuius nos monet Apoſtolus: *Empti eſtis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro.*

Matt. 1. 1. Tim. 2. Hebr. 2. Hebr. 7. Epheſ. 5. 1. Tim 2. Apoc. 5. Sup. c. 26. 1. Cor. 6.

Quarta conſideratio. Quarta conſideratio eſt nominis *Sponſi*, quo nomine à ſancto Ioanne Baptiſta vocatus eſt cùm dixit: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, amicus autem ſponſi, qui ſtat & audit eum, gaudet gaudio propter vocem ſponſi.* Immo Chriſtus ipſe idem ſibi nomen imponit: *Nunquid*, ait, *poſſunt, filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus?* ob id Apoſtolus: *Viri diligite vxores veſtras; ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam* Pulchritudo ſponſi huius explicatur à ſancto Bernardo, vt retulimus ſuperiùs. hic autem affectus meditantis ſit ille, de quo Apoſtolus; *Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exibere Chriſto.* à ſponſa enim in primis exigitur fides. cui accedat reuerentia conciliata maximè ex ſplẽdore illo & maieſtate, quam in Chriſti Domini facie refulſiſſe poſtea adducimus ex ſancto Hieronymo.

Ioan. 3. Matt. 9. Epheſ. 5. 2. Cor. 11. Cap. 9. ſequenti.

Quinta conſideratio. Quinta conſideratio eſt nominis, *Iudex*, nam *conſtitutus eſt Chriſtus à Deo iudex viuorum & mortuorum*, quem vt reformidant impij, ſic viri boni expectent auide. vnde ait Apoſtolus: *Et ſaluatorem expectamus.* Et S. Ioannes: *Etiam veni citò Domine Ieſu.* Comparemus igitur nos ita, vt in eorum numero ſimus, quibus optatus & gratus futurus ſit tanti Iudicis & Saluatoris aduentus.

Act. 10. Phil. 3. Apoc. vlt

Prima & ſecunda contemplatio perſonæ Chriſti ſub

nomine *Verbum Caro & Chriſtus* aptiſſima eſt meditationi hiſtoriæ totius vitæ eius. Tertia de nomine *IESV & redemptore* conuenit meditationi ſacræ paſſionis & mortis eiuſdem. Quarta ſub nomine *ſponſi* accommodata eſt reſurrectioni, aſcenſioni, & gloriæ Domini. Poſtremò quæ eſt de *Iudicis* vocabulo iudicio extremo præcogitando quadrat.

De reliquis Euangelicis perſonis.

CAPVT VI.

DE beatiſſima verò Dei Matre MARIA quid cogitare debeamus orando, docet inprimis Sanctus Ambroſius: *Sit vobis tanquam in imagine deſcripta virginitas, vitáque beata Maria, ex qua velut in ſpeculo refulget ſpecies caſtitatis, & forma virtutis. hinc ſumatis licet exempla viuendi, vbi tanquam in exemplari magiſteria expreſſa probitatis quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, oſtendunt.* Et paulo pòſt: *Virgo erat non ſolùm corpore, ſed etiam mente, quæ nullo doli ambitu ſincerum adulteraret affectum, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior. non in incerto diuitiarum, ſed in prece pauperis ſpem reponens, intenta operi, verecunda ſermone, arbitrium mentis, ſolita non hominem ſed Deum quærere, nullum lædere, bene velle omnibus, aſſurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, rationẽ ſequi, amare virtutẽ. Quando iſta vel vultu læſit parentes? quando diſſenſit propinquis? quãdo faſtidiuit humilem? quando deriſit debilem? quando vitauit inopem? eos ſolos ſolita cœtus virorum inuiſere, quos miſericordia non erubeſceret, non præteriret verecundia. nihil toruum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum: non geſtus fractior, non inceſſus ſolutior, non petulantior, vt ipſa corporis ſpecies ſimulacrum fuerit mentis, figura probitatis.*

Liber. 2. de virginibus.

Beatiſſima igitur Virgo inter orandum occurrat meditanti, ita corpore conformata, vt ſpecies corporis ſit

ſimulacrum mentis & figura probitatis. eius certè ſanctitas ita in facie relucebat, vt Origines ſcripſerit Ioſephum ſponſum eius voluiſſe eam occultè dimittere: *Quia iuſtè ſe humilians in omnibus caueret & ſibimet timeret tantæ ſanctitatis coniunctionem adhibere. ad eum modum, quo ſanctus Petrus dixit: Recede à me Domine, quia ego peccator ſum. Et Centurio: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. Et ſancta Elizabeth: Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Maximè verò ad id facit, quod à quibuſdam ſcriptum eſt, Virginis ſanctiſſimę aſpectum ea maieſtate & ſanctitate compoſitum ad omnem pietatem & deuotionem, vt in animis eam intuentium virtutis amorem, & præſertim caſtitatis & virginitatis, ingeneraret.

Altera etiam ratio concipiendi & adeundi inter orandum Virginem ſanctiſſimam eſt ſub nomine matris Dei primùm, eſt enim vera Dei mater: deinde ſub nomine matris meæ aut noſtræ, omnibus enim nobis in perſona Ioannis dictum ſine dubio eſt: *Ecce mater tua.*

Gabriel Archangelus, inquit S.Gregorius, *ex his eſt, qui ſumma nunciant. hinc eſt enim, quòd ad Mariam Virginem non quilibet Angelus ſed Gabriel Archangelus mittitur. ad hoc quippe myſterium ſummum Angelum venire dignum fuerat, qui ſummum omnium nunciabat. Gabriel autem fortitudo Dei dicitur.*

Angeli erga nos optimè affecti ſunt, de quibus Dominus ait: *Semper vident faciem Patris mei.* Et Apoſtolus: *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* quibus & cuſtodi noſtro præſertim, vt ait ſanctus Bernardus: *Debemus reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia. Cautè*, inquit, *ambula, vbi adſunt Angeli, ſicut eis mandatum eſt omnibus viis tuis.* quanto igitur magis in oratione.

Sanctus Ioannes Baptiſta magnus coram Domino, Spiritu ſancto repletus adhuc ex vtero matris ſuæ, Propheta Altiſſimi, qui præceſſit ante Dominum in ſpiritu & virtute Eliæ, quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, pluſquam Propheta, amicus ſponſi, Chriſti Domini Baptiſta habitans in

Hom.1.in diuerſis. Lucæ 5. Matt.8. Lucæ 1. Vide Dionyſium Carthuſ. ſer.5.de Annunciatione. Caniſ.l.1. de beata Maria, cap.13. In primis Suarez tomo 2.3. part. diſp. 2.ſect.2. qui citat S.Thom. Bon. Ambroſ. Ioan.9. Hom.34. in Euãg. Matt.18. Hebr.1. Ser.12. in Pſal. Qui habitat. Luc.1. & 2. Matt.1. Ioan.3. Matt.14.

Digitized by Google

deſertis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ, non manducans neque bibens, in carcere decollatus, propter teſtimonium veritatis. ſi inter meditandum occurrat, tantis ſanctitatis nominibus illuſtris ſine dubio commouit animum ad magna.

Sãctus Ioſeph à S. Bernardo ita laudatur: *Conijce ex hac appellatione, qua, (licet diſpenſatoria) meruit honorari: adeò vt pater Dei & dictus & creditus ſit: conijce & ex proprio vocabulo, quod augmentum non dubitas interpretari, quis & qualis fuerit iſte homo Ioſeph. Simul & memento magni illius quondam Patriarchæ venditi in Aegypto, & ſcito ipſius iſtum non ſolùm vocabulum fuiſſe ſortitum, ſed & caſtimoniam adeptum, innocentiam aſſecutum & gratiam.* Et paulo pòſt: *Non eſt dubium, quin bonus & fidelis fuerit iſte Ioſeph, cui Mater deſponſata eſt Saluatoris: fidelis, inquam, ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuæ matris ſolatium, ſuæ carnis nutritium, ſolum denique in terris magni conſilij coadiutorem fidiſſimum: huc accedit, quòd dicitur fuiſſe de domo Dauid, nobilis genere, mente nobilior; prorſus inquam filius Dauid non tantùm carne, ſed fide, ſed ſanctitate, ſed deuotione: quem tanquam alterum Dauid Dominus inuenit ſecundùm cor ſuum, cui denique datum eſt, quod multi Reges & Prophetæ cùm vellent videre, non viderũt, & audire, & non audiuerunt, non ſolùm videre & audire, ſed etiam portare, deducere, amplecti, deoſculari, & nutrire, & cuſtodire.* Hunc virginem corpore & mente fuiſſe ſanctus Hieronymus exiſtimat.

Hom. 2. ſuper Miſſus eſt

Lib. 1. aduerſus Iouinianũ.

Apoſtoli: cùm adhuc eſſent *infirma mundi*, vt ait ſanctus Paulus, hoc eſt incogniti, abiecti, rudes, illiterati, ocupati, vt mundani omnes, terrenis cogitationibus, immo & peccatis, vt Matthæus & poſtea Paulus, electi ſunt à Domino de hoc mundo, & vocati vt ipſum ſequerentur; *Relictis omnibus, ſecuti ſunt Dominum*, facti primum exemplum Euangelicæ perfectionis, & forma Prælatorum & religioſorum omnium: vocati, inquam, ſunt ad Chriſti diſciplinam, contubernium, conuictum, amicitiam, familiaritatem, eiuſque diuina ſecreta ac intimam voluntatem cognoſcendam, vt euaderent poſtea *ſal terræ*, *lux mundi*, Chriſti Apoſtoli & teſtes vitæ

1. Cor. 1.

Matt.3. Actor.1. & paſſionum eius *in omni Iudæa & Samaria vſque ad extremum terræ.*

Luc.10. Alij Chriſti diſcipuli diſcipulæve electi & ipſi à Domino fuerant, cùm *deſignauit alios ſeptuaginta duos, quos miſit binos ante faciem ſuam:* quos etiam ſingulari benignitate inſtituit & fouit, tanquam nutrix chariſſimos filios. In horũ numero sũt duæ illæ ſorores adeò in Euangelio celebres, *Martha* Chriſti Domini hoſpita, eiuſque menſæ miniſtra, & *Magdalena* primum peccatrix, conuerſa deinde tanto Chriſti amore ſuccenſa, vt poſthabitis omnibus rebus, ipſo in primis mundanæ nobilitatis ſplendore, illi audiendo, pedibus eius affixa, ſe totam dedicarit, eius vitæ mortiſque teſtis & æmula ſingularis.

Iudæi porrò, in Euangelica hiſtoria cogitanda, vix occurrere poſſunt animo alia ratione, quàm vt Chriſti hoſtes, veritatis inimici, *duræ ceruicis, incircumciſi cordibus & auribus,* Actor.7. auaritiæ dediti, hypocriſi, & inuidiæ: ob quæ vitia & Chriſto prædicãti aduerſati ſunt toto conatu, & eum de medio tolere eiuſque nomen extinguere inter ſe primò deliberauerunt, & apud prouinciæ prætorem Romanum obtinere contenderunt.

Turbæ autem & populi Chriſtum vi miraculorum & prædicationis allecti ſequebantur; plerique quidem ad tempus credentes: omnes autẽ vtilitatis propriȩ emolumento capti. Poſtea in contraria ſtudia conuerſi per ſummam inconſtantiam & ſcelus Chriſtum ad necem acerbiſſimam crucis poſtularunt.

In turba numerantur infirmi variis afflicti morbis, qui ſymbolum ſunt peccatorum, diuerſis criminũ quaſi febribus iactatorum. mortui etiam, qui in peccato obfirmatos, & vita gratiæ functos ſignificant. Denique Dæmoniaci, qui eos qui tentationibus vexantur, referunt.

Peccatores verò, qui in Euangelio commemorantur, repræſentant nobis eos, qui adhuc viuunt ſimiliter peccatores aut obſtinatos & proteruos, vi fuer plerique Iu-
Matt.11. dæi, & ciues carũ Ciuitatũ, quibus Dominus exprobrauit
Matt.21. ſcelera immania, quibus detinebantur; aut qui ad Dominum per pœnitentiam conuerſi ſunt. vt Apoſtoli, Publi-

cani

cani quidam & meretrices, de quibus dictum eſt, debere *præcedere Iudæos in regno Dei*, & alij.

Principes, qui Chriſti Domini temporibus imperarunt in Iudæa fuère Pilatus, Herodes, Annas, Caiphas, homines ſine Deo, & vitioſiſſimi, ſuperbi, imperij magis amantes quàm iuſtitiæ: Ideo (vt ſunt huiuſmodi) timidi, ſuſpicioſi, nihil curātes religionem cultumque Dei, ſed ſolùm quomodo ſibi ſuum imperium auctoritatemque ſtabilirent.

Dæmones concipiendi, vt Dei caſtrorum deſertores per ſummam impietatem & ſuperbiam, mendaciorum opifices, immundi, vaſa iniquitatis & nequitiæ ſpiritus, aduerſarij noſtri, & tentatores audaciſſimi, tyrāni, *principes mundi huius & tenebrarum harum*, veteratores, hominum deceptores, indigniſſimi, qui aut admittantur, aut vlla ratione audiantur. Quare & Dominus non ſinebat eos loqui. Hæc breuiter de perſonis, nunc ad actiones veniendum. *Epheſ. 6.*

De eadem intellectus exercitatione circa actiones Chriſti Domini.

CAPVT VII.

OMNIS *actio, cariſſime*, ſcribit S. Baſilius, *omnis item ſermo Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti excolendæ pietatis virtutiſque obeundæ regula eſt. Propter hoc enim etiam humanā naturam ſuſcepit, vt ſe velut in tabula quadam veram nobis pietatem ac virtutem depingeret, eamque omnibus nobis maribus ſimul ac feminis ante oculos ſtatutam vnicuique pro viribus imitandā ceu archetypon proponeret. Quapropter quodcumque factū tu audieris memorari vel dictum, ea nolito negligenter & tanquam aliud agens audire: quin ſtude potiùs, vt mente tecum ipſa cogitando rimandoque ad eorū profundū peruenias, eorumque, quæ ibi apertè traduntur, particeps fieri contēde.* Idē habet S. Gregorius & alij. Quoniam verò potiſſima meditationis Chriſtianæ materia, *Cōſt. monaſt. c. 2.* *Lib. II. Dial. c. 9.*

historia

hiſtoria Chriſti eſt, intereſt maximè, vt in eius actionibus cogitandis ordinatè accurateque ſe, qui meditatur, exerceat.

Et primùm quidem vniuersè proponat ſibi ob oculos finem actionum & paſſionum vitæ, inquã, & mortis Domini, qui duplex extitit, Gloria nimirũ Patris, & humani generis vtilitas. propterea enim dixit de ſeipſo: *Qui quærit gloriam eius, qui miſit eum, hic verax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt.* Et ſcriptura loquitur: *Eum nobis natũ & datum eſſe, & tradidiſſe ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.*

Ioan. 7. *Iſaiæ 9.* *Ephes. 5.*

Et quidem idem propoſitum diuinæ gloriæ habere nos conuenit, & in hac re ſeu ſcopo Chriſtum imitari, vt docuimus libro ſecundo, obſeruaréque nos in noſtris actionibus, quanam ratione in vna Dei gloria quærenda nos habeamus: maximè verò iuuat orantem ad ea conſequenda, quæ optat, immorari potiſſimùm in ea cogitatione; Quod Chriſtus tantopere tantoque, vt ita dicam, ſuo damno noſtris cõmodis & vtilitatibus ſemper ſeruierit. Qua de re duplex conſideratio haberi debet à proficiente: prior verſabitur circa præcipuas partes vitæ Chriſti, quas omnes retulit Chriſtus amore

1. incredibili ad noſtrã vtilitatem, poſterior verò circa ipſaſ-

2. met actiones Chriſti ſingulares, quæ eodem etiam ſpectarunt omnes.

Serm. 2. in die Pentecoſtes, Prior conſideratio.

Sanctus Bernardus priorem contemplationem deſcribit ad hunc modum. *Placebit ne tibi, Domine Ieſu, vt dones mihi vitam tuam, ſicut dediſti conceptionem? quia non ſolùm conceptio mea immunda, ſed mors peruerſa, vita periculoſa, & poſt mortem reſtat mors grauior, mors ſecunda. Non ſolum, ait, conceptionem meam, ſed & vitam meam, & hoc per ſingulos ætatum gradus infantiæ, pueritiæ, adoleſcentiæ, iuuentutis tibi donabo: adiiciens mortem, reſurrectionem, & aſcenſionem, & miſſionem Spiritus ſancti. Hoc autem ideo, vt conceptio mea emundet tuam: vita mea inſtruat tuam, mors mea deſtruat tuam, reſurrectio mea præcedat tuam, aſcenſio mea præparet tuam, porro ſpiritus adiuuet infirmitatem tuã: hic enim planè videbis & viam per quam ambules, & cautelam, qua ambules: & ad quam ambules*

manſio

manſionem. In vita mea cognoſces vitam tuam, vt ſicut ego paupertatis & obedientiæ, humilitatis & patientiæ, caritatis & miſericordiæ indeclinabiles ſemitas tenui; ſic & tu eiſdem veſtigiis incedas, nō declinās ad dexterā neque ad ſiniſtram. In morte autem mea dabo tibi iuſtitiam meam, dirumpens iugum captiuitatis tuæ, expugnans hoſtes, qui ſunt in via vel iuxta viam, vt non apponant amplius nocere tibi: his autem completis reuertar in Domum meam, vnde exiui, & ouibus illis, quæ in mōtibus remanſerāt, & quas propter te reliquerā, vt non te ducerem, ſed reportarem, reddam faciem meam: & ne de abſentia mea vel murmures, vel contriſteris, mittam tibi Spiritum paracletum, qui tibi donet pignus ſalutis, robur vitæ, ſcientiæ lumen. Et paulo pôſt: *Quàm dulciter Domine Ieſu, cum hominibus conuerſatus es, quàm abundāter multa & magna bona hominibus largitus es, quàm fortiter tam indigna quàm aſpera pro hominibus paſſus es! ita vt liceat ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo, duro ad verba, duriore ad verbera, duriſſimo ad crucis horrenda: quia in omnibus his ſicut agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum.*

Poſterioris conſiderationis exemplis plena ſunt ſancta quatuor Euangelia, in quibus paſſim occurrit Chriſtus legentibus in rebus omnibus hominibus vtilis & beneficentiſſimus, ſiue loquatur. *Quorum fidem vt vidit, dixit: homo, remittuntur tibi peccata tua*, ſiue taceat, vt cum digito in terra ſcribens, ſilentio abigit ab infelice illa adultera muliere lapides, quibus iam penè obruenda erat à Iudæis. Siue clamet, vt cum voce magna clamans, Lazarum quatriduanum reuocat ab inferis; ſiue ſubmiſſa voce loquatur, vt cùm ait: *Epheta; quod eſt adaperire, & ſtatim apertæ ſunt aures hominis ſurdi, & ſolutum eſt vinculum linguæ eius.* Siue tangat, vt cum tangit mulieris manum, & *dimittit eam febris.* Siue attrectatus, vt cum *omnis turba quærebat eum tāgere quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Siue dormiens; *Dormiuit enim in nauicula tempeſtatis tempore*, vt ait S. Chryſoſtomus, *vt daret tempus formidini diſcipulorū, & vt eum rogarent.* Siue vigilans, vt cùm *quarta vigilia noctis venit ad eos Iē, ambulās ſupra mare*, & cū *pernoctat in oratione Dei.*

Poſterior conſideratio. *Lucæ 5.* *Ioan. 8.* *Ioan. 7.* *Marci 7.* *Matt. 8.* *Lucæ 6.* *Matt. 8.* *Matt. 14.* *Lucæ 6.*

Digitized by Google

Matt. 26 Luca 8. Actor. 4. Siue ſedens, *quotidie*, inquit Chriſtus, *apud vos ſedebam, docens in templo*. Siue ſtans, vt cùm ſtans viſum reſtituit cæco Hiericuntino. Siue peregrinans, *pertranſiit enim benefaciendo*. Siue inter homines verſans, quare & turbæ *detinebant eum, ne diſcederet ab eis*. Denique, *omne bonum*, vt ſcribit Apoſtolus Philemoni, *eſt nobis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.* Luca 4. 1. Cor. 1.

Conſt. monaſt. cap. 5. Sigillatim autem de vnoquoque genere actionum Chriſti Domini loquendo, duo earum capita recenſet S. Baſilius: quamuis enim, vt antè dixerat, omnis Chriſti actio ſit virtutis regula, vno tamen actionis genere dedit Chriſtus documenta virtutum, altero vero etiam laboris & tolerantiæ. Illæ appellantur actiones virtuoſæ, hæ laborioſæ: priores vocat Baſilius virtutes animi, poſteriores corporis: *Peccatum*, inquit *non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Sed contra lenitatis, patientiæ, facilitatis, manſuetudinis, humanitatis, comitatis, animi, demiſsionis, prudentiæ, virtutum denique cuiuſque modi documenta præbuit complura. Quæ quidem omnia in Euangeliis explicata cernuntur.* Et paulo pòſt. *Corporis verò cuiuſmodi & quanta?* Adfert ibidem Sanctus Baſilius vtriuſque generis ex Euangeliis exempla: nobis res eſt latiùs explicanda.

Exempla virtutum, quæ obſeruanda ſunt inter meditandum in actionibus primi generis ſiue virtuoſis Ieſu Chriſti Domini.

CAPVT VIII.

NON eſt conſilij mei nec facultatis, omnia nunc virtutum genera, quæ in Chriſti Domini actionibus elucent, commemorare, ſed ea ſolùm attingere, quæ ad id faciendum viam monſtrent proficienti. Prioris

ergo

ergo generis actiones eius numeramus has: *Videre, audire, loqui, prædicare, orare, edere miracula, diſcumbere, ſedere, iter facere, Eccleſiam fundare, ſacramentáque inſtituere*: Denique actiones multas *internas*, noſtris ſimiles, obire.

Videre. Vidit duos fratres, Simonem & Andream. Vidit alios duos fratres. Vidit hominem ſedentem in telonio. Hos homines videns, vocat vt ſequantur ipſum, *& relictis omnibus ſecuti ſunt eum.* Vidit igitur non curioſè, non fruſtra, & ſine certo conſilio, vt nos facimus: ſed quæ hîc diuina oculorum Saluatoris vis admirabiliter captans & concilians animos ſibi? at quanta hîc humanitas, benignitas, charitas, animarum zelus? *Et conuerſus Dominus, reſpexit Petrum, & recordatus eſt Petrus verbi Domini, & egreſſus foras, fleuit amarè.* Vno oculorum coniectu quaſi acutiſſimo amoris telo cor Petri penetrat, & in lachrymas conuertit. *Vt vidit Mariam plorantem lachrymatus eſt, & videns ciuitatem, fleuit ſuper eam.* Ecce Patris viſcera. Ecce compaſſionis & miſericordiæ lachrymas. Ecce ſingularis amoris indicium, vt meritò in ea verba proruperint circumſtantes Iudæi: *Ecce quomodo amabat eum.* Vidit etiam ſæpe homines opis ſuæ indigentes, vt cum *præteriens vidit hominem cæcum à natiuitate*, cùm *vidit turbas* fame laborantes, quibus promptiſſima liberalitate ſubuenit ſemper, ideò enim narrant Euangeliſtæ eum vidiſſe huiuſmodi homines, vt, ſcilicet, eorum tam animi, quàm corporis infirmitates recognoſceret, eóſque ſtatim vt faciebat opera ſua mirificè reſtitueret & recrearet. *Vidit ſimiliter cogitationes hominũ, quia ſpirituum ponderator Dominus*, eas examinare ſe ſignificare volebat. Et pro ſua immenſa in nos charitate nobis etiam diiudicandas obiicere.

Audire. Audit in templo, & interrogat, & mirantur ſuper prudentia. Prudentiſſimus ſanè, qui prius audit, quàm interroget, & modeſtiſſimus, qui quamuis docendo potuit prudentiam ſuam oſtendere, maluit tamen id facere ſolùm reſpondendo: *Cùm audit, quòd Ioannes traditus eſſet, ſeceſſit in Galilæam.* Ecce iterum prudentiam Domini & modeſtiam: *Secedit enim*, vt ait S Chryſoſtomus, *vt Iu-*

Margin: *Matt.* 4. *Matt.* 9. *Luc.* 22. *Ioan.* 11. *Luc.* 19. *Ioan.* 4. *Matt.* 9. & 15. *Matt.* 9. & 15. *Luc.* 7. *Prou.* 16. *Matt.* 9. *Luc.* 2. *Matt.* 4. *Homi.* 8. *in Mat.*

Matt. 8. In Gen. contra Manich. lib. 1. cap. 8.

daicam mitiget inuidiam, vt det locum iræ. Audiens Ieſus verba Centurionis miratus eſt, non miratur autem, quòd ignoret: nam vt ait S. Auguſtinus, *ipſe, qui miratur eam fidem, quam mirabatur, in eo fecerat*, ſed miratur, vt mirandum nobis eſſe ſignificet, mira enim opera Domini exigunt à nobis noſtram cognitionem, admirationem, gratitudinem, & auctoris commendationem. Cùm *audit accuſationes aliorum*, ſe ſemper propenſum maximè ad lenitatem & ad ignoſcendum demonſtrat. Quare de Iudæorum manibus mulierem adulteram eripit: & ab iiſdem delatos diſcipulos tanquam alicuius ſceleris reos amantiſſimè defendit: vt cùm accuſantur, quòd ſpicas vellerent die Sabbathi, ad famem vtcumque depellendam: *An non legiſtis*, inquit, *quid fecerit Dauid, quando eſuriit*? Cùm idem deferuntur, quòd traditiones tranſgrediantur, quòd non ieiunent ſimiliter ac Ioannis diſcipuli. Immò cùm ipſimet diſcipuli prohibuiſſe ſe dicerent, quendam eiicientem dæmonia in eius nomine, quia non ſequeretur cum eis, dicit: *Nolite prohibere eum: qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt*. Denique cùm nunciaretur ei miſcuiſſe Hærodem ſanguinem quorundam cum ſacrificiis eorum, ait: *Putatis, quòd hi præ omnibus peccatores fuerant, quia talia paſſi ſunt? Non, dico vobis, ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis*. Sed illud mirum, quod ait: *Ego, ſicut audio, iudico*. Quamuis enim verum ſit, quod ait S. Auguſtinus, *In illa incommutabili natura idem eſſe audire, videre, & eſſe*: indicat tamen etiam Dominus, ſe in exercendo iudicio diligenter examinaturum omnia: ita tamen vt reis ipſis, etiam pro ſe dicentibus, aures daturus ſit attentiſſimas, vt qui de aliis ſtatuunt, idem ipſi præſtare conentur.

Ioan. 8. Matt. 12. & 15. Luc. 5. Luc. 9. Luc. 13. Ioan. 5. Serm. contra Arrianos

Loqui, verbum Chriſti & ſermo ſemper maximè verax extitit, vt de mendacio nunquam iuſtè reprehendi potuerit. Ideò enim ait: *Si veritatem dico vobis*. Particula enim (*ſi*) indicat etiam aduerſariis conſtitiſſe, veridicas eſſe habitas Chriſti voces. Manſuetudinē maximam præ ſe tulit ſemper Dominus, in verbis autē ſingularem: *Quis ex vobis*, ait, *arguet me de peccato? Vide*, inquit S. Gregorius, *manſuetudinem Dei: non dedignatur ex ratione oſten-*

Ioan 8. Ibidem. Homil. 18. in Euang.

dere

dere ſe peccatorem non eſſe, qui poterat ex diuinitatis virtute peccatores iuſtificare. In verbis etiã quã ſępe humilitatem? Certè cùm beneficiũ curationis dæmoniaco illi feciſſet, dixit illi, *Vade in domũ tuã ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi fecerit Dominus. Vide,* ait Theophylactus, *humilitatem, non enim dicit, quanta tibi feci.* Similiter Patientiam, vt obſeruat S. Auguſt. in illa Chriſti Domini ſimplici reſponſione, qua negat criminationem illã grauiſſimam. *Ego dæmonium non habeo.* Et ibidem cùm dixiſſent Iudæi Domino: *Teſtimonium tuũ non eſt verũ.* Simpliciter idem reſpondit: *Verum eſt teſtimonium meum* Clementiã etiam: vt cùm ait: *Nolite putare, quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem. Etſi enim* (vt exponit Euthymius) *id poſſum facere, non tamen faciam, quia clemens ſum.* Quantæ verò charitatis ſunt verba Chriſti in Euangelio vniuerſo? at quem charitatis ardorem indicant illa apud S. Ioannem: *Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, vt ſint vnũ, ſicut & nos. Sanctifica eos in veritate: non pro eis autem rogo tantùm, ſed & pro eis, qui credituri ſunt, per verbum eorum in me.* Quàm verò prudenter loqui ſolitus eſſet Dominus, quis ſatis explicet? proferantur, ſi opus ſit, ex Euangelio eius peracutè dicta, & prudentiſſimæ reſponſiones datæ aduerſus Iudæorum fraudulentas cauillationes: *Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, quæ ſunt Dei Deo. Qui ſine peccato eſt veſtrùm, primus in eam lapidem mittat.*

Marc. 5.
Tract. in Ioan. 43.
Ioan 8.
Ibidem.
Ioan. 5.
Ibidem.
Ioan. 7.
Matt. 22
Ioan. 8.

Sed admirabilis fuit eius domeſtica prudentia verbis ab ipſo ſubinde inſinuata, illa nempe, qua ſapientiſſimè regebat, & gubernabat Apoſtolorum diſcipulorúmque vitam; humaniſſimis pollicitationibus allexit: *Faciã vos fieri piſcatores hominum.* Verbis item humaniſſimis retinuit: *Nunquid & vos vultis abire?* Quo loco Gloſſa S. Chryſoſtomi ſic habet: *Si eos laudaſſet, paſſi eſſent aliquid humanum, exiſtimantes ſe gratiam Chriſto facere, eum non relinquendo. Nec dixit, abite, ne videretur expellere; ſed rogat, an velint abire, vim eis auferens & neceſſitatem,* ad ingenia verba accommodauit in hominum vitiis curandis. aliquos, nouitios præſertim, blandè monet, *Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Alios diriuſculè, præſertim eos, qui ſibi ſapere videbantur, ad eorum

Matt. 4.
Ioan. 6.
Luc. 9.

videlicet ſuperbiam frangendam. Ita cùm Nicodemo ſe
Ioan. 3. gerit, cùm ait: *Tu es magiſter in Iſrael, & hac ignoras? Inſultat*, ait S. Auguſt. *tanquam indocto: exagitat ſuperbia hominis, tollitur hominis ceruix, ſed aſpera & dura, vt ſit lenis ceruix ad portandum iugum Chriſti* D.N. Denique labuntur errore ambitionis filij Zebedæi, & audiunt: *Neſcitis, quid petatis, &c.* Zelo ſalutis Chriſti percitus Petrus auocare conatur eum à mortis cogitatione; Et audit: *Vade poſt me Satana, vt ita feruor eius intempeſtiuus retundatur*, vt ait S. Chryſoſtomus. Quantæ verò diſcretionis illa ſunt verba, quibus ad corporis etiam quietem diſcipulos vocat Dominus? *Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum.* Erant enim qui veniebant & redibant multi, nec ſpatium manducandi habebant. Similia ſunt illa, quibus etiam inuitat eoſdem ad ſomnum: *Dormite iam & requieſcite.* Paternę autem ſolitudinis & curæ plena vox illa eſt; *Sufficit*. nam, vt ait S. Auguſtinus, *ſiluit aliquantulum, poſtquam dixit, dormite, & pòſt, quaſi excitans eos, vt ſe ad imminentem tentationem pararent, dixit, ſufficit: Sat quieti datum.*

Tract. 12 in Ioan.

Matt. 20

Matt. 16.

Hom. 87 in Ioan.

Marc. 6.

Marc. 14

Libr. 3. de conſen. Euang.

Sed planè admirabile eſt prudētię & charitatis exemplum, quod dedit Dominus in Iudæ perfidia corrigenda, &, vt faciliùs reſipiſceret, obtegenda. Primùm enim ipſo audiente in menſa dicit omnibus: *Amen dico vobis, quia vnus veſtrū me traditurus eſt. quibus verbis*, ait S. Leo, *notam ſibi eſſe proditoris conſcientiam demonſtrat.* Non aſperè & apertè confundens, ſed leniter & tacitè conueniens, vt faciliùs corrigeret pœnitudo. Deinde vt vehemētiùs, adhuc leniter tamen vrgeat, addit, *qui intingit mecū manū in paropſide, hic me tradet. Qui latenter notatus*, ait Gloſſa, *non reſipiſcit, manifeſtiùs arguitur, non tamen ex nomine.* Poſtremò cùm ille quæreret: *Nunquid ego ſum Rabbi?* ait ille, *tu dixiſti.* Quo loco S. Remigius, *Tu dixiſti, ait, & non ego. hoc eſt, tu te prodidiſti & non ego.* Datur Pœnitentiæ locus, dum non apertiùs manifeſtatur.

Serm. de Paſſ. Domini.

Sed qualis fuerit amor Chriſti Domini in diſcipulos, oſtendunt multa, quæ hoc loco prætermittenda nō ſunt, quamquam non omnia ad ipſa Domini verba pertinent. ſuos peculiari appellatione nominari voluit: *Cùm dile-*

Ioan. 13.

xiſſet

d by Google

xiſſet ſuos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. ſuos, nimirum, quos de mundo elegerat, quos dederat illi Pater, quos non ſeruos, ſed amicos nuncupabat. *Quia omnia, quæcunque audiui*, inquit, *à Patre meo, nota feci vobis.* Immò etiã fratres: *Aſcẽdo ad Patrem meũ & Patrẽ veſtrum.* Immò filios chariſſimos, idcircò enim *filiolos* vocat: *& non relinquam*, inquit, *vos orphanos*, paternum affectum demonſtrans, vt propterea *ſponſi filios*, etiam appellet, vt aduertit S. Auguſtinus. Auſim dicere quaſi dominos eos habuiſſe, vt cùm illis pedes abluit, tanta cum humilitate. & cùm dicit: *Ego autẽ in medio veſtrũ ſum, ſicut qui miniſtrat.* Denique quid addi poteſt ad illud ſingulare amoris ſignum, & ad illum loquendi modum, quo vſus eſt Dominus, cùm extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: *Ecce mater mea & fratres mei: quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.*

Ioan. 15. Ioan. 10. Ioan. 13. Ioan. 14. Matt. 9. Tract. in Ioan. 75. Luc. 22. Matt. 12.

Iam verò de inſtitutione ac diſciplina, qua tantus magiſter diſcipulos ſuos formauit, quis pro dignitate loquatur? Inſtituit primùm in fide, & propterea ipſis præſentibus edidit miracula, *& crediderunt in eum diſcipuli eius*, exegitque ſigillatim ab ipſis fidem diuinitatis ſuæ, cùm dixit: *Vos autem quem me eſſe dicitis?* & quæ ſequũtur. Deinde animauit & vocauit ad perfectam mundi, affectioniſque omnis carnis & ſanguinis, & ſui ipſius renunciationem. *Si quis*, inquit, *venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et paulò poſt: *Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* explicauit autẽ magis renunciationem per abnegationem, cui addit imitationem ſui: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me*, & quæ ibidem adiungit. ſicut etiam illa, quæ ſunt apud S. Ioannem de *perditione animæ ſuæ*, quæ perfecta mortificatio eſt ad exemplum Chriſti crucifixi, qui ſeipſum eo loco nominat *frumentum iactum in terram & mortuum.* Et ita cœleſtem hanc diſciplinam fundauit in paupertate, contemptu ſui & mortificatione. Adiecit caſti-

Ioan. 2. Matt. 16. Luc. 14. Matt. 16. Ioan. 12.

Mat. 8. tatem: quia *ſunt Eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum:* Obedientiam: quia
Ioan. 6. *deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me:* Virtutes omnes quidem, eáſque perfectas, cùm Decalogi præcepta accuratè tradit & explicat, & cùm in monte
Matt. 5. aperiens os ſuum, ait: *Beati pauperes ſpiritu*, imprimis tamen diſcipulis ſuis inculcat, vúltque eſſe quàm commendatiſſimas & chariſſimas illas duas virtutes, quarum vna fundamentum reliquarum eſt, altera princeſp, humilitatem ſcilicet & charitatem. De humilitate quidem:
Mat. 20. *Nolite gaudere, quia ſpiritus ſubijciuntur vobis.* Et: *Quicun-*
Luc. 22. *que voluerit inter vos major fieri, ſit veſter miniſter.* Et: *Re-*
Matt. 11. *ges gentium dominantur eorum: vos autem non ſic.* Et: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Charitatis autem exaltandæ nullum finem facit Dominus apud Ioannem,
Ioan. 13. *Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, manete in*
Ioan. 15. *me & ego in vobis, manete in dilectione mea.* & hoc à Patre obnixè poſtulat:
Ioan. 17. *Vt dilectio, qua dilexiſti me, in ipſis ſit.* Cumulauit præcepta exemplis quamplurimis: ſed illo præ-
Ioan. 13. ſertim, quo humi proſtratus, Dominus pedes abluit Apoſtolorum.

Hæc ſunt maxima præcepta à Chriſto Apoſtolis data, interna magna ex parte: quibus addidit externa non pauca, ad eorundem tyrocinium informandum inſtituta. Hæc autem ferè numerantur ab Euangeliſtis com-
Mat. 10. munia Apoſtolis & 72. diſcipulis: *Miſit illos binos ante fa-*
Marci 6. *ciem ſuam. melius eſt enim* (vt ait Theophylactus) *ſimul eſſe duos, quàm vnũ. In viam gẽtium ne abieritis, & in ciui-*
Luc. 10. *tates Samaritanorum ne intraueritis.* Vt videlicet priùs prædicarent Iſraëlitis: *Euntes, prædicate, dicentes, quia appropinquauit regnum cœlorum.* Hæc erat prædicationis ſumma qua continebatur *pœnitentia*, vt habet S. Marcus, & reliqua, quæ erant neceſſaria ad regnum cœlorum recipiendum. *Infirmos curate; mortuos ſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite*, Quæ actiones pietatis & miſericordiæ ſunt, vt teſtimonia etiam veritatis quam prædicabant. *Gratis accepiſtis, gratis date. ſuperbiam comprimit*, ſanctus Chryſoſtomus, *cum dicit, gratis accepiſtis. reuocat ab auaritia, cum addit (gratis date.)* *Nolite poſſidere*

aurum,

Digitized by Google

aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris, æs habet ſanctus Marcus: vt omnem omnino pecuniæ ſpeciem ſibi interdictam intelligerent Apoſtoli. *Nolite portare ſacculum neque peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam. Dignus eſt operarius mercede ſua.* Quo loco S. Hieronymus: *Qui diuitias detruncarat propemodum. & neceſſaria vitæ amputat, vt Apoſtoli doctores veræ religionis, qui inſtruebant omnia prouidentia Dei gubernari ſeipſos oſtenderent, nihil cogitare de craſtino, non ſacculum*, ne pecuniam ad aliquid emendum reconderent: *non peram*, ne in ea coëmpta reponerent, *Neque duas tunicas*, hoc eſt, vt ait ſanctus Hieronymus, *ne alio veſtiti, aliud nobis futurorum timore ſeruemus. Neque calceamenta, ne aſſueſierent*, vt loquitur idem Sanctus, *pedum mollitiei: neque virgam, Qui*, ait idem, *Domini habemus auxilium, baculi præſidium cur quæramus? neminem per viam ſalutaueritis. rectà*, ſcribit ſanctus Chyrillus, *ad opus procedite, nec ſalutationibus impediamini. In quamcunque ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate, qui in ea dignus ſit. in quamcunque domũ intraueritis, ibi manete donec exeatis inde.* hoc pertinet ad hoſpitium ritè eligendum & retinendum. *Intrantes domum ſalutate eam: dicentes: Pax huic domui.* vt ipſi humilitate & benceficentia priores eſſent, & priùs ſpiritualia impenderent, quàm reciperent, quæ ad corpus pertinerent. *Et quicunque non receperit vos etiam puluerem pedum veſtrorum excutite, in teſtimonium ſupra illos, dicite tamen: Hoc ſcitote, quia appropinquauit in vos regnum Dei.*

Huc referri poteſt illud præceptum, quod dat Dominus diſcipulis apud S. Lucam, cùm ait: *Nolite in ſublime* *Luc. 12.* *tolli.* quod græcè eſt μὴ μετεωρίζεσθε, hoc eſt, nolite anxiè oculos in cœlum tollere, vt ſcrutemini cœlorum curſus, quaſi de diuina prouidentia dubitantes. quod aliquo modo pertinet ad oculorum moderationem.

Hæc fuerunt ſine dubio initia diſciplinæ religioſæ, & præſertim tyrocinij. Quid eſt enim aliud: *in viam gentium ne abieritis*: quàm fugite hominum mundanorum conſuetudinem? *Neminem per viam ſalutaueritis*, quàm date operam ſilentio? *Nolite poſſidere aurũ neque æs*:

quam renunciare etiam poſſeſſioni cuiuſlibet rei vel minimæ? *Nolite portare ſacculum*, quàm mendicare, & ex diuina prouidentia pendere? *neque calceamenta, neque virgam*, quàm nuncium remittere omnibus illecebris,& quibuſdam etiam rebus, quas alioquin nobis neceſſarias iudicaſſemus. *Curate infirmos*: quàm date operam actionibus pietatis? quare & additur, diſcipulos in hunc finem oleo etiam vſos eſſe: *Prædicate, appropinquabit regnum cœlorum: & pœnitentiam agere*, quàm rudes homines inſtituere in ijs, quæ pertinent ad rudimenta Chriſtianæ doctrinæ & Confeſſionis Sacramentum?

Hæc initio tradidit Dominus diſcipulis, adhuc tyronibus, vt eos omnino à mundo carníſque cura diſtraheret. Iiſdem verò prouectioribus virtute remiſit aliquid de ſumma ſeueritate antè dictarum legum. Quare, vt exponit Euthymius, & ſandalia poſtea conceſſit, & virgam ad imbecillitatem eorum ſubleuandam propter laborem qui ex itinere prouenit. Poſtmodum verò etiam pleraque præcepta abrogauit, imperans vt *docerẽ gentes*, & alia facerent, quæ factitata eſſe ab Apoſtolis præter prædictas Chriſti ſanctiones non ignoramus. Qua in re lucet etiam, vt in alijs omnibus, diuina lux prudentiæ Domini, eiúſque erga diſcipulos amor ſingularis & prouidentia.

In cap. 10.

Ad extremum ſuperſunt duo monita, Apoſtolis à Chriſto data, quæ ſuperioribus internis, inquam,& externis poſſunt cenſeri communia. Vnum eſt ædificationis cura: *Vos*, inquit, *eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent Patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt*. quo etiam pertinet ſtudium profitendæ fidei vſque ad ſanguinem, ſi res & proximi ſalus Deique gloria ita poſtulet: nam, *qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.*

1. Matt. 5.

Matt. 10

2.

Alterum eſt oratio ad Deum & aduerſus tentationes, quod docebat Apoſtolos Dominus in horto Gethſemani,& alia omnia officia ritè obeunda, obtinendáque à Deo cuncta, quæ corpori animóque neceſſaria vtiliáve

ſunt.

ſunt. Quare & aſſiduè orandum præcipit, & verò etiam orandi formam rationémque verbatim præſcribit.

Quàm verò comis Dominus fuerit, & quàm dulcis eius oratio, indicant illa: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis. Sinite paruulos ad me venire. Si quis ſitit veniat ad me, & bibat. filioli, adhuc modicũ vobiſcum ſum: manete in dilectione mea*, Et alia huiuſmodi innumera. Matt. 11. Matt. 19. Ioan. 7. 13. & 15.

Fuit etiam ſermo eius vulgaris, quo ſe omnibus piiſſimus Pater fieri omnia demonſtraret: itaque figuris communibus & vſitatis abundans: metaphoris quidem & parabolis perſpicuè, ſicut & interrogatione & exclamatione, & ſimilibus, verùm etiam aliis, vt præoccupatione. *Vtique dicetis mihi, medice cura teipſum.* Conuerſione & apoſtrophe: *Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis Prophetas*, ſimilitudine: *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas.* Prouerbio & quaſi hyperbole: *Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes.* Metonymia. *Comeditis domos viduarum.* Luca 4. Matt. 23. ibidem.

Denique, vt etiam ante tetigimus cùm libro ſecundo ageretur de moderanda lingua, in communi conſuetudine ita loquebatur Dominus, vt ex rebus quibuſcumque etiam ſecularibus occaſionem arriperet tractandi ſpiritualia. Vt cùm agit cum muliere Samaritana de aqua cœleſti, ex occaſione aquæ putei Iacob. & cùm locutus eſſet de panibus, addit: *Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in vitam æternam.* Et illud dictum piſcatori: *Noli timere, ex hoc enim homines eris capiens.* Ioan. 4. Ioan. 6. Luca 5.

Prædicatores. Magna humilitate & charitate ſibi populi audientiam faciebat Dominus, conuocans ſibi auditores ſuos. *Aduocans*, inquit Marcus, *iterum turbam, dicebat illis. Et conuocata turba cum diſcipulis dicit. Prædicabat magna virtute, erat enim docens eos, ſicut poteſtatem habens.* hoc eſt, ait Euthymius, *cum increpandi fiducia, & non cum metu, & qui tanquam futuri Iudex ſæculi, bonis promittebat ſalutem, malis verò* comminabatur *ſupplicium.* vel vt ai Beda: *Faciebat quæ docebat. tunc enim ſermo* Doctoris *eſt in poteſtate, cùm facit, quæ docet.* Marci 7. & 8. Matt. 7. Luca 4.

Gratioſus erat & mirabilis in munere predicationis

Ibidem. ſuæ Dominus, *& omnes teſtimonium illi dabunt, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius*. quæ ſine dubio *diuina erat gratia*, vt ait Euthymius. propterea alibi, qui miſſi fuerant, vt eum ligarent, capti ipſi eius ſermonis ſuauitate & vi referunt: *nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur.* Ioan. 7.

Ibidem. Vehemens autem & feruens erat Dominus in prædicando, quippe animarum ſalutis ſitientiſſimus. *Clamabat ergo IESVS in templo docens.* Et iterum: *In nouiſſimo die magno feſtiuitatis ſtabat IESVS, & clamabat, dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Aſſiduus etiam. nam *iter faciebat per ciuitates & caſtella, prædicans & Euangelizans regnum Dei.* Ita tamen aſſiduus, vt dies concioni dicaret, noctes orationi & ſolitudini. *Erat*, inquit ſanctus Lucas, *diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur Oliueti.* Luca 8. Marc. 12. *Oſtendens* (ſcribit Theophylactus) *oportere nos noctu & quiete alloqui Deum, & die prodeſſe hominibus, nocteq́; collecta diſtribuere.* quare mirum non eſt, ſi libenter audiebatur, & ſi populus, *manicabat*, id eſt, manè accelerabat ad eum in templo audire eum. Denique ſi *ſuſpenſus erat, audiens illum*, vt loquuntur Euangeliſtæ. Luc. 19. & 21.

Marc. 1. *Orare.* Orabat Dominus ante concionem, cùm enim dixiſſet S. Marcus eum abiiſſe in deſertum locum, ibíque oraſſe, facit illum loquentem: *Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt ibi prædicem.* quo loco etiam obſeruandum eſt, Chriſtum vicos præponere ciuitatibus, & humilioribus pagis humillimum Dominum initium feciſſe concionandi. Vt oraret autem, ſecedebat à turpis, intermiſſo prædicationis officio. *Et cùm dimiſiſſet eos, abiit in mõtem orare.* Marc. 6. Surgebat verò tempeſtiuè, vt oraret: *Et diluculo valde ſurgens egreſſus, abiit in deſertum locum, ibíque orabat.* Longo temporis ſpatio orabat: & ſolus, & in deſertis locis. *Exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei, ſecedebat in deſertum, & orabat, & cùm ſolus eſſet, orans. Aſcendit in montem, vt oraret.* Orabat, antequam conſtitueret aliquid, magni momenti: cùm enim *pernoctaſſet in oratione Dei, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit duodecim.* Orabat pro diſcipulis & Eccleſia vniuerſa Marc. 1. Luca 6. Luca. 5. Luc. 9. Luca. 5.

Non pro eis rogo tantùm, ſed & pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum in me. Orabat ad Patris voluntatem, nihil aliud omnino ex iis, quæ poſtulaſſet fieri cupiẽs, quàm quòd illi perplaceret. *Veruntamen non mea voluntas, ſed tua fiat.* Orabat cùm lachrymis & clamore: *Qui,* ait Apoſtolus, *in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus eſt pro ſua reuerentia.* Orabat ſubleuatis in cœlum oculis; *Et ſubleuatis in cœlum oculis: dixit: Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Orabat denique proſtratus in terram: *Et cùm proceſſiſſet paululum, procidit ſuper terram.* Ioan. 17. Luc. 22. Hebr. 5. Ioan. 16. Marc. 14

Alia in aliis eiuſdem generis actionibus exempla virtutum Christi Domini noſtri.

CAPVT IX.

E DE RE *miracula.* Docent Patres, & S. Auguſtinus in primis: *Quæ Dominus corporaliter faciebat, etiam ſpiritualiter volebat intelligi.* & ideo eum miracula feciſſe, vt excepto eo quod mira, magna, & diuina eſſent; aliquid inde etiam diſceremus. Nobis igitur, qui mores inquirimus & exempla virtutum, intelligendum eſt Chriſti Saluatoris conſilium in miraculis patrandis. Id autem fuit miraculis diuinitatem ſuam hominibus probare. ideo tam multa miracula fecit, vt dicat S. Mattheus: *Eum ſanaſſe omnẽ languorem & infirmitatẽ in populo* Et alio loco: *Et eiciebat,* inquit, *ſpiritus verbo, & omnes malè habentes curauit.* Quo loco S. Chryſoſtomus: *Intende,* inquit, *quantam multitudinem hominum curatam tranſcurrunt Euangeliſtæ, non vnumquemque curatum enarrantes; ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes, quod & alibi faciunt ſæpe.* Eodem pertinet magnitudo miraculorum. *Stupebant,* inquit Lucas, *in magnitudine Dei omnibus mirantibus in omnibus, quæ faciebat.* Et ipſe Dominus ait: *Si opera non feciſſẽ in eis, quæ nemo alius fecit.* Ser. 44. de verbis Domini. Matt. 4. & 8. Hom. 28. in Matt. Matt. 9. 10. 14. & 21. Luc. 7. & 9. Ioan. 2. & 20. Lucæ 9.

Digitized by Google

Ioan.15. Modus etiam & ratio miracula faciendi planè mira-
Matt.8. bilis,idē confirmat. *Eiiciebat ſpiritus verbo. Et agebat ex*
Luca 4. *imperio & poteſtate*, vt S.Lucas & alij commemorant.
& 5. Cùm incidunt igitur mairacula inter meditandum, exercenda eſt actio fidei in Chriſtum, qua recognoſcatur homo ille Deus omnipotens. Deinde adhibenda eſt adoratio vehemenſque voluntas & libens, qua omnino velimus lætemurque Chriſtum Deum eſſe, Regēque & Saluatorem noſtrum. Tertiò adiungenda maxima humilitas erga tantum Dominum illi ſimilis, qua ob eandem cauſam compulſus Petrus,accedit ad eius pedes cla-
Luca.5. mans: *Exi à me,quia homo peccator ſum.*

Sed nec ſiſtendum hîc eſt, ſed vlterius progrediendum.Duoque inprimis in Domini perſona miracula pa-
Primum. trantis contemplanda ſunt. Primum (quod maximè ad meditandum intelligentiam & affectum iuuat) eſt id,
In cap. quod S.Hieronymus ſcribit: *Fulgor ipſe & maieſtas diui-*
Matt.9. *nitatis occulta,quæ etiam in facie relucebat humana, viden-*
In cap. *tes ad ſe trahere poterat ex primo aſpectu.* Et alibi : *Igneum*
Mat. 21. *quiddam atque ſydereũ radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maieſtas lucebat in facie eius.* Hæc maieſtas animo, ritè concepta,magnam in nobis erga Chriſtũ venerationem & amorem conciliat.Quare dum de eo meditamur,obuerſetur ante mentis oculos amabilis & mirabilis ſplendor vultus eius & decor,precemurque illũ verbis ſponſæ:*trahe me poſt te,& curremus in odorem.*

2. Secundum verò ſunt ſpirituales quidam effectus, quos in hominum animis, quorum cauſa fiebant mira-
In Ioannem. cula,efficiebat.nam exempli cauſa,quo tempore flagello tantam de templo multitudinem eiecit, *ſimul etiam tot millium hominum*,vt ait Origenes, *ingenia perdomuit.* Et quando eius hoſtes eum mox capturi abierunt retror-
Ioan. 18. ſum,& ceciderunt in terram, ait Auguſtinus : *Vna voce*
Tract. in *tantam turbam,odiis ferocem armiſque terribilem, ſine telo*
Ioan.112. *vllo percuſſit,repulit,ſtrauit.* aſſerunt etiam Patres Dominum, cùm curaret corpora hominum ægrotorum, ſimul etiam animabus eorum ſalutem attuliſſe:quare cùm incidunt inter meditandum huiuſmodi miraculorum narrationes,operæpretium eſt obnixè cum Domino agere,

vt rebel-

Digitized by Google

vt rebelles voluntates noſtras proſternat, vt obfirmata corda molliat, animæ ſanitatem impertiat, qua eadem liberetur à mentis cæcitate & ſurditate, ſi ea laborat, à teporis quaſi paralyſi, à tarditate progreſſionis in via perfectionis, ab innumeris aliis morbis, quibus ſubinde vexatur animus magis, quàm vulgaribus infirmitatibus corpus.

Sed imitanda à nobis eſt in cōtemplatione miraculorum, & aliaru m rerum à Chriſto mirabiliter geſtarum, Chriſti modeſtia & humilitas; ob quam grauiſſimè aliquando interdicebat hominibus, ne miraculi auctorem proderent; *Et præcepit eis*, ait S. Matthæus, *ne manifeſtum eum facerent*. Imitanda beneficentia & charitas, qua impulſus eandem miracula faciendi poteſtatem fecit diſcipulis. Imitanda liberalitas, integritas, continentia, à qua in huiuſmodi officiis, nec deduci poterat ipſe, & ſeuerè ſtatuit, ne ſe vnquam deduci ſinerent Apoſtoli: *Gratis*, ait, *accepiſtis, gratis date*. *Matt. 12.* *Mat. 10.* *Matt. 10.*

Diſcumbere. In nuptiis diſcubuit: Sed id nuptiis ſeruorum cœli Dominus, Quare ait S. Auguſtinus, *erubeſcat homo eſſe ſuperbus, quoniam factus eſt humilis Deus*. Ecce venit ad nuptias, qui cùm apud Patrem eſſet, inſtituit nuptias, & quidem ad pauperum nuptias, in quibus ipſe defuturum vinum non ignorabat. hoc ſuaſit humilitas, ampliùs charitas, quæ eum impulit ad Phariſæorum conuiuia & peccatorum: *Conueſcens enim*, vt ait S. Chryſoſtomus, *emendabat malè diſpoſitos*. Quam ob cauſam ſe aliquando vltro hoſpitem obtulit Zachæo, ac ſi diceret, vt idem ait, *Iudex non veni, ſed Medicus, ob hoc conuiua fio languentium, patiorque fœtorem, vt præſtem remedia*. Quo loco illud obſeruandum videtur, quanquam Chriſtus Dominus peccatricem mulierē ſuper mēſam ad pedum oſcula admiſerit, & poſtea ad capillorum vnctionem, & Martha etiã ſolicita fuerit in miniſtrãdo nunquã tamen permiſiſſe eum legimus, vt præter matrem ſimul cum eo ſanctæ etiam mulieres cibum ſumerent: niſi fortè in nuptiis Canæ Galilææ. Exemplũ nimirũ decori retinendi vt præbeat perfectionis ſectatoribus. Inter cœnãdum igitur peccatores cōuertebat Dominus, vt Magdalenam *Ioan. 1.* *Serm. 41. de verb. Domini.* *In Mat. cap. 9.* *Luc. 19.* *Luca 7.* *Mat. 26.*

& Zachęum: loquebaturque iis de rebus, quæ animos ad virtutem amplectendam accenderent: quare etiam ad inuitatos parabolam direxit, & ſuis hoſpitibus rectè viuendi præcepta tradidit. Sed quæ illa humilitas, paternàve ſolicitudo & cura, quam oſtendit, cùm iam à mortuis rediuiuus ipſe diſcipulis in piſcatione occupatis prādium parat? Si quidem ſcriptum eſt: *Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum & panem, & dicit eis Ieſus: Venite, & prandete.*

Ioan. 21.

Sedere. Sedet Chriſtus Dominus, ſuadente charitate, vt ſedens faciliùs inueniretur à turbis, illiſque præſtò eſſet: Exiēs enim de domo, dicit Euang. *ſedebat ſecus mare, & congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ.* Sedet igitur, vt doceat vel publicè: *Quotidie apud vos ſedebam, docens in templo.* Vel priuatim, vt cum diſcipulis familiariter agat, & ex humili loco humilitatem doceat: *Et reſidens,* ait S. Marcus, *vocauit duodecim, & ait illis, ſi quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & omnium miniſter.* Sic etiam cum ſediſſet in monte, docebat diſcipulos ſuos, dicens: *beati pauperes ſpiritu.* Sedit etiam aliquando bonas mortalium actiones contemplans, & ex eis quaſi ædificationem & lætitiam capiens: *Et ſedens Ieſus contra gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactabat æs, & multi diuites iactabant multa.* Denique ſedit humiliter ſemper qui venerat debellaturus hoſtem, qui auſus erat ſedere in Aquilone. Ideo de eo dicitur: *Aſcendens in montem, ſedebat ibi:* hoc eſt, ſuper nudam humum. Et quid plura? *Sedit ſuper aſinum.*

Mat. 13. Mat. 26. Marc. 9. Matt. 5. Matt. 15. Marc. 11. Mat. 20. & 11.

Iter facere. Religionis exemplum vt det, iter facit ad templum Dei in Hieruſalē. Nec vnquam legitur aſcendiſſe Hieroſolimam, quin ſimul ad templum aſcenderit, vt qui eum ſequuntur, non inuiſant aut ingrediantur ciuitates, niſi ſola Dei gloriæ cauſa, elegerat autē Dominus Hieruſalem tanquam ſuæ paſſionis & mortis theatrum. quare de illa ſæpe cogitabat, & eā ſpectbaat, vt ſui poſtremi magnique certaminis curriculum. Conſtans tamen & fortis, vt ex eo diſceremus, non ſolùm patienter Crucem ſuſtinere, ſed fortiter etiam appetere. *Factum eſt,* ait S. Lucas, *cū complerentur dies aſſumptionis eius,*

Luca 9.

ipſe

Digitized by Google

ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Hieruſalē. Quare aliquando ita in ea cogitatione defixus iter habebat Hieruſalē verſus, vt ſcripſerit S. Marc. *Præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant.* nēpe diſcipuli, *& ſequentes timebant.* Inter eundum etiā de rebus cœleſtibus cum diſcipulis ſermonem habebat, vt de paſſione ſua, & aliis: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur.* Marc. 10. Mat. 20.

Tenebatur Dominus eo deſiderio diuinæ gloriæ Euangelij publicandi, & omni hominum generi benefaciēdi, vt omnes regiones illas pedes peragrarit, ciuitates omnes, vicos, caſtella, omnem denique angulum perluſtrarit, vt æterni patris nomē peruulgaret, & omnis hominū generi vtilitatē corporis & animę adferret. Quare legimus illum ſæpe conſcendiſſe montes, deſcendiſſe in cāpeſtria, per ſata & loca deſerta iter direxiſſe, flumina, lacus, maria tranſmiſiſſe, percurriſſe maris littora, prouincias, gentiū oppida, domos priuatas penetraſſe, ipſas porticus Noſocomiorum & templi: *Nec erat prorſus, qui ſe abſconderet à calore eius, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Pſal. 18. Act. 10.

Huius autem peregrinationis circumſtantiæ conſiderentur diligenter inter meditandum. Iter enim habebat Dominus pedibus. Ecce paupertatē & humilitatem. Sedit ſemel myſterij cauſa ſuper aſellum, mundi cōtemptum humilitati iungens: Ex *itinere feſſus ſedit ſic ſupra fontem Samariæ*: Quia nec alibi habebat *vbi caput reclinaret.* In itinere eſurit: *Manè enim reuertens in ciuitatem eſuriit*, ait S. Matthæus. Sitim etiam patitur ita, vt cùm non habeat, quo expleat, eleemoſynam petat, dicens: *Da mihi bibere.* Et ad ſolatium ſeruorum ſuorum mendicantium aliquando ab ipſo publico hoſpitio excluſus eſt: quod tamen ipſe æquiſſimo tolerauit animo pro ſua inexplicabili patientia & manſuetudine. E*t non receperunt eum*, ait S. Lucas, *quia facies eius erat euntis* Hieruſalem; *cùm vidiſſent autem Iocobus & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? & conuerſus Ieſus increpauit illos, dicēs:* N*eſcitis cuius ſpiritus eſtis: filius hominis nō venit animas perdere, ſed ſaluare; & abierunt in aliud caſtellum.* Comitabātur Ioan. 4. Luca 9. Matt. 13. Ioan. 4. Luca 9. Luca 8.

autem

autem Chriſtum in itinere diſcipuli,& turba aliquando plurima,in qua etiam mulieres nobiles viſebantur: *Nullus enim ſexus*, vt ait Theophylactus, *à Chriſto excluditur,qui propter ſalutem omnium hominum carnem induerat*, *nec ab eo diſcedere ſibi tutum putabat turba*, vt innuit Euthymius,*à quo tam multa tamquam magna beneficia ad ſe quotidie deriuare cernebat.*

Exempla item virtutum & fructus ſpirituales ex nobilioribus quibuſdam Chriſti D.N. actionibus colligendi.

CAPVT X.

SVPEREST Chriſti Domini actio nobiliſſima harum omnium, quas cum S.Baſilio non laborioſas appellauimus: quæ vno nomine *Eccleſiam, fundare* dicatur. hanc operæpretium arbitror hîc breuiter attingere. Chriſtus igitur Rex & Dominus *viſitauit* Eccleſiam ſuam,*oriens ex alto*,& viſitans congregauit, & quaſi genuit,genitam aluit, ornauit,perfecit, actionibus quibuſdam præclariſſimis.

Luca. 1.

Prima actio.

Prima actio eſt Eccleſię ipſius vocatio,vocauit autem ad fidem & pœnitentiam. Quare præcipua capita prædicationis eius fuerũt duo hæc:*Credite & pœnitemini* Nec ſolum ſe natum eſſe & veniſſe in mundum ad hoc aiebat Dominus,*vt,teſtimonium praberet veritati.* ſed id ſemper conſtantiſſimè præſtitit , immo ad fidem gignendam in animis hominum miracula fecit innumera , quibus patratis illico ad aſſentiendum iis , quæ ab ipſo proponerentur, Auditores ſeſe promptiſſimos exhibebant ; tantóque feruore animi ad fidem prædicandam ferebatur, vt aliquando clamaret modeſtiſſimus Dominus : *Qui credit in me , flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.* De pœnitentia etiam,ad quam profitebatur palàm ſe veniſſe peccatores vocare, ſententiam pronunciauit ſeueriſſimam:

Ioan. 18.

Ioan. 7.

Digitized by Google

mam: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Luc.7. Luc.13.

Et quidem ad fidem vocauit Eccleſiam per *Baptiſmum*, quo etiam pœnitentibus peccata remitteret, eóque Sacramento ianuam aperiret orbi vniuerſo ad Eccleſiæ ſuæ ingreſſum. Porrò hæc vocatio diuinæ benignitatis indicium vt primùm ſic inter maxima eſt. Ea enim vocamur non ad fidem tantùm aut pœnitentiam, ſed etiam ad gratiam filiorum Dei per peccatorum remiſſionem, quo vno beneficio cumulus multorum magnorúmque Dei donorum continetur: *Non enim*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *recens baptizati ſunt tantùm liberi, ſed & ſancti; nec tantùm ſancti, ſed & iuſti; nec ſolùm iuſti, ſed & filij; nec ſolùm filij, ſed & hæredes; nec ſolùm hæredes, ſed & fratres Chriſti; nec tantùm fratres Chriſti, ſed & cohæredes; nec ſolùm cohæredes, ſed & membra; nec membra tantùm, ſed & templum; nec tantùm templum, ſed organa Spiritus. Vides quot ſint Baptiſmatis largitates? Multis quidem videtur cœleſtem gratiam in peccatorum tantùm remiſſione conſiſtere, nos autem honores computauimus decem.* Addit Baptiſmo Dominus *Confirmationis* Sacramentum: nam *quia in hoc mundo*, vt ſcribit S. Papa Melchiades, *tota ætate victuris inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt; Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt Baptiſmum confirmamur ad pugnam: in Baptiſmo abluimur, poſt Baptiſmum roboramur; & ſi continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia.* Homil. ad Neophytos. Epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ.

Quanta hîc charitas Chriſti, quanta benignitas, liberalitas, largitas ſe obiicit meditanti incolenda? quæ animi gratitudo par eſſe poterit tantis beneficiis? quàm neceſſarium, quàm æquum eſt, vt filius Dei factus homo gerat ſe pro filio? vt tyro cœleſtis militiæ adſcriptúſque numero Chriſti militum Ducis veſtigiis inhærens aduerſus hoſtes eius ſtrenuè conſtantérque dimicet? Quo loco proficiens occaſionem habet magnam vim lachrymarum profundendi, cum animo reperet ſe tanto Patri degenerem filium, tanto Duci deſertorem, & transfugam extitiſſe peccando. Inter meditandum autem cùm incidit in locum aliquem Euangelij, in quo fidei, vel ba-

ptiſmi, vel huius diuinæ adoptionis mentio ſit, immoretur meditans in recognitione diuini beneficij, ſeque excitet ad reſpondendũ in amore ei, qui tantopere dilexit nos, vt filiorum nomine dignatus ſit eos etiã, quos ipſe tamen præuidit & ingratos & rebelles aliquãdo futuros.

Secunda actio. Secunda Chriſti actio eſt, Eccleſiam, quam adoptauit & deſpondit ſibi, pauiſſe verbo, & perditam reſtituiſſe, atque fouiſſe aliis ſacramentis & donis: atq; huc ſpectãt prædicationes omnes Chriſti tã multiplices, tam variæ: in templis habitæ, in ſynagogis, in plateis, in compitis, in priuatis ædibus, in montibus & deſertis locis, in mari etiam & in nauibus: ſiquidem *docebat de nauicula turbas.* *Matt.* 13. Ad hunc locum pertinent, quæ de verbo Dei & Euangelio habemus in ſacris literis, quod à ſancto Petro *Lumen admirabile* nominatur. *1. Pet. 2.* & ſanè diuina reuelatio per verbum Dei facta Eccleſiæ tanti eſt habita ab ipſomet Chriſto, vt eam aliquando animo voluens, exultarit, & præ gaudio præruperit in eam gratiarum actionem, quæ eſt apud ſanctum Matthæum & ſanctum Lucam: *Matt.* 11. *Luc.* 10. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis.* Quibus enim in tenebris iaceremus, ſi mundo non affulſiſſet lux Euangelij?

Sed ad eandem actionem pertinent alia tria Sacramenta: *Euchariſtia*, qua ſe cibum nobis præbet & potum Saluator mundi: *Pœnitentia*, qua commiſſa poſt baptiſmum peccata remittit: *Extrema etiam vnctio*, quæ in mortis periculo conſtitutis reliquas, ſi quæ ſunt, peccatorũ maculas abſtergit: quę omnia, quàm gratitudinem, quem amorem incendere in meditantiũ animis debent?

Tertia actio. Tertia actio eſt eandem Eccleſiam ſanguine redemiſſe; antedicta enim beneficia vt in eam conferret Dominus, ſicut & alia omnia de tyranni & inuaſoris eius imperio ac poteſtate vt eriperet, oportuit. Eripuit autem ſui ſanguinis pretio. vt propterea ſicut alter Moyſes, non *Exod.* 4. alieno ſanguine, ſed proprio abundantiſſimè profuſo ſponſus ſanguinum Eccleſiæ ſuæ fuerit. ſed hæc actio poſterioris generis eſt, hoc eſt laborioſa, hîc tamen commemoranda breuiter fuit.

Digitized by Google

Quarta actio eſt eandem Eccleſiam ſibi amore perpetuo copulaſſe: *Illo*, inquam, *igne, quem miſit in terras, & voluit vehemen er accendi. Dilexit enim nos Dominus.* Eandem aluit ſpe futurorum bonorum, & quidem certiſſima. Siquidem *complacuit Patri veſtro vobis dare regnum*, & corroborauit prædictionibus quamplurimis euētuum ſecuturorum; inter quos principem locum obtinet futura carnis reſurrectio & iudicium. Hæc fuit fabrica, qua Chriſtus Eccleſiam ædificauit, & in qua ſeipſum poſuit fundamentum, *præter quod non poni po eſt aliud, quàm quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Quare fundauit Eccleſiam meritò ſanguinis ſui Religione hoc eſt, cultu Dei, & Chriſti, fide, & ſpe, & charitate in Deū & proximum, & obedientiam mandatorum. Et diſceſſurus ad Patrem, non reliquit orphanos Apoſtolos & Eccleſiam, ſed Spiritu ſancto miſſo de cœlo eam conſolatus, ſubſtituit ſibi Vicarium in terris Petrum Apoſtolorum principem, & Petri ſucceſſorem Romanum Pontificem, cùm dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Et iterum: *Paſce oues meas*, præſertim cum priuilegio fidei nunquam amittendæ, *Rogaui enim pro te Petre, vt non deficiat fides tua*, dixit Chriſtus; qua dignitate, poteſtate, & gratia quid excogitari poteſt excellentius? ſi igitur inter meditandum occurrat hoc beneficium, magna ſeges erit maximarum cogitationum & optimarum animi affectionum, quis enim erga eum non afficiatur animo, qui & ſeipſum nobis tradidit, & ſuam etiam auctoritatem & maieſtatem ad hominum vtilitatem tranſtulit in hominem? quis ei ſe planè non dedicet, quem tantorum munerum largitorem tam liberalem intelligit: Sacerdotium ſummum ſummo roborauit & ornauit ſacrificio Miſſæ, eodem ipſo, quanquam incruento, quo ſe in cruce obtulit immaculatum Deo.

Quarta actio. *Luc. 12.* *Apoc. 1.* *Luc. 12.* *1. Cor. 3.* *Matt. 16* *Ioan. 21.* *Luc. 22.*

Ad ſacerdotium & ſacrificium Hierarchiam Eccleſiaſticam inſtituit cœleſti perſimilem, quæ beneficio ſacramenti *Ordinis* Chriſto ſupremo Hierarchæ conſecrata in varios gradus & ordines diſtributa, Eccleſiæ faciem pulcherrimam reddit, ſuum etiam bonum populis laicis impatiens ſacramenti *Matrimonij* inſtitutione

Digitized by Google

& dono, quo nuptias Chriſtianas quaſi ſacrari mandauit, vt ita exhiberet ſibi vndiquaque glorioſam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam. Eandem ſanctiſſimis legibus & inſtitutis comminuit, quippe quibus cautum voluit hominibus, non ſolùm à flagitiis & peccatis, quæ ſub aſpectum hominum, cùm cadant ab hominibus vindicantur; ſed ab iis etiam criminibus, quæ voto animóve commiſſa intra conſcientiæ latebras occultantur, & ſoli Deo nota cùm ſint, eius ſolius iudicio & ſeueritati reſeruantur: quæ ſanctitas propria eſt euangelicarum legum, quæ vt ait Propheta, *animas*
Pſal. 18. *conuertunt.*

Adornauit prætereà Eccleſiam ſuam Chriſtus perfectioribus illis ſanctionibus atque conſiliis, atque paucos illos, qui capere poſſunt, inuitat quidem, non tamen cogit, Paupertate, ſcilicet, Caſtitate, & Obedientia: quibus cœleſtibus ornamentis adeò ſpecioſam illuſtrémque reddidit Eccleſiam, vt cùm Angelica Hierarchia de ordine & pulchritudine penè certet. Denique amantiſſimus ſponſus, à terris diſcedens in cœlos, pollicitus eſt ſe
Matt. 28 cum Eccleſia futurum ſemper *vſque ad ſeculi conſummationem*, Quid hac prouidentia præclarius? quid ſanctius? quid diuinius? nempe omnipotens eſt, qui hæc potuit; ſummè ſapiens, qui diſpoſuit: infinitè bonus, qui voluit & fecit abundantius, quàm vel dicere vel intelligere poſſunt Angeli, nedum nos abiectiſſimi homunciones.

Actionum internarum Chriſti Domini nonnulla virtutum exempla.

CAPVT XI.

IN hoc numero actionum, quas non laborioſas nominat S. Baſilius, cenſentur actiones internæ Domini: de quibus propterea etiam pauca dicenda ſunt, non de omnibus quidé, ſed de gaudio, ira, zelo, pauore, & triſtitia. Sunt quippe hæ præ-

cipuæ

cipuæ, & ad propoſitam exemplorum conſiderationem maximè pertinent.

Gaudium & exultatio. Fructum Spiritus ſancti fuiſſe gaudium, quod fuit in Chriſto, ſcribunt Patres in Euangelium S. Lucæ. Obſeruandum autem eſt, quibus locis deſcribitur Dominus gaudens aut exultans, ibidem ſignificari eum hunc affectũ ſuſcepiſſe non tam ſui quàm Apoſtolorum & noſtri cauſa: *Lazarus*, inquit, *mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi.* Et cùm reuerſi eſſent ſeptuaginta cum gaudio, quòd dæmonia ſubiicerentur illis, poſtquam paterna monitione eos ab inanis gloriæ periculo auertiſſet, in illa hora ait S. Lucas: *Exultauit in Spiritu ſancto, & dixit: Confiteor tibi Pater. Amator hominum.* ſcripſit S. Cyrillus, *gaudet de horũ conuerſione, videns plurimos per Apoſtolos cõuertendos.* Et Theophylactus: *Exultat*, inquit, *quia tantis bonis Apoſtoli facti ſunt digni.* Auctor igitur & parens Chriſti lætitiæ eſt amor & charitas. abſit igitur inuidentia, quæ propter aliorum bona noſtris paria aut ſimilia tam facilè ſuſcipitur ab hominibus, ſed nec exultemus gaudio, niſi in Spiritu ſancto, & eo ſolo, quem gignit amor Dei & proximi, qui cùm moderatiſſimus ſit, eſt etiam ab omni leuitate remotiſſimus. quare quem exultaſſe aliquando Dominum Ieſum legimus riſiſſe nuſquam reperimus. Luc. 10. Ioan. 11. Luc. 10. S. Thomas in Catena.

Ira & zelus appetitus vindictæ, ait S. Thomas, *aliquãdo eſt cum peccato. quando ſcilicet aliquis vindictam quærit abſque rationis ordine: & ſic ira in Chriſto eſſe non potuit: huiuſmodi enim dicitur ira per vitium. Quandoque talis appetitus eſt ſine peccato: immò eſt laudabilis, puta cum aliquis appetit vindictam ſecundùm ordinem iuſtitiæ, & hæc vocatur ira per zelum.* hoc ſanctiſſimo exarſit zelo Dominus, cùm eiecit de templo ementes & vendentes: quod ſancto Hieronymo viſum eſt *mirabilius ſignũ, quàm transfiguratio cum voce Patris, quàm curatio cæci nati, quàm denique ipſamet Lazari ſuſcitatio.* vt intelligeremus, quàm oderit Dominus iniquitates & peccata, ea præſertim quæ in locis Deo dicatis & à perſonis ſacris aduerſus Deum & homines committuntur, quando ad huiuſmodi ſcelera pro- 3. part. q. 15. ar. 9. Matt. 21. Ioan. 11.

ſliganda quaſi vires diuinitatis exeruit, quæ, vt idem ait, *In hoc ipſo facinore, in eius facie relucebat.*

Marc. 3. Legitur igitur iratus Dominus apud ſanctum Marcum, iræ autem cauſam dederunt homines Iudæi in peccato obdurati: ita vt diuinum lumen, quod à Chriſto per prædicationem & miracula in eorum animis copioſiſſime affulgebat, non admitterent. *Et circumſpiciens eos cum ira*, ait, *contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum*: Ex quo perſpicuum eſt, quàm deteſtabilis Deo ſit in peccandi conſuetudine obſtinata perſeuerantia; præſertim coniuncta cum rebellione à lumine diuino, cùm id peccator iniurioſè repellit: hæc enim eſt cæcitas cordis, quam ſolet vt plurimum ſequi certa ruina: quòd rarò peccatores huiuſmodi reſipiſcere ſoleant. Hæc primùm fletum ciet *Luca 19.* Domino, qui propterea *videns ciuitatem fleuit ſuper illam.* poſtea verò etiam iram & vindictam.

Mar. 10. *Indigne etiam tulit* Saluator diſcipulos amouere eos, qui paruulos Chriſto offerebant, vt eos tangeret, dixitque propterea illis: *Sinite paruulos venire ad me.* Sanctus *Homil. in Mat. 32. Incerti.* Chryſoſtomus eſt auctor, id Apoſtolos feciſſe, quòd exiſtimarent *tanto viro, quantus erat Dominus, ex huiuſmodi paruulorum oblationibus iniuriam fieri*: quare arcebant dignitatis Chriſti cauſa: iraſcitur igitur Dominus, quòd illi adimant Apoſtoli occaſionem humilitatis exercendæ: quare vt mundanum calcaret honorem, non ſolùm admiſit infantes in conſpectum, ſed accepit, & in vlnis tenuit. Obſeruent etiam illi, qui facilè auertunt adoleſcentes ab obſequio congreſſuque Chriſti, ne indignationem Domini aduerſum ſe concitent: etiamſi bono id zelo faciant, eodémque ipſo, quo Apoſtoli.

Mat. 26. Mar. 14. Luca 22.

Fauor, metúſve, & triſtitia. His affectionibus maximè imitari voluit Dominus in horto Gethſemani: quando (vt Euangeliſtæ tradunt) *cœpit pauere, tædere, & mœſtus eſſe, & fieri in agonia* ad vſque ſudorem ſanguinis. Cuius cauſa *condeſcenſio* nominata eſt à ſancto Bonauentura præſertim, de qua ſic ſcribit idem Doctor: *Condeſcenſio Chriſti, qua membris ſuis condeſcendebat infirmis & imperfectis, ex ſublimitate procedebat profectiſsimæ charitatis: ſicut enim humanam aſſumendo naturam, in noſtris quidem factus*

In Apologia pauperum, part. 2. artic. 2.

Digitized by Google

ſt humilis,ſed in propriis permanſit excelſus, ſic & ſumma charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtra imbecillitati & imperfectioni conformes deprimitur, & à ſumma perfectionis rectitudine non curuatur. hanc oſtendit in multis rebus Dominus: ſic enim ſcribit ſanctus Chryſoſtomus: *Vides*, inquit, *quanta eſt Chriſti in condeſcenſione diligentia? ſicut cum comedat & bibat, cùm videatur ex aduerſo Ioanni faciens, & hac Iudæorum ſalutis gratia facit, magis autem orbis terrarum vniuerſi.* Inſigniter verò condeſcenſionis exemplum in prædicta animi anguſtia dedit, vt ibidem fusè docet ſanctus Bonauentura, Patrum profetẽs teſtimonia. ſanctus enim Auguſtinus ſic habet: *Cùm videret Chriſtus multos promptos & gaudentes ituros eſſe ad paſſionis martyrium, exultaturos in ipſa paſsione fortes, centenarios, maturos ad horreum, tamen infirmorum quorũdam, quos videbat poſſe conturbari ventura paſſione, ne deficerent, ſed potiùs voluntatem humanam voluntati creatoris coniungerent, ipſorum perſonam voluit ſuſcipere in paſſione, dicens: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, condeſcenſionem autem hanc maximum fuiſſe argumentum eius infinitæ pietatis ſummæque charitatis, explicant inprimis S. Ambroſius & S. Bernardus. ille quidem ſic: *Errant in hoc loco, qui triſtitiam Saluatoris ad argumentum inolitæ potiùs à principio, quam ſuſceptæ ad tempus infirmitatis inclinant: & naturalis ſenſus cupiunt detorquere ſententia. nuſquam magis pietatem eius maieſtatémque demiror, minus enim mihi contulerat, niſi meum ſuſcepiſſet affectum.* Hic verò ſic: *Si fieri poteſt tranſeat à me calix iſte: Agnoſco*, inquit, *in belli duce puſillanimorum trepidationem, agnoſco ægroti vocem in medico, agnoſco infirmantem gallinam cum pullis. Conſidero charitatem: ſtupeo dignationem, & expaueſco humilitatem miſericors Dominus non B. Andreæ robuſtum ſibi ſumpſit affectum: quia non eſt ſanis opus medicus, ſed malè habentibus: & ſi quem dignatio tanta ſcandalizet, planè meretur audire: An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? huic enim odor vitæ in mortem eſt. Quid enim magnum fuit, Domine IESV, ſi accedente mortis hora, propter quam veneras, intrepidus ſtares, tanquam qui poteſtatem habebas ponendi animam tuam, & nemo tollebat eam à te? aut non*

Homil. 27. ſuper. Matth.

Super Pſal. 103.

Cõment. in Lucam lib. 10. cap. 22.

In Ser. de B. And. Apoſtolo.

Mat. 20.

hominum peccata, in quibus numerantur & mea: ad quæ delenda iam tum deſtinabantur caro & ſanguis filij Dei & filij virginis. Quis item, aut quæ illa virgo eſt, ad quam tantus nuntius deſtinatur. *Ad virginem*, ait, *deſponſatam viro de domo Dauid, & nomen virginis Maria, gratia plena*, & cui dicit Gabriel: *Dominus tecum*, hoc eſt, ait ſancti Auguſtini gloſſa, *tecum magis, quàm mecum*, vt videlicet ex tanta gratiæ plenitudine non ſolùm ipſa ſanctiſſima & Deo chariſſima redderetur, ſed in nos etiam aliquid redundaret. Mater Dei, *paries filium*. Et: *Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei*. ancilla denique Domini. nam ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Vide*, ait ſanctus Ambroſius, *humilitatem: ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promiſſo eſt*. Quid. *Aue, gratia plena, Dominus tecum*. Vbi? in virginis cubiculo: *Sola*, inquit idem, *in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret*. Quibus auxiliis? ſalutatione Angeli; cuius congreſſus cum virgine modeſtiſſimus Angelicóque pudore & reuerentia pleniſſimus fuit. Quare poſt ſalutationem ſiluit Angelus, tacentéque virgine, & pro prudẽtia ſumma, qua prædita erat, cogitante, *qualis eſſet illa ſalutatio*: tum demum ſermonem repetiit, timorem excuſſit, conceptionem filij Dei integra virginitate Matris futuram dixit & confirmauit. Cur? vt obtineret à virgine conſenſum: quem virgo, audita Dei voluntate, præſtitit liberaliter, dicens? *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Nec aliud à virgine adeò ad obſequendum parata expectandum fuit. Quomodo? Verbis Angeli quidem, ſed diuino primum ore pronunciatis: *Aue, gratia plena, Dominus tecum*. Quando? *ad virginem iam deſponſatam*. vt ea ratione omnis iuſtæ calumniæ occaſio præuerteretur.

Lib. 2. in Luc. initio.

Natiuitatis myſterium eodem modo diſtingui poteſt cogitatione inter meditandum. Quis? primogenitus virginis. Quid? naſcitur de virgine, *Et peperit filium ſuum primogenitũ*, Vbi? *in Bethlehem Iuda*. In ſtabulo: *& reclinauit eum in præſepio; quia non erat ei locus in diuerſorio*, Quibus auxiliis? diuino auxilio, quo præſente, non alio

Luca 2.

opus

opus fuit. Cur? ob Patris gloriam, ob id Angeli. *Gloria in* *Iſaiæ 9.*
altiſsimis Deo. Et ob hominis ſummum bonum. nam
paruulus natus eſt nobis. Quomodo? ſalua matris virgini-
tate, ac ſine eiuſdem vel minimo doloris ſenſu. Quando?
Intempeſtæ noctis ſilentio, media hyeme, & *cùm exiit*
edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus or-
bis. Atque hæc eſt ratio ſatis facilis & accommodata ad
contemplanda myſteria omnia vitæ, paſſionis, reſurre-
ctionis, & Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod
niſi breuitati ſtudendum eſſet, exemplis aliis adhuc o-
ſtendi facilè poſſet.

Tertium præceptum eſt. Actiones contrarias Chriſti, *Tertium*
quamuis pugnare inter ſe videantur, eſſe nihilominus *præceptũ.*
virtutis regulas, ſicut & alias: nullam enim actionem
excepit S. Baſilius, & vniuersè S. Auguſtinus affirmat, *Lib. de*
totam Chriſti vitam diſciplinam morum fuiſſe. Ex omnibus *vera re-*
igitur exempla virtutum à nobis colligenda ſunt: & qui- *ligione, c.*
dem, vt ego arbitror, ex ſingulis omnia ſi ij eſſemus, qui *16.*
ea ſciremus eruere. Certè ex ſingulis aliqua. Et hæc cu-
ra minimè negligenda eſt meditanti. *Ad ſanandum Re-*
guli filium Dominus venire noluit, ſcribit S. Anſelmus, *ne* *In Matt.*
diuitias honoraſſe videretur, at ne conditionem ſpreuiſſe ſer- *cap. 8.*
uilem, ad Centurionis famulum mox ire conſenſit. Clamat *Ioan. 7.*
in templo ex charitatis feruore, & ſalutis animarum ze-
lo: & tamen prædictum de eo fuerat, & refertur in E-
uangelio, *non contendet neque clamabit*: ad oſtendendam *Mat. 12.*
videlicet eius inſignem patientiam & manſuetudinem.
Arguit Petrum acriter cùm magiſtrum reuocat à mor- *Matt. 16.*
tis cogitatione, vt reprehenſionem acrem adhibendam
ſciant Patres, cùm filij grauiter labuntur & impediunt
diuinam gloriam aut bonum publicum: præſertim ſi
eam ij ferre poſſint, vt Petrus. Nec tamen quicquam *Ioan. 11.*
loquitur aduerſus Thomam id ſimiliter optantem,
verbiſque ſignificantem non obſcurè, vt doceat Re-
ctores hominum diſſimulare in tempore errata ſibi
ſubiectorum, vt alio tempore commodiùs corrigant.
Quæſitu dignum eſt, ait S. Chryſoſtomus, *qua gratia adeò* Hom. 22
Chriſtus indignatus eſt, aduerſus vendentes & ementes in *in Ioan.*
templo, & maximè cum aliàs iniuriis cõtumeliiſque affectus,

Digitized by Google

& Zachęum:loquebaturque iis de rebus,quæ animos ad virtutem amplectendam accenderent: quare etiam ad inuitatos parabolam direxit,& ſuis hoſpitibus rectè viuendi præcepta tradidit. Sed quæ illa humilitas, paternáve ſolicitudo & cura,quam oſtendit, cùm iam à mortuis rediuiuus ipſe diſcipulis in piſcatione occupatis prãdium parat? Si quidem ſcriptum eſt: *Vt ergo deſcenderunt in terram,viderunt prunas poſitas,& piſcem ſuperpoſitum & panem,& dicit eis Ieſus: Venite,& prandete.*

Ioan.21.

Sedere. Sedet Christus Dominus, ſuadente charitate, vt ſedens faciliùs inueniretur à turbis, illiſque præſtò eſſet: Exiẽs enim de domo, dicit Euang. *ſedebat ſecus mare,& congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ.* Sedet igitur, vt doceat vel publicè: *Quotidie apud vos ſedebam, docens in templo.* Vel priuatim,vt cum diſcipulis familiariter agat, & ex humili loco humilitatem doceat: *Et reſidens,* ait S. Marcus, *vocauit duodecim, & ait illis, ſi quis vult primus eſſe,erit omnium nouiſſimus,& omnium miniſter.* Sic etiam cum ſediſſet in monte, docebat diſcipulos ſuos, dicens: *beati pauperes ſpiritu.* Sedit etiam aliquando bonas mortalium actiones contemplans,& ex eis quaſi ædificationem & lætitiam capiens: *Et ſedens Ieſus contra gazophylacium,aſpiciebat quomodo turba iactabat æs, & multi diuites iactabant multa.* Denique ſedit humiliter ſemper qui venerat debellaturus hoſtem, qui auſus erat ſedere in Aquilone. Ideo de eo dicitur: *Aſcendens in montem, ſedebat ibi:* hoc eſt,ſuper nudam humum. Et quid plura? *Sedit ſuper aſinum.*

Mat.13. Mat. 26. Marc. 9. Matt. 5. Matt.15. Marc.11. Mat.20. & 11.

Iter facere. Religionis exemplum vt det,iter facit ad templum Dei in Hieruſalẽ. Nec vnquam legitur aſcendiſſe Hieroſolimam,quin ſimul ad templum aſcenderit, vt qui eum ſequuntur,non inuiſant aut ingrediantur ciuitates,niſi ſola Dei gloriæ cauſa, elegerat autẽ Dominus Hieruſalem tanquam ſuæ paſſionis & mortis theatrum.quare de illa ſæpe cogitabat,& eã ſpectbaat, vt ſui poſtremi magnique certaminis curriculum. Conſtans tamen & fortis,vt ex eo diſceremus, nonſolùm patienter Crucem ſuſtinere, ſed fortiter etiam appetere. *Factum eſt,* ait S.Lucas, *cũ complerentur dies aſſumptionis eius,*

Luca 9.

ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Hieruſalẽ. Quare aliquando ita in ea cogitatione defixus iter habebat Hieruſalẽ verſus, vt ſcripſerit S. Marc. *Præcedebat illos Ieſus, & ſtupebant.* nẽpe diſcipuli, *& ſequentes timebant.* Inter eundum etiã de rebus cœleſtibus cum diſcipulis ſermonem habebat, vt de paſſione ſua, & aliis: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur.* Marc. 10. Mat. 20.

Tenebatur Dominus eo deſiderio diuinæ gloriæ Euangelij publicandi, & omni hominum generi benefaciẽdi, vt omnes regiones illas pedes peragrarit, ciuitates omnes, vicos, caſtella, omnem denique angulum perluſtrarit, vt æterni patris nomẽ peruulgaret, & omnis hominũ generi vtilitatẽ corporis & animę adferret. Quare legimus illum ſæpe conſcendiſſe montes, deſcendiſſe in cãpeſtria, per ſata & loca deſerta iter direxiſſe, flumina, lacus, maria tranſmiſiſſe, percurriſſe maris littora, prouincias, gentiũ oppida, domos priuatas penetraſſe, ipſas porticus Noſocomiorum & templi: *Nec erat prorſus, qui ſe abſconderet à calore eius, qui pertranſiit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos à diabolo.* Pſal. 18. Act. 10.

Huius autem peregrinationis circumſtantiæ conſiderentur diligenter inter meditandum. Iter enim habebat Dominus pedibus. Ecce paupertatẽ & humilitatem. Sedit ſemel myſterij cauſa ſuper aſellum, mundi cõtemptum humilitati iungens: *Ex itinere feſſus ſedit ſic ſupra fontem Samariæ:* Quia nec alibi habebat *vbi caput reclinaret.* In itinere eſurit: *Manè enim reuertens in ciuitatem eſuriit*, ait S. Matthæus. Sitim etiam patitur ita, vt cùm non habeat, quo expleat, eleemoſynam petat, dicens: *Da mihi bibere.* Et ad ſolatium ſeruorum ſuorum mendicantium aliquando ab ipſo publico hoſpitio excluſus eſt: quod tamen ipſe æquiſſimo tolerauit animo pro ſua inexplicabili patientia & manſuetudine. *Et non receperunt eum*, ait S. Lucas, *quia facies eius erat euntis Hieruſalem; cùm vidiſſent autem Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicamus, vt ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? & conuerſus Ieſus increpauit illos, dicẽs: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis: filius hominis nõ venit animas perdere, ſed ſaluare; & abierunt in aliud caſtellum.* Comitabãtur Ioan. 4. Luca 9. Matt. 13. Ioan. 4. Luca 9. Luca 8.

autem

autem Chriſtum in itinere diſcipuli, & turba aliquando plurima, in qua etiam mulieres nobiles viſebantur: *Nullus enim ſexus*, vt ait Theophylactus, *à Chriſto excluditur, qui propter ſalutem omnium hominum carnem induerat*, *nec ab eo diſcedere ſibi tutum putabat turba*, vt innuit Euthymius, *à quo tam multa támquam magna beneficia ad ſe quotidie deriuare cernebat*.

Exempla item virtutum & fructus ſpirituales ex nobilioribus quibuſdam Christi D. N. actionibus colligenda.

CAPVT X.

SVPEREST Chriſti Domini actio nobiliſſima harum omnium, quas cum S. Baſilio non laborioſas appellauimus: quæ vno nomine *Eccleſiam*, *fundare* dicatur. hanc operæpretium arbitror hîc breuiter attingere. Chriſtus igitur Rex & Dominus *viſitauit* Eccleſiam ſuam, *oriens ex alto*, & viſitans congregauit, & quaſi genuit, genitam aluit, ornauit, perfecit, actionibus quibuſdam præclariſſimis. *Luca 1.*

Prima actio. Prima actio eſt Eccleſię ipſius vocatio, vocauit autem ad fidem & pœnitentiam. Quare præcipua capita prædicationis eius fuerũt duo hæc: *Credite & pœnitemini* Nec ſolum ſe natum eſſe & veniſſe in mundum ad hoc aiebat Dominus, *vt testimonium præberet veritati*. ſed id ſemper conſtantiſſimè præſtitit, immo ad fidem gignendam in animis hominum miracula fecit innumera, quibus patratis illico ad aſſentiendum iis, quæ ab ipſo proponerentur, Auditores ſeſe promptiſſimos exhibebant; tantóque feruore animi ad fidem prædicandam ferebatur, vt aliquando clamaret modeſtiſſimus Dominus: *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ*. De pœnitentia etiam, ad quam profitebatur palàm ſe veniſſe peccatores vocare, ſententiam pronunciauit ſeueriſſi- *Ioan. 18.* *Ioan. 7.*

mam:

mam: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* *Luc. 7.*

Et quidem ad fidem vocauit Eccleſiam per *Baptiſmum*, quo etiam pœnitentibus peccata remitteret, eóque Sacramento ianuam aperiret orbi vniuerſo ad Eccleſiæ ſuæ ingreſſum. Porrò hæc vocatio diuinæ benignitatis indicium vt primùm ſic inter maxima eſt. Ea enim vocamur non ad fidem tantùm aut pœnitentiam, ſed etiam ad gratiam filiorum Dei per peccatorum remiſſionem, quo vno beneficio cumulus multorum magnorúmque Dei donorum continetur: *Non enim*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *recens baptizati ſunt tantùm liberi, ſed & ſancti; nec tantùm ſancti, ſed & iuſti; nec ſolùm iuſti, ſed & filij; nec ſolùm filij, ſed & hæredes; nec ſolùm hæredes, ſed & fratres Chriſti; nec tantùm fratres Chriſti, ſed & cohæredes; nec ſolùm cohæredes, ſed & membra; nec membra tantùm, ſed & templum; nec tantùm templum, ſed organa Spiritus. Vides quot ſint Baptiſmatis largitates? Multis quidem videtur cœleſtem gratiam in peccatorum tantùm remiſſione conſiſtere, nos autem honores computauimus decem.* Addit Baptiſmo Dominus *Confirmationis* Sacramentum: nam *quia in hoc mundo*, vt ſcribit S. Papa Melchiades, *tota ætate victuris inter inuiſibiles hoſtes & pericula gradiendum eſt; Baptiſmo regeneramur ad vitam, poſt Baptiſmum confirmamur ad pugnam: in Baptiſmo abluimur, poſt Baptiſmum roboramur; & ſi continuò tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia.*

Luc. 13.

Homil. ad Neophytos.

Epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ.

Quanta hìc charitas Chriſti, quanta benignitas, liberalitas, largitas ſe obiicit meditanti incolenda? quæ animi gratitudo par eſſe poterit tantis beneficiis? quàm neceſſarium, quàm æquum eſt, vt filius Dei factus homo gerat ſe pro filio? vt tyro cœleſtis militiæ adſcriptúſque numero Chriſti militum Ducis veſtigiis inhærens aduerſus hoſtes eius ſtrenuè conſtantérque dimicet? Quo loco proficiens occaſionem habet magnam vim lachrymarum profundendi, cum animo repetet ſe tanto Patri degenerem filium, tanto Duci deſertorem, & transfugam extitiſſe peccando. Inter meditandum autem cùm incidit in locum aliquem Euangelij, in quo fidei, vel ba-

ptiſmi, vel huius diuinæ adoptionis mentio fit, immoretur meditans in recognitione diuini beneficij, ſeque excitet ad reſpondendũ in amore ei, qui tantopere dilexit nos, vt filiorum nomine dignatus ſit eos etiã, quos ipſe tamen præuidit & ingratos & rebelles aliquãdo futuros.

Secunda actio. Secunda Chriſti actio eſt, Eccleſiam, quam adoptauit & deſpondit ſibi, pauiſſe verbo, & perditam reſtituiſſe, atque fouiſſe aliis ſacramentis & donis: atq; huc ſpectãt prædicationes omnes Chriſti tã multiplices, tam variæ: in templis habitæ, in ſynagogis, in plateis, in compitis, in priuatis ædibus, in montibus & deſertis locis, in mari etiam & in nauibus: ſiquidem *docebat de nauicula turbas.* *Matt. 13.* Ad hunc locum pertinent, quæ de verbo Dei & Euangelio habemus in ſacris literis, quod à ſancto Petro *Lumen admirabile* nominatur. *1. Pet. 2.* & ſanè diuina reuelatio per verbum Dei facta Eccleſiæ tanti eſt habita ab ipſomet Chriſto, vt eam aliquando animo voluens, exultarit, & præ gaudio præruperit in eam gratiarum actionem, quæ eſt apud ſanctum Matthæum & ſanctum Lucam: *Matt. 11. Luc. 10.* *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis.* Quibus enim in tenebris iaceremus, ſi mundo non affulſiſſet lux Euangelij?

Sed ad eandem actionem pertinent alia tria Sacramenta: *Eucharistia*, qua ſe cibum nobis præbet & potum Saluator mundi: *Pœnitentia*, qua commiſſa poſt baptiſmum peccata remittit: *Extrema etiam vnctio*, quæ in mortis periculo conſtitutis reliquas, ſi quæ ſunt, peccatorũ maculas abſtergit: quę omnia, quàm gratitudinem, quem amorem incendere in meditantiũ animis debent?

Tertia actio. Tertia actio eſt eandem Eccleſiam ſanguine redemiſſe; antedicta enim beneficia vt in eam conferret Dominus, ſicut & alia omnia de tyranni & inuaſoris eius imperio ac poteſtate vt eriperet, oportuit. Eripuit autem ſui ſanguinis pretio, vt propterea ſicut alter Moyſes, non alieno ſanguine, ſed proprio abundantiſſimè profuſo ſponſus ſanguinum Eccleſiæ ſuæ fuerit. *Exod. 4.* ſed hæc actio poſterioris generis eſt, hoc eſt laborioſa, hîc tamen commemoranda breuiter fuit.

Quarta

Quarta actio eſt eandem Eccleſiam ſibi amore per- *Quarta actio.*
petuo copulaſſe: *Illo*, inquam, *igne, quem miſit in terras, & voluit vehemen er accendi. Dilexit enim nos Dominus.* *Luc.* 12. *Apoc.* 1. Eandem aluit ſpe futurorum bonorum, & quidem certiſſima. Siquidem *complacuit Patri veſtro vobis dare regnum,* *Luc.* 12. & corroborauit prædictionibus quamplurimis euétuum ſecuturorum; inter quos principem locum obtinet futura carnis reſurrectio & iudicium. Hæc fuit fabrica, qua Chriſtus Eccleſiam ædificauit, & in qua ſeipſum poſuit fundamentum, *præter quod non poni po eſt aliud, quàm quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* 1. *Cor.* 3. Quare fundauit Eccleſiam meritò ſanguinis ſui Religione hoc eſt, cultu Dei, & Chriſti, fide, & ſpe, & charitate in Deũ & proximum, & obedientiam mandatorum. Et diſceſſurus ad Patrem, non reliquit orphanos Apoſtolos & Eccleſiam, ſed Spiritu ſancto miſſo de cœlo eam conſolatus, ſubſtituit ſibi Vicarium in terris Petrum Apoſtolorum principem, & Petri ſucceſſorem Romanum Pontificem, cùm dixit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* *Matt.* 16 Et iterum: *Paſce oues meas,* *Ioan.* 21. præſertim cum priuilegio fidei nunquam amittendæ, *Rogaui enim pro te Petre, vt non deficiat fides tua,* *Luc.* 22. dixit Chriſtus; qua dignitate, poteſtate, & gratia quid excogitari poteſt excellentius? ſi igitur inter meditandum occurrat hoc beneficium, magna ſeges erit maximarum cogitationum & optimarum animi affectionum, quis enim erga eum non afficiatur animo, qui & ſeipſum nobis tradidit, & ſuam etiam auctoritatem & maieſtatem ad hominum vtilitatem tranſtulit in hominem? quis ei ſe planè non dedicet, quem tantorum numerum largitorem tam liberalem intelligit: Sacerdotium ſummum ſummo roborauit & ornauit ſacrificio Miſſæ, eodem ipſo, quanquam incruento, quo ſe in cruce obtulit immaculatum Deo.

Ad ſacerdotium & ſacrificium Hierarchiam Eccleſiaſticam inſtituit cœleſti perſimilem, quæ beneficio ſacramenti *Ordinis* Chriſto ſupremo Hierarchæ conſecrata in varios gradus & ordines diſtributa, Eccleſiæ faciem pulcherrimam reddit, ſuum etiam bonum populis laicis impatiens ſacramenti *Matrimonij* inſtitutione

Digitized by Google

& dono, quo nuptias Chriſtianas quaſi ſacrari mandauit, vt ita exhiberet ſibi vndiquaque glorioſam Eccleſiam non habentem maculam neque rugam. Eandem ſanctiſſimis legibus & inſtitutis comminuit, quippe quibus cautum voluit hominibus, non ſolùm à flagitiis & peccatis, quæ ſub aſpectum hominum, cùm cadant ab hominibus vindicantur; ſed ab iis etiam criminibus, quæ voto animóve commiſſa intra conſcientiæ latebras occultantur, & ſoli Deo nota cùm ſint, eius ſolius iudicio & ſeueritati reſeruantur: quæ ſanctitas propria eſt euangelicarum legum, quæ vt ait Propheta, *animas*
Pſal. 18. *conuertunt*.

Adornauit prætereà Eccleſiam ſuam Chriſtus perfectioribus illis ſanctionibus atque conſiliis, atque paucos illos, qui capere poſſunt, inuitat quidem, non tamen cogit, Paupertate, ſcilicet, Caſtitate, & Obedientia: quibus cœleſtibus ornamentis adeò ſpecioſam illuſtrémque reddidit Eccleſiam, vt cùm Angelica Hierarchia de ordine & pulchritudine penè certet. Denique amantiſſimus ſponſus, à terris diſcedens in cœlos, pollicitus eſt ſe
Matt. 28 cum Eccleſia futurum ſemper *vſque ad ſæculi conſummationem*, Quid hac prouidentia præclarius? quid ſanctius? quid diuinius? nempe omnipotens eſt, qui hæc potuit; ſummè ſapiens, qui diſpoſuit: infinitè bonus, qui voluit & fecit abundantius, quàm vel dicere vel intelligere poſſunt Angeli, nedum nos abiectiſſimi homunciones.

Actionum internarum Chriſti Domini nonnulla virtutum exempla.

CAPVT XI.

IN hoc numero actionum, quas non laborioſas nominat S. Baſilius, cenſentur actiones internæ Domini: de quibus propterea etiam pauca dicenda ſunt, non de omnibus quidē, ſed de gaudio, ira, zelo, pauore, & triſtitia. Sunt quippe hæ præ-

cipuæ

Digitized by Google

cipuæ, & ad propoſitam exemplorum conſiderationem maximè pertinent.

Gaudium & exultatio. Fructum Spiritus ſancti fuiſſe gaudium, quod fuit in Chriſto, ſcribunt Patres in Euangelium S. Lucæ. Obſeruandum autem eſt, quibus locis deſcribitur Dominus gaudens aut exultans, ibidem ſignificari eum hunc affectũ ſuſcepiſſe non tam ſui quàm Apoſtolorum & noſtri cauſa: *Lazarus,* inquit, *mortuus eſt, & gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi.* Et cùm reuerſi eſſent ſeptuaginta cum gaudio, quòd dæmonia ſubiicerentur illis, poſtquam paterna monitione eos ab inanis gloriæ periculo auertiſſet, in illa hora ait S. Lucas: *Exultauit in Spiritu ſancto, & dixit: Confiteor tibi Pater. Amator hominum.* ſcripſit S. Cyrillus, *gaudet de horũ conuerſione, videns plurimos per Apoſtolos cõuertendos.* Et Theophylactus: *Exultat,* inquit, *quia tantis bonis Apoſtoli facti ſunt digni.* Auctor igitur & parens Chriſti lætitiæ eſt amor & charitas. abſit igitur inuidentia, quæ propter aliorum bona noſtris paria aut ſimilia tam facilè ſuſcipitur ab hominibus, ſed nec exultemus gaudio, niſi in Spiritu ſancto, & eo ſolo, quem gignit amor Dei & proximi, qui cùm moderatiſſimus ſit, eſt etiam ab omni leuitate remotiſſimus. quare quem exultaſſe aliquando Dominum Ieſum legimus riſiſſe nuſquam reperimus.

Luc. 10. *Ioan. 11.* *Luc. 10.* *S. Thomas in Catena.*

Ira & zelus appetitus vindictæ, ait S. Thomas, *aliquãdo eſt cum peccato. quando ſcilicet aliquis vindictam quærit abſque rationis ordine: & ſic ira in Chriſto eſſe non potuit: huiuſmodi enim dicitur ira per vitium. Quandoque talis appetitus eſt ſine peccato: immò eſt laudabilis, puta cum aliquis appetit vindictam ſecundùm ordinem iuſtitiæ, & hæc vocatur ira per zelum.* hoc ſanctiſſimo exarſit zelo Dominus, cùm eiecit de templo ementes & vendentes: quod ſancto Hieronymo viſum eſt *mirabilius ſignũ, quàm transfiguratio cum voce Patris, quàm curatio cæci nati, quàm denique ipſamet Lazari ſuſcitatio.* vt intelligeremus, quàm oderit Dominus iniquitates & peccata, ea præſertim quæ in locis Deo dicatis & à perſonis ſacris aduerſus Deum & homines committuntur, quando ad huiuſmodi ſcelera pro-

3. part. q. 15. ar. 9 *Matt. 21.* *Ioan. 11.*

fliganda quaſi vires diuinitatis exeruit, quæ, vt idem ait, *In hoc ipſo facinore, in eius facie relucebat.*

Marc. 3. Legitur igitur iratus Dominus apud ſanctum Marcum, iræ autem cauſam dederunt homines Iudæi in peccato obdurati: ita vt diuinum lumen, quod à Chriſto per prædicationem & miracula in eorum animis copioſiſſime affulgebat, non admitterent. *Et circumſpiciens eos cum ira*, ait, *contriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorum*: Ex quo perſpicuum eſt, quàm deteſtabilis Deo ſit in peccandi conſuetudine obſtinata perſeuerantia: præſertim coniuncta cum rebellione à lumine diuino, cùm id peccator iniurioſè repellit: hæc enim eſt cæcitas cordis, quam ſolet vt plurimum ſequi certa ruina: quòd rarò peccatores huiuſmodi reſipiſcere ſoleant. Hæc primùm fletum ciet Domino, qui propterea *videns ciuitatem fleuit ſuper illam.* *Luca 19.* poſtea verò etiam iram & vindictam.

Mar. 10. *Indigne etiam tulit* Saluator diſcipulos amouere eos, qui paruulos Chriſto offerebant, vt eos tangeret, dixitque propterea illis: *Sinite paruulos venire ad me.* Sanctus Chryſoſtomus eſt auctor, id Apoſtolos feciſſe, quòd exiſtimarent *tanto viro, quantus erat Dominus, ex huiuſmodi paruulorum oblationibus iniuriam fieri*: quare arcebant dignitatis Chriſti cauſa: iraſcitur igitur Dominus, quòd illi adimant Apoſtoli occaſionem humilitatis exercendæ: quare vt mundanum calcaret honorem, non ſolùm admiſit infantes in conſpectum, ſed accepit, & in vlnis tenuit. Obſeruent etiam illi, qui facile auertunt adoleſcentes ab obſequio congreſſúque Chriſti, ne indignationem Domini aduerſum ſe concitent: etiamſi bono id zelo faciant, eodémque ipſo, quo Apoſtoli.

Homil. in Mat. 32. Incerti.

Mat. 26. Mar. 14. Luca 22.

Fauor, metúſve, & triſtitia. His affectionibus maximè imitari voluit Dominus in horto Gethſemani: quando (vt Euangeliſtæ tradunt) *cœpit pauere, tædere, & mœſtus eſſe, & fieri in agonia* ad vſque ſudorem ſanguinis. Cuius cauſa *condeſcenſio* nominata eſt à ſancto Bonauentura præſertim, de qua ſic ſcribit idem Doctor: *Condeſcenſio Chriſti, qua membris ſuis condeſcendebat infirmis & imperfectis, ex ſublimitate procedebat profectiſſima charitatis: ſicut enim humanam aſſumendo naturam, in noſtris quidem factus*

In Apologia pauperum, part. 2. artic. 2.

eſt

Digitized by Google

eſt humilis, ſed in propriis permanſit excelſus, ſic & ſumma charitatis dignatione ad actus quoſdam noſtra imbecillitati & imperfectioni conformes deprimitur, & à ſumma perfectionis rectitudine non curuatur. hanc oſtendit in multis rebus Dominus: ſic enim ſcribit ſanctus Chryſoſtomus: *Vides*, inquit, *quanta eſt Chriſti in condeſcenſione diligentia? ſicut cùm comedat & bibat, cùm videatur ex aduerſo Ioanni faciens, & hac Iudæorum ſalutis gratia facit, magis autem orbis terrarum vniuerſi.* Inſigniter verò condeſcenſionis exemplum in prædicta animi anguſtia dedit, vt ibidem fusè docet ſanctus Bonauentura, Patrum proferēs teſtimonia. ſanctus enim Auguſtinus ſic habet: *Cùm videret Chriſtus multos promptos & gaudentes ituros eſſe ad paſſionis martyrium, exultaturos in ipſa paßione fortes, centenarios, maturos ad horreum, tamen infirmorum quorūdam, quos videbat poſſe conturbari ventura paſſione, ne deficerent, ſed potiùs voluntatem humanam voluntati creatoris coniungerent, ipſorum perſonam voluit ſuſcipere in paſſione, dicens: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem*, condeſcenſionem autem hanc maximum fuiſſe argumentum eius infinitæ pietatis ſummæque charitatis, explicant inprimis S. Ambroſius & S. Bernardus. ille quidem ſic: *Errant in hoc loco, qui triſtitiam Saluatoris ad argumentum inolitæ potiùs à principio, quam ſuſceptæ ad tempus infirmitatis inclinant: & naturalis ſenſus cupiunt detorquere ſententia. nuſquam magis pietatem eius maieſtatémque demiror, minus enim mihi contulerat, niſi meum ſuſcepiſſet affectum.* Hic verò ſic: *Si fieri poteſt tranſeat à me calix iſte: Agnoſco*, inquit, *in belli duce puſillanimorum trepidationem, agnoſco ægroti vocem in medico, agnoſco infirmantem gallinam cum pullis. Conſidero charitatem: ſtupeo dignationem, & expaueſco humilitatem miſericors Dominus non B. Andreæ robuſtum ſibi ſumpſit affectum: quia non eſt ſanis opus medicus, ſed malè habentibus: & ſi quem dignatio tanta ſcandalizet, planè meretur audire: An oculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? huic enim odor vitæ in mortem eſt. Quid enim magnum fuit, Domine IESV, ſi accedente mortis hora, propter quam veneras, intrepidus ſtares, tanquam qui poteſtatem habebas ponendi animam tuam, & nemo tollebat eam à te? aut non*

Homil. 27. ſuper. Matth.

Super Pſal. 103.

Cōment. in Lucam lib. 10. *cap.* 22.

In Ser. de B. And. Apoſtolo.

Mat. 20.

longè glorioſius fuit, quandoquidem totum propter nos agebatur: vt non ſolùm corporis paſſio, ſed etiam cordis affectio pro nobis faceret: & quos viuificabat mors tua, nihilominus & trepidatio robuſtos. & mœſtitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret. & deſolatio conſolatos.

Generalia quædam præcepta ad eadem virtutum exempla ex actionibus Domini facilius eruenda.

CAPVT XII.

Primum præceptũ. PRIMVM præceptum, quod iuuat meditantem ad inuenienda faciliore negotio virtutum exẽpla in antè iam dictis actionibus & aliis, eſt conſideratio circumſtantiarum, quæ in quibuſque obſeruari ſolent actionibus ab iis, qui de Chriſtianis moribus officiiſque ſcribunt, & continentur vulgato illo verſiculo:

Quis, quid, vbi quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Ioan. 13. Vt exempli cauſa, Quis? *Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus & Magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes.* *Ioan. 15.* Ecce humilitatis magnæ inſigne & maximũ exemplum à perſona. Quid? *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excuſationem non habent de peccato.* Ecce Chriſti charitatem & benignitatem, qui nullum non mouit lapidem, nullum non aggreſſus eſt opus, vt Iudæos ad veritatem alliceret. Iterúmque, ecce qua ratione neglectus diuinorum munerum, & auget peccatum, & diuinam iram iuſtiſſime concitat. *Luc. 13.* Vbi? *Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem.* *Serm. 1. de Epip.* *Bethleẽ*, ait S. Leo, *natiuitati prælegit, Hieroſolymam paſſioni, ad maximam ſimul ignominiam patientis, & ſimul maximam charitatem redemptorum.* *Ioan. 14.* Quibus auxiliis? *Pater in me manens ipſe facit opera.* *Matt. 17.* Vide veritatis amantiſſimũ filium & gratitudinis. Cur? *Vt non ſcandalizemus eos, vade ad mare.* Ecce ſtudium ingens ædificationis in Chriſto.

Quomo

Digitized by Google

Quomodo? *Erat docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut Scribæ eorum & Phariſæi.* Ecce qua grauitate & verborum ſententiarúmque pondere tractandum eſt verbum Dei. Quando? *Manè reuertens in ciuitatem eſuriit,* more ſtudioſi operatoris, qui vt ait Gloſſa, *manè ſurgit.* Matt. 7. Matt. 21.

Secundum præceptum, in vnamet actione circumſtantiæ prædictæ obſeruari ſimiliter debent ac in multis. adferantur aliquot exempla. Incarnatio, Quis? *Filius altiſsimi. Sanctorum. Filius Dei. Vocabis nomen eius IESVM.* Quid? *Concipies.* Vbi? *In vtero. in ciuitate Nazareth.* Quibus auxiliis? *Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo.* diuinô ſcilicet & Angelico. Cur? *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Et alibi: *Vt ſaluetur mundus per ipſum.* Quomodo fiet iſtud? *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſsimi obumbrabit tibi.* Quando? *& hic menſis eſt ſextus illi.* hoc eſt, vt ait Apoſtolus, *quando venit plenitudo temporis.* In his autem omnibus quàm eximia ſunt virtutũ exempla & quàm multa? In perſona filij Dei admirabilis & ſtupenda dignatio. In conceptione eiuſdem exinanitio. In loco, hoc eſt, virginis vtero, ſanctitas & innocentia ſingularis. In ciuitate Nazareth flos odórque eiuſdem innocentiæ per vitæ exempla latè flagrantis. In diuino auxilio ſumma Dei poteſtas, ſapientia, bonitas, miſericordia, liberalitas, charitas. In Angelico item auxilio beneuolentia, obedientia. In fine, filij Dei amor in genus humanum inexplicabilis. In modo, virginitatis votum in virgine Deo ita gratum, vt ne violaretur, aut vel minimum detrimentum pateretur, magna multáque in virgine miracula ediderit Deus: Vt quòd virgo concipiat, virgo pariat, virgo ſimul & mater. In tempore, Dei ipſius condeſcenſio ad probandum virgini articulum fidei, quem per Angelum edixerat, ex ipſa ſterilis Eliſabeth conceptione, ſemeſtris temporis ſpatio confirmata. Secundũ præceptũ. Lucæ 1.

Annunciatio etiam, quæ pars eſt huius myſterij ad eundem modum diſcuti poteſt inter meditandum. Quis nunciat. Angelus ex ſummis principibus vnus, quia vt ait S. Gregorius, *ſummum omnium nunciaturus aduenerat.* Summa enim hic ſunt omnia, quià maxima etiam erant

hominum peccata, in quibus numerantur & mea: ad quæ delenda iam tum deſinabantur caro & ſanguis filij Dei & filij virginis. Quis item, aut quæ illa virgo eſt, ad quam tantus nuntius deſtinatur. *Ad virginem*, ait, *deſponſatam viro de domo Dauid, & nomen virginis Maria, gratia plena*, & cui dicit Gabriel: *Dominus tecum*, hoc eſt, ait ſancti Auguſtini gloſſa, *tecum magis, quàm mecum*, vt videlicet ex tanta gratiæ plenitudine non ſolùm ipſa ſanctiſſima & Deo chariſſima redderetur, ſed in nos etiam aliquid redundaret. Mater Dei, *paries filium*. Et: *Quod naſcetur ex te ſanctum vocabitur Filius Dei*. ancilla denique Domini. nam ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. *Vide*, ait ſanctus Ambroſius, *humilitatem: ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur, nec repentino exaltata promiſſo eſt*. Quid. *Aue, gratia plena, Dominus tecum*. Vbi? in virginis cubiculo: *Sola*, inquit idem, *in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret*. Quibus auxiliis? ſalutatione Angeli; cuius congreſſus cum virgine modeſtiſſimus Angelicóque pudore & reuerentia pleniſſimus fuit. Quare poſt ſalutationem ſiluit Angelus, tacentéque virgine, & pro prudětia ſumma, qua prædita erat, cogitante, *qualis eſſet illa ſalutatio*: tum demum ſermonem repetiit, timorem excuſſit, conceptionem filij Dei integra virginitate Matris futuram dixit & confirmauit. Cur? vt obtineret à virgine conſenſum: quem virgo, audita Dei voluntate, præſtitit liberaliter, dicens? *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Nec aliud à virgine adeò ad obſequendum parata expectandum fuit. Quomodo? Verbis Angeli quidem, ſed diuino primum ore pronunciatis: *Aue, gratia plena, Dominus tecum*. Quando? *ad virginem iam deſponſatam*. vt ea ratione omnis iuſtæ calumniæ occaſio præuerteretur.

Lib. 2. in Luc. initio.

Natiuitatis myſterium eodem modo diſtingui poteſt cogitatione inter meditandum. Quis? primogenitus virginis. Quid? naſcitur de virgine, *Et peperit filium ſuum primogenitũ*, Vbi? *in Bethlehem Iuda*. In ſtabulo: *& reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio*, Quibus auxiliis? diuino auxilio, quo præſente, non alio

Lucæ 2.

opus

opus fuit. Cur? ob Patris gloriam, ob id Angeli. *Gloria in altiſſimis Deo.* Et ob hominis ſummum bonum. nam *paruulus natus eſt nobis.* Quomodo? ſalua matris virginitate, ac ſine eiuſdem vel minimo doloris ſenſu. Quando? Intempeſtæ noctis ſilentio, media hyeme, & *cùm exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* Atque hæc eſt ratio ſatis facilis & accommodata ad contemplanda myſteria omnia vitæ, paſſionis, reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod niſi breuitati ſtudendum eſſet, exemplis aliis adhuc oſtendi facilè poſſet. *Iſaiæ 9.*

Tertium præceptum eſt. Actiones contrarias Chriſti, quamuis pugnare inter ſe videantur, eſſe nihilominus virtutis regulas, ſicut & alias: nullam enim actionem excepit S. Baſilius, & vniuersè S. Auguſtinus affirmat, *totam Chriſti vitam diſciplinam morum fuiſſe.* Ex omnibus igitur exempla virtutum à nobis colligenda ſunt: & quidem, vt ego arbitror, ex ſingulis omnia ſi ij eſſemus qui ea ſciremus eruere. Certè ex ſingulis aliqua. Et hæc cura minimè negligenda eſt meditanti. *Ad ſanandum Reguli filium Dominus venire noluit*, ſcribit S. Anſelmus, *ne diuitias honoraſſe videretur, at ne conditionem ſpreuiſſe ſeruilem, ad Centurionis famulum mox ire conſenſit.* Clamat in templo ex charitatis feruore, & ſalutis animarum zelo: & tamen prædictum de eo fuerat, & refertur in Euangelio, *non contendet neque clamabit*: ad oſtendendam videlicet eius inſignem patientiam & manſuetudinem. Arguit Petrum acriter cùm magiſtrum reuocat à mortis cogitatione, vt reprehenſionem acrem adhibendam ſciant Patres, cùm filij grauiter labuntur & impediunt diuinam gloriam aut bonum publicum: præſertim ſi eam ij ferre poſſint, vt Petrus. Nec tamen quicquam loquitur aduerſus Thomam id ſimiliter optantem, verbíſque ſignificantem non obſcurè, vt doceat Rectores hominum diſſimulare in tempore errata ſibi ſubiectorum, vt alio tempore commodiùs corrigant. *Quæſitu dignum eſt*, ait S. Chryſoſtomus, *qua gratia adeò Chriſtus indignatus eſt, aduerſus vendentes & ementes in templo, & maximè cum aliàs iniuriis cõtumeliíſque affectus*

Tertium præceptũ. *Lib. de vera religione, c. 16.* *In Matt. cap. 8.* *Ioan. 7.* *Mat. 12.* *Matt. 16.* *Ioan. 11.* *Hom. 22 in Ioan.*

Samari

Samaritanus & dæmonium habens appellatus, nihil tale fecerit. Aedificationi Dominus ſemper ſtuduit, æquiſſimè tulit irrogatas ſibi iniurias, & cùm inſerrentur, vel tacuit, vel ſimpliciter negauit: templi violationem, vt quæ diuinæ ceremoniæ polluebantur, tanquam iniuriam Patri factam, ſeuerè vindicauit, ſimulque oſtendit, ſe non vt eas ſperneret, quod illi calumniabantur, curaſſe Sabbato infirmos. Aliquando, ait

Marc.11 Beda, *fugit, ne facerent eum regem, Paſſurus autem patitur ſe regem vocari, docens ſe non temporalis ſed æterni regni regem, eoque per contemptum mortis venire.* Origenes quoque in

Matt.17. ea verba: N*e ſcandalizemus eos*, ſcribit, *prohibet Dominus ſcandalum fieri hominibus, ne amplius peccē-, ſiue vt ſaluentur; aliquando verò contemnit Phariſæorum ſcandalum, eſt enim cùm contemnendum eſt.* in quam ſententiam S. Gregorius ſic ait: *Quantum ſine peccato poſſumus, ſcandalum proximorum vitare debemus; ſi autem de veritate ſcandadalum ſumitur, vtilius naſci permittitur, quam veritas relinquatur.*

Homil. 7 in Ezechielem.

Quartũ præceptũ.

Quartum præceptum eſt S. Bonauenturæ, qui ait: *Actionum Christi ſex eſſe genera, nec omnia à nobis imitanda. Primum actionis genus ſpectat in Chriſto magnitudinē & excellentiam poteſtatis, eius vt ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare, Elementa conuertere, panes multiplicare, ſeipſum transfigurare, & cætera miracula facere. Secundum actionis genus refertur ad eius ſapientiæ lucem, vt arcana cœleſtia explicare, ſecreta cordium ſcrutari, futura prædicare. Tertium genus arguit in Chriſto ſeueritatem iudicij, vt vendentes eiicere de templo cathedras vendentium, columbas euertere, & dura increpatione ferire Pontifices. Quartum eſt dignitatis officij Chriſti, vt Sacramentum conficere ſacratiſſimi corporis ſui, manus imponere, & relaxare peccata. Quintum verò pertinet ad condeſſentionem miſeriæ noſtræ, vt latere in perſecutione, trepidare & contriſtari in morte. Patremque rogare, vt tranſiret ab eo calix* Sextum denique *refertur ad inſtitutionem vitæ perfectæ, vt paupertatem, virginitatem ſequi: Deo & hominibus ſeipſum ſubiicere, noctes in oratione peruigiles ducere, pro crucifigentibus exaurare, & morti ſe ſumma charitate etiam pro inimicis offerre. Vera imitatio, qua Chriſto ſimiles euadimus, non eſt poſita in repræſentando in nobis*

Apol. pauperũ prima. reſpõſ part. 2. art. 2.

Primum genus. 2. 3. 4. 5. 6.

Chriſtum

Chriſtum in actionibus poteſtatis & excellentiæ ſingularis: nam hoc eſſet planè diabolicum, niſi contingat id ex ſingulari aliquo Dei dono. Seuerum eſſe, & actiones ſeueritatis ac dignitatis obire, eſt Prælatorum & Principum Eccleſiæ, Condeſcẽdere quoad actiones externas infirmorũ eſt. Actiones igitur, quæ vitam ad virtutem & perfectionem informant, ſolæ ſunt, quas propoſitas habere debemus ad mitandum. Hæc ex S.Bonauentura.

Eiuſdem generis exempla virtutum ex actionibus quibuſdam perſonarum nonnullarum Euangelicarum erga Chriſtum Dominum.

CAPVT XIII.

EX actionibus etiam eorum, qui Chriſtum viderunt, & cum eo egerunt, debent peti exempla virtutum inter orandum. Inprimis verò ex amore, quem erga eum habuerunt homines, diſcimus, quàm tunc amabilis fuerit Dominus, & multo magis nunc à nobis amandus ſit.

De Apoſtolis ſcriptum eſt, eos aliquando tentatos à Domino, *nũ & ipſi vellẽt abire*, hoc eſt, eius diſciplinam deſerere; nomineque omnium reſpõdiſſe Simonem Petrum: *Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* *Ioan. 6.* *Quanti amoris verbum?* ait S.Chryſoſtomus, *quo & patribus, & matribus, & omnibus rebus Chriſtus pretioſior oſtenditur: quodque qui ab eo diſcendunt non habent amplius, quò confugiant.* *Homil. 46. in eund. loc. Ioan.* Sed ne propterea, *ad quem ibimus*, dixiſſe viderentur, quòd non haberent, qui ſe acciperent, ſubdit: *Verba vitæ æternæ habes.* quæ illi carnaliter, & ſecundum humanam rationem, & ij ſecundùm ſpiritum & fidem intellexerunt. Nec immerito reſpondet, & quaſi fide iubet pro omnibus diſcipulis vnus Petrus, cum de Chriſti amore agitur: nam Chriſtum amabat Petrus vehe-

menti

Digitized by Google

mentiſſimè: *In omnibus locis*, vt ſcribit S. Hieronymus, *ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus. Interrogatis diſcipulis* In cap. Mat. 24. *quem hominem dicerent Ieſum, Dei filium confitetur volentem ad paſſionem pergere, prohibet, & licet erret in ſenſu, in affectu tamen non errat, nolens eum mori, quem filium Dei fuerat paulo antè confeſſus. In montem cum Saluatore inter primos primus aſcendit, & in paſſione ſolus ſequitur. Peccatum negationis, quod ex repentino deſcenderat timore, amoris ſtatim abluit lacrymis. Poſt paſſionem verò cùm eſſet in lacu Geneſareth, & piſcaretur, & Dominus in littore ſtaret ille non patitur moras, ſed accinctus ependyte ſuo ſtatim præcipitatur in fluctus. Eodem igitur fidei ardore, quo ſemper, tunc quoque cæteris tacentibus, credit ſe poſſe per voluntatem magiſtri, quod ille poterat per naturam: Iube me venire ad te ſuper aquas.* Idem poſtea, explicans illa verba Petri: *Et ſi* Mat. 26. *omnes ſcandalizati fuerint in te, ego nunquam ſcandalizabor. Non eſt temeritas*, inquit S. Hieronymus, *neque mendacium, ſed fides eſt Apoſtoli Petri, & ardens affectus erga Dominum Saluatorem.* De quo ſuprà diximus. S. Chryſoſtomus quoque commemorans Petri factum in Homil. 69. in Ioan. recuſando primùm, deinde in admittendo, vt ei à Domino pedes abluerentur: *In recuſando*, inquit, *vehemens Petrus, & in permittendo vehementior: vtrumque ex amore.*

Quanto verò amore Chriſti Domini arſerit Maria Magdalena, notius eſt, quàm vt opus ſit id longa oratione proſequi. In cepit enim ab amore: *Remittuntur ei* Lucæ 7. *peccata multa, quoniam dilexit multum.* quos deinde progreſſus in eodem amore fecerit, teſtes ſunt hiſtoriæ Euangelicæ omnes, illa autem inprimis, qua deſcribitur, *ſtans ad monumentum foris plorans*, vbi deſcribitur *non ſo-* Ioan. 20. *lùm*, vt aiunt Patres, *ſauciata ſed ebria Chriſti Domini amore ſanctiſſimo atque caſtiſſimo.*

Verùm non modò adamarunt homines Chriſtum, ſed eum ſingulari etiam obſeruantia reuerebantur & colebant. De turbis ſcriptum eſt apud S. Marcum: *Confe-* Marc. 9. *ſtim omnis populus videns Ieſum ſtupefactus eſt, & expauerunt, & accurrentes ſalutabant eum*, ſiue quòd *reliquiæ ſplendoris in transfiguratione ſuſcepti adhuc in fronte eius apparerent*

rent, vt innuunt Theophylactus & Euthymius, ſiue quod venerationem haberet Chriſti aſpectus, quam decebat habere Dei filium carne indutum.

Sed quantæ auctoritatis apud omnes eſſet Chriſtus, teſtantur, quæ fecit & dixit in templo, quæ publicè, & priuatim cum ipſiſmet Synagogæ principibus, qui, vt ait S. Ioannes, *crediderunt in eum multi, quanquam eum confiteri*, vtpote gloriæ hominum amatores magis, quàm Dei, *non auſi ſint*. Id certè in eius diſcipulis clariſſimum eſt & vt alia omittam quàm plurima, cùm dixiſſet Dominus Apoſtolis: *Amen, amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, aſpiciebant*, inquit idem S. Ioannes, *diſcipuli ad inuicem, hæſitantes, de quo diceret*. Vbi ſcribit S. Chryſoſtomus: *Nullius ſibi criminis conſcij Apoſtoli quàm conſcientiæ ſuæ, Christi ſententiam veriorem duxerunt: ideo aſpiciebant inuicem diſcipuli*. Idem etiam cum apparuiſſet Dominus in littore poſt reſurrectionem, & accurriſſent ad eum diſcipuli, *nec auderunt eum interrogare*, animaduertit, eos ſolitam habuiſſe fiduciam: nec tamen ad eum loqui auſos, *ſed*, inquit, *ſilentio, metuque, & reuerentia in eum intenti diſcubuerunt*. Par amori & reuerentiæ obſequium fuit Apoſtolorum in Chriſtum, quod ſæpe oſtendunt: ſed tunc maximè, cum tam diligenter curant ei cibum & tam amanter *rogant, vt manducet*. Et cùm ingredienti cum humili illo triumpho Hieroſolymam propria ſternunt veſtimenta.

Ioan. 13.
Homil. 71. in Ioan.
Ioan. 21.
Homil. 86. in Ioan.
Ioan. 4.

Magna etiam vtilitas capi poteſt ex conſideratione actionum ciuium & conſanguineorum Chriſti erga ipſum, illa videlicet, vt ex iis intelligamus, veriſſimè à Chriſto dictum: *Inimici hominis domeſtici eius*. Nam primò quidem illi *admirati ſunt* eius res geſtas & dicta, vt docet S. Matthæus, poſtea admirationem verterunt in probra, & contumelias, aliáque facinora, quæ ne inimici quidem eius excogitarunt. Vocant fabrum: *Nonne hic eſt faber, filius Mariæ?* ſcandalum capiunt ex eius vitæ ratione: *Scandalizabantur in eo*, eſt apud S. Matthæum. Sed grauiora multo ſcribunt S. Marcus, & S. Lucas, Ille quidem: *Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum, dicebãt enim, quia in furorem verſus eſt*. Hic autem: *Duxerunt eum ſuper*

Mat. 10.
Mat. 13.
Marc. 6.
Mat. 13.
Marc. 3.
Luca 4.

ſupercilium m ntis, ſuper quem ciuit as eorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Denique, vt qui non niſi terrena ſaperent, illi non niſi terrenorum conſiliorum auctores erant. Id quod ſolet caro & ſanguis cum viris religioſis: *Si hæc facis*, aiunt, *manifeſta teipſum mundo*: hoc eſt, vt explicat ſanctus Auguſtinus, *appare hominibus, vt laudari poſſis ab hominibus.* qui etiam aſſerit *idcirco conſanguineos eius in eum non credidiſſe, quia humanam requirebant gloriam.*

Ioan. 7.
Tract. 28 in Ioan.

Quo loco prætermitti non debet vſus & conſuetudinis, quæ inter Chriſtum & eius ſanctiſſimam Matrem interceſſit, commemoratio. Nam, vt certum eſt, Chriſtũ cùm eſſet infans, & puer, adoleſcẽs etiam, & iuuenis, matris imperio omnino ſubiectum fuiſſe, immo & ipſi Ioſepho, quamdiu vixit, quia ſcriptum eſt, *Et erat ſubditus illis*, & tantum filium, vt erat Chriſtus, talem matrem, & matrem viciſſim filium ardentiſſimè ſemper conſtantiſſiméque dilexiſſe; aliquam tamen mouet admirationem aliquibus, quòd Matrem nonnunquam minùs hilarè accepiſſe videatur, & fortaſſe etiam duriùs. Hanc tollit admirationem ſanctus Bernardus explicans illa verba: *Quid mihi & tibi eſt mulier? Quid tibi & illi Domine? Nónne quod filio & matri? quid ad illam pertinet quæris, cùm ſis benedictus fructus ventris eius immaculati? nónne ipſa eſt, quæ ſaluo pudore concepit, & ſine corruptione te peperit? nónne ipſa eſt, in cuius vtero nouem menſibus moratus es, cuius virginis vberibus lactatus es, cum qua iam duodecim annorum factus de Hieruſalem deſcendiſti, & eras ſubditus illi? nunc ergo Domine, quid moleſtus es illi, dicens quid mihi & tibi? multum per omnem modum. Sed manifeſte iam video, quòd, non velut indignans, aut confundere volens Virginis Matris teneram verecundiam, dixeris, quid mihi & tibi? cùm venientibus ad te (iuxta Matris præceptum) miniſtri nihil cũctatus facias, quod illa ſuggeſſit. Vt quid ergo, fratres, vt quid ſic reſpondeat priùs? vtique propter nos, vt conuerſi ad Dominum iam non ſolicit carnalium cura parentũ, & neceſſitudines illæ non impediant ſpirituale exercitium. Quandiu enim de mundo ſumus, debitores nos conſtat eſſe parentibus: at poſtquã reliquimus noſmetipſos, multo magis ab eorum*

Lucæ 2.
Serm. 2. de mutatione aquæ in vinum.

liberi ſumus ſolicitudine. Et paulò poſt: *Optimè ergo nos docuit Dominus, ne ſoliciti ſimus ſuper propinquis carnis noſtræ, pluſquam religio poſtulet, quando ipſe Matri & tali Matri reſpondit: Quid mihi & tibi eſt mulier? ſed & in alio loco, cùm ſuggereret ei quidam, quoniam foris ſtaret cum fratribus Domini,* *Marc. 3.* *quærens ei loqui, reſpondit: quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Vbi modò ſunt, qui tam carnaliter & inaniter ſuper carnaliter propinquis ſuis ſolent eſſe ſoliciti, ac ſi adhuc viuerent ei ipſi cum eis?* Porrò hîc conſideranda ſimul eſt ſolicitudo, qua Chriſtus moriturus afficiebatur ex ſolitudine Matris; idcirco eam diſcipulo committit. quo loco ſic ſanctus Chryſoſtomus: *Ioan. 19.* *Homil. 84. in Ioan.* *Cur non alius cuiuſpiam mulieris meminit, cùm adeſſent? admonens quiddam amplius matribus tribuendum. Vt enim cùm ſpiritualia impediunt parentes, ne cognoſcendi quidem ſunt; ita cùm nihil impediunt, meritò omnia his ſunt tribuenda, & omnibus præferendi: quia genuerunt, quòd educarunt, quòd innumeras pro ipſis moleſtias ſubierunt.*

De reliquis actionibus diuerſarum perſonarum, quæ in Euangelio continentur.

CAPVT XIV.

ALIAE adhuc ſuperſunt actiones in Euangelio, hoc loco breuiter commemorandæ, eodem ferè ordine, in eundum finem, quo ſuperiores. Videntur illæ ſic numerari poſſe. Diuinæ Hierarchiæ Angelicæ, Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, Politicæ, Ciuiles, Oeconomicæ, Perſonales.

Diuinæ Dei actiones propriæ ſunt: & ſunt aliæ internæ, externæ aliæ (ad intra & ad extra dicuntur à Theologis) Internæ ſunt generatio, qua Filius à Patre generatur, & ſpiratio, qua Spiritus ſanctus procedit à Patre & Filio. Ambæ in Euangelio continentur ſimul cùm myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis perſonarum Patris, & Filij, & Spiritus ſancti in vnius diuinæ naturæ vnitate; quod

Libr. 2. de Trin. propterea à ſancto Hilario *ſacramentum Euangelicur* appellatur: ſæpéque myſterij huius, aut totius, aut parti in eo fit mentio. *Ioan. 1.* Vt, *in principio erat verbum, & verbur erat apud Deum, & Deus erat verbum. Vnigenitus, qui ej in ſinu Patris. Tu es Filius meus dilectus. Vt Filius tuus cla* *Luc. 9.* *rificet te. Tu es Chriſtus, Filius Dei viui.* *Matt. 16* *Spiritus, qui* *Ioan. 10. & 15.* *Patre procedit; quem ego mittam vobis à Patre. Ego & pa* *vnum ſumus. Ad eum veniemus.* Denique *Baptizantes eo* *Matt. 28* *in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti.*

Cùm hæc in meditationem incidunt, exercere debe mus fidei actum, quo credamus tantum ſacramentum fi de prompta & explicata, qualem Dominus exigebat *Ioan. 14.* cùm diceret: *Non credis, quia ego in Patre & Pater in m eſt?* Deinde intelligendum eſt hanc fidem eſſe funda *Ioan. 17.* mentum æternæ vitæ. Propterea enim ait Dominus: *Hæ eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum, &* *Tract. 105. in Ioan.* *quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* In qua idcirco, *quanto magi proficimus*, vt ait ſanctus Auguſtinus, *tanto magis viuer tendimus.*

Ioan. 1. Ad hæc conſiderandum diligenter, tantum bonum i *Ioan. 8.* nos deriuatum eſſe per Chriſtum: *Ipſe enim erat lux veri* *Ioan. 17.* Et ipſe de ſe ait: *Ego ſum lux mundi.* Perſpicuè autem a hoc propoſitum ſcriptum eſt: *Vnigenitus, qui eſt in ſin Patris ipſe enarrauit.* Et clariùs adhuc: *Manifeſtaui nome* *Lib. 3. de Trinit. Hilar.* *tuum hominibus. non,* inquit S. Hilarius, *quod Deus eſt, ſe quod Deus Pater eſt.* Et vt ſciamus, quantum etiam ho nomine Chriſto debeamus, huc retulit Dominus omni *Ibidem.* miracula quæ tam multa & inaudita patrauit: *Factoru ſuorum,* ait S. Hilarius, *nobis exemplum poſuit, vt per inenar rabilem geſtorum ſuorum efficientiam, de virtute natiuitat inenarrabilis doceremur: cum aqua fit vinum: cum quinqu panibus ſaturatis quinque millibus virorum, excepto ſexu & ætate reliqua, replent fragmentis cophinos duodecim, cùm re cernitur, & neſcitur, fit, & non intelligitur, ratio non appre henditur, effectus non ingeritur.* Sed in hac re quam debit Chriſto gratia referenda, vt etiam in omnibus aliis, do *Ioan. 1.* cet Beda in ea verba: *Vnigenitus ipſe enarrauit. Homo fa ctus*, inquit *enarrauit quid de veritate Trinitatis ſentien dum, qualiter ad eius contemplationem properandum, quibu*

actibus

actibus peruenienda m ſi. Enarrabit etiam, cùm electos ad claritatem ſuæ viſionis inducet; *Eſt enim*, vt tradit S. Hilarius, *hoc ſacramentum cœleſte, quia in cœlis aperiendum nobis eſt, & demonſtrandum facie ad faciem, non tantùm in Enigmate & per fidem vt in hac mortali vita.* Lib. 5. de Trinit.

Occaſio porrò obeundi prædicta mentis munera non rarò ſeſe offert Euangelia meditanti, quando nimirum mentio fit Patris, nec additur noſter aut veſter, aut quid ſimile, vel adiungitur meus: *Pater diligit filium. Quicunque fecerit voluntatem Patris mei.* Quam ob cauſam myſterium Trinitatis à S. Hilario *ſacramentum paternum* dicitur: cùm filius nominatur eodem modo vel *natus*, vel *vnigenitus*, & ob id ab eodem dicitur *ſacramentum Natiuitatis*, idem myſterium; ſicut &, *ſacramentum exitionis*, quia ſcriptum eſt: *Exiui à Patre, & veni in mundum.* huc referendum eſt, quod dicitur de filio, quando deſcribitur *in ſinu Patris, videre Patrem, viuere propter Patrem, mitti à Patre, cognitum eſſe à Patre, & viciſſim ſe Patrem cognoſcere, ſe vnum eſſe cum Patre, Patrem in ipſo eſſe, & ipſum in Patre, Patrem antequam mundus fieret, claritatem dediſſe filio*, & ſimilia complura: Cùm *Verbum* appellatur, aut *Dei ſapientia*. Similiter cùm exprimitur *Spiritus ſancti* nomen, de eo quippe ſic ſcribit S. Auguſtinus: *Spiritus ſanctus ineffabilis eſt quædam Patris Filiique communio: & ideò fortaſſe ſic appellatur, quia Patri & Filio poteſt eadem appellatio conuenire: nam hoc ipſe propriè dicitur, quod illi communiter. Et hæc Trinitas Vnus Deus, ſolus bonus, magnus, æternus, omnipotens, ipſe ſibi vnitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia.* Ioan. 3. Lib. 9. de Trinit. Lib. 8. & 9. de Trinit. Ioan. 16. Ioan. 1. Ioan. 6. Ioan. 10. Ioan. 17. Ioan. 1. Luc. 7. & 11. Lib. 5. de Trinit. cap. 11.

Iuuabit autem maximè ad prædicta & ſimilia vtiliter meditanda obſeruare rationem, quam Chriſtus Dominus ſecutus eſt in myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis commemorando; ab illo enim initium orationis facit: *Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, niſi bibam illum. Pater ſaluifica me ex hac hora. Confiteor tibi Pater.* Idque ſumma cum reuerentia & pietate: *Pater ſancte, Pater iuſte, Pater Domine cœli & terræ.* Summa item cum fiducia & amore: *Pater mi, Pater ego ſciebam, quia ſemper me audis.* Pietati & amori adiungit humilitatem, cuius impulſu Matt. 26 Ioan. 12. Matt. 11. Ioan. 12. Matt. 26 Mar. 14.

orat aliquando, non ſolùm genibus flexis, ſed etiam proſtratus humi: nec ſolùm preces offerens, ſed etiam *ſupplicationes*, hoc eſt, humillimas orationes, vt notat Apoſtolus. In ipſo orationis curſu exitúque vniuerſam voluntatem ſuam paternæ committit, in ea prorſus conquieſcens: *Verumtamen non mea voluntas, ſed tua fiat*. Vt autem ſe quàm grauiſſimum erga Patrem oſtendat, omnia illi accepta fert opera: *Pater*, ait, *in me manens, ipſe fecit opera*. Doctrinam: *Doctrina mea non eſt mea*. Vitam: *Et ego viuo propter Patrem*. Iudicij auctoritatem & poteſtatem: *Dedit ei iudicium facere*. Et quod magis mirandum eſt, ob eandem cauſam in Patrem refert diuinitatẽ ſuam: *Pater, quod dedit mihi, maius omnibus eſt*. Proceſſionem quoque & miſſionem Spiritus ſancti: de quo propterea ait, *qui à Patre procedit, quem mittet Pater in nomine meo*. Denique S. Chryſoſtomus, cùm exponeret illa verba: *Dediſti ei poteſtatem omnis carnis, vt omne quod dediſti ei, det ei vitam æternam*: *Si hoc loco*, ait, *ad humani ſermonis morem paulum deſcendit, non admireris: facit enim & dictarum cauſarum gratia, & vt ſemper de ſe magnificè dicere caueat*. Et paulò autẽ: *Dixi, & ſemper dico, exceſſus humilitatis ſeruus multum perſuaſit*. Quibus verbis hæc ſubeſt ſententia, Chriſtum dominum non ſolùm humiliter de ſe locutum, vt Patrem exaltaret, ſed longè etiam communes humilitatis limites egreſſum; ob quam animi moderationem Spiritui ſancto tribuit quoque *ſanctificationem & confirmationem* diſcipulorum, & ideò eum appellat *virtutem ex alto*, poteſtatem dimittendi peccata, quam dedit Apoſtolis, *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*. Eruditionem Apoſtolorum; *ille vos docebit omnia*.

Hebr. 5. Luc. 22. Ioan. 14. Ioan. 6. Ioan. 5. Ioan. 10. Ioan. 14. & 15. Homil. 79. in Ioan. Ioan. 17. Luc. vlt. Ioan. 14. & 20.

Viciſſim Pater Chriſtum maximè honorat, habétque eum vt filium, vt delicias, ac velle ſe vt à nobis audiatur, tanquam vnicus orbis terrarum magiſter, ſignificat ſæpe, ſed tunc in primis, cùm ait: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite*. Et quãquam amoris diuini, hoc eſt, immenſi & infiniti vi, noſtrique cauſa mandatum filio dat Pater, vt crucis mortem obeat, cùm tamen turbata anima rogat eum Chriſtus, vt ſe cla-

Matt. 17.

rificet, *venit vox de cœlo: Et clarificaui, & iterum clarifica-* Ioan. 12.
bo. Per gloriam videlicet reſurrectionis. propter quam
ſanctus Ioannes ait: *Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi* Ioan. 1.
vnigeniti à Patre. Denique: *Neque enim,* ait, *Pater iudicat* Ioan. 5.
quemquam, ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorifi-
cent filium, ſicut honorificauit Patrem.

Sequuntur externæ Dei actiones, hæ autem ſic ad propoſitam meditandi inſtitutionem numerari poſſunt, Creatio, Conſeruatio, Prouidentia, ſiue gubernatio, Reuelatio, Sanctificatio, Tractatio, Reſuſcitatio mortuorum, Renouatio mundi, Iudicium vltimum, Glorificatio. De quibus breuiter aliqua ſunt ſigillatim attingẽda.

De actionibus Dei externis, quæ in Euangelijs continentur.

CAPVT XV.

CREATIO. Creationis rerum omnium
meminit ſanctus Ioannes, & primò qui-
dem omnia à Deo per verbum facta pro-
nunciat: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine* Ioan. 1.
ipſo factum eſt nihil: Deinde vt exponit
S. Auguſtinus, *indicat rationem, qua Deus fabricatus eſt* Tract. 1.
mundum. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Nempe quia Dei in Ioan.
ſapientia, per quam facta ſunt omnia, ſecundùm artem conti-
net omnia: quicquid factũ eſt. Et alibi: *Omnia,* inquit, *priuſ-* Lib. 5. ſu-
quam fierent, erant in notitia facientis, & vtique ibi meliora, per Gen.
vbi veriora, vbi æterna & incommutabilia. Addit autem cap. 15.
tertio loco Euangeliſta: *Et vita erat lux hominum:* non omnium rerum, ſed hominum. *In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit:* quod ſanè maximum fuit ingratitudinis ſcelus. In hac meditatione intelligendum eſt, in primis vnumquemque hominem creaturam eſſe à Deo factam ad imaginem ſui conditoris in templum ſanctum ipſius: Ideóque debere nos adornare templum ſuum Deo, in quo ingrediens libenter inhabitet, ne in illorum numero ſimus, quos repre-

hendit Euangaliſta, cùm addit: *In propria venit, & ſui eum non receperunt.*

Ioan. 5. Conſeruatio. *Pater meus*, inquit Dominus, *vſque modò operatur, & ego operor. Continuationem quandam*, ait ſanctus Auguſtinus, *operis eius, qua vniuerſam creaturam continet atque adminiſtrat, oſtendit. Creatoris namque potentia & omnipotentis atque omnitenentis virtus cauſa ſubſiſtendi eſt omni creaturæ, quæ virtus ab eis, quæ creata ſunt regendis, ſi aliquando ceſſaret, ſimul & illorum ceſſaret ſpecies, omniſque natura concideret.* Quanta igitur humilitate viuendum eſt ſub potenti hac, nobiſque adeò neceſſaria, pérque benigna manu Dei?

Lib. 4. de Gen. ad literam, cap. 12.

Matt. 6. Luc. 12. Prouidentiā hāc explicat, & pro dignitate exaggerat Dominus apud S. Matthæum & S. Lucam, cum prohibet ſolicitudinem ſuperuacaneam cibi, potus, indumentorum, & ſimilium: quæ ſi attentè legantur, maximam vim habent ad excitandam & nutriendam in animo fiduciam ingentē in diuina prouidentia, cui minima quæque in rebus alijs omnibus, vt in plantulis, floribus, volucribus, ita curæ ſunt, vt nihil omnino illis accidat peculiari Dei nutu. *Quanto vos magis pluris eſtis illis?* dicit Dominus de hominibus, & ijs præſertim, qui diſcipuli eius ſunt, aut diſcipulorum imitatores? Hos enim inprimis ſpectat oratio illa vniuerſa, vt quos Dominus ab omnium mundanarum rerum amore longè deſiunctos eſſe volebat.

Ioan. 15. Ioan. 1. Epheſ. 5. Reuelatio. *Omnia quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis. Hæc eſt lux illa quæ venit in mundum*, cuius *filij* nominantur Chriſtiani ab Apoſtolo; antequam in terris ignorantiæ tenebris latebant homines. Huic tantū debemus, quantum fidei, qua tam multa eāque recondita præclaráque myſteria nobis ſunt diuinitus reuelata, & qua iactum eſt fundamentum, & primus quaſi factus gradus hominibus ad cœleſtem beatitudinem. Quam ob cauſam Dominus Petrum appellauit beatum: *Beatus es Simon Bar-iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt.* quo nomine non ſolùm Patri debitores ſumus eximiæ gratitudinis & amoris ſed etiā

Mat. 16.

Ioan. 1. filio, nam *ipſe enarrauit*, & Spiritui ſancto, qui Apoſtolis

ſuggeſſit

Digitized by Google

ſuggeſſit omnia, eóſque *docuit omnem veritatem.* Denique, *hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem mi ſit ille.* Ioan. 16. Ioan 6.

Miſſio. *Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes: hic venit in teſtimoniũ, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo ad Virginem. Quem Pater ſanctificauit & miſit in mundum.* Ecce tibi tres miſſiones, quarum ſecunda præſtat primæ, ſed omnibus tertia, qua declarauit erga nos Deus immenſi amoris vim. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 1. Luca 1. Ioan. 10. Ioan. 3. Marc. 13.

Electio. *Propter electos, quos elegit, breuiauit dies. Tui erant, & mihi eos dediſti. Dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Ego ſcio, quos elegerim.*

Vocatio *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Ego elegi vos de mundo.* quo loco & ſimilibus in mentem reuocandæ ſunt parabolæ illæ grauiſſimæ, quibus Dominus ad perſuadendum vigilantiam, timorem, humilitatem, conſtantiam, & virtutis omnis exercitationem perpetuam, clauſulam illã adiicit: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Ioan. 17. Ioan. 15. Mat. 20. & 22.

Sãctificatio. hæc multa inſignia maximáque Dei beneficia complectitur: remiſſionem peccatorum. *Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat.* quare & ab Apoſtolo deſcribitur: *Purgationem peccatorum faciens.* gratiæ diuinæ domum. *De plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia,* Virtutes omnes & dona ſpiritus: *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum,* præſertim verò ignem diuini amoris, de quo Dominus ait: *Ignem veni mittere in terram.* Matt. 18. Hebr. 1. Ioan. 1. Ioan. 7. Luc. 12.

Adoptio. *Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt.* ad quod inſtituit Dominus ſacramentum Baptiſmi quod eſt *regenerationis* ſacramentum, vt ipſemet explicauit Nicodemo, hac Dei charitate, liberalitate, beneficentia, hac hominis dignitate, quid excellentius excogitari poterat. Ioan. 1. Ioan. 3.

Tractio. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum:* quæ verba ſic exponit S. Auguſtinus: Ioan. 6. Trac. 26. in Ioan.

Si qua inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amãtibus, trahunt, quoniam verum eſt, trahit ſua quemque voluptas, non trahi reuelatus Chriſtus à Patre? quid enim fortius deſiderat anima, quàm veritatem, quo auidas fauces habere debet,, vnde optare, vt ſanum ſit intus palatum vera iudicandi, niſi vt manducet & bibat ſapientiam, iuſtitiam, veritatem, æternitatem? Et paulo pòſt: *Videte, quomodo trahit Pater docendo delectat, non neceſſitatem imponendo.* Quàm multa ab hominibus fiunt, Deo trahente & (vt ait Salo-
Prou.21. mon:) *Cor quocumque vult vertente*, quę abſque felici hac neceſſitate nunquam fierent. Quales ſunt grauium tentationum inſignes victoriæ, frugi caſtæque vitæ inſtitutio, religioſæ ac ſeuerioris electio diſciplinæ, perſeuerantia vſque in finem, fidei confeſſio cum mortis periculo.

Ioan.5. Reuocatio hominum mortuorum à morte: *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Et: *Sicut*
Ioan.5. *Pater ſuſcitat mortuos & viuificat ſic filius, quos vult, viuificat.*

Mat.24. Renouatio mundi. *Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe in teſtimonium omnibus gẽtibus, & tunc veniet conſummatio.* Et: *Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non præteribunt.*

De reliquis actionibus, quæ ſimiliter in Euangelio deſcribuntur.

CAPVT XVI.

ACtiones Angelorum hierarchicæ: purgat Zachariam ſanctus Gabriel, cùm incredulitatis eius pœnam exigit, dicens: *Eris tacens, & non poteris loqui vſque in diem, quo hæc fiant: eo quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo*, quo loco Gloſſa S. Chryſoſtomi ſic habet, quaſi dicat: *Cùm oſtendero, quod dico, & noueris te iure*

puni

punitum, tum de pœna eripiam.

Illuminat Angelus Ioſephū & Magos in ſomnis, cùm eos edocet Dei voluntatem, & cùm beatiſſimam Virginem Mariam filij Dei incarnationem, vt ſanctus Thomas opinatur. *3. part. q. 30. art. 2.* quamquam alij exiſtimant, Angelum Dei conſilium propoſuiſſe virgini, & Deum mentem virginis lumine diuino per ſeipſum illuſtraſſe.

Perfeciſſe porrò videtur Angelus, id eſt, perficiendi munere functus, cùm perterritis cuſtodibus ſepulchri Domini, conſolans ſanctas feminas, dixit: *Nolite timere vos.* Sequitur enim: *Et exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno* *Mat. 28.* vt nimirum intelligamus, initio quidem timuiſſe illas, pòſt verò, *Charitate foras mittente timorem,* *1. Ioan. 4* gaudio maximo fuiſſe perfuſas. quod etiam fecit Dominus, cùm iiſdem occurrentibus in via dicit: *Nolite timere,* *Marc. 28* quo loco ſanctus Hieronymus: *In veteri & nouo teſtamento cùm auguſtior apparuerit viſio, primùm timor pellitur, vt mente placida poſsint quæ dicuntur audiri.* Denique S. Cyrillus verba illa Domini apud S. Ioannem: *Videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ſupra filium hominis,* *libr. 2. in Ioan. cap. 21.* ſic exponit, vt exiſtimet, *non tam ad Chriſti perſonam, quàm ad vniuerſam eius diſpēſationem pertinere.* *Ioan. 1.* Si quidem in Eccleſia adminiſtranda vtitur Deus Angelorum opera, adhibet eos cuſtodes hominibus, ipſi Deo preces hominum offerunt, eoſdem ſuperiore lumine complent, & alia multa exercent Dei iuſſu officia pietatis & charitatis, quibus ſe oſtendunt eſſe *adminiſtratores ſpiritus, in miniſterium miſſos propter eos, qui hæreditatem capiunt ſalutis.* *Hebr. 1.*

Actiones Hierarchicæ Eccleſiaſticæ ſunt prædicatio, ſacramentorum adminiſtratio, & alia huiuſmodi, quæ ad ordinum ſacrorum & poteſtatis Eccleſiaſticæ vniuerſæ functiones ſpectant, de quibus ſuperioribus capitibus nonnulla dicta ſunt.

Actiones Politicæ. *Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis.* *Lucæ 1.* *Aduertamus,* inquit S. Ambroſius, *hoc diuinum eſſe myſterium: quia dum profeſsio ſæcularis oſtenditur ſpiritualis impletur. Orbis ergo Chriſti Domini Auguſti Imperatoris inſeruit edictum.* *Lib. 2. in Lucam.* Actio huius ge-

neris alia eſt, cùm Herodes *congregans omnes Principes ſacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur. at illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudæ.* quo loco apparet Auguſtum Chriſti Domini incunabula præparaſſe, Herodem & Synagoga[illegible] aduerſam Magos ad ea deſtinando exornaſſe.

Ioan. 1. Politica etiam actio eſt, q[illegible] o *miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum: Tu quis es? malebat enim*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *Ioannem habere magiſtrum, quàm Chriſtum, cùm ille de genere ſacerdotali & ſanctitate illuſtris haberetur: hic autem genere humilis, victu & veſtimentis communibus vteretur.* Quare ſtatim intelligitur verum eſſe illud: *In propria venit, & ſui eũ non receperunt. Cùm veniſſent ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt ibi maneret, & manſit ibi duos dies: & multo plures crediderunt in eum propter ſermonem eius.* Ex antè dictis actionibus animaduertimus, gentiles & Samaritanos fauiſſe magis Chriſto, quàm Iudæos, hóſque iam inde ab initio odio capitali Chriſtum perſecutos eſſe.

Ioan. 1. Ioan. 4.

Ioan. 11. Sed inſignis eſt politica illa actio, qua cogitur conſilium principum Synagogæ in domo Caiphæ, dicitúrque ibi: *Quid facimus, quia homo hic multa ſigna facit? & ab illo die cogitauerunt, vt interficerent eum.* ab actione igitur politica deprauata ortum habuit Chriſti mors. Eſt autem obſeruandum, hanc fuiſſe deprauatam: quia poſthabita omni religione & pietate, Principes propriam ſecuti ſunt vtilitatem, *Venient*, inquiunt, *Romani, & tollent locum noſtrum & gentem.* Hanc nunc appellant ſtatus rationem. nec tamen talis eſt omnis ſtatus ratio.

Matt. 1. Luca 1. Actiones œconomicæ. Deſponſatio virginis actio œconomica fuit. hæc ad bonam virginis & filij eius famam conſeruandam diuinitus inſtituta eſt: & ideo virgini nulla cura fuit filij ſui cõceptionem indicare ſponſo. vt intelligamus, in iis, quæ vocationis noſtræ ſunt ſoluto nos & quieto animo debere in Dei patris amantiſſimi prouidentia penitus conquieſcere. Nec, ſi id fecerimus, falli nos vnquam.

Multæ aliæ œconomicæ actiones in Euangeliis tanguntur,

Digitized by Google

gũtur, ex quibus imitationis poſſunt exempla peti plurima. Pleræque certè Domini parabolæ œconomicæ ſunt. In parabola ſeminantis: *Terra bona nomine fidelem & deuotam conſcientiam intelligi voluit, quæ fundamentum eſt virtutis œconomicæ, per fructum autem centeſimum æternitatis intentionem, ad quam actiones omnes referri vult Deus ſignificat.* ſic habet Gloſſa. In parabola zizaniorum docet Chriſtus prudentiam & tolerantiam domeſticorum erratorum, diſſimulationem, inquam, ad tempus; ne ſi intempeſtiuè corrigantur domeſticorum vitia, deteriora fiant. paternam in filios etiam rebelles & perditos charitatem admirabilem continet parabola filij prodigi. Similia poſſunt ex aliis multa colligi. Inſtituto noſtro ſatis eſt rem indicaſſe. *Matt.13.*

Sunt etiam actiones eiuſdem generis pleræque Marthæ, & Magdalenæ, Zachæi, Simonis Leproſi, Matthæi, & aliorum, qui Chriſtum Dominum & diſcipulos hoſpitio inuitarunt vel receperunt. in quibus hoſpitalitatis laude excelluit Martha, quæ domum ſuam Chriſto Domino patêre ſemper voluit.

Ad Oeconomiam pertinet amor Centurionis adeò ſoliciti & diligentis in ſalute ſerui procuranda. Gratitudo ſocrus Petri, quæ febribus liberata Chriſti verbo: *Surgens continuò miniſtrabat illi.* Patientia mulieris Chananææ pro filia dæmoniaca deprecantis. Fraterna ſancti Andreæ charitas, qui fratrem Petrum ad Chriſtum ab ſe cognitum, vt ab eodem agnoſcatur, adducit. quale etiam fuit S. Ioannis ſtudium diſcipulos ad Chriſtum mittendi, & in eius tutelam & diſciplinam transferendi. *Luc. 4.*

Sed inaudita prorſus & ſingularis extitit obedientia œconomica filij Dei Chriſti Domini erga Matrem ſuã ſanctiſſimam, per totos triginta annos, quibus *ſubditus erat illi*, hocque in primis tunc temporis profeſſus eſt: & nihilominus cùm duodecim eſſet annorum remanſurus ipſe in templo, ad quod cum matre & Ioſeph aſcenderat, nihilominus curauit exquirere conſilium eius: ſed Matre inconſulta & neſciente remanſit, rogatúſque cauſam, tandem dixit: *An neſciebatis, quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* vt hoc præclariſſimo *Luc.2.* *Luc.2.*

exemplo

exemplo diſcant liberi, alioquin parentibus in reliquis rebus omnibus obſequentes, ſe in iis, quæ Dei ſunt, minimè in eorum eſſe poteſtate: iiſque nec appellatis, poſſe ſe diuina conſilia viámque perfectionis ſequi liberrimè.

Hiſtoria autem Epulonis & Lazari maximè facit, ad emendandos diuitum hominum corruptos mores, & permouendos animos ad commiſerationem pauperum & calamitoſorum, qui ad emendicandam ſtipem terunt limina potentiorum.

Perſonales actiones vel naturales ſunt vel artificioſæ. bonæ item vel malæ. Naturales ſunt illæ: *Occurrerunt ei duo habentes dæmonia*; quo loco meditans rem ad animæ vtilitatem conuertat, oportet; vt hîc, ô felicem occurſum. Eſuriunt diſcipuli: quid mirum, ſi eſuriunt Dei ſerui: hoc eſt proprium Chriſti diſcipulorum: flebant & plangebant puellam mortuam domeſtici, qui Chriſtum deridebant; fleant, qui Chriſto non adhærent, aut ab eo vitiosè viuendo diſſentiunt. Et idem in aliis.

Matt. 8. *Mat.* 12. *Lucæ* 8.

Matt. 4. Artificioſæ ſunt actiones. *Retia reficere, & retia in mare mittere* piſcandi gratia. Ecce tibi duo hominum genera, qui vocantur à Chriſto, aliqui, qui retia parãt, hoc eſt, inſtrumenta, quibus ſibi comparent opes, honores, delicias, quales ſunt adoleſcentes, qui in ſcholis verſantur, vt adiumentis doctrinæ ſibi ad mundana lucra aditum aperiant: alij, qui iam occupantur mundanis negotiis, & in hoc mari magno ſeculi piſcationem exercent laborioſam, vel negotiando, vel conſultoribus, ex legibus reſpondendo, cauſas agendo.

Matt. 8. 11. Bonæ actiones ſunt, Chriſtum ſequi, adorare, ad genua eius procumbere, mittere homines ad Chriſtum, vt eum ſequantur, vocare per internuncium, quod fecerũt duæ ſorores, cum miſerunt, qui diceret: *Ecce quem amas, infirmatur.* Clamare poſt Ieſum rogare Ieſum, loqui cum Ieſu. & ſimiles; ex quibus haud eſt difficile multa eruere documenta virtutum. Huc referuntur, quæ de ſanctis viris aut mulieribus, ad eorum ſanctitatem collaudandam, in Euangeliis commemorantur: Vt de beatiſſima Dei matre Maria, de S. Zacharia & Eliſabeth, de ſancto

Ioan. 11. *Mat.* 15.

Ioanne

Ioanne Baptiſta, de ſancto Ioſepho, S. Simeone, Anna vidua, Martha & Maria, Moyſe & Elia, Apoſtolis omnibus. Nicodemo, altero Ioſepho, & aliis: in vſum enim noſtrum, quæ de virtutibus eorum dicuntur, conuertuntur facilè. Denique hi homines erant ſimiles nobis paſſibiles; virtutem tamen coluerunt, perfectionemque ſecuti ſunt, & illuſtribus Dei donis ſunt cumulati: non erit igitur erga nos abbreuiata manus Domini, ſi nos erga Deum præſtiterimus, quales

Actiones malæ, quæ in Euangelio narrantur, peccata vel hominum reproborum ſunt vel ſanctorum. Reproborum, vt Iudæ, Caiphæ, Pilati, Herodis vtriuſque, & ſimilium: quæ idcirco referuntur, vt ſciamus ea vituperanda & fugienda eſſe, quæ Scriptura ſancta vituperat. Sanctorum, vt Matthæi, Petri, Magdalenæ, Thomæ, de quibus S. Auguſtinus: *Cum attendunt, magnum cecidiſſe, parui timeant.* Et alibi: *Quorundam ſanè exempla, quos peccaſſe legimus, non ideo ſcripta dicit, qui ſanum ſapit, vt ad deſperationem non peccandi valeant, & ſecuritatem peccandi nobis quodammodo præbere videantur, ſed vt diſceremus vel pœnitendi humilitatem, vel etiam in talibus lapſibus non deſperandam ſalutem.* Matthæus ſanè & Magdalena exemplo ſunt peccatoribus ad magna etiam aſpirandi cum Dei gratia. Petrus verò & Thomas iam conuerſis, vt nec feruori ſuo nimium credant, & de ſententiæ obſtinatione ſe deduci facilè ſinant. Hæc de primi generis actionibus Chriſti, aliiſque aliorum; nunc ad alterum genus accedamus.

In Pſal. 50.

De nat. & grat. cap. 35.

De laborioſis actionibus aut paſſionibus Chriſti Domini.

CAPVT XVII.

HÆ laborioſæ Chriſti actiones numerantur à Sancto Bernardo duobus locis. Infantiles neceſſitates, labores in prædicando, fatigationes in diſcurrendo, tentationes in ie-

Serm. de quadruplici deb.

iunando,

Ser. 43. in Cant. iunando, vigiliæ in orando, lachrymæ in compatiendo, inſidiæ in colloquendo, pericula in falſis fratribus, conuitia, ſputa, colaphi, flagella, ſpinæ, irriſiones, ſubſannationes, exprobrationes, claui, & his ſimiles.

In ſpeculo, c. 4. Infantiles neceſſitates, de his S. Anſelmus ſic ſcribit: *Et tu Domine vniuerſorum, qui nullam habens indigentiam, inter ipſa natiuitatis tuæ initia non horruiſti abiectiſſimæ paupertatis degustare incommoda. Vt enim ait ſcriptura, tibi, cùm naſcereris, non erat locus in diuerſorio, neque cunabula, quæ teneritudinem tuam exciperent, habuiſti: ſed tu in vili præſepio ſordentis ſtabuli, tu qui terram palmo concludis, inuolutus panniculis, reclinatus es: & hoc ipſum à brutis animalibus Mater tua mutuò accepit. Conſolamini, conſolamini, qui in ſordibus paupertatis nutrimini. Non ſolùm autem illam infantiæ tuæ vexationem in teipſo pertuliſti, ſed & mortem in puſillis tuis, quorum multa millia inter mammillas matrum pro te Herodis trucidauit immanitas.*

Serm. 3. in nat. Domini. His doloribus mixtæ erant lachrymæ & vagitus. Siquidem canit Eccleſia: *Vagit infans inter arcta conditus præſepia.* De quibus S. Bernardus: *Age*, inquit, *pœnitentiam. Hoc tibi prædicat ſtabulum iſtud, hoc præſepe clamat, hoc lachrymæ & vagitus euangelizant; plorat quippe Chriſtus, ſed non ſicut cæteri ſolent: in aliis ſenſus, in Chriſto præualebat affectus, patiuntur illi, non agunt; nec ipſius adhuc vſum voluntatis habentes. Illi ex paſſione lugent, Chriſtus ex compaſſione, illi iugum graue, quod eſt ſuper omnes filios Adæ, Chriſtus filiorum Adæ peccata deplorat, & certè pro quibus nunc lachrymas fundit, poſtea fundet & ſanguinem. Fratres, lachrymæ Chriſti mihi & pudorem pariunt & dolorem.* Et poſt illa quæ retulimus libro primo de luſu noſtro & ſeria morte Filij Dei: *Pro nobis*, ait, *compatitur Filius Dei & plorat, homo patitur & ridebit?*

Ad hoc caput reducenda eſt Circumciſio Domini, in qua & lachrymas denuo fundit & ſanguinem: eo cum dolore, videlicet, quem in ea corporis parte, ab infantulo tenerrimo & delicato neceſſe fuit ſentiri: iiſque ſe ſimul legis Moſaycæ vinculis inſeruit, quibus hominem

propria peccata deuinxerant. Qua de re eleganter idem S. Bernardus: *Totus mihi datus, totus in meos vſus expenſus eſt, ego enim audiens. quia tranſit ante carcerem filius magni Regis, cœpi altiùs gemere, & miſerabilius exclamare, dicens: Fili Dei miſerere mei. at ille ſicut benigniſſimus: Quiſnam eſt, inquit, iſte fletus & vlulatus, quem audio? & dicunt ei, ipſe eſt Adam proditor ille, quem pater veſter trudi fecit in carcerem, donec cogitet, quibus eum ſupplicijs faciat interire. Quid ageret, cuius natura bonitas, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere? deſcendit in carcerem, venit, vt educat vinctum de domo carceris.* Et pòſt: *Ante paucos dies celebrauimus Aduentum eius in carcerem huius mundi, id eſt diem Natalis; hodie verò celebramus, quod catenas & vincula noſtra ſuſcepit: hodie enim, qui peccatum non fecit, vt reos abſolueret, innoxias manus eorum catenis inſeruit: hodie ſub lege factus eſt, qui legem dedit,* *Serm. 2. in circumciſ. Dom.*

Ad hunc eundem locum ſpectant quæ laborioſè geſſit, paſſuſque Dominus eſt non ſolùm cum infans eſſet adhuc, ſed adultus iam & ætatis prouectæ, quando ſubiectus Matri & Ioſepho vixit priuatus, & incognitus hominibus, vt putabatur *fabri filius*, immo, & *faber* appellatus eſt, qua de re ſic S. Baſilius: *Corporis verò cuiuſmodi ac quanta? qui prima ſua ætate parentum ſuorum imperio eſſet ſubiectus, & labores corporis omnes æquo vnà cum ipſis animo illis obediens toleraret. Veriſimile eſt enim, cùm homines illi eſſent & iuſtitiæ, & pietatis cultores, tenues tamen, neque neceſſariis ad viuendum copiis ſatis inſtructi, quod ex præſepi poteſt intelligi, in quo venerabilis ille fotus eſt fœtus, ſolicitos eos in aſſiduis corporis laboribus verſari, & hac ratione quotidianum ſibi victum quærere. Porrò Ieſus, cùm iis, vt diuinæ litteræ prædicant, eſſet ſubiectus, ſine dubio in perferendis etiam vnà cum ipſis laboribus, morigeram declarabat ſuam obedientiam.* *Matt. 13. Marci 6. Conſt. monaſt. cap. 5.*

De aliis autem Chriſti laboribus ſic idem addit: *Ceterum vbi pòſt ætate progreſſus dominica iam diuinaque beneficia aperiret, diſcipulos denique eligeret, & de cœleſti regno promulgando cogitaret, non in angulo aliquo abiectus, & corporis viribus deſtituto aliorũ indigebat miniſterio, ſed aſſiduè nunc quidem itineribus faciendis, iiſdem continenter pedibus* *Lucæ 2.*

conficien

Luc. 22. Matt. 20. *conficiendis, ſimúlque diſcipulis min ſtrando, vt ipſe ait: Ego enim in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat: Et i em ſicut Filius hominis non veni , v ſibi miniſtraretur, ſed vt miniſtraret, nunc diſcipulorum ſuorum pedes lauando; poſt doctrina eos & longioribus ſermonibus inſtruendo, impigréque ex locis alijs in alia ſe transferendo, ſaluti noſtræ conſulere non intermittebat. Semélque tantummodo iumento, eóque ipſo ad exiguum tempus, vſus reperitur: neque id vt laſſitudinem corporis leuaret, ſed vt opere ipſo propheticum oraculum confirmaret.* Et S. Bernardus: *Sed dicit aliquis: Non valuit opus ſuum reparare creator abſque iſta difficultate? valuit, ſed maluit cum iniuria ſua, ne peſſimum atque odioſiſſimum vitium ingratitudinis occaſionẽ vlterà reperiret in homine. Sanè multum fatigationis aſſumpſit, quo multæ dilectionis hominem debitorem teneret, commoueretque gratiarum actiones difficultas redemptionis, quem minùs eſſe deuotum fecerat conditionis facilitas.* Et paulo pòſt: *Luce clariùs patet, quantum modò pro te ô homo, diſpendium fecit, de Domino ſeruus, de diuite pauper, Caro de verbo, de Dei filio hominis filius fieri non deſpexit. memento iam te, & ſi de nihilo factum, non tamen de nihilo redemptum. Sex diebus condidit omnia, & te inter omnia. at verò per totos triginta annos operatus eſt ſalutem tuam in medio terræ. O quantum laborauit ſuſtinens? Carnis neceſſitates, hoſtis tentationes nónne ſibi crucis aggrauauit ignominia, mortis cumulauit horrore? Hæc meditamini, in his verſamini, talibus odoramentis refouete viſcera veſtra, quæ diu torſit odor moleſtior peccatorum.* Et alia quæ ſequuntur.

Serm. 12. in Cant.

Inſidiæ in colloquendo, aliæque Chriſti Domini noſtri actiones vſque ad paſſionem. De conſuetudine ſermonis Iudæorum cum Chriſto, ſic ſcriptum eſt apud ſanctum Lucam: *Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & legiſperiti grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis, inſidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accuſarent eum.* Interrogabant enim eum, vt colligit Theophylactus ex Euangelio, nunc de lege, vt arguerent eum, quaſi blaſphemum, nunc de Cæſare, vt accuſarent eum, quaſi hoſtem Cæſareæ maieſtatis. Idque tanta importunitate & barbarie, vt os eius opprimerẽt.

Luc. 11.

Quare

Quare compulſus aliquando eſt modeſtiſſimus Dominus, eos acriter corripere, dicens: *Vſquequo apud vos ero, & patiar vos?* quòd videlicet (vt notat ſanctus Chryſoſtomus) *grauior illi eſſet eorum conuerſatio ipſo crucis patibulo.* Quid igitur doloris & tormenti Chriſto attuliſſe putamus prauæ illius conſuetudinis matrem nequiſſimam, vitam nimirum Phariſæorum, qua *nec ipſi introibant*, vt dixit Dominus, *& intrare volentes, prohibebant*, Certè admittendæ patientiæ fuiſſe Dominum luce ipſa meridiana clarius eſt, qui eos nihilominus tam humaniter accipiebat, patienter audiebat, edocebat; nonnunquam etiam reprehenſionibus quaſi dormientes & ſtupidos excutiebat: Denique flebat etiam præ nimio cordis mœrore ſuper illos, *quòd non cognouiſſent tempus viſitationis & pacis.*

Gloſſa.

Luc.12.

Luc.19.

Eiuſdem generis eſt tentatio, qua vſus eſt Satanas aduerſus Dominum, cùm non ſolùm permiſſus eſt ab eo ſecum congredi, & omnes ſuperbiæ & fraudis ſuæ aculeos exerere, ſed etiam tulit manibus eius ſe ſublimè ferri: vt intelligeremus habere nos Pontificem, *qui poſſet compati infirmitatibus noſtris, tentatum per omnia.* quæ maxima Domini charitas & condeſcentio fuit, quamquam ad vtilitatem eorum, qui tentandi aliquando erant, ſeriem illam tentationum vniuerſam Dominus dixerit. Inde enim voluit, vt ediſceremus naturalem ordinem tentationum diabolicarum. Primò enim Satanas allicit concupiſcentiam gulæ: deinde in monte (ſiquidem ſequamur S. Anſelmi expoſitionem, qui ex Euangelio S. Lucæ colligit, hanc tentationem fuiſſe ſecūdam) concupiſcentiam rerum externarum. Poſtremò bonæ vitæ ſuperbiam in pinnaculo templi. Intelligeremus etiam ex prima quidem diaboli fraudes. Chriſto enim non obtulit miraculum conuerſionis lapidum in panes, eius vt famem reprimeret, ſed irritaret. nam vt ait S. Anſelmus, *viſo cibo creſcit, non ſedatur fames.* quare inuenta diaboli, etiamſi boni ſpeciem habeant, irritamenta ſunt maiorum malorum. Ex ſecunda verò & tertia diabolum in ipſamet tentatione, dummodo proceſſus eius diligenter attendatur, ſeipſum prodere: *Mitte*, inquit, *te deorſum*, nec

Hebr. 4.

Primò.

Secundò.

In Matthæum.

Tertiò.

enim diabolus aliud ſuadere poteſt quàm præcipitium. *Si cadens adoraueris me.* Et quis caſus grauior, quàm diabolo adhærere? denique ille verè cadit, qui auctorem conſiliorum ſuorum diabolum ſequitur.

Huc etiam refertur penuria rerum terrenarum & ſubſidiorum omnium humanorũ, quibus plerumque deſtitui voluit Dominus, ad extremæ voluntariæ paupertatis exemplum; caruit tecto lectóque proprio: *Vulpes enim, foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput ſuum.* ab alieno autem excluſus eſt hoſpitio aliquando, non ſolùm in Samaria, in qua peregrinus haberi voluit: ſed etiam in Iudæa, atque in ipſa Hieroſolymorum vrbe, eo videlicet tempore, quo in templo quotidianis concionibus in erudiendo populo deſudabat egregiè: [*Et introiuit in Hieroſolymam in templum* (ſcriptum eſt apud S. Marcum) *& circumſpectis omnibus, cùm iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam.* quo loco Beda (*circumſpexit*) *an quis,* inquit, *eum hoſpitio ſuſciperet: tanta enim fuit paupertatis, & ita nulli adulatus, vt in tanta vrbe nullum inueniret hoſpitium.*] Neque mirum, nam is eſt, cui dum naſceretur, non fuit locus in diuerſorio, & dum moreretur, propriis exutis veſtibus in alieno ſolo & cruce ſanctiſſimum Spiritum cœleſti Patri commendans, corpus alieno ſepulchro inferendum reliquit exanime: Et quamquam illi à piis mulieribus miniſtratum aliquando fuit de facultatibus ſuis, id rogatu eius factum non eſt, & ſæpenumero ita vixit, vt in diem ſequentem reſeruaret nihil. Certè cùm ab eo tributum exigitur, tantæ fuit paupertatis, vt *vnde tributa pro ſe & Apoſtolo redderet, non haberet,* vt ait S. Hieronymus. Quòd ſi obiicias, Iudas in lóculis portabat pecuniam? nos reſpondebimus (ſubdit idem Hieronymus) *rem pauperum in ſuos conuertere nefas putauit, nobiſque idem tribuit exemplum.*

Matt. 8.

Luc. 9.

Matt. 11.

In Matt. cap. 17.

De

De reliquis Chriſti actionibus laborioſis, ijs præſertim, in quibus paſſionis tempore verſatus eſt.

CAPVT XVIII.

EX præſcripta enumeratione Domini actionum ſeu paſſionum potiùs, quæ cum acerbitate & vexatione coniunctæ fuerunt, ſuperſunt conuitia, ſputa, colaphi, flagella, ſpinæ, irriſiones, ſubſannationes, exprobrationes, claui, & crux ipſa: his quippe nominibus à S. Bernardo eas recenſeri perſpicuum eſt. In his tria maximè conſideranda videntur. Corporis, ſcilicet, detrimenta, animę angores, honoris damna: quamquam enim in horum pleriſque honoris damna ſtatim ac nominantur, apparent quippe quæ vt Chriſtum afficerent ignominia, ſunt ab eius hoſtibus adinuenta, qualia ſunt conuitia, ſputa, irriſiones, ſubſanationes, exprobrationes: corporis item detriméta illico cernuntur in aliis, colaphis, nimirum, flagellis, ſpinis, clauis, cruce; ſunt tamen in ſingulis omnia, eaq; acerbiſſima, grauiſſima, maxima. ideóque ſunt hæc in ſingulis diligenter recognoſcenda, meditationíſque tempore attentè cogitanda. Iuuabunt autem meditantem ad illa tria in verbis hiſtoriæ Paſſionis Domini inueſtiganda ſequentes notæ pleriſque verbis eiuſdem hiſtoriæ præfixæ. Ex quibus C. Corporis detrimenta, A. animæ Angores, H. Honoris damna ſignificant. Et quia eodem verbo omni ſimul tria aliquando continentur, aut certè duo, Nota 3. alicui verbo præfixa ibi haberi omnia indicat. duo verò quæ ſint bina eadem elementa variè coniuncta demonſtrant. Exempli igitur cauſa, libet hîc ex eadem hiſtoria, quæ ad hanc rem faciunt, Euangelij verba deſcribere, notis ad prædictum modum adhibitis.

Cœpit a *contriſtari*, & a *mœſtus eſſe. Cœpit* a *pauere*, & a *tædere. Tunc ait illis:* a *Triſtis eſt anima mea* a *vſque ad mortem*, & *ſuſtinete hic* & *vigilate* a *mecum. Et progreſſus puſillum*, a *procidit in* a *faciem ſuam*, *orans*, & *dicens: Pater* a *mi*, *ſi* a *poſſibile eſt*, *tranſeat à me calix* a *iſte:* Matt. 26. Marc. 14

Luc.22. *verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Apparuit autem*
Mar.14. *illi Angelus de cœlo* a *confortans eum, & factus in* c.a. *agonia*
a *prolixius orabat. & factus eſt* c.a. *ſudor eius ſicut guttæ*
Matt.26 *ſanguinis decurrentis in terram. Venit hora, Ecce filius homi-*
nis tradetur in manus h *peccatorum. Surgite eamus: Ecce, qui*
Marc.14 *me* h *tradet,* a *propè eſt. Adhuc, eo loquente, Ecce Iudas* a.h.
vnus de duodecim, & cum eo h *multa* h *turba* h *multa, cum*
h *gladÿs &* h *fuſtibus* h *lignis* h *lanternis;* h *facibus &* h *ar-*
Ioan.18. *mis. 3. Manus 3. iniecerunt in Ieſum, & 3. tenuerunt eum Et*
Matt.26 *in illa hora dixit Ieſus turbis: an quam ad* h *latronem exiſtis*
cum h *gladÿs & fuſtibus 3 comprehendere me. Tunc diſci-*
Ioan.18. *puli* a.h. *omnes,* a.h. *relicto eo,* a.h. *fugerunt* h *Cohors,* h *Tri-*
bunus, & h *miniſtri* h *Iudæorum 3 comprehenderunt Ieſum,*
& 3 ligauerunt & adduxerunt eum ad h *Annam* h *pri-*
mum. Pontifex h *interrogauit Ieſum de* h *diſcipulis ſuis, &*
de h *doctrina eius, Reſpondit ei Ieſus; ego palàm locutus ſum*
mundo, &c. Vnus h *aſſiſtens* h *miniſtrorum dedit 3 alapam*
Ieſu, dicens: h *ſic reſpondes Pontifici? Et* h *miſit eum Annas*
3 ligatum ad h *Caipham* h *Pontificem. Erat Simon Petrus*
Luc.22. *ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: nunquid tu ex diſci-*
pulis h *eius es?* a.h. *negauit ille, & dixit* a *non* h *ſum. Et ſta-*
tim gallus cantauit: & cõuerſus Dominus, a *reſpexit Petrum,*
& recordatus eſt Petrus verbi Domini, & egreſſus foras, fle-
Matt.26 *uit amarè* h *Principes autem ſacerdotum, &* h *omne conſiliũ*
quærebant h *falſum teſtimoniũ contra Ieſum, vt eum* h *mor-*
ti traderent. Princeps ſacerdotum dicebat; h *adiuro te per*
Deum viuum, vt dicas h *mihi, ſi tu es Chriſtus filius Dei. Di-*
cit illi Ieſus: tu dixiſti. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit ve-
ſtimenta ſua, dicẽs; a.h. *blaſphemauit: quid adhuc egemus* a *te-*
ſtibus? Ecce nunc audiſtis h.a. *blaſphemiam, quid vobis vide-*
Matt.26 *tur? at illi:* h.a. *reus eſt mortis. Tunc* h.a. *expuerunt in fa-*
Marc.14 *ciem eius, &* c.h.a. *colaphis eum cæciderunt: Et cœperunt qui-*
dam h.a. *conſpuere eum, &* h.a. *velare faciem eius; &* c.h.
colaphis eũ cædere, & dicere ei: h *prophetiza* h *nobis,* h *Chri-*
ſte, quis eſt, qui te percuſſit? Et miniſtri c. h. *alapis eum cæ-*
debant, h a. *illudebant ei, 3 cædentes, & alia* h *multa* a.h. *blaſ-*
Luc.22. *phemantes dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, conuene-*
runt h *ſeniores plebis, &* h *principes ſacerdotum, &* h *ſcri-*
bæ, & h *duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes: ſi tu es*

Chriſtus,

Chriſtus, dic nobis. & ait illis: ſi vobis dixero, non credetis mihi. Et h.c. *vinctum* h *adduxerunt eum,* & h *tradiderunt* h *Pontio Pilato præſidi. Exiuit Pilatus ad eos foras, & dixit, quàm* h *accuſationem affertis aduerſus* h *hominem hunc? & dixerunt: ſi non eſſet hic* h *malefactor, non tibi tradidiſſemus eum.* Matt. 27
Cœperunt illum h *accuſare, dicentes: hunc inuenimus* h *ſubuertentem gentem noſtram,* & h *prohibentem tributa dari Cæſari,* & h *dicentem ſe Chriſtum Regem eſſe. Introiuit iterum in prætorium Pilatus,* & h *vocauit Ieſum, &c. Et illi* h *inualeſcebant, dicentes;* h *commouit populum, docens per vniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa vſque huc.* Luc. 23.
Pilatus h *remiſit eum ad Herodem.* h *ſpreuit autem illum Herodes cum* h *exercitu ſuo,* & h *illuſit illum* h *indutum veſte* h *alba,* & h *remiſit ad Pilatum. Pilatus ergo* h *emendatum illum dimittam.* h *Exclamauit autem* h *ſimul* h *vniuerſa turba:* h *Tolle* h *hũc, & dimitte nobis* h *Barrabam, qui erat propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium miſſus in carcerem. Erat autem Barrabas* h *latro.* Luc. 23. Ioan. 18.
Tunc 3. *apprehendit Pilatus Ieſum,* & 3. *flagellauit. Tunc millites* Præſidis 3. *ſuſcipientes Ieſum in prætorium congregauerũt ad* h *eum* h *vniuerſam cohortem,* & 3. *exuentes eum,* h *clamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis,* 3 *poſuerunt ſuper* 3 *caput eius,* & a.h. *arundinem in dextera eius* & a h. *genu flexo* h *illudebant ei, dicentes; Aue Rex Iudæorum.* & a.h. *expuentes in eum, acceperunt arundinem,* & 3 *percutiebant caput eius;* & *dabant illi* 3 *allapas.* Ioan. 19. Matt. 27 Ioan. 19.
Exiuit iterum Pilatus *foras,* & *dicit eis: Ecce adduco* h *vobis* a *eum foras. Exiuit ergo Ieſus portans* 2 *ſpineam coronam,* & h *purpureum veſtimentum,* & *dicit eis: Ecce* 3 *homo. Cùm ergo vidiſſent eum Pontifices & miniſtri,* h *clamabant;* h.a. *Crucifige,* h.a *crucifige eum. Dicit eis Pilatus:* h *Accipite eum vos,* & h *crucifigite. ego enim non inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundùm* h *legem debet* h *mori, quia filium Dei ſe fecit, &c. Dicit ei Pilatus, mihi non* h *loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo* h *crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſppondit* IESVS, *non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet deſuper: propterea qui me* h *tradidit tibi, maius peccatum habet. Exinde quærebat Pilatus*

Digitized by Google

dimittere eum. Iudæi autem h clamabant, dicentes: Si h hunc dimittis, non es amicus Cæſaris; omnis enim qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, h adduxit h foras IESVM, & ſedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithoſtrotos Hebraicè autem Gabbata. Erat autem paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta, & dicit Iudæis: Ecce h. a. Rex veſter, illi autem h clamabant: h tolle, h tolle, h. a. crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices, non habemus regem niſi h Cæſarem. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum à h ſanguine iuſti huius. h vos h videritis? Et reſpondens vniuerſus populus, dixit: h ſanguis eius ſuper nos ſit, & ſuper filios noſtros. Tunc h dimiſit illis h Barabam, IESVM autem tradidit h. a. voluntati eorum, h. a. vt crucifigeretur, & poſtquam a illuſerunt ei, c. h. exuerunt eum clamydem, & induerunt eum veſtimentis eius, & h duxerunt eum, vt h crucifigerent. Ducebantur autem cum h eo & alij h duo h nequam, vt interficerētur. & 3 baiulans ſibi c crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locus, Hebraicè autem Golgotha. Sequebatur autem illum multa h turba populi & mulierum, quæ a. h. plangebant, & a. h. lamentabantur eum. & venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, & dederunt ei vinum bibere cum c. h. felle miſtum. & dabant ei 3. mirrhatum vinum. Ibi 3. crucifixerunt eum, & a. h. latrones, vnum à h dextris & alterum à h ſiniſtris. Scripſit & titulum Pilatus, & poſuit h ſuper crucem, erat autem ſcriptum: IESVS Nazarenus, Rex Iudæorum h. Milites ergo cùm h crucifixiſſent eum, & acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt h quatuor partes, h vniquique militi partem) & tunicam. IESVS autem a dicebat: Pater dimitte eis, non enim ſciunt, quid faciunt. prætereuntes a blaſphemabant eum, h mouentes capita ſua, & dicentes. h. a. Vah qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud, ſalua temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. Et h ſtabat populus h ſpectans. Similiter Principes ſacerdotum h illudētes eum cum h Scribis & h ſenioribus a. h. dicebant, alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce & credemus ei. Id ipſum & latrones h. h. improperabant ei,

Matt. 27 · Luc. 23. · Ioan. 19. · Luca. 23. · Luca 23. · Ioan 19. · Luca 23. · Matt. 27. · Marc. 15. · Luc. 22. · Ioan. 19. · Luc. 23. · Mat. 27. · Marc. 15.

a.h.conuitiabantur ei. Vnus de his, qui pendebant, latronibus,
blaſphe a.g mabat eum, dicens: ʰSi tu es Chriſtus, ſaluum fac
temetipſum & nos. Reſpondens autem alter increpabat eum,
dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, &
nos quidem iuſtè: nam digna factis recipimus, hic verò h nihil
mali geſſit: & dicebat ad IESVM, Domine memento mei,
cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi IESVS: Amen
dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. a Stabat autem a iux-
ta a crucem Ieſu a mater eius, & a ſoror matris eius Maria
Cleopha, & Maria Magdalena: cum vidiſſet ergo IESVS a
matrem & diſcipulum a ſtantem, quem a diligebat, dicit a
matri ſuæ: a Mulier, Ecce a filius a tuus: deinde dicit diſcipu-
lo: Ecce a mater tua. A ſexta autem hora, a tenebræ factæ ſunt Ioan. 19.
ſuper vniuerſam terram, vſque ad horam nonam. Et a obſcu- Matt. 27.
ratus eſt ſol, & circa horam nonam 3 clamauit IESVS voce
a magna dicens: Eli, eli, lamaſabathani, a Deus, a Deus a Luc. 23.
meus a vt quid a dereliquiſti a me? Poſtea ſciens IESVS,
quia iam omnia conſummata ſunt, vt conſũmaretur Scriptura Matt. 27.
dicit 3. ſitio. Vas ergo poſitum erat, aceto plenum, illi autem Ioan. 19.
ſpongiam aceto plenam hyſſopo circumponẽtes, h obtulerunt ori
eius. cùm ergo c accepiſſet IESVS 3 acetum, dixit: Con-
ſummatum eſt. IESVS autem iterum 3 clamans voce ma- Mat. 27.
gna, ait: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, &
hæc dicens, 3 expirauit, inclinato capite 3 tradidit ſpiritum. Luc. 23.
Stabant autem & h noti eius à longè. Ad IESVM au-
tem cum veniſſent, non fregerunt eius crura, ſed vnus mili-
tum h lancea h latus eius h aperuit. Ex Chriſti autem paſ-
ſione virtutes eruuntur omnes, maximè verò Heroicè,
vt antè ex ſancto Auguſtino adduximus, cap. 5
huius libri, hoc eſt, inſignis & planè mi
randa patientia, humilitas,
charitas, &c.

***

De intellectus exercitatione circa Scripturæ ſacræ verba, quæ meditationi ſubiiciuntur.

CAPVT XIX.

VErborvm diuinorũ meditationem no-
bis familiarem eſſe debere docet exemplo
ſuo Dauid, cùm ſcribit: *Lex tua, mãdata tua*
Pſal. 118. *meditatio mea eſt.* Et: *Præuenerũt oculi mei ad*
te diluculo, vt meditarer eloquia tua, ad quam
rem inprimis eſſe neceſſarium Dei ſupernaturale lumen
& auxilium, ſacrę literæ Patréſque teſtantur. Adfero ſan-
cti Hieronymi verba: *Totum*, ait, *quod legimus in diuinis*
Epiſt. ad Paulinũ. *libris nitet quidem, & fulget etiam in cortice, ſed dulcius eſt*
in medulla: qui edere vult nucleum, frangat nucem. reuela,
inquit Dauid, oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege
tua. ſunt igitur hîc aliqua ex Patribus depromenda, quæ
ad fructum ſpiritualem ex verborum diuinorum con-
templatione colligendum & vtilia ſunt & neceſſaria.

Ante omnia autem illud intelligendum eſt, quod à
ſacris Scriptoribus paſſim traditur perſpicuè magis à S.
Eucher. lib. de ſpiritualibus formulis in præfatione. Eucherio ſic ferè explicatur: *Quatuor ſunt diuinarum ex-*
poſitionum genera, Hiſtoricum, Tropologicum, Allegoricum,
& Anagogicum. Hiſtorica expoſitio eſt, quæ veritatem no-
bis factorum ac fidem reuelationis inculcat. Tropologica ſiue
moralis expoſitio eſt, quæ ad vitæ emendationem myſticos in-
tellectus refert. Allegorica expoſitio eſt, quæ geſtorum narra-
tionem futurorum vmbram prætuliſſe demonſtrat. Anagogica
expoſitio eſt, quæ ad ſacratiora cœleſtium figurarum ſecreta
perducit. Hæc ipſa ſubiectis explicantur exemplis. Aqua ſe-
cundum hiſtoriam elementarem aquam ſignificat, quæ ter-
Geneſ. 1. *ram alluit & interluit, ſicut in principio Geneſeos: congre-*
gentur aquæ in locum vnum, & appareat arida. Tropologi-
Pſal. 65. *cè aqua tribulationes ſignificat: Pſalmus: Tranſiuimus per*
ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Et in Iſaia:
Iſaiæ 43. *Cùm tranſieris per aquam, tecum ero. Item ſapientiam ſigni-*
Prou. 18. *ficat, dicente Salomone: Aqua profunda verba ex ore viri, &*

torrens redundans fons ſapientiæ. Item *hæreſes eodem Salomone ſcribente: Aquæ furtiuæ dulciores ſunt.* Item *proſperitates apud Ioannem, dicentem: Omnis, qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum.* Allegoricè *aqua baptiſmum ſignificat, de quo in Ezechielis volumine legitur: Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.* Anagogicè *aqua exponitur de æterna beatitudine, ſicut in Hieremia: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Et in *Apocalypſi: Deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Item *de Angelis in Pſalmo canitur: Aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini.* Hæc ex ſancti Eucherij doctrina. Prou. 9. Ioan. 4. Ezec. 36. Hier. 2. Apoc. 7. Pſal. 148.

Quod verò docet ſanctus hic doctor ſingulis in verbis contineri, poteſt etiam in coniunctis animaduerti atque adeò in membris periodi alicuius, & in vniuerſa aliqua verborum comprehenſione. Sufficiat ad id oſtendendum, quod ſcribitur à S. Auguſtino, dum exponit illa verba Domini: *Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra.* Hiſtoricè enim indicat intelligi de Dei præceptorum obſeruantia, *vt nempe hæc ita vigeat in hominibus in terra, ſicut in Angelis in cœlo.* Tropologicè verò, *vt quemadmodum ſpiritus non reſiſtit Deo, ita & corpus non reſiſtat ſpiritui vel animæ, quæ nunc corporis infirmitate vexatur, & in carnalem conſuetudinem prona eſt.* Allegoricè autem *fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra, ſicut in ipſo Domino noſtro IESV Chriſto, ita & in Eccleſia: tanquam in viro, qui Patris voluntatem impleuit, ita & in femina, quæ illi deſponſata eſt.* Anagogicè denique *orandum,* inquit, *eſt, vt quemadmodum corde condelectamur legi ſecundùm interiorem hominem, ita etiam corporis immutatione facta per reſurrectionem, huic noſtræ delectationi nulla pars noſtra terrenis doloribus ſeu voluptatibus aduerſetur.* *Lib. 2. de Ser. Domini in monte, cap. 6.*

In his quatuor Scripturæ diuinæ interpretationibus verſatur vtiliter intellectus dum meditamur, quia ex vnaquaque erui poteſt, quod proſit animæ ad ædificationem. Allegoria quidem & anagogia proficientium ſunt potiùs & perfectorum hominum quàm incipientium, & eorum magis qui contemplatrici viuendi rationi addicti ſunt: *Quando videlicet,* vt ſcribit ſanctus Hieronymus, *in ſpirituali theorica ad ſublimiora tranſimus, terrena dimit-* *Quæſt. 12. ad Hedibiam.*

timus, de futurorum beatitudine & cœleſtibus diſputamus: vt præſentis vitæ meditatio vmbra futuræ beatitudinis ſit. Hiſtoria verò & tropologia, vt quę maximè ſpiritus vtilitati ſeruiunt, magis propriæ ſunt meditantis: nam hiſtoria, dum res geſtas narrat, docet, Tropologia autem mores etiam ipſos informat, & vt idem S. Hieronymus eſt auctor, *ea quæ dicuntur, ad animæ emolumenta conuertit.* De his duabus pauca hîc dicenda ſunt, non quidem exquiſitè, quod faciunt Theologi, ſed adumbratè potiùs, & quantum ad meditandum cuilibet vel leuiter ſacris litteris imbuto ſufficiat; & primùm de hiſtoria.

Ibidem.

Ad hiſtoriã pertinent verba; hęc apud S. Auguſtinum in Scripturis ſacris duplicia eſſe perhibentur: *propria & tranſlata.* Propria dicuntur, cùm his rebus ſignificandis adhibentur, propter quas ſunt inſtituta, vt bos ad ſignificandum pecus. Tranſlata ſunt, cùm & res ipſæ, quas propriis verbis ſignificamus, ad aliud aliquid ſignificandum vſurpantur: vt cùm per bouẽ intelligimus Euangeliſtam, quem ſignificauit ſcriptura, interpretante Apoſtolo dicens: *Bouem triturantem non infrenabis.*

Lib. 2. de doctrina Chriſt. cap. 10.

1. Cor. 10

Circa verba propria multa dicit idem S. Auguſtinus obſeruanda in interpretatione ſcripturæ, quæ ſuo tempore multiplex & varia circumferebatur: quibus nunc ſoluti ſumus, modò vulgatam editionem à ſancta Romana Eccleſia approbatam ſequamur; quanquam maximè intelligentiam iuuat cognitio Græcæ linguæ, qua ſcripta Euangelia primùm ſunt. (excepto Euangelio S. Matthæi, quod tamen licet Hebraicè ſcriptum ſit ab ipſo Græcè priùs verſum eſt, quã latinè, & à Latinis ex Græcis acceptum. ſicut etiam Euãgelium ſancti Marci, quod primùm ſcriptum Latinè putant nobiles Scriptores: nos tamen illud à Græcis accipimus.) Huc quoque pertinent multi loquendi modi Hebræorum proprij, qui Euangeliſtis, vt pote Hæbræis, aut Hebraicè doctis, familiares etiam ſunt.

Exemplum ſit à Græcis verbis, quod Dominus apud ſanctum Matteum docet: *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: cùm ergo facis eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt.*

Matt. 6.

Allu dit

Digitized by Google

Alludit enim ad tragœdiarum & comœdiarum morem, quarum initio tubis canitur, vt populus admoneatur hiſtrionem exire, oculoſque & aures attendat. hoc enim loco quaſi tragœdiam aut comœdiam Pharisæorum Chriſtus inducit; primùm enim nomen ipſum *ὑποκριτὴς hypocrita*, quo vtitur, *hiſtrionem* propriè ſignificat, *qui alia perſona cùm ſit, aliam agit*, vt etiam S. Auguſtinus adnotauit, deinde verbum *θεαθῆναι*, *vt ſpectemini*, theatrale eſt, nam theatrum ipſum ab eodem ductum eſt verbo, & *tuba canere* proprium eſt etiam theatri hæc omnia vt ſignificet, nihil in hypocritis eſſe veræ ſolidæque virtutis, quicquid agunt, ſimulationem, laruam, tragœdiam, & comœdiam eſſe, ideóque ſpectari velle; nos ſolidam debere ſequi virtutē, nec alios ſpectatores quàm Deum deſiderare hæc noſter Ioānes Maldonatus in eum locū.

Quamquam coniuncta ſunt hæc cum aliqua metaphora. illud ſimplex eſt, *Eſto conſentiens aduerſario tuo.* Græcè *εὐνοῶν*, id eſt, beneuolus; quod Tertullianus vertit *beneuolentiam habeto*. Item illud: *Alij autem palmas in faciem eius dederunt* Græcè *οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν*, fuſtibus aut bacillis cæciderunt, vel fortè crepidis, quibus Iudæi plurimum vtebantur. *ῥαπὶς* enim vnde verbum *ῥαπίζειν* ductū eſt, & virgam, aut fuſtem, & crepidam ſignificat, & eſt veriſimile, Iudæos contumeliæ cauſa crepidis faciem Chriſti cecidiſſe. Et apud S. Lucam vbi nos legimus: *Corripiam ergo illum*: Græcè legitur *παιδεύσας οὖν αὐτὸν*, hoc eſt, puerorum more flagris ſubiiciā, tanquam hominem dignum ſcutica aut pædagogi ferula, quod magis auget ludibrium & deſpectum, quo Chriſtus Pilato & Iudæis fuit. Sed & quantam vim ſanguinis Chriſtus profuderit in horto illo Gethſemani, cùm in agonia poſitus ſanguinis guttas ſudauit, ex Græco verbo intelligimus; quod eſt *θρόμβοι*, hoc eſt, craſſiores guttæ.

Matt. 5.
Lib. de patientia.
Matt. 26.
Luc. 23.
Luc 22.

Articulus etiam Græcus quibuſdam nominibus præpoſitus magnā habet emphaſim, vt cùm beatiſſima Virgo de Deo loquens ait: *Quia fecit mihi magna qui potens eſt*, Græcè *ὁ δυνατὸς* ille potens. Et *Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis*, Propheta ille magnus; & in parabola filij prodigi, *τὴν στολὴν τὴν πρώτην*, illam ſtolam illam

Luca 1.
Luca 7.
Ioan. 1.
Luc. 23.

primam

primam,& ibidem vitulum illum ſaginatum, & apud S.
Ioannem: *Non erat ille lux*, τὸ φῶς, lux illa. *Inuenimus*
τὸν μεσσίαν, illum Meſſiam, & illud Pilati: *Tu es Rex*. ὁ
βασιλεὺς, ille rex *Iudæorum?* & idem aliis in locis Sed
quia hæc non niſi Græcæ linguæ præſidio ex Euange-
liis erui poſſunt, ſat eſt hæc pauca attigiſſe.

Pauca etiam adfero de modis loquendi Hebræorum
propriis, qui tamen in Euangeliis paſſim occurrunt. Pri-
mum enim Caro in ſcripturis Hebræorum more pro
homine ponitur. Vt, *verbum caro factum eſt*. *Non ſunt*
Ioan.1. *duo, ſed vna caro*. Et: *Non fieret ſalua omnis caro*. ſimiliter
Mat.16. anima pro vita: *Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid mandu-*
Matt.6. *cetis*. Et: *Qui inuenit animam ſuam perdet eam*. veritas pro
Matt.10. iuſtitia, *Qui facit veritatem, venit ad lucem*.
Ioan.3. Deinde in verbis etiam coniunctis aut pluribus He-
braiſmi ſunt in Euangeliis quã plurimi, vt, *filius gehennæ*,
pro eo qui eſt gehenna dignus, quomodo dicimus e-
tiam *filium mortis*, *filius hominis*, id eſt homo, quo nomi-
ne ſe Chriſtus Dominus appellat ſæpe, nec eo vnquam
appellatur ab aliis, vt intelligamus ſe non honoris ſed
abiectionis cauſa ita vocare. *Commendans nobis*, ait S. Au
Lib.2. de guſtinus, *quid miſericorditer dignatus ſit eſſe pro nobis*, *filius*
conſenſu *pacis*, hoc eſt, pacis amicus, & dignus pace. *filius ſapientiæ*
Euang. pro ſapiente. *filius ſponſi*, pro ſponſi amico. In oratione
cap.1. ipſa & partibus ſiue membris periodi alicuius. *Si te au-*
dierit. *Qui vos audit*, hoc eſt, obedientem ſe præbuerit,
aut præbet, *Inueniſti gratiam apud Dominum*. pro obti-
Luca.1. nuiſti. *Aue gratia plena*. pro valde gratioſa. *Magnificat a-*
Luc.21. *nima mea Dominum, Et exultauit ſpiritus meus*. hoc eſt,
anima quanta quanta eſt.

Græciſmus autem & Hebraiſmus ſimul eſt in illis
Matt.16. verbis, quibus quærit Dominus ex diſcipulis: *Quem di-*
cunt homines eſſe illum filium hominis? hoc eſt, quem vul-
garem, & plebeium, parúmque nobilem reputant homi-
nes. *deceptio diuitiarum* apud S. Marcum, hoc eſt, diuitiæ
Marc.4. deceptrices. *Omnis igne ſalietur, & omnis victima ſale ſa-*
Marc.9. *lietur*, ac ſi diceret ſicut ſine ſale nulla hoſtia Deo acce-
Luc.22. pta erat, ſic ſine tribulatione nemo Deo gratus, *Deſide-*
rio deſideraui (ait Dominus) *hoc Paſcha manducare vobiſ-*

cum

cum, hoc eſt, ex animo & ſummo cum deſiderio deſideraui:& ſexcentæ aliæ ſententiæ, quibus accommodatè ad formam loquendi Hebræorum propriam plena ſunt quatuor Euangelia, quæ vſu legendi & ſtudio adhibito, præſertim ad eos commentarios, qui hiſtoricum ſenſum cum linguarum obſeruatione tractant, facilè cognoſcuntur Inter hos excellunt ſcholia Vatabli correcta tamen, commentaria Maldonati, & Emanuelis Sa. in eadem Euangelia, & aliorum recentiorum ſcriptorum.

Illud hoc loco prætermittendum non eſt. meditationi ſubinde magnam lucem adferre interpretationem nominum Hebraicorum, quæ in noſtra editione Euangelica retinentur. *IESV* Saluatoris, *Mariæ* Dominæ, aut illuminatricis & patronæ; *Simonis*, obedientis, *Bethleem* domus panis, *Hieruſalem* viſionis pacis, & aliorum innumerabilium, quorum explicationem tanti fecit Hieronymus, vt librum hac de interpretatione ſcripſerit, ſecutus Philonem & Origenem. Et verò ſancti Patres, ad morum informationem huiuſmodi interpretationẽ ſæpe adhibentes docent nos, qua vtilitate eadem in meditando vtamur. Legatur expoſitio S. Anſelmi ad initiũ Euangelij ſecundùm Matthæum, in qua omnia illa nomina, quibus texitur Saluatoris genealogia, accommodatiſſimè ad morum inſtitutionem perſequitur, latinè primùm vertens ſingula, vt intelligamus ex illo genealogiæ quaſi ſterili ſolo vberem etiam frugem meditationis exiſtere: quod etiam facit auctor commentariorum in S. Marcum, qui S. Hieronymo tribuuntur, cùm ad eum locum peruenit, in quo ab Euangeliſta commemorantur omnium Apoſtolorum nomina. *Marc.* 3.

Vtile etiam eſt non ignorare alia quædam Hebræorum Grammaticorum præcepta, quorum vſus frequens eſt in Euangeliis: vt quòd careant ſuperlatiuo: ideóque eius loco vel poſitiuo vtantur, vt *mandatum magnum* pro maximum, vel repetitione aliqua eiuſdem poſitiui, vt *Amen, amen dico vobis*, hoc eſt, veriſſimè aſſero; quod vnum tempus alius loco adhibent, vt, *Depoſuit potentes de* *Luc.* 1. *ſede.* pro deponet. *Soluite templum hoc*, pro ſoluetis: *Ioan.* 2. quòd cùm careant agnomine, eius vice ponunt filium

cum

cum patris nomine, vt *Bar Iona* filius Ionæ: & quia carent comparatiuo, vtuntur aliquo verbo, quod eam vim
Matt.18. ſortitum ſit, vt, *Expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria*
Matt.18. *collo eius*, pro melius illi eſt, vel certè poſitiuo ipſo: *Bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem*, id eſt, melius eſt. Sed hæc ex multorum ſcriptorum obſeruationibus notiora ſunt, quàm vt à me debeant pluribus verbis explicari, & nō admodum meditationi neceſſaria ſunt, quippe quæ non his hæreat, ſed emolumenta animæ ſectetur ex his, quæ meditanti vtcunque manifeſta ſunt.

Vtiliſſima etiam eſt conſideratio aduerbiorum quorundam, & ſimilium particularum, quæ orationem Euāgelicam ex variis occaſionibus ingrediuntur, quale eſt (*ecce*,) quod rem nouam & inauditam ſæpe ſignificat:
Matt.2. *Ecce Magi ab oriente venerunt*: vel conſentiētis & optantis animum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. animi item promptitudinem: *Ecce nos reliqui-*
Mat. 19. *mus omnia. Continuò & ſtatim* aliquando & ipſa vim ha-
Matt. 4. bent oranti oportunam, vt: *Illi continuò relictis retibus ſe-*
Luc. 4. *cuti ſunt eum. Et continuò ſurgens miniſtrabat eis*. Idem di-
Luc. 8. cendum de aliis aduerbiis temporis, vt: *Tollat crucem ſuā*
Mat. 26. *quotidie: da nobis hodie, Oportet ſemper orare: Tunc diſcipu-*
Mar. 10. *li omnes relicto eo fugerunt: Accipiet centies tantum nunc in*
Matt. 4. *tempore hoc*. Eadem vis eſt in particula (*ſic*:) *Sic*, inquit
Ioan. 3. Dominus, *decet nos implere omnem iuſtitiam: ſic Deus di-*
Mat. 15. *lexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*. In prono-
Matt. 5. minibus etiam: *Et ego dico tibi. Ego autem dico vobis. Quē-*
Ioan. 13. *admodum ego feci vobis. Ego autem in medio veſtrum ſum,*
Luc. 22. *ſicut qui miniſtrat*. In Epithetis: *Ignem æternum, panis viuus, paſtor bonus, iugum ſuaue, onus leue*. Longum eſſet ſingula perſequi, ex his reliqua intelliguntur, quæ in propriis verbis & nominibus poſita ſunt.

De tranſlatis autem tàm verbis, quàm aliis loquendi modis, ſic ſcriptum eſt à S. Auguſtino: *Sicut in verbis pro-*
Lib. 3. de doctrina Chriſt. cap. 37. *priis, vbi res, vt dicuntur, intelligendæ ſunt ſic in tranſlatis, quæ faciunt tropicas locutiones, vbi aliud ex alio intelligendum eſt, non ſolum admonendi ſunt ſtudioſi venerabilium litterarum, vt in ſcripturis ſanctis genera locutionum ſciant, & quo modo apud eas aliquid dici ſoleat vigilanter aduer-*

Digitized by Google

tant, memoritérque retineant, verùm etiam, quod eſt præcipuum & maximè neceſſarium, orent vt intelligant. In eis quippe literis, quarum ſtudioſi ſunt, legunt, quoniam Dominus dat ſapientiam, & à facie eius ſcientia & intellectus: à quo & ipſum ſtudium, ſi pietate præditum eſt, acceperunt. quod quanto magis præſtandum ſit ab orante & meditante, nemo eſt, qui non intelligat. Iacob. 1. Prou. 2.

Deinde ſeruanda ſunt alia præcepta quæ in eandem rem idem ſanctiſſimus Pater tradidit. Quorum primum eſt: *Rariſſimè*, inquit, *& difficillimè inueniri poteſt ambiguitas in propriis verbis, quantum ad libros diuinarum ſcripturarum ſpectat, quam non aut circunſtantia ipſa ſermonis, quo cognoſcitur ſcriptorum intentio, aut interpretum collatio, aut præcedentis linguæ ſoluat inſpectio. Sed verborum tranſlatorum ambiguitates, non mediocrem curam induſtriámque deſiderant: nam principio cauendum eſt, ne figuratam locutionem ad literam accipias. Ad hoc enim pertinet, quod ait Apoſtolus. Littera occidit, ſpiritus autem viuificat.* Lib. 3. de doctrina Chriſt. cap. 4. Primum præceptũ. 2. Cor. 3.

Secundum præceptum eſt: H*uic*, inquit, *obſeruationi adiungenda etiam illa eſt, ne propriam quaſi figuratam velimus accipere. Demonſtrandus eſt igitur prius modus inueniendæ locutionis, propriane an figurata ſit. Et iſte omnino modus eſt, vt quicquid in ſermone diuino, neque ad morum honeſtatem, neque ad fidei veritatem propriè referri poteſt, figuratum eſſe cognoſcas. Morum honeſtas ad diligendũ Deum & proximũ, fidei veritas ad cognoſcendum Deum & proximum pertinet. Spes autem ſua cuique eſt in conſcientia propria, quemadmodum ſe ſentit ad dilectionem Dei & proximi cognitionémque proficere.* Et infrà: *Seruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiuſmodi, vt tam diu verſetur diligenti conſideratione, quod legitur, donec ad regnum charitatis interpretatio perducatur. Si autem hoc iam propriè ſonat, nulla putetur figurata locutio, ſi præceptiua locutio eſt, aut flagitium, aut facinus vetans aut vtilitatem & beneficentiã iubens, non eſt figurata, ſi autem flagitium aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem & beneficentiam vetare, figurata eſt, ait ſcriptura: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi. hic nullo dubitante beneficentiam præcipit, ſed quod ſequitur, hoc enim faciens,* Secundum præceptum. Cap. 20. Cap. 15. Rom. 12.

carbones ignis congeres ſuper caput eius: maleuolentiæ facinus putes iuberi, ne igitur dubitaueris figuratè dictum: & cùm poſſit dupliciter interpretari, vno modo ad nocendum, altero ad præſtandum, ad beneuolentiam te potiùs charitas reuocet, vt intelligas carbones ignis eſſe vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius, qui dolet ſe inimicũ fuiſſe
Ioan. 12. *hominis, à quo eius miſeriæ ſubuenitur. Item cùm ait Dominus, qui amat animam ſuam, perdet eam, non vtilitatem vetare putandus eſt, qua debet quiſque conſeruare animam ſuam, ſed figuratè dictum, perdat animam, id eſt, perimat atque amittat vſum eius, quem nunc habet, peruerſum ſcilicet atque præpoſterum, quo inclinatur temporalibus, vt æterna non quæra.*

Ex quibus regulis non ſolùm facilè dignoſcimus figuras, locutiones, aut verba eſſe manifeſta illa: *Agnus Dei, ſponſus, via, oſtium paſtor bonus, lapis angularis,* & alia, quæ Chriſto tribuuntur, *ſal terræ, lux mundi, filij ſponſi, filij tonitrui,* quæ Apoſtolis, ſed etiam, abſtruſiores illas,
Matt. 8. *Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Fidelis*, inquit ſan-
Luca 9. ctus Ambroſius, *ab infideli communicatione ſecernitur. Qui*
Luc. 14. *non audit patrem ſuum & matrem, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Quatenus nimirum Chriſto contrarius eſt pater
Matt. 5. & mater. *ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te,* quo loco inquit ſanctus Hieronymus, *oculo & manu affectus propinquorum intelligitur.* exponendæ ſunt alia eodem modo.

Metaphora cenſenda eſt parabola, quanquam longio & continuata, eius frequens eſt in Euangelio vſus: era
Libr. 2. enim loquendi modus *familiaris Syris & Palæſtinis*, v
qq. Euãgelicar. quæſt. 45 auctor eſt S. Hieronymus. Has S. Auguſtinus diuidit i duo genera: *Parabolas*, inquit, *Dominus aut ſecundum ſimilitudinem aliquam ponit, ſicut de ſeruo illo, cui Dominu*
Mat. 18. *dimiſit, quod ratione reddita debere inuentus eſt, & ipſe conſeruo ſuo dilationem ſaltem dare noluit: & de fœneratore*
Luca 7. *qui cùm duobus debitoribus donaſſet, quod debebat, ab eo plu dilectus, cui plus donauit: & de homine, qui habebat duos filios, maiorem in agro ſibi propinquantem, minorem autem i longinquo luxuriantem. De his in quantum ſimilia ſunt, ducitur intellectus eius rei, cui adhibentur ad myſterium inſi*

nuand

nuandæ aut requirendæ veritatis. Aut ex ipſa diſſimilitudine aliquid probat, veluti eſt illud, quòd ſi fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit, quanto magis vos modicæ fidei? ad hoc genus pertinet etiam illud, quod de ſeruo ait, cui Dominus denunciauerat, vt à villicatu remouerentur: fraudem quippe ille fecit Domino ſuo, vt falſatis chirographis debitoribus eius, quantum commodum viſum eſt, relaxaret: neque vllo modo nos Dominus, vt ſibi fraudem faciamus, hortatur; ſed ſi qui fraudulento ſibi prouidit in poſterum, laudatum eum dicit à Domino, quanto maiore alacritate ſibi prouidere debent in æternam vitam? Matt. 6. Luc. 16.

Quamuis autem in parabolis non omnia ſint neceſſaria, vt aiunt Patres, ſed pleraque ad ornatum hiſtoricum pertineant, nihil tamen myſterio vacat, & nonnunquam ex clauſula ipſa parabolæ, quæ ſit mens Chriſti Domini in vniuerſa illa metaphora, facilè cognoſcitur. vt cùm legimus: *Multi vocati, pauci electi; & qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur.*

Denique vt quæ de verbis dicenda ſunt, breuiter concludantur, idem S. Auguſtinus ſic præcipit: *Nihil in Scripturæ verbis debemus inſpicere, niſi loquentis voluntatem, cui debent verba ſeruire, nec mentitur quiſquam, ſi alijs verbis dixerit, quid ille voluerit, cuius verba non dicit.* hæc ſiquidem vnica ratio eſt ſenſus hiſtorici in Euangeliis indagandi. *Tertium præceptũ* Lib. 2. *de conſ. Euang. cap. 28.*

Quomodo inter meditandum exercetur intellectus in coniungendo ſenſu morali cum hiſtorico.

CAPVT XX.

IN *hiſtoria*, inquit S. Hieronymus, *ſpiritualem habeas intelligentiam, & in tropologia hiſtoriæ veritatem: horum vtrumque altero indiget.* Intelligentiæ autem moralis inueſtigandæ duplex eſt ratio, vna ſimplex & aperta, qualis eſt in illis hi- *Lib. 12. in Ezec. cap. 41. Prior ratio.*

ſtoriis, quæ per ſe ad mores ſpectant. De quibus lo-
Lib. 20. moraliũ. cap. 31. quens ſanctus Gregorius: *Virtutum opera ex magna par-te iuxta ſolius hiſtoriæ textum tenemus, ne ſi hæc ad indagan-da myſteria trahimus, veritatem fortaſſe operis vacuare videamur.* Quare quando hiſtoria apertam virtutis narrationem continet, ita in ea per ſe emicat virtus & allicit, vt per myſticam expoſitionem non ſint vi meditationis quaſi ex ſilice excutiendæ nouæ virtutum latentium ſcintillæ. Matt. 5. Quis enim in concione illa Domini, in qua tam multis verbis perſuadet Chriſtianam iuſtitiam Phariſaica longè ſuperiorem eſſe debere, adhibeat myſticam interpretationem? Quis item ad reconditiorem intelligentiam trahat apertas eius reprehenſiones, præcepta virtutum, ieiuniorum obſeruationes, eleemoſynas, & alia multa miſericordiæ opera, quæ in Euangelio continentur.

Inter meditandum igitur in ea, quæ virtutum aut vitiorum hiſtorias exempláve explicant, non ſunt myſticè exponenda, ſed diligenter animo inſigenda, vt in vſus proprios virtutes, vitia in exempla conuertantur. hanc rationem perpetuò ſequitur S. Baſilius in ſuis moralibus: Cap. 1. Matt. 26. *Pœnitentia*, inquit, *agentes debent amarè flere & reliqua quæ ſunt pœnitentiæ ſigna edere. Et recordatus eſt Petrus verbi Ieſu, quod dixerat: priuſquam gallus cantet, ter me negabis; & egreſſus foras fleuit amarè.* Int. 115. In regulis item breuioribus, vt exempli cauſa. *Quomodo*, inquit, *alij aliis inter nos obedientiam præſtabimus? tanquam ſerui*, ait, *aduerſum Dominos, conuenienter illi præcepto Domini, Qui vult in vobis eſſe magnus, ſit omnium vltimus & ſeruus omnium. Quibus verbis adiungit, quod nos efficacius etiam poſſit mouere: ſicut filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret: & conſentaneum in modo etiam dicto illi Apoſtoli; per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem.* Matt. 10. Gala. 5.

Illud porrò in hoc expoſitionis genere meditanti propoſitum eſſe debet, virtutum exempla ad ea, quæ conditionis ipſius propria ſunt, accommodare. exemplum ex ſancto Anſelmo petamus, ſic enim ſcribit in ea Domini verba: In Matt. cap. 18. *Expedit ei, vt ſuſpendatur, mola aſinaria*

Digitized by Google

naria in collo eius, & demergatur in profundum maris. ſæculares homines dicuntur eſſe dediti rotæ huius mundi, iuxta illud: in circuitu impij ambulant. per molam ergo aſinariam ſæcularis vitæ circuitus & labor exprimitur, & per profundum maris extrema damnatio deſignatur. dicit ergo, melius eſſet alicui contemplatiuo, vt volueret molam aſinorum, id eſt, ſæcularis eſſet, voluens ſolicitudinem mundanorum, & per hoc demergeretur in profundum inferni, quàm eſſet contemplatiuus ſcandalizans fratres ſuos, lenior enim pœna eſſet ſibi in inferno. Idem in explicatione petitionis filiorum Zebedæi ſic ſcribit: *Patitur frequenter Dominus diſcipulos ſuos aliquid non rectè aut dicere, aut agere, aut cogitare, vt ex illorum culpa inueniat occaſiones docendi & exponendi regulam pietatis.* Et paulò poſt: *Iſti ambitioſi, illi inuidioſi, vtrique tamen nobis profuerunt.* Sic meditetur vir religioſus, & ad hanc normam ſuam meditationem inſtituat etiam ſæcularis, ea inueſtigans & cogitans, quæ generi vitæ ab ſe in inſtituto conueniant. Idémque de aliis humanæ vitæ conditionibus intelligendum: aliter enim meditatur matrimonio copulatus, ſolutus aliter, aliter paterfamilias, aliter filius, aliter princeps, aliter priuatus ciuis.

Pſal. 1.

Matt. 20.

Altera ratio moralis expoſitionis eſt, cum ex hiſtoria planè perſpecta rebúſque geſtis pietatem eruimus, documentáque virtutis, perſonas perſonis accommodantes, res rebus, verbis verba: qua ratione in Euangelio Herodes diabolus eſt, infans Chriſtus virtus ouaneſcens ſuis nondum formata radicibus, ſatellites Herodis occaſiones oblatæ hominibus necdum in virtute corroboratis, vt ab ea deficiant: qui prorſus eſt interitus paruulorum; à quo tamen Angelorum monitu & cuſtodia eripitur Chriſtus, hoc eſt, Virginis Filius, is nimirum, qui virginem vt parentem habet, colit, imitatur.

Altera ratio.

Hanc ſequuntur plerique omnes Patres, in primis autem apud Græcos Origines, & S. Cyrillus, apud Latinos verò S. Gregorius Papa. De ea ſic S. Hieronymus: *Hiſtoria ſtricta eſt, & euagandi non habet facultatem. Tropologia libera, & his tantùm legibus circumſcripta, vt pietatem ſequatur intelligentiæ, ſermoniſque contextum, nec in*

In Nahum. c. 1.

rerum multum inter ſe contrarijs violentia ſit copulandu. Atque hæc dicta ſint de intellectus exercitatione; nunc de affectu, quæ reſtant, expediamus.

De exercitatione voluntatis & affectus orationis tempore.

CAPVT XXI.

NON meditamur, vt intelligamus aut di-
Pſal.38. ſcamus ſolum, ſed multo magis vt animo
ac voluntate moueamur & afficiamur: *Et in*
meditatione mea, inquit Dauid, *exardeſcet*
ignis. Affici igitur erga bonum proprius eſt
orationis meditationiſve ſcopus; ex quo oratio vim, na-
Serm. de tem. 220. turam, definitionemque adepta eſt. idcirco enim dicitur
S. Auguſtino: *Aſcenſio animæ de terreſtribus ad cœleſtia*
Lib.3 cap.24. à S.Damaſceno: *Aſcenſio mentis in Deum*, à S.Chryſoſto-
Hom.30. in Gen. mo; *colloquium cùm Deo.* à S.Gregorio Nyſſeno: *conuerſatio ſermocinatióve cum Deo.* Quod quomodo fiat
Lib.2. de Serm. Domin. in mon. c.3. vniuersè à ſancto Auguſtino explicatur ſic; *Quid opus*
eſt ipſa oratione, ſi Deus iam nouit, quid nobis neceſſarium
ſit, niſi quia ipſa orationis intentio cor noſtrum ſerenat &
purgat, capaciúſque efficit ad excipienda diuina munera, quæ
ſpiritualiter nobis infunduntur. Et poſt pauca; *Fit ergo in*
oratione conuerſio cordis ad eum, qui ſemper dare paratus
eſt, ſi nos capiamus, quod dederit; & in ipſa conuerſione
purgatio interioris oculi cùm excluduntur ea, quæ temporaliter cupiebantur; vt acies cordis ſimplicis ferre poſſit ſimplicem lucem, diuinitus ſine vllo occaſu aut immutatione fulgentem, nec ſolùm ferre, ſed etiam manere in illa; non tantùm ſine moleſtia, ſed etiam cum ineffabili gaudio, quo vere ac ſinceriter beata vita perficitur.

Oratione igitur purgatur cor, illuſtratur, perficitur, hoc eſt, inſtituitur & iuuatur, vt ingrediatur & teneat tres illas vias, quæ trito iam nomine appellantur purgatiua, illuminatiua, perfectiua, ſiue vnitiua

commu-

commouendo nimirum, regendo, & promouendo affectus animi vnicuique viæ proprios & accommodatos.

Porrò verba Scripturæ diuinæ & præſertim Euangelicæ per ſe apta ſunt ad mouendum hominis cor, ſunt enim vt verba ſponſæ, de quibus S. Bernardus ſcribens ait: *Sunt lactiflua ad ſaporem, ſolida ad nutrimentum, efficacia ad medicinam. Ex eo enim, quòd ſuauiter ſonant, affectum mulcent, & de eloquium ubertate mentem impinguant & nutriunt, & de altitudine myſteriorum dum intellectum, quo altius exercent, altius terrent, miro modo tumorem ſanant in tantis ſcientia.* Eſt tamen præterea neceſſaria hominis induſtria & exercitatio, qua vna ſe quaſi verrere ſpiritum ſuum teſtatur propheta. Vt enim Eliſæi ſpiritus non niſi ad pſalterij concentum ſuſcitatus eſt, ſic humanum cor non niſi induſtria meditationis afficitur & concaleſcit. Serm. 67 in Cant.

Alij autem ſunt affectus incipientium & in via purgatiua conſtitutorum, alij proficientium & vitæ illuminatiuæ, alij denique perfectorum & vitæ vnitiuæ. Affectus incipientium ſtatui accommodati, & quos orando in ſeipſis excitare vt plurimum debent, qui purgantur, hi fere ſunt, dolor de peccatis, ſiue deteſtatio peccatorum, timor iudicij Dei & iuſtitiæ eius, horror inferni, odium & contemptus ſui, vilitatis ſuæ cognitio, & erubeſcentia. Proficientium verò hi, virtutum amor & deſiderium eas acquirendi, humilitatis nimirum, patientiæ, caſtitatis, obedientiæ manſuetudinis, & ſimilium. Perfectorum poſtremò hi, amor Dei ſpiritualis, voluptas & exultatio in contemplatione ac memoria immenſarum diuitiarum ac perfectionum Dei, eiuſque ſummæ & inexplicabilis beatitudinis, deſiderium vehemens ſanctificationis nominis eius, aduentus regni eius, expletionis diuinæ voluntatis, ſicut in cœlo & in terra, gratiarum actio pro tantis & tam multis beneficiis à Deo acceptis votum Deo placendi, & in rebus omnibus grati animi ſpecimen illi exhibendi, admiratio majeſtatis eius, adoratio & cultus ſummæ ac præpotentis diuinitatis, ſpes & fiducia propenſæ liberalitatis Dei, &

Affectus primus. 2. 3.

infinitæ eius miſericordiæ, laudatio & prædicatio ipſius: alij denique innumerabiles animi affectus, quos experientia potiùs quàm doctrina cognoſci optandum eſt.

Lib. 1. cap. 15. Incipientium ſunt affectus illi, quos copioſè deſcripſimus libro primo. quod etiam allato exemplo Dauidis in Pſalmis pœnitẽtiæ, & pręſertim quinquageſimo confirmauimus, non repeto hîc, quia inde peti poſſunt nec illuſtrius exemplar pœnitenti ad imitandum in oratione proponi poſſe video, quam Dauidem ſeſe in pœnitentiæ Pſalmis meditandis tanta cum animi ſubmiſſione & contritione cordis exercentem.

Huc pertinent multa, quæ S. Ambroſius inculcat virgini lapſę, & S. Chryſoſtomus Theodoro ſimiliter lapſo, & S. Anſel. in deploratione amiſſæ virginitatis. & exemplum in prõptu eſt in Pſalmo cẽteſimo vigeſimo-nono. *De profundis*. Ecce cognitionem miſeriarum quibus premitur. Ecce item ſubmiſſionem animi magnam. *Clamaui*. Ecce magnitudinem doloris & contritionis. eſt enim clamor hic hominis grauitate peccatorum oppreſſi & ſupra modum afflicti. *Ad te Domine*. Ecce timorem ſerui erga Dominum. *Domine exaudi vocem meam*. Et: *Fiant aures tuæ intẽdentes in vocem deprecationis meæ*: Ecce conuerſionem cordis ad Dominum, & diuinæ gratiæ vehementem poſtulationem. *Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit*? Ecce peccati & grauitatis eius cognitionem, & ſimul deteſtationem eiuſdem. *Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino Quia apud te propitiatio eſt*. Ecce ſpem veniæ, non ex operibus, quæ fecimus nos, ſed ex vi gratiæ & miſericordiæ quæ in Deo eſt maxima. Ecce etiam ſpem in Chriſti redemptoris meritis, ſi quidem *copioſa apud eum redemptio* & alij multi affectus pœnitentiæ, quos habebat Dauid cùm in eiuſmodi Pſalmis verſabatur.

Proficientium vero & perfectorum inſignes affectus exprimit ſanctus Auguſtinus in ſuis confeſſionibus multis in locis, quales illi ſunt in quinto libro: *Accipe ſacrificium confeſſionum mearum de manu linguæ meæ, quam formaſti & excitaſti, vt confiteatur nomini tuo, & ſan*

omnia

omnia oſſa mea, & dicent: Domine, quis ſimilis tibi? ſed te laudat anima mea, vt amet te, vt confiteatur tibi miſerationes tuas, vt laudet te. Et libro primo: *Quis mihi dabit, acquieſcere in te? quis mihi dabit, vt venias in cor meum, & inebries illud, vt obliuiſcar mala mea, vt vnum bonum meum amplectar te? Quid mihi es? Miſerere vt loquar. Quid tibi ſum ipſe vt amari te iubeas à me, & niſi faciam, iraſcaris mihi, & mineris ingentes miſerias? parua ne ipſa eſt miſeria, ſi non amem te?* & alij ſimiles, quos nobis attigiſſe ſatis eſt exempli cauſa. *Cap.34.*

In Euangelio multa eſt materia affectuum omnium, ſicut in aliis pleriſque Scripturis diuinis, & præſertim in Prophetis, maximè verò omnium in Pſalmis. Et in Euangelio quidem ad commouendos animos incipientium accommodatiſſima eſt parabola de filio prodigo: hiſtoria publicani & Phariſæi in templum aſcēdentium, & tam diſſimili euentu vota ſua promentium: conciones omnes Domini; in quibus aut minas intentat, aut ſupplicia peccatoribus interminatur.

Proficientes verò & perfectos excitat Dominus in parabolis, quarum eſt illa clauſula: *Multi ſunt vocati, pauci verò electi.* Et illa: *Qui ſe humiliat exaltabitur,* & in concionibus tam multis, quibus turbas aut diſcipulos docet mundi contemptum & diuitiarum, ſui ipſius abnegationem, carnis mortificationem, paupertatem ſpiritus, caſtitatem, cordis puritatem, Dei ſolius timorem & amorem; zelum ſalutis animarum: Denique quibus inſtruit ad omnem vitæ Chriſtianæ atque Euangelicæ perfectionem, præcipuè verò ad ipſiuſmet vitæ, paſſionis, & mortis imitationem. *Mat.20. & 23. Luc.14. & 18.*

Vniuersè autem præcipiunt magiſtri doctrinæ ſpiritualis, vt quanto tempore affectus excitatus, quicunque ſit ille, animum detinet afficiendo, tanto in eodem orantis animus perſeueret, minimè interim ſolicitus quidnam meditandum ſuperſit. Qua ex re obiter illud etiam intelligitur, quàm diuturna eſſe debeat meditatio cum affectu copulata, ſiue ille lenis ſit ſiue vehemens: & an laudabilis ſit magis breuis an longa oratio. Sic enim ſcribit S. Auguſtinus ad Probam: *Aliud eſt ſermo multus,* *Epiſt.121*

aliud diuturnus affectus. Dicuntur fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas, & raptim quodammodo iaculatas: ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atque hebetetur intẽtio. Ac per hoc etiam ipſi ſatis oſtendunt, hanc intentionem, ſicut non eſt obtundenda, ſi perdurare non poteſt, ita ſi perdurauerit, non eſſe rumpendam.

Ex vno & ex multis etiam ſimul conglobatis affectibus exiſtit precatio ad Deum, de qua ſanctus Auguſtinus ſic ſcribit: *Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruẽs perſeuerat intentio. nam multum loqui eſt in orando rem neceſſariam ſuperfluis agere verbis. multum autem precari eſt ad eum, quem precamur, diuturna & pia cordis excitatione pulſare. nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quàm ſermonibus agitur, plus fletu, quàm affectu.*

Ibidem.

Precatio autem, quamquam toto meditationis tempore permiſceri ſolet orationi, prout ea effectu ſuggeritur, propriè tamen clauſula eſt meditationis, & totius huius exercitationis extrema periodus: & à quibuſdam colloquium nominatur: in quo omnes neruos intendit mens, voluntas, affectus, omnes tum orationibus, tum obſecrationibus, & poſtulationibus, vt vincant, Deum ad ſe trahant, eúmque ita teneant, vt cum Iacob antiquo Patriarcha eum minimè dimittendum ſtatuant, donec benedixerit illis.

Verùm tota hæc voluntatis affectio orationis tempore non tam in præceptionibus poſita eſt, quàm in magna erga Deũ ſubmiſſione & reuerentia. Si quidem Dei donum eſt, potiùs quàm hominis induſtria. *Ipſe enim ſpiritus*, vt ait Apoſtolus, *poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, quia nimirum eos ipſos gemitus, nobis ingenerans poſtulationes noſtras, quaſi dictat & informat. Denique Dauid auxilio Dei tribuit *aſcenſiones cordis*, ſed *in valle lachrymarum*: quia vt ait S. Gregorius, *quos exteriùs in fletu continet conuallis humilitatis, eos interiùs ſubleuat aſcenſus contemplationis.*

Pſal. 83. Lib. 30. moraliũ cap. 28.

Quoniam tamen in recta prudentíque exercitatione affectus tota meditationis noſtræ vis poſita eſt, quo-

Digitized by Google

modo in ea gerere ſe debeat proficiens, breuiter eſt explicandum.

Pono igitur id, quod antè tetigi, duplices eſſe affectus animi, vehementes & mites.

Affectus vehemētes. Affectus vehemētes, ſi à Deo immittuntur, vt accidit, cùm ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ij humiliter admittendi ſunt, & quamdiu Deus dederit, diligenter conſeruandi & continuandi.

Sed hi, ſiue diuinitus ſiue noſtra etiam induſtria concurrente excitentur, diuturni eſſe non poſſunt: quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, nec vim tantam tantumque pondus, quantum ſecum adferunt vehementes affectus, fragilis natura diu ſine nouo Dei munere ſuſtinet. Quam ob cauſam, ne videlicet capitis aut pectoris conſtitutio lædatur, cùm ſponte commouentur à nobis, ſunt quantocyus prudenti remiſſione eleuandi, & poſt etiam omnino deponendi.

Sunt nihilominus huiuſmodi affectus vtiles & neceſſarij in pleriſque vitæ ſpiritualis grauibus caſibus, cùm videlicet agitur ad abolenda peccata præterita de vehementiſſimo animi dolore concipiendo, qui contritio ſit, præſertim cùm inſtituitur in eum finem totius anteactę vitæ generalis confeſſio. Tunc enim ſunt cum Propheta recogitandi anni in amaritudine animi. *Iſai. 38.* Deinde magnus voluntatis ardor adſciſcendus eſt, cùm pulſamur graui aliqua periculoſaque tentatione, qualis inſurgit interdum contra fidem, continentiam, charitatem, vocationem: cùm item deferueſcente paulatim ſpiritu in animi teporem miſere delapſos nos deprehendimus, ac de vita renouanda feruoréque ſpiritus reſuſcitando seriò cogitamus: cùm denique ad diuinam gloriam illuſtrandam aliqua ineunda via eſt, quam iis difficultatibus obſtructam cernimus, quæ non ſine magna animi contentione ſuperari poſſunt. Ad hæc omnia præſtanda neceſſarius eſt magnus animi conatus ac vigor, cui coniunctus ſit par aut etiam maior animi affectus: affectum hunc vehementem ſi Deus tunc non commouet, vt is concitetur in nobis, magnopere nobis elaborandum eſt, adhibita præſertim attenta conſideratione, contentáque

precatione: ex his nempe duobus tanquam ex conflictu durorum corporum exardeſcit hic ignis. Sed hunc longiuſculæ meditationi, qualis eſt vnius horæ aut etiam duarum, conuenire haud permittit hominis valetudo & carnis infirmitas.

Affectus lenis.

Quare meditationis, de qua hîc agimus, maximè proprius eſt lenis affectus. quippe qui protrahi diutius poteſt, nec dũ protrahitur capiti pectorívé noxius eſt: hunc ſi non gignit in animo Deus, facilè eius adiuti gratia excitamus ipſi ſuprà explicata cõmentatione verborum, & actionum Euangelicarum, maximè verò perſonarum, Dei, aut ſanctiſſimæ Trinitatis, Chriſti Domini, beatiſſimæ Virginis, & aliorum, quos ſuo loco numerauimus: id autem ferè ſit expleta ratiocinationis cuiuſque periodo non amplius ratiocinando, ſed ſimpliciter apprehendendo perſonam, cuius illa ſunt verba actionéſve: in conſpectu eius nos ipſos ſiſtendo, eam humiliter intuendo mentis & phantaſiæ lumine, dulcitérque alloquendo non aure aut verbis, ſed cordis affectibus.

Prior ratio.

Id porrò fieri duplici ratione poteſt; prior eſt, commotio affectus erga præſentem, verbi gratia, Dominum Chriſtum reuerentiæ, timoris, admirationis, amoris: ſed ſtatim tranſcurrendo ab vna ratiocinatione ad aliam, aut ad eandem etiam recurrendo: ex quo non magna capitur vtilitas, quod ea commotio ponticulus tantum ſit, quo iungitur vtraque ratiocinatio, nec magnopere animum afficiat.

Poſterior.

Poſterior eſt commotio alicuius affectus, aut eiuſdem etiam, ſed continuata, aut certè cum magna animi ſubmiſſione multò maximè repetita, idque non modico tempore, ſed quo longiore fieri poteſt. Hoc ſi bene fiat, vtiliſſimum eſt & in eo poſitum eſt totum huius exercitationis momentum.

Iſaiæ 8.
Apoc. 4.

Hæc ipſa cœleſtium eſt ciuium apud Iſaiam oratio, qua diuinæ Maieſtatis admiratione ſuſpenſi illi perpetuò canunt: *Sanctus, ſanctus, ſanctus*, proptereáque apud S. Ioannẽ dicuntur requiem non habere, dum id dicunt, hoc eſt, nunquam intermittere orationem huiuſmodi.

Verùm quoniam hîc de noſtra, hoc eſt, mortalium

hominum oratione agitur, fuit hæc Dauidi familiariſſima meditatio. Excitabat autem Dauid affectum in Deum, quem præſentem, dum pſalleret, intuebatur, dupliciter: vel ſimplici conceptione alicuius eius attributi actionisve, cuius repetione eandem continuabat aut refricabat animi motionem: vel ſi varias ac diſtinctas diuinas actiones meditaretur, tunc tamē nō niſi in vno eodēque animi affectu cōmouendo augēdóve perſiſtebat.

Exempla primi generis.

Exempla primi generis ſunt illa: *O Domine ego ſeruus tuus, ego ſeruus tuus.* affectus eſt dedicationis & deuotionis. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* dedicationis & prompti ſimul animi ad omnem Dei voluntatem obeundam. Deſiderij diuinæ gratiæ fauoriſque illa: *Miſerere mei. Deus, miſerere mei Benedicat nos Deus, Deus noſter. Benedicat nos Deus.* præclara illa diuinæ ſpei & amoris: *Miſericordia mea & refugiū meum, ſuſceptor meus, & liberator meus, protector meus, & in ipſo ſperaui. Diligam te Domine fortitudo mea. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus adiutor meus, & ſperabo in eum. Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus.* Denique diuinæ laudis, *Pſallite Deo noſtro, pſallite; pſallite Regi noſtro, pſallite.*

Pſalm. 115. Pſal. 56. & 117. Pſal. 56. Pſal. 66. Pſalm. 143. Pſal. 17. Pſal. 46.

Exempla ſecundi generis.

Alterius generis exempla ſunt multa in Pſalmis, omnia nimirum illa, in quibus variatis ſententiis, quas Propheta cōtemplabatur, per quoſdam intercalares verſus, ad eundē redit affectum. Illuſtriora huius generis exēpla ſunt Pſalmus centeſimus trigeſimus quintus, in quo ad illud: *Quoniam in æternum miſericordia eius*, vigeſies ſepties repetitū ſe mirabiliter excitat ad diuinæ miſericordiæ miraculum prædicandum, & Pſalmus vltimus, in cuius quinque ſolis verſiculis vndecies ad Dei laudes decantandas prouocat.

Pſalm. 135. Pſalm. 150.

Nec deſunt in Eccleſiaſtico officio documenta; quibus ad tam vtiles repetiones affectuum nos inſtituit per verborum repetiones ſancta mater Eccleſia, in ſacrificij quidem Miſſæ initio, cùm excitat ad inſignem contritionem per illa, *Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.* cùm deinde ad expetendam Dei miſericordiam nouem Kyrie eleiſon accumulat, & deinceps alia plura,

adeo

adeò vt aliquo anni tempore ſolemni concentione diuini officij vndecies Alleluia ad Dei laudes amplificandas pronunciet vnius Antiphonæ ſpiritu.

Eandem rationem ſecuti ſunt Patres in ſuis meditationibus, *Serò te amaui*, ait ſanctus Auguſtinus, *pulchritudo tam antiqua & noua, ſerò te amaui. Et cognoſcam te cognitor meus, cognoſcam te*, nimirum quòd, vt arbitror, hæc recta certáque via eſt ad eam cum Deo coniunctionem & conſuetudinem, quam ſcopum eſſe orationis & meditationis, Patres tradunt. *Cùm auidamente*, ait ſanctus Bernardus, *verſamus teſtimonia eius, & iudicia oris eius, ſciamus pro certo adeſſe ſponſum, & alloqui nos.* quare Caſſiodorus etiam obſeruauit, tunc Dominum adfuiſſe præſentem templo Salomonis, illúdque ſua gloria compleuiſſe, quando repetitum illud carmen: *Quoniam in æternum miſericordia eius*, toties vti diximus decantatum tunc etiam eſt iuſſu Regis. Quod ſi viciſſim loquimur nos cum Deo in ſecreto cordis per interna deſideria, vt ſanctus Gregorius ſcribit, quid hîc ad diuinam familiaritatem amplius optari poteſt?

Lib. 10. confeſſ. cap. 17. Cap. . Serm. in Cant. 42. In Pſal. 135. Lib. 16. moral. cap. 12.

Nec via ſolùm, ſed compendium ſimul eſt ad veræ ſolidæque deuotionis habitum comparandum. hic enim non niſi frequentatis actibus efficitur. Sic habet S. Bonauentura: *Si quis per viam purgatiuam bene præparatus ſæpiſſime hoc dictum corde frequentaret, O Domine, quando te diligam? quando te conſtringam? citius ſe ſciret experimentaliter inflammari, quàm ſi de ſecretiſſimis cœleſtibus, & æterna generatione, vel proceſſione millies cogitaret.*

Lib. de myſtica Theol. q. vlt.

Hæc demum eſt ſtabilis animæ quies & exultatio, de qua Dauid; *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.* Siquidem, vt ſcriptum eſt apud B. P. Ignatium: *Non abundantia ſcientiæ, ſed ſenſus & guſtus rerum interior deſiderium animæ explere ſolet.*

Pſal. 62.

Annot. 2. ex prioribus.

Veruntamen ſunt in hac exercitatione hæc diligentiſſimè procuranda. 1. Primum quidem ne eam ingrediamur ſine magna animi puritate conſcientiæque candore, nam vt ait Caſſianus: *Vnaquæque mens in oratione ſua erigitur, aut formatur, ſecundùm puritatis ſuæ meritum ac*

Collat. 10. c. 6.

men

menſurã. Et Vgo Victorinus auctor eſt, Deũ affectũ ſuæ dulcedinis non exhibere niſi hominibus Ioanni Euãgeliſtæ ſimilibus, hoc eſt mundis corde. Accedat deinde ad puritatẽ humilitas & reuerentia maxima. *Loquar ad Dominum meum, cũ ſim puluis & cinis*, dicebat Abraham. Et S. Bernardus iubet priùs ad oſcula pedum abiicere nos, quàm audeamus ad manus oſque aſpirare. Poſtremò nõ ſiſtatur in guſtu, ſed guſtus dirigatur ad opus & pro occaſione deuotionis habitus opportunè ac promptè virtutum vſui ſeruiat; denique vt eiuſdem S. Patris verbis loquar: *Perſiſtentibus nobis in oratione pingueſcat pectus, repleat ut cera munda affectu pietatis, & ſi ſit, qui premat lac concepta dulcedinis vbertim fundere illa non tardabunt.*

Vgo de clauſtro animæ cap. 10. 2.
Gen. 8.
Serm. 3. & 4. in Cantic. 3.
Serm. 9. in Cant.

De impedimentis contemplationis.

CAPVT XXII.

DE contemplationis gradibus nihil hîc dico, locus eſt in poſtremo libro, quod reliquum eſt ad hoc, vt ea quæ de oratione inchoauimus, abſoluantur, eſt explicatio impedimentorum, quibus orantis animus detineri ſolet, ne oret ſicut oportet. Qua de re S. Bernardus; *In hoc arcanum & in hoc ſanctuarium Dei, ſi quem fortè veſtrum aliqua hora ſic raptum & ſic abſcondi contigerit, vt minimè auocet aut perturbet vel ſenſus egens, vel cura pungens, vel culpa mordens, vel ea certè, quæ difficiliùs arcentur, irruentia imaginum corporearum phantaſmata, poterit quidem hic, cùm ad nos redierit gloriari, & dicere: Introduxit me Rex in cubiculum ſuum.* Quo loco S. Bernardus quatuor impedimenta numerat, quæ S. Bonauẽtura quodam quaſi commẽtario explanauit; refero breuiter, quæ ille copioſiùs, adiectis quibuſdam.

Ser. 13. in Cant. in fine.
Cant. 1.
In meditationibus vitæ Christi, cap. 5.

Primum impedimentum eſt *ſenſus egens*. eſt quippe anima ita corpori copulata, itáque viribus & ſenſibus corporis vtitur adminiſtris, vt cùm laborant hi, minimè apta ſit ad contemplandum. Quare cùm ægro corpore ſumus, contemplationi non ſumus idonei, niſi Deus pe-

Primum impedimentum.

culiari

culiari ope iuuet, nec cùm fame, ſiti, aut alio aliquo corporis incommodo cruciamur & premimur. *In excelſis*, inquit S. Ambroſius, *infirmi eſſe non poſſunt*.

Lib. 5. In Luc. cap. 6.

Secundũ. Secundum impedimentum eſt S. Bernardo: *Cura pungens*, hoc eſt, ſolicitudo rerum terrenarum. Cor enim, quod ijs tenetur, diſtrahitur ab illis, vt ſeſe minimè colligat ad orandum.

Tertiũ. Ser 5. de Aſſump. Virgin. Tertium impedimentum nominat idem *culpam mordentem*. Et quidem tam de curis quàm de culpis vberiùs ſcribens, alibi ſic ait: *Sunt tria, quæ oculum impediunt, tenebræ, humor concretus, puluis iniectus. Hæc ipſa ſunt etiam quibus interior oculus impeditur, ſed alia nomina ſortiuntur: tenebræ ſcilicet peccatorum, recordatio eorundem peccatorum, cura terrenorum actuum.* Primus morbus. Pſal. 37. *Primo illo morbo turbatum ſe plãgebat Propheta, cùm diceret: Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Cum enim luce iuſtitiæ deſtituimur, nil aliud quàm peccatorum tenebras inuenimus.* Secũdus. Pſal. 31. *Item ſecundo ſe grauari ſentiebat, cùm dicebat: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Tertius. *Tertio occupari ſe conqueritur, cùm dicit: Quia cinerem tanquã panem manducabam. Cinerem ſcilicet actionis pro pane contemplationis. Quicunque ergo mentis oculum diuinæ contemplationi vult intendere, profectò neceſſe eſt, vt eum priùs ab hoc triplici impedimento ſtudeat purgare. Quod ſi quis facere contendat, nouerit contra triplicem morbum triplex quoque fore remedium: nam primus quidem per confeſſionem, ſecundus per orationem, tertius curatur per quietem* His non valde diſſimilia leguntur apud ſanctum Gregorium in moralibus, præſertim *non refricandam eſſe memoriam peccatorum tempore orationis illius, qua imprimis quæritur animæ cum Deo per ſuauiſſimum ipſius timorem coniunctio*. Et primo libro huius operis quædam huc pertinentia explicata ſunt.

Lib. 10. cap. 17. & 18.

Cap. 14.

Quartũ impedimentum. Coll. 10. cap. 13. Quartum impedimentum eſt multitudo phantaſmatum irruentium; aduerſus hoc multa ſcribunt Patres. Et primùm quidem Caſſianus crebrò inculcat: *Quales orantes volumus inueniri, tales nos eſſe oportet ante tempus orandi; neceſſe eſt enim mentem in tempore ſupplicationis ſuæ de ſtatu præcedenti formari.* Et ſanctus Gregorius: *Cũ ſe mens*

Digitized by Google

ad ſtudium orationis erexerit, earum rerum imagines reuerberata patitur, quibus libenter prius otioſa premebatur. De- Lib. 10.
inde monet idem Caſſianus oratione ad Deum agen- moraliũ, cap. 17.
dum pro oratione contra eadem importuna phantaſ- Coll. 10.
mata: *Euagationibus anima innumeris ac diuerſis & inſta-* cap. 9.
bilitate cordis exæſtuo, nec cogitationum diſperſiones valeo coërcere, ipſamq; orationem meam fundere abſque interpellatione atque phantaſmate inanium figurarum, neceſſariò proclamabo: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me feſtina. S. Auguſtinus cogitationem ſuſci- In Pſ. 25.
pere iubet præſentiæ Dei, coram quo ſtamus, præſertim autem benignitatis & patientiæ, qua nos tolerat, dum in conſpectum eius venimus aut ſtamus, animo pleno occupatóque cogitationibus alienis & ludicris: *Quoniã* 2. Reg. 7.
inuenit Domine cor meum, vt orarem te inuenire ſe dixit cor ſuum, quaſi ſoleret ab eo fugere, & ille ſequi quaſi fugitiuum, & non poſſe comprehendere, & clamare ad Dominum; quo-
niam Domine cor meum dereliquit me. Itaque fratres mei In Pſ. 39.
attendens quod hic ait: lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui, quoniam ſuauis & mitis es; videor mihi videre ad hoc dixiſſe mitem Deum, quia patitur iſta noſtra, & expectat tamen à nobis orationem, vt perficiat nos, & quando illi eam dederimus, accipit gratè & exaudit, nec meminit tantas, quantas inconditè fundimus, & accipit vnam, quam vix inuenimus. Et paulò poſt: *Et tolerat Deus tot corda precantium, & diuerſas res cogitantium, omitto dicere, & noxias, & peruerſas, & inimicas Deo. Quoniam tu ſuauis ac mitis es toleras me; quia tu ſuauis es Domine ac mitis.*

Nec parui pendendum eſt peccatum, quod in hoc per Diſp. 6.
negligentiam committitur à nobis, quod accuratè ad q. 2. pun-
ſcholaſticã normam ex Patribus etiã explicat, P. Grego- cto 8.
rius de Valentia in ſuo Theologico tomo tertio: in quo De orat.
ſimiliter multa de virtutibus ſapienter tractata inueniet Domini.
proficiens: *Nam quæ,* vt ait S. Cyprianus, *ſegnitia eſt, alienari & rapi ineptis cogitationibus & profanis, cùm Dominum deprecaris, quaſi ſit aliud, quod magis debeas cogitare quàm quod cum Deo loqueris? quomodo te audiri à Deo poſtulas, cùm te ipſe non audias? Vis eſſe Deum memorem tui,*

cùm rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis? Hoc eſt ab hoſte in totum non cauere: hoc eſt, quando oras Deum, maieſtatem Dei negligentia orationis offendere: hoc eſt, vigilare oculis & corde dormire. Sanctus Baſilius eundem hunc locum tractat: quanquam locus ſancti Bernardi accipi etiam poteſt de ſummo contemplationis genere: in quo aſſerunt viri ſancti, mentem ita liberam eſſe à corpore, vt quaſi extra corpus poſita ſpiritualiter & ſine corporis phantaſmate intelligat: ſed de re hac in quinto libro.

Conſt. mo aſt. cap. 2.

De pietate & obſeruantia.

CAPVT XXIII.

EXPLICATIS ijs, quæ pertinere viſa ſunt ad orationem, quæ magna pars eſt virtutis, quæ religio nominatur, ad reliquas præcipuas virtutes tractandas aggrediamur.

Sequitur religionem Pietas, quæ ſic deſcribitur à Cicerone; *Pietas eſt, per quam ſanguine iunctis patriaque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.* Explicat ſanctus Thomas: *Ad religionem pertinet cultum Deo exhibere, ad pietatem autem parentibus & patriæ, quibus iunguntur conſanguinei & amici. ac ſicut cultus nomine intelligitur honor, ſic officium obſequium ſignificat, vtrumque iubet pietas praſtari ijs, quibus debetur à nobis.*

Lib. 2. de inuent.

2. 2. q. 101. a. 1.

Pietati affinis eſt obſeruantia. per eam enim quaſi per alteram pietatem, vt ait Tullius, *reueremur & colimus ætate, aut ſapientia, aut honore, aut dignitate aliqua antecedentes;*

Ibidem.

Primus gradus eſt pietatis & obſeruantiæ propoſitũ, mouentia autem voluntatem ad hoc propoſitum hæc ſunt. Primum eſt pietas innata nobis, nec nobis ſolùm, ſed penè belluis ipſis: *Beſtiæ*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *& mutæ pecudes pietatis iura conſeruant, & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem.* Egregium exemplum pietatis huiuſcemodi exaggerat S. Ambroſius

Primus gradus.

Primum incitamentum.

Tom. 1. Serm. de Abſalon. patrē per ſequente.

ſius in ciconiis, quæ artus patris plumis nudatos præ ſenectute fouent alarum ſuarum tegmine, & collatio cibo paſcunt fameſcentem, immò & fulcro alarum ſuarum ſubleuant debilem, & quaſi reparando ad voladum exercent: hanc ob cauſam impij in parentes Iudæi dicti ſunt *genimina viperarum*, quoniam ſolæ viperæ naſcendo matres occidunt. *Lib. 5. Hexam. c. 16.* *Matt. 23.*

Secundum mouens eſt vtilitas. nam magnum præmium proponitur piis filiis in lege Moyſis, nempe longitudo vitæ, & terrena felicitas: contra dira & maledicta in impios paſſim coniiciuntur, & apud Moyſem, & apud Salomonem. Hoc ipſum de virtute obſeruantiæ præceptum intelligitur ex ſacris libris, & præſertim ex Apoſtolo, cuius ad Romanos hæc ſunt verba: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.* Maximè verò exhibêda eſt obſeruantia Principibus & Dominis Eccleſiaſticis: nam *qui benè præſunt presbyteri*, ait Apoſtolus, *duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Nec ab hoc numero ſenes & maiores natu eximendi ſunt, ſiquidem ſcriptum eſt: *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis; & time Dominum Deum tuum.* *Secundũ mouens argumentum.* *Exod. 22* *Deut. 5.* *Leu. 20.* *Deu. 21.* *Prou. 20. 28. & 30* *Rom. 13.* *1. Tim. 5.* *Leu. 19.*

Secundus gradus pietatis & obſeruantiæ eſt fortitudo. Dupliciter autem in hoc gradu ſe proficiês exercet, vno modo, cum tollerat æquo animo parentum & maiorum ſiue incommoda, ſiue vitia, ſiue iniurias. Hoc enim quàm difficilè ſit, indicant illa S. Ambroſij verba: *Quis noſtrûm leuare ægrum non faſtidiat patrem? quis feſſum ſenem humeris imponet? Quis vt pius ſit, non hoc ſeruulis mandat obſequium?* Ob eandem cauſam Salomon hac de re præſcriptum ſingulare dat: *Fili ſuſcipe ſenectam Patris tui, & non contriſtes eum in vita illius, & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione.* Clariſſimum exemplum & piis filiis ad imitandum proponitur in li- *Secundus gradus.* *Prior modus.* *Lib. 5. Hexam. cap. 16.* *Eccl. 3.* *Gen. 9.*

cùm rogas, quando tu ipſe memor tui non ſis? Hoc eſt ab hoſte in totum non cauere: hoc eſt, quando oras Deum, maieſtatem Dei negligentia orationis offendere: hoc eſt, vigilare oculis & corde dormire. Sanctus Baſilius eundem hunc locum tractat: quanquam locus ſancti Bernardi accipi etiam poteſt de ſummo contemplationis genere: in quo aſſerunt viri ſancti, mentem ita liberam eſſe à corpore, vt quaſi extra corpus poſita ſpiritualiter & ſine corporis phantaſmate intelligat: ſed de re hac in quinto libro.

Conſt. monaſt. cap. 2.

De pietate & obſeruantia.

CAPVT XXIII.

EXPLICATIS ijs, quæ pertinere viſa ſunt ad orationem, quæ magna pars eſt virtutis, quæ religio nominatur, ad reliquas præcipuas virtutes tractandas aggrediamur.

Sequitur religionem Pietas, quæ ſic deſcribitur à Cicerone: *Pietas eſt, per quam ſanguine iunctis patriæque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.* Explicat ſanctus Thomas: *Ad religionem pertinet cultum Deo exhibere, ad pietatem autem parentibus & patriæ, quibus iunguntur conſanguinei & amici. ac ſicut cultus nomine intelligitur honor, ſic officium obſequium ſignificat, vtrumque iubet pietas præſtari ijs, quibus debetur à nobis.*

Lib. 2. de inuent.

2. 2. q. 101. a. 1.

Pietati affinis eſt obſeruantia. per eam enim quaſi per alteram pietatem, vt ait Tullius, *reueremur & colimus ætate, aut ſapientia, aut honore, aut dignitate aliqua antecedentes.*

Ibidem.

Primus gradus eſt pietatis & obſeruantiæ propoſitũ, mouentia autem voluntatem ad hoc propoſitum hæc ſunt. Primum eſt pietas innata nobis, nec nobis ſolùm, ſed penè belluis ipſis: *Beſtiæ*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *& mutæ pecudes pietatis iura conſeruant, & quibus natura denegat rationem, non tamen denegat pietatem.* Egregium exemplum pietatis huiuſcemodi exaggerat S. Ambroſius

Primus gradus. Primum incitamentum. Tom. 1. Serm. de Abſalon. patrẽ perſequente.

ſius in ciconiis, quæ artus patris plumis nudatos præ ſenectute fouent alarum ſuarum tegmine, & collatio cibo paſcunt fameſcentem, immò & fulcro alarum ſuarum ſubleuant debilem, & quaſi repatando ad voladum exercent: hanc ob cauſam impij in parentes Iudæi dicti ſunt *gemmina viperarum*, quoniam ſolæ viperæ naſcendo matres occidunt. *Lib. 5. Hexam. c. 16.* *Matt. 23.*

Secundum mouens eſt vtilitas. nam magnum præmium proponitur piis filiis in lege Moyſis, nempe longitudo vitæ, & terrena felicitas: contra dira & maledicta in impios paſſim coniiciuntur, & apud Moyſem, & apud Salomonem. Hoc ipſum de virtute obſeruantiæ præceptum intelligitur ex ſacris libris, & præſertim ex Apoſtolo, cuius ad Romanos hæc ſunt verba: *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali.* Maximè verò exhibẽda eſt obſeruantia Principibus & Dominis Eccleſiaſticis: nam *qui benè præſunt presbyteri*, ait Apoſtolus, *duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.* Nec ab hoc numero ſenes & majores natu eximendi ſunt, ſiquidem ſcriptum eſt: *Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis; & time Dominum Deum tuum.* *Secundũ incitamentum.* *Exod. 22* *Deut. 5.* *Leu. 20.* *Deu. 21.* *Prou. 20. 28. & 30* *Rom. 13.* *1. Tim. 5.* *Leu. 19.*

Secundus gradus pietatis & obſeruantiæ eſt fortitudo. Dupliciter autem in hoc gradu ſe proficiẽs exercet, vno modo, cum tollerat æquo animo parentum & maiorum ſiue incommoda, ſiue vitia, ſiue iniurias. Hoc enim quàm difficilè ſit, indicant illa S. Ambroſij verba: *Quis noſtrûm leuare ægrum non faſtidiat patrem? quis feſſum ſenem humeris imponet? Quis vt pius ſit, non hoc ſerunlis mandat obſequium?* Ob eandem cauſam Salomon hac de re præſcriptum ſingulare dat: *Fili ſuſcipe ſenectam Patris tui, & non contriſtes eum in vita illius, & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua. Eleemoſyna enim patris non erit in obliuione.* Clariſſimum exemplum & piis filiis ad imitandum proponitur in li- *Secundus gradus.* *Prior modus.* *Lib. 5. Hexam. cap. 16.* *Eccl. 3.* *Gen. 9.*

bro Geneſis, cùm duo filij Noë auerſa facie, ne patrem nudum videant deiecto de humeris pallio modeſtiſſimè contegunt.

Alter modus. Alter modus eſt priore ſuperior tanto ſcilicet, quanto in Deum pietas ſuperat pietatem in parentes. Cùm nimirum fortiter reſiſtimus omnibus etiam parentibus, qui nobis auctores ſunt facinoris alicuius aduerſus ſanctam Dei legem & volũtatem quam actionem vt egregiè fortitudini adſcribit Scriptura diuina, ſic magno præmio dignam cenſet apud Moyſem illis verbis: *Deut.33.* *Qui dixit patri ſuo & Matri ſuæ* (ſermo eſt de Leui contra carnem & ſanguinem pro lege Dei dimicante) *Neſcio vos; & fratribus ſuis, ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos: Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt. Benedic Domine fortitudini eius.* Maior quippe fortitudo fuit ſeipſos affectionémque naturæ viciſſe, quàm enſem aduerſus conſanguineos affines diſtrinxiſſe: quæ res ſi laude digna habita eſt in veteri teſtamento, cùm ſpiritus perfectionis anguſtiſſimus erat, quid dicendum *Luc. 14.* de tempore noui teſtamenti, in quo idem ſpiritus tam latè patet? certè à Domino in hanc ſententiam multa *Hom.37. in Euãg.* dicta ſunt & inculcata: & S. Gregorius exponens illa verba: *Si quis venit ad me, & non odit patrem aut matrem,* ait, *parentes quos aduerſarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo neſcire debemus.* *In Luc. 9. & 12.* Et ſanctus Ambroſius: *Neceſſitudini generis diuinæ religionis pietas antefertur.* Denique & S. Hieronymus, & S. Bernardus, & omnes Chriſtianæ perfectionis ſectatores multi ſunt in prædicando, dictis & exemplis confirmando hoc parentum contemptu, quando ita neceſſe eſt ad ingrediendam aut proſequendam viam ſalutis ac perfectionis, & quod quoque allatum eſt, ſcitum eſt illud S. Chryſoſtomi: *Tom.1. Hom.84. in 19. Ioan.* *Vt cùm ſpiritualia impediunt parentes, ne cognoſcendi quidem ſunt, ita cùm nihil impediunt, meritò omnia his ſunt tribuenda & omnibus ipſi anteferendi.*

1 Pet.2. Ad hoc facit obſeruantia & obedientia, quæ præſtanda à nobis eſt. *Dominis non tantùm bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis.* vt S. Petrus præcipit, & cùm Deus vtitur *Iſaiæ 40.* *Aſſur furoris ſui virga* aduerſus ſcelera noſtra.

Tertius

Tertius gradus.

Tertius gradus eſt voluptas, quæ percipitur ex pietatis obſeruantiæ actionibus repetitis. hanc certè optaſſe in filiorũ obedientia S. Paulum, oſtenditur ex præcepto, quod imponit parentibus, cùm ait: *Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant.* Et cùm affirmat, liberis *non expedire*, ſi patres imperent cum gemitu, apertè ſignificat, cupere, vt filij *cum gaudio* pareant. vt prompto & alacri obſequio lætitiam adferant imperantibus.

Coloſ. 3.
Hebr. 13.

Porrò in animo magno, qualem nunc pingimus, magnas vires habet & exercet pietas, efficitque vt intelligant homines, & velint, non ſolùm mortalis vitæ parentibus obſequi, ſed multo etiam magis auctoribus ſecundum Deum vitæ noſtræ ſpiritualis: quos propterea patres ſpirituales nominamus; & vſque eò progreditur hæc affectio, dum ad vitam ipſam profundendam pro ſpiritus parentibus ſpirituales filios paratiſſimos reddit, hanc enim vicem hi debent illis: *Pater ſum*, inquit S. Chryſoſtomus, *& pater nimis ſuper filios tremens, ita vt ſanguinem meum pro vobis fundere paratus ſim. Sed & vos eadem facite pro nobis: ſimili namque erga nos deuincti eſtis affectu. Nam & Paulum audite, qui dicit; ſalutate Priſcellam & Aquilam adiutores meos in Chriſto, qui pro anima mea ſuas ceruices poſuerunt, ſicut enim pulchrum eſt, paſtorem pro ouibus immolari; ita rurſum pulchrum eſt, & oues à paſtore nec morte ſeiungi.* Probat idem alibi (quæ cauſa eſt cur nos tantopere eos diligere debeamus) *Patres ſpirituales maiore nos amore proſequi, quam naturales: Paulo ita atteſtante: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? ſed demus patres hucuſque affectu accedere poſſe, nos ſpirituales patres maiore appetere oſtendemus. at hoc ipſum vnde? ab iiſdem viſceribus & Moyſis verbis. ille verò quid dicit? ſi remittis eis peccatum, remitte. Sin minus & me ipſum ex libro quem ſcripſiſti, dele. nullus ſanè eſt pater, cui alioqui bonis infinitis perfrui liberum ſit, qui tamen malit vnà cum liberis ſuis pœnis affligi. At Apoſtolus, vt qui in gratiæ ſtatu verſatus fuerat, paterni huius affectus intentionem addidit propter Chriſtum. non enim Moyſis exemplo cum illis pœnas*

Tom. 5. hom. 15. De recipiẽdo Seueriano.
Rom. 16.
Lib. vno contra Gent. tom. 5.
2. Cor. 11.
Exod. 32.

dare malebat, ſed vt alys bene eſſet ſibi ipſe excidium impre-
Rom.9. *cabatur. optarem ipſe anathema eſſe à Chriſto pro cognatis meis patribus ſecundùm carnem. tanta certè miſericordia & affectu olim ſanctorum animi abundabant. Quid mirum igitur ſi pro tanto patrum ſpiritualium amore par rependatur amor à filys? & vitam tam liberaliter profundentibus vita reddatur alacriter?* Quod eſt maximum veræ pietatis indicium.

De obedientia.

CAPVT XXIV.

2.2.q. 104.ar. 2.ad 3.

SANCTVS Thomas ſic obedientiam deſcribit, vt ſit *Virtus; quæ propriam hominis voluntatem promptam reddit ad implendam voluntatem alterius, ſcilicet præcipientis.* quæ deſcriptio latiſſimè patet. Complectitur enim obedientiam, quam Deo & quam hominibus præſtamus. & hominibus quidem, ſiue parentibus ſiue principibus, immò & legibus debemus, & quam propter Deum & tanquam Deo ſpiritualibus patribus & Maioribus exhibemus: nobis hic tractandum eſt de ea præſertim obedientia, quam propter Deum hominibus præſtat proficiens, & quam inter conſilia Chriſti, tanquam perfectionis cumulum, ſemper adnumerauit Eccleſia.

Primus gradus. *Primum incitamentum.* *Lib.6.in 1.Regum cap.2.*

Huius primus gradus ſit propoſitum obediendi. Ad quod mouent hominem multa. Primùm, quòd obedientia hæc magni ſit apud Deum meriti, docent id Patres, in primis, S. Gregorius illis verbis: *Longè altioris eſt apud Deum meriti, propriam voluntatem alienæ ſemper voluntati ſubiicere, quàm magnis ieiunys corpus atterere, aut per compunctionem ſe in ſecretiori ſacrificio mactare: quia qui perfectè præceptoris ſui voluntatem implere didicit, in cœleſti regno & abſtinentibus & flentibus excellit.* Et S. Baſilij illa ſunt verba: *Præmium obedientiæ magis debetur, quàm rectè*

ſacto

facto cum continentia. Et tradunt Theologi, præſertim S.Thomas, actiones etiam parui momenti, ſi ex voto obedientiæ fiant, magni eſſe apud Deum meriti, & ſuperare etiam aliquas alias per ſe ipſas excellentiores, ſed ſine obedientiæ voto editas, quia, ait: *Nihil maius poteſt homo Deo dare, quàm quòd propriam voluntatem propter ipſum voluntati alterius ſubiiciat.* Quare in collationibus Patrum dicitur deterrimum genus monachorum eſſe *Sarabaitas, qui ſuas neceſſitates curantes, abſoluti à ſeniorum iugo, habent libertatem agendi quid libitum fuerit; & tamen magis quàm hi, qui in cœnobijs degunt, in operibus diebus ac noctibus conſumuntur.* *2. 2. q. 186. ar. 5. ad 5.* *Caſſ. coll. 18. c. 17.*

Secundũ incitamentum. Secundum mouens eſt, obedientiam præſtantiſſimam eſſe virtutem. ea enim maximum bonum, quod nobis eſt, noſtra voluntas, nõ ſolùm poſt habemus, ſed etiam propter Deum contemnimus, Deóque litamus. quare *melior* in ſcripturis cenſetur, *quam victima.* quia, vt exponit S.Gregorius, *Per victimas aliena caro, per obedientiam propria voluntas mactatur.* *1. Reg. 15.* *Lib. vlt. moraliũ, cap. 12.*

Tertium incitamentum. Tertium mouens. obedientia tuta eſt & recta ad virtutem via, vel quia præceptorum materia eſt virtus; & virtutis actio, vel quia eæ, quæ per ſe ipſæ actiones virtutis non eſſent, quales ſunt, quas appellant indifferentes, vt ambulare, dormire, ſi imperentur à maioribus, & ad Dei gloriam ſuſcipiantur à nobis, obedientiæ vi rationem virtutis induunt: partas virtutes tuetur eadem obedientia, vt propterea à S.Gregorio ſcriptum ſit; *Obedientia ſola virtus eſt, quæ virtutes cæteras menti inſerit, inſertáſque cuſtodit.* Et à S.Auguſtino appellatur *virtus, quæ in creatura rationali mater quodammodo eſt omnium, cuſtóſque virtutum.* *Lib. 35. moraliũ, c. 12.* *Lib. 14. de ciuit. Dei, c. 12.*

Quartũ incitamentum. Quartum mouens eſt obedientia victoriam parat aduerſus dæmones & vitia. ſiquidem legimus: *Vir obediens loquetur victorias.* Et ſanctus Gregorius: *Victimæ ſunt obſequia obedientium, quia cum hominibus pro Deo ſuaiicimur, ſuperbos ſpiritus ſuperamus. cæteris quidem virtutibus dæmones impugnamus, per obedientiam vincimus. Victores ergo ſunt, qui obediunt: quia dum voluntatem ſuam alijs perfectè ſubiiciunt, ipſi lapſis per obedientiã Angelis dominãtur.* *Prou. 21.* *Lib. 4. Regũ, c. 4* *S. Aug. in Pſal. 43.* *S. Ber. Ser. 1 in feſto omniũ Sanctorum.*

Sanctus Auguſtinus etiam & ſanctus Bernardus auctores ſunt libidinis vitium facilè ſuperari ab eo, *qui ſuis Maioribus bene didicit obtemperare.*

Quintum incitamentum.

Quintum mouens ſit Chriſti Domini exemplum, qui vt ait Apoſtolus: *Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis* Et qui non ſolùm homo, ſed Deus erat, ait S. Bernardus: *Pro obedientia non dubitauit mori.* Et alibi: *Ne obedientiam perderet, perdidit vitam.*

Phil. 3. De grad. humilitatis, c. 2. C. 13. lib. ad milites templi.

Secundus gradus.

Secundus obedientiæ gradus eſt fortitudo, de qua ſic ſanctus Baſilius. *Sit tanta animi firmitate, vt ad mortem vſque martyrum conſtantiam præ ſe ferat, cum diuinis præceptis retinendis, tum obedientia aduerſus magiſtros ſuos conſeruanda.* in vſu quippe obedientiæ maximè oportet vt ſe animosè ac fortiter gerat proficiens aduerſus multas & magnas difficultates quæ ſe plerumque offerunt viam alioquin regiam & facilem ingredienti. Sunt autem potiſſimùm hæ.

Cōſt. monaſt. c. 20

Prima difficultas.

Prima difficultas eſt penes rem, quæ imperatur: accidit enim aliquando, vt illa per ſe difficillima ſit, & ita ſuperet hominis vires, vt ſit etiam impoſſibilis. & tamen adniti debet proficiēs vt ſi quando huiuſmodi res illi committatur, eo ſit animo, vt eam aggrediatur implere, quatenus poteſt: ſic ſanè ſcribit Caſſianus de monachis Ægyptiis: *Vt*, inquit, *nonnunquam etiam impoſſibilia ſibime imperata ea fide ac deuotione ſuſcipiant, vt virtute ac ſine vlla cordis hæſitatione perficere ea aut conſummare nitantur, & nec impoſſibilitatem præcepti quidem proſenioris ſui reuerentia metiantur.* adfert deinde plura exempla, præſertim Ioannis, dono prohetiæ poſtea inſignis Abbatis, cui adoleſcenti adhuc cùm præpoſitus impoſuiſſet, vt immane ſaxum aduolueret, confeſtim applicata nunc ceruice, nunc toto pectore, tanto niſu atque conatu prouoluere contendebat, vt ſudore omnium mēbrorum non ſolùm totum infunderet veſtimentum, ſed etiam ſaxum ipſum ſuis ceruicibus humectaret, in hoc quoque parum metiens impoſſibilitatem præcepti.

Lib. 4. cap. 10.

Cap. 26.

Conſimilis difficultas incidit, cum iubet Præpoſitus aduerſus valetudinem corporis aliquid, quod ita reuera ſit, aut ita certè videatur: parendum enim etiam tunc

eſt,

Digitized by Google

eſt, & prorſus abjicienda ſanitatis ſuperflua cura. *Securè* inquit Climachus, *maioribus credamus in Domino, qui curam noſtri ſuſceperunt, etiam ſi quædam imperent, quæ contraria, ac ſaluti noſtræ videnter aduerſantia. tunc enim, tunc fides ad illos noſtra veluti in fornace humilitatis comprobatur.* Grad. 4.

Quid, inquies, ſi aliquid iubeat, quod legi Dei conſcientiæque repugnet? conſentiunt Patres, præſertim S. Baſilius, & S. Bernardus, tunc minimè obtemperandum eſſe, cùm in mandato contineri peccatum perſpicuè cernitur. *Quidquid*, ait S. Bernardus, *vice Dei præcipit homo, quod non ſit tamen certum diſplicere Deo, haud ſecus omnino accipiendum eſt, quàm ſi præcipiat Deus.* Quòd ſi res dubia ſit, nec vlla culpa manifeſta ſit in præcepto, tũc ſtandum eſſe iudicio præcipientis, humilitas ratióque ſuadent. Et ſi quandoque aliud imperet Rector, quod præcipuè legi Dei contrarium videatur, illud quidem nos exequi minimè debemus propter antedictam rationem, ſed nec tamen repente Rectoris mentem apud nos redarguere: *Optimus*, inquit Climachus, *atque præclarus ad promptè obtemperandum modus eſt, ſi ſemper ita tecum reputes: Tentat te pater.* qua ex re illud etiam intelligitur, exempla quæ occurrunt nonnunquam in hiſtoriis ſanctorum Patrum, eorum, qui in huiuſmodi rebus promptè paruerunt, quale illud eſt apud Caſſianum de Mutio monacho puerum de Abbatis mandato projiciente in fluuium, ſuſpicienda eſſe, nullo modo imitanda, niſi quatenus referunt obediendi maximè prompta atque parata ſtudia. *In conſt. monaſt. cap. 25. Tract. de præcepto & diſpenſatione. Grad. 4. Lib. 4. cap. 27.*

Secunda difficultas poſita eſt in victoria affectuũ qui quaſi arma capiunt contra mandatum, ſi, vt ferè fit, id ipſis aliquo modo repugnet. hæc autẽ pugna quia acerrima eſt, & in nobis ipſis maximam etiam requirit animi vim ac fortitudinem, qua omnino ſedetur in executione præcepti. Quam ad rẽ maximè appoſitum eſt exẽplum Abrahæ, de quo ſanctus Chryſoſtomus ſic ſcribit: *Qui cùm iuberetur interficere filium, cogita, quàm multæ cogitationes tunc inſurrexerunt in illum, & tamen ſubegit omnes, omnes illum metuebant, magis quàm reges metuant ſatellites, omneſque ſolo oculorum in nutu compeſcuit, nec vlla illarum auſa eſt erumpere, ſed ſubmittebant vultus, ne* *Secunda difficultas. Hom. 3. in 1. ad Corinth.*

velu i Imperatori cedebant vniuerſa, quamuis erant acerrima omnes, vehementérque perfracta. neque enim haſtarum cuſpides æquè metuendæ ſunt à multis ſubrectæ, atque naturæ cognati affectus. Vnde & magis poterant illius animum penetrare, quàm vlla cuſpis acuta. Et paulo pòſt: *Nihil natura violentius: Etiam ſi decem millia tyrannicidarum produxeris, contemplator rem ipſam. Natura proſtrata erat armis ſuis, cum vniuerſo exercitu, atque ille ſtabat porrecta manu non coronam tenente, ſed enſem quauis corona ſplendidiorem, & Angelorum populus applaudebat, & è cœlis Deus victorem pronuntiabat.* Idem dicendum de aliis animi affectionibus, cùm obedientiæ vi rationi fortiter ſubjiciuntur. Si quidem idem S. Chryſoſtomus de eodem ſcribit: *Etiam ſi maximum doloris ſenſum haberet in expellendo Iſmaele & matre eius, & in occidendo Iſaac, tamen propter obedientiam omnia tolerabat, ſicut & ipſe Iſaac.*

Hom. 42. in Gen.

Tertia difficultas.

Tertia difficultas eſt, quæ oritur ex hominis obedientis voluntate, cuius vim ſuperare & frangere, cupiditates coërcere, libertatem alteri obligare, obedientiæ proprium eſt quod quàm difficile ſit inchoare, quàm difficilius abſoluere, nemo non videt. Violentiæ certè adſcribitur à S. Baſilio, cùm ſic ait: *Violentorum eſt regnum cœlorum, & violēti rapiunt illud. Verba hæc Euangelij ſunt. Violentiam appellauit aſſiduam & acrem corporis in laboribus fatigationem, quod nullius impulſu ſuapte ſponte Chriſti diſcipuli faciunt, cùm & voluntatē propriā & corporis laxamentum abnegant omne, & magiſtri ſui præcepta omnia conſeruant. Quocirca ſi tibi in animo eſt rapere regnum Dei, violentia te dato, ceruices tuas Chriſti ſeruitutis iugo ſubmittito, & eius loris collum tuum arctè circumquaque cohibeto.* Et S. Gregorius, vt diximus, aſſerit: *Ieiuniis & abſtinentiæ præſtare voluntatem propriam alienæ ſemper ſubiicere.* Et alibi ait: *Propriam voluntatem mactari per obedientiam* & natura ita comparatum eſt, vt nihil feramus ægriùs, quàm quod fit, aut eſt contra voluntatem: ita nobis bene volumus, nobíſque blandimur.

In ſerm. de abdicatione rerū, &c. Matt. 11.

In Lib. 4. Regum, cap. 2.

In libr. 35. mor. cap. 12.

Denique S. Thomas latè probat *votum obedientiæ eſſe præcipuum inter tria religionis vota*, quia propria voluntas, quæ Deo obedientiæ voto offertur, maius bonum eſt,

2. 2. quæſt 186. art. 8.

quàm

quàm quodlibet aliud, quod illi per alia religionis vota exhibeamus: fit autem aliquando, vt quantumcunque initio nos Deo volũtariè ſacrificauerimus per obedientiæ votum, in eóque perſoluendo poſtea toti ſimus, nimirum vt omnino obedire velimus: minus tamen arrideat, immo etiam diſpliceat, quod mandatur. quod etiam S. Thomas notauit, & ideo quanquam verum eſt, vt idem ait: *Vt quia neceſsitati aliqua faciendi, quæ ſecundùm ſe non placent, per votum obedientiæ homo ſe ſubiicit propter Deum, ex hoc ipſo ea, quæ facit, ſint magis Deo accepta, etiam ſi ſint minora, quia nihil maius poteſt homo Deo dare, quam quòd propriam voluntatem propter ipſum voluntati alterius ſubiicit*, non ideo tamen eo ipſo tempore, quo, quæ non placent, imperantur, non debet homo ſibi magnam vim afferre, ſeque peruincere viriliter, & obedientiæ virtute ſuam voluntatem adigere ad id ſequendum, quod auctoritate iubẽtis non interpoſita libenter aſpernaretur, quæ excellens eſt animi fortitudo: nã *melior eſt*, ait Salomon: *qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbiũ*. & Climachus hác etiam ob cauſam appellat obedientiam *perfectã animæ abnegationẽ, mortem ſpontaneam, ſepulchrum voluntatis*.

Ibid. artic. 5. ad 5.

Prou. 16.

Grad. 4.

Quarta difficultas eſt penes rationem & mentem: fieri enim poteſt, vt quamuis voluntate propenſior quis ſit ad obtemperandum, argumentis & rationibus inde retrahatur, quę longè maxima eſt difficultas: nam flectere voluntatem cum Dei gratia in noſtra eſt poteſtate, mentem etiam cùm mouetur rationibus, quæ ex coniectura pendent; at cùm mens ita certa eſt, ac ſi oculis cerneret rem aliter ſe habere, quàm exiſtimat ille qui iubet, vel putat rem proceſſuram meliùs, ſi diuerſa aut etiam contraria ratione iubeatur, tunc difficillimũ eſt, eam in iubentis ſententiam traducere, & voluntatem ita fingere, & accommodare ad arbitrium nutúmque alterius, vt in eo penitus acquieſcat: quare fortem oportet eſſe admodúmque virilem voluntatem, vt ſi hoc accidat, mentem tunc ad ſe pertrahat, cogátque ſecum vel inuitam ſentire, ſimiliter ac in rebus fidei facere conſueuimus, *In eius obſequium*, vt ait Apoſtolus, *intellectum captiuantes*, qui ſenſus eſt omnium ſanctorum Patrum, qui

2. Corinth. 10.

Conſt. monaſt. cap. 20. & cap. 23.

de obediendi virtute præcepta tradiderunt.

Sanctus Baſilius: *Monachi*, ait, *libentiſſimè obtemperent ſuo præpoſito, nec ab eo eorum, quæ ſibi imponuntur, rationem repoſcant* Et alibi: *Nihil omnino ipſorum iuſſa curioſiùs perſcrutando, quando libera ſunt à peccato.* S. Hieronymus: *Credas ſalutare quidquid Præpoſitus præceperit, nec de maiorum ſententia iudices.* Caſſianus ſic: *Ægyptij monachi vniuerſa complere, quæcunque fuerint à Præpoſito ſuo præcepta, tanquam ſi à Deo ſint cœlitus edita ſine vlla diſcuſſione feſtināt, vt nonnunquam etiā impoſſibilia.* Et poſtea: *Nihil diſcernēs, nihil diiudicans ex iis, quæ tibi fuerint imperata, ſed cùm omni ſimplicitate ac fide obedientiam ſemper exibeas.* ſanctus Gregorius: *vera obedientia nec præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit iudicare quiſquis perfectè didicit obedire.* ſanctus Bernardus: *Imperfecti cordis & infirmæ prorſus voluntatis iudicium eſt, ſtatuta ſeniorū ſtudioſiùs diſcutere, hærere ad ſingula, quæ iniunguntur, exigere de quibuſque rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto, cuius cauſa latuerit, nec vnquam libenter obedire, niſi cùm audire contigerit, quod fortè libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire monſtrauerit vel aperta ratio, vel indubitata authoritas.* Idem ſcripſerunt alij viri docti & ſancti, qui poſtea ſecuti ſunt, vt ſanctus Bonauentura & Vbertus magiſter Generalis Quintus ordinis prædicatorum, hanc eandem obedientiam & docuerunt, & in vſum deduxerunt ſanctiſſimi quique Patriarchæ religionum fundatores, vt ſanctus Benedictus. S. Franciſcus, nec de S. Dominico & aliis dubitandum eſt. Hanc appellant multi obedientiam cæcam. Et Climachus inprimis, *Dominus*, inquit, *illuminat cæcos obedientium oculos ad contuendas magiſtri virtutes, idémque eos excæcat ne defectus videant.* S. Bernardus deplorat eos, qui nolunt quaſi cæci ad manum trahi cum Saulo, quo ſe exiſtimant illuminatos, cùm nō ſit illis credita diſpenſatio, vt videant & prouideant his, qui apertos oculos habentes, nihil vident. Contrà prædicat felicem cæcitatem eorum, quorum oculi in conuerſione ſalubriter excæcantur, qui male fuerant in præuaricatione illuminati. immo idem ſanctus Bernardus nominat hanc obedientiā *indiſcretam*, quia neſcit diſcernere quid

Epiſt. ad Ruſticū. lib. 4. cap. 10. Cap. 41.

Lib. 2. in 1. Reg. cap. 2. De præcepto & diſpenſ. cap. 13.

In ſpeculo diſciplinæ p. 2. c. 3. In epiſt. de obedient. Grand. 4.

In ſerm. de conuerſione S. Pauli.

Ad fratres de monte Dei.

vel

Digitized by Google

vel quare præcipiatur: hæc eſt illa *ſimplicitas*, quàm S. Paulus laudat in obediétiæ exercitatione,ſcribés Epheſiis & Colloſſenſibus. Hac ſine dubio caruit Eua, cùm audiuit Satanam dicentem: *Cur præcepit vobis Dominus?* vt notant S.Bernardus,& S.Chryſoſtomus. Denique hac excelluit Abraham cum iuſſus eſt exire de domo patris, nec tamen intellexit,ad quam mundi partem migraturus eſſet. *Nihil*,ait S.Chryſoſtomus,*in mentem ſuſcipiendum cenſuit,ſed ſicut voluntarius ſeruus ad ſolum imperium obediuit,nihil curioſè quærens.*

Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Geneſ. Serm. de S. Andr. Homil. 16.in Geneſ. Homil. 31.in Geneſ.

Tres igitur ſunt quaſi partes obedientiæ, executio externæ actionis,voluntas parata ad obediendum,vſuque interno libens præcepto conſentiens,& animi mentiſque iudicium idem prorſus cum eo, quod facit de re, quæ materia præcepti eſt,ille qui præcipit: qui hanc nō tenet, vix aut ne vi quidem conſiſtet in prioribus duabus, ſiquidem voluntati facem præfert mens, vtraque executionem imperat: ſed quod maximè roborat obedientiā, eamque quaſi trabali clauo figit in animo proficientis,eſt votum de ea Deo factum, ſi cui hoc facere diuino beneficio detur, vt multis datur. Si quidem vt doctus Theologus ſcribit: *Vouere nihil aliud eſt, quàm immobilitare animum ne poſſit retrogredi.*

Caietanus q. q. 186.a. 6.Sec.ſecunda.

Tertius obedientiæ gradus eſt delectatio. S.Bernardus ſeptem gradus ſtatuit obedientiæ hiſce nominibus diſtinctos, *Libenter,ſimpliciter, hilariter, velociter, viriliter,humiliter,& indeſinenter.* Quorum quatuor,*Simpliciter,viriliter, humiliter, & indeſinenter*, ad fortitudinem obedientiæ pertinent *libenter,hilariter,velociter*,ad delectationem.S.Baſilius: *Apoſtoli ſubmiſſa mentis ceruice obedientiæ iugum ſubierunt,alacrique animo in pericula, in fora,in contumelias,in lapidationes,in ignominias, in cruces,in varias neces proceſſere. hanc obedientiam is, qui ſecundùm Deum verè eſt monachus, Antiſtiti ſuo præſtet oportet.* hunc gradum cum tenet proficiens,ſuauiſſimè non in ſua ſed in præpoſiti ſui voluntate conquieſcit, eſtque (vt ait Climachus) adeptus *ſecurum portum, tutam nauigationem,confectum dormiendo iter.* hæc delectatio propria eſt obedientiæ perfectiſſimæ,eius,inquam, de qua ſanctus

Tertius gradus. In ſerm. de obediētia virtute. Conſt. monaſt. cap. 23.

Bernar

Lib. de diſp. & præcep. Bernardus: *Perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, neque contenta anguſtiis profeſſionis largiori fertur voluntate in latitudinem charitatis, & ad omne quod iniungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſque animi modum non conſiderans in infinitatem extenditur.*

Primum indicium *Serm. de virtute obedien.* Indicia obediētiæ perfectæ quamuis ex his, quæ ſcripſimus intelligi poſſunt, nihil tamen oberit, ſi hîc breuiter attingantur. Primum ſit exterior promptitudo. *Verus obediens*, ait S. Bernardus, *mandatum non procraſtinat, ſed parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & ſic ſe totum intra ſe colligit, vt mandatum peragat imperantis.* 2. *Lib. 2. in 1. Reg. 2.* Secūdum indicium eſt ex S. Gregorio, magna videlicet ſimplicitas animi. *Neſcit enim*, ait, *indicare, quiſquis perfectè didicerit obedire.* 3. *Epiſtola ad Ruſticum.* Tertium indicium eſt præceptum Moyſis adlatum à S. Hieronymo ad hoc ipſum propoſitum, cùm nimirum interiorem obedientiam externo ſilentio declaramus. *Deut. 6.* *Audi Iſrael, & tace.* 4. Quartum indicium eſt in rebus omnibus eadem imago & ſimilitudo ſui ad exemplum corporis exanimis: vt aiebat S. Franciſcus. *In vita eius. cap. 6.* T*olle* (ſcribit S. Bonauentura) *corpus exanime, & vbi placuerit, pone: videbis non repugnare motum, nō murmurare ſitum, non reclamare dimiſſum. Quòd ſi ſtatuatur in cathedra, non alta, ſed ima reſpiciet, ſi collocetur in purpura, palleſcet.* Hic, ait, *verus obediens eſt, qui cur moueatur, non dijudicat, vbi locetur, non curat, vbi tranſmutetur, non inſtat. Euectus ad officium, ſolitam tenet humilitatem, plus honoratus, plus reputat ſe indignum.* *Conſt. monaſt. cap. 23.* S. Baſilius vtitur exemplo ſingulorum artis inſtrumentorum, quibus faber & ædificator pro arbitrio vtitur ſuo, aliis alij, quibus ſignificant perfectæ obedientiæ ſignum eſſe, nihil omnino quod ſuum ſit, ad obediēdum adferre: ſed prorſus *vt iumentum fieri* cū Propheta *apud Deum, vt ſit ſemper ſecum.*

Accedat tanquam cumulus affectus ille, qui in ſanctis viris obedientiæ cultoribus excellens fuit, vt nō ſolùm omni animi ſubmiſſione & alacritate mandata maiorum acciperent & exequerentur; Sed etiam ſi ita ferret, vel natura ſeniorum vel monaſterij conſuetudo, & regulæ inſtitutum, quotidianas contumelias & conuitia, quibus eos inter imperandum conſectabantur, æquo

animo

animo ſuſtinerent, & quaſi haberent in deliciis, quod ſancto Damaſceno, vt in eius vita teſtatur Ioannes Patriarcha, & Achatio monacho apud Climacum, & aliis familiariſſimum fuit. *Grad. 4.*

De gratitudine.

CAPVT XXV.

APpellant Latini gratitudinem gratiam, de qua ſic Tullius: *Gratia eſt in qua amicitiarum & officiorum alterius memoria & alterius remunerandi voluntas continetur.* Gratitudo alia eſt erga Deum, erga homines alia. Prior ſic deſcribitur ab Alberto Magno: *Extollentia donorum Dei in anima cum anihilatione ſui, & debita cordis reuerentia.* ſic magnificauit Dauid dona mandatorum Dei, dicens: *Dilexi mandata tua ſuper aurum & topazion.* poſterior illa eſt, quam definitione ſua nobis explicat Cicero.

Lib. 2. de Inuent.

1. Paradiſo animæ, cap. 25.

Pſ. 118.

2.

Primus gratitudinis gradus ſit propoſitum præbendi ſe gratum tam Deo quàm hominibus. Inducunt autem ad gratitudinem iſta; primùm quòd ſemen virtutis huius nobis eſt à natura inditum. quare inquit Seneca: *Officia etiam feræ ſentiunt, nec vllum tam immanſuetum animal eſt, quod non cura mitiget, & in amorem ſui vertat. Leonum ora à magiſtris impunè tractantur. Elephantorum feritatem vſque in ſeruile obſequium demeretur cibus.* Et S. Chryſoſtomus gratitudinem erga Deum colligit innatam hominibus eſſe ex ſacrificiis Abel & Noë, qui ea Deo ſponte ſua obtulerunt in actionem gratiarum, non ab aliquo alio homine edocti, ſed ſolùm à ſe ipſis commoniti. Conqueritur idem alibi de hominibus in hæc verba: *Cùm cœli ipſi Dei gloriam prædicent: ipſe verò cuius ob gratiam ſunt illi effecti, ita te geris, vt tui & fictor & creator Deus propter te malè plerumque audiat.*

Primus gradus.

Primum incitamentum.

Lib. 1. de beneficijs cap. 3.

Homil. 27. in Geneſ.

Serm. de gratijs reddendis, tom. 5

Deinde ad gratitudinem inducit, ait Albertus, *conſideratio dantis beneficium, qui eſt Deus omnipotentiſſimus,*

Secũdum incitamentum.

nobiliſſi

nobiliſſimus, amantiſſimus, fideliſſimus, optimus, beatiſſimus, *Ibidem.* *perfectiſſimus*. Item donorum magnitudo: non enim eſt tam paruum donum ſpirituale cum corporali à Deo fluens, in quo non ſit incluſus immenſus Deus cũ omni diuina virtute: numerat Seneca beneficia corporis, luculentérque diſtinguit: *Vnde iſta, quæ poſſides? quæ das? quæ negas? quæ ſeruas? quæ rapis? vnde hæc innumerabilia oculos, aures, & animum mulcentia? vnde illa luxuriam quoque inſtruens copia? neque enim neceſſitatibus noſtris tantũmodo prouiſum eſt, vſque in delicias amamur, tot arbuſta, non vno modo frugifera, tot herbæ ſalutares, tot varietates ciborum per totum annum digeſtæ, vt inerti quoque fortuita terræ alimenta præberent. Iam animalia omnis generis, alia in ſicco ſolidóque, alia in humido innaſcentia, alia per ſublime dimiſſa, vt omnis rerum naturæ pars tributum aliquod nobis conferret. flumina hæc amœniſſimis flexibus campos cingentia: illa præbitura commerciis viam vaſto & nauigabili curſu vadentia: ex quibus quædam ſtatis diebus mirabile incrementum trahunt, vt anhela & feruenti loca ſubiecta cœlo ſubita vis æſtiui torrentis irriget. Quid medicatorum torrentium venæ? Quid in ipſis littoribus aquarum calentium exundatio? Te maximè Lari, téque fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino. Si pauca quis tibi donaſſet iugera, accepiſſe te diceres beneficium, immenſa terrarum latè patentium ſpatia negas eſſe beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donauerit, & arcam tuam (quoniam id tibi magnum videtur) impleuerit, beneficium vocabis; tot metalla defodit, tot flumina emiſit in aëra, ſuper quæ decurrunt ſola aurum vehentia, argenti, æris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum, cuius inueſtigandi tibi facultatem dedit, ac latentium diuitiarum in ſumma terra ſigna diſpoſuit, negas te accepiſſe beneficium? Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid reſplendeat, & tectum nitidius auro aut coloribus ſparſum, num mediocre munus vocabis? ingens tibi domicilium ſine vllo incendii aut ruinæ periculo ſtruxit, in quo vides non tenues cruſtas, & ipſa quæ ſecantur lamina graciliores, ſed integras lapidis pretioſiſſimi moles, ſed totas variæ diſtinctæq; materiæ, cuius tu paruula fruſtra miraris: tectum verò aliter nocte, aliter interdiu fulgens, negas te vllum munus accepiſſe? Et cùm ſiſta*

Lib. 4. de beneficiis c. 5 & 6.

quæ habes, magno æſtimes, quod eſt ingrati animi nulli debere te iudicas? Vnde tibi iſtum, quem trahis, ſpiritum? Vnde iſtam per actus vitæ tuæ diſponis atque ordinas lucem? Vnde ſanguinem, cuius curſu vitalis continetur calor? Vnde iſta palatum tuum ſaporibus exquiſitis vltra ſatietatem laceſſentia? Vnde hæc irritamenta, iam laſſæ voluptatis? Vnde iſta quies, in qua putreſcis ac marces? Nonne ſi gratus es, dices, Deus nobis hæc otia fecit? Et paulo poſt: *ille tot artes, tot vocum varietates, tot ſonos, alios ſpiritu noſtro, alios externo cantus edituros commentus eſt: neque enim noſtra iſta, quæ inuenimus, dixeris non magis, quam quòd creſcimus, quàm quòd ad conſtitutum tempus ſua corpori officia reſpondent nunc puerilium dentium lapſus, nunc ad ſurgentem iam ætatem, & in robuſtiorem gradum tranſeuntem pubertas, & vltimus ille dies fugienti vitæ terminum ponens. Inſita ſunt nobis omnium ætatum omniúmque artium ſemina, magiſterque ex occulto Deus producit ingenia.* Hæc ille.

Corporis humani fabricam ſuſpicit Galenus, & meritò, eſt enim admirabilis. Quòd ſi ipſum receptaculum tale eſt qualis erit animus corpori diuinitus infuſus, vt in illo vigeat, ſentiat, meminerit, intelligat, præuideat, velit, illud denique tanquam præpoſitus moderetur & moueat: at hoc quale Dei donum cenſendum eſt?

Sunt autem prædicta omnia veluti corporea beneficia homini ad vſum tributa. Quid dicemus de ſpiritualibus beneficiis? de Dei gratia, qua diuinæ conſortes naturæ efficimur, de virtutibus, de donis & fructibus Spiritus ſancti, de beatitudinibus, de diuinis inſtinctibus, de motionibus internis virtutum animæ, de auxilio Dei ad omnes actiones, præſertim ſupernaturales, præſentaneo ſemper, ſemper recenti ac nouo de diuina prædeſtinatione, vocatione, iuſtificatione de ſacramentis, de adminiſtratione Eccleſiæ, de principibus Eccleſiaſticis, de adminiſtratoriis ſpiritibus Angelorum, de Filij Dei incarnatione, vita, morte pro nobis obita, de eius regno ac diuitiis, de gloria cœli, de ſpe & pignore æternæ vitæ, de ſacrificio Miſſæ, de ſacroſancta Euchariſtia, qua Chriſtus ipſe continetur, an non hæc eſt infinita materia diuinæ laudis, & perpetuæ nec vnquam, ſi

Digitized by Google

fieri poſſet, intermittendæ gratiarum actionis?

Tertium incitamentum. Tertio loco, inquit idem Albertus, *conſiderandus eſt affectus dantis Dei, nec enim hac ſe dimidio dat Deus, vel cum indignatione aliqua, vel vt abſoluatur à nobis, ſed ex omni deſiderio diuino, ex tota delectatione & bonitate ſua.*

Quartū incitamentum. Quarto loco conſideranda eſt vtilitas donorum Dei: *Dat enim ſingula*, ait idem, *ad ipſum cognoſcendum amandum, fruendum, & ad nos beatificandum.*

Quintū incitamentum. Quinto conſideretur, quidnam præcipuè Deum moueat ad beneficia homini conferenda, non timor mali, non ſpes boni, non virtus hominis aliqua, ſed ſola immenſa ipſius & infinita bonitas.

Sextum incitamentum. Sexto cogitemus, quàm indigni ſimus & immerentes non ſolùm tantorum bonorum, ſed etiam tantillæ lucis huius vſura fruimur.

Septimū incitamentum. Accedat poſtremò & illa cogitatio, gratitudinem nobis eſſe vtiliſſimam, vt idem auctor ſcribit: *Quanto maior eſt in anima erga Deum grati animi affectio, tanto redditur idonea magis & capax ad vberiorem Dei gratiam recipiendam, & tanto ampliùs liberaliſſimus Deus quaſi cogitur ad largiendum.* Eſt igitur, vt ait S. Chryſoſtomus, gratitudo *maxima vtilitas hominis, qua cognoſcimus benefactorem, à quo propter hoc ipſum cumulatiùs bona recipiamus.* Præterquam quòd eſt *maxima cuſtos beneficiorum*, quorum recordatione vehementer inardeſcimus in amorem Dei & obſeruantiam diuinæ legis. *Homil. 72. ad Pop. Ant.*

Ad oſtendendum autem gratum animum homini de nobis bene merenti, inducunt multa inprimis iuſtitiæ
1. lex, qua redditur vnicuique ſuum. deinde amicitiæ vis,
2. qua beneficium beneficio compenſandum eſt, vel certè grata voluntate & memoria, ſiquidem, vt ſcribit Seneca: *Ingratus eſt, qui beneficium accepiſſe ſe negat, quod accepit. Ingratus eſt qui diſſimulat: Ingratus qui non reddit. Ingratiſſimus omnium qui oblitus eſt. illi enim ſi non ſoluunt, tamen debent, & extat apud illos veſtigium certè mirorum intra malam conſcientiam concluſorum. Hic nunquam fieri gratus poteſt, cui totum beneficium elapſum eſt.* quare peccatū ingratitudinis magnum peccatum eſt. Vnde *Iudæos*, ait ſanctus Chryſoſtomus, *nihil æquè perdidit atque ingratitudo.* *Lib. 3. de beneficijs, cap. 1.* *Homil. 27. in 8. Matth.*

Secundus

Digitized by Google

Secundus gradus eſt fortitudo. neque enim deeſt gratitudini ſuum robur, quo vti debeat aduerſus pericula & tentationes. Siquidem laborioſum non eſt homini agere Deo gratias, cùm illi cuncta proſperè & ex ſententia eueniunt. hoc faciunt libenter omnes ethnici ipſi. at verò ſi contra accidat, à rebus aduerſis & à calamitatibus ipſis occaſionem accipere gratiarum actionis, hoc paucorum eſt; nec ſine gratiæ ſupernaturalis ope fieri poteſt. ac hoc ipſum efficit Chriſtianæ gratitudinis virtus: *Gratias agere conueni: non diuites modò, ſed & paupertate oppreſſos* (ſic ſcribit ſanctus Chryſoſtomus) *non ſanos, ſed & ægrotantes, non eos, quibus proſpera omnia, ſed & eos, quibus aduerſa contingunt. Deo enim tum gratias agere, cum ſecundo curſu res feruntur, nihil mirum fuerit. at verò cùm ingenti ſuborta tempeſtate, iactataque vndique nauis periculum incurrerit, tum demum magna exiſtit patientiæ æquanimitatiſque probatio.* Et alibi: *Pro omnibus, quæ accidunt, oportet gratias agere, etiam ſi ſit morbus, etiam ſi ſit paupertas, etiam ſi rationem neſcias, age gratias, hoc enim eſt reuera gratiarum actio. Sin autem, cùm ſis beneficijs affectus, opulentúſque & locuples, réſque tuas bene geras, & omnia tibi proſpere ſuccedant, agas gratias, non eſt magnum nec admirandum. quod quæritur autem eſt, vt gratias agat, qui eſt in afflictionibus. pro ipſa gehenna oportet Deo gratias agere, pro pœnis & ſupplicijs, quæ ſunt illic. ea enim res valdè iuuat eos, qui animaduertunt. pro fræno metus gehennæ imponatur cordibus noſtris.* Addit paulò poſt: *Cùm paupertate, morbis premimur, cùm nobis inſultabitur maledictis & calumnijs, tunc intendamus gratiarum actionem, non verbis, neque linguis, ſed rebus & factis, & cogitatione & corde.*

Secundus gradus.

In epiſt. ad Rom. homil. 2.

Homi. 19. in epiſt. ad Eph.

Ad hunc gradum pertinent beneficia collata in homines abſentes, & à quibus remunerationem minimè expectemus vnquam. immò & in vita functos, cùm pro illis oramus, eleemoſynas largimur, legata ſoluimus, Miſſas celebramus, & alia pietatis officia exercemus, *quibus quaſi beneficijs*, vt S. Damaſcenus loquitur, *multum iuuantur animæ fidelium defunctorum, & in quibus eluceſcit gratitudo eorum, qui mortuis ſuperſtites ſunt.*

Serm. de defunctis

Tertius gradus gratitudinis eſt delectatio, qualem

Tertius gradus.

Digitized by Google

*Luc.*10. fuiſſe in Domino noſtro Ieſu Chriſto auctor eſt S. Lucas: *In ipſa hora exultauit ſpiritu, & dixit: confiteor tibi Pater cœli & terræ.* Talis etiam fuit in ſancto Paulo.
2. *Cor.*9. *Gratias*, inquit, *Deo ſuper inenarrabili dono eius, & gratias*
*Phil.*1. *ago Deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis orationibus pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens.* Illuſtris eſt Dauid in huiuſmodi affectionibus gaudij mixti actione gratiarum, præſertim in Pſalmis illis.
*Pſa.*9.& *Confitebor tibi Domine in toto corde meo, lætabor & exulta-*
110.137. *tabo in te. Benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus*
*Pſal.*31. *eius in ore meo. Bonum eſt confiteri Domino. Benedic anima*
*Pſal.*91. *mea Domino. Confitemini Domino. Benedictus Dominus*
*Pſa.*102. *Deus meus. Exaltabo te Deus meus Rex, Lauda anima mea*
& 103. *Dominum.* Et reliquis vſque ad vltimum.
104.105. Quod verò attinet ad gratitudinem, quàm iis debe-
106.117. mus, qui in nos benefici ſunt, prima lex Senecæ eſt: *Hila-*
135.143. *res accipiamus, profitentes gaudium. nam qui gratè benefi-*
144.145. *cium accepit, primam eius penſionem ſoluit.* Secunda lex eſt:
Prima lex. *Qui gratus futurus eſt, ſtatim dum accepit, de reddendo cogitat.* Denique *poteſt*, vt idem ait, *gratus etiam eſſe homo voluntate.*

Lib. 2. *de benef. cap.*22.
2. Indicium gratitudinis erga Deum eſt, quod Albertus Magnus adfert: *Cùm quis*, inquit, *penſatis ſingulis ſuprà dictis, quæ valent ad gratitudinem, pro ſingulis donis*
*Cap.*25. *paruis & magnis ex toto corde gratias agit, cùm eas reueren-*
3. *ter ſuſceperit, & toto niſi gratias ab amantiſſimo Domino re-*
*Cap.*31. *uerenter ſuſceptas, impollutas conſeruare contendit. Sicut in-*
Indicium primum. *gratitudinis magnum argumentum eſt, vel non cognoſcere beneficia, ne dum conſeruare, vel ſi cognoſcas, non iis vti ad eius*
*Cap.*25. *gloriam, qui ea adeò amanter liberaliterque largitus eſt.*
Paradiſi.
2. Sed maximè arguit gratum animum annihilatio illa, quam idem Albertus in deſcriptione gratitudinis allata commemorat: *Qua ſe cognoſcit & profitetur homo indignum*
*Gen.*32. *non ſolùm magnis beneficiis Dei, ſed etiam,* vt ait Iacob, *ſeriò reputat minorem ſe cunctis eius miſerationibus.*

3. Indicium etiam eſt gratitudinis erga Deum, videre, nos Deum in rebus paruis, & in beneficiis, quæ exigui momenti æſtimantur, magnum & admirabilem. nec vnquam conqueri, quòd non acceperimus alia aut plura,

Digitized by Google

ſed iis, contentos, qui à Deo donati ſumus, ea augere conſideratione & verbis: nec finem vllum facere diuinam bonitatem commendandi. Legatur Seneca in capite vigeſimooctauo, libri ſecundi de beneficiis, vbi oſtendit, quanto in errore verſentur ij, qui queruntur, quòd non magnitudinę corporis elephantos æquemus, velocitate ceruos, leuitate aues, impetu tauros: cùm potiùs gratias agere debeamus, quidquid nobis negatum eſt, dari non potuit; & quòd nos cariſſimos habuerit Deus, & nos illi in deliciis fuiſſe (quæ verba ſunt diuinæ ſapientiæ apud Salomonem: *Et deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*) & qui maximus tribui honos potuit ab ipſo proximos nos collocauiſſe. qui ſenſus eſt Dauid in Pſalmis: *Minuiſti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum.* *Prou. 8.* *Pſal. 8.*

De veritate ſeu veracitate, ac ſimplicitate.

CAPVT XXVI.

VERITAS ſeu veracitas ſic à ſancto Thoma deſcribitur Ariſtotelis verbis, vt ſit *virtus qua aliquis & vita & ſermone talem ſe demonſtrat, qualis eſt; & non alia, quàm circa ipſum ſint, nec maiora nec minora.* Docet ſanctus Doctor ſimplicitatem & veritatem idem eſſe, quia eiuſdem virtutis ope oſtendimus, & quales ſimus vita & ſermone, quod eſt veritatis, & abiecta omni ſimulatione id nos animo reque intendere, quod ipſa ſpecie oſtentamus, quod eſt ſimplicitatis. *2. 2. q. 109. art. 3. ad 3. Lib. 4. Eth. c. 7. 2. 2. q. 109. art. 2. ad 4. & 111. artic. 3. ad 3.*

Virtuti veritatis contraria ſunt vitia, mendacium, ſimulatio hypocriſis, & ironia; ſimplicitati aſtutia dolus, fraus: veritati affinis eſt humana fides, quæ eſt dictorum conuentorúmque conſtantia.

Porrò veritatem hanc ſiue ſimplicitatem ſanctus Gregorius appellat *puritatem cordis*, alij, vt Apoſtolus, *ſyn-* *Lib. 8. moraliũ. cap. 38.*

cerıtatem. Latini veracem hominem, *ſimplicem & candidum* etiam nominarũt. Sed præclarè, vt omnia, Dominus candidum & ſimplicem circumſcribens ait: *Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt.* quo loco ſanctus Auguſtinus: *Dolus fraus eſt, ſimulatio eſt, quando aliquis aliud in corde tegit, & aliud loquitur, dolus eſt, & tanquam duo corda habet: vnum quaſi ſinum cordis habet, vbi videt veritatem: & alterum ſinum vbi concipit mendacium. & vt noueritis hunc eſſe dolum, dictum eſt in Pſalmis labia doloſa. quid eſt labia doloſa? ſequitur: in corde & corde locuti ſunt mala. Quid eſt in corde, & corde, niſi dupliciter corde? & hoc nomine etiam vocatur in ſcripturis, ſcilicet duplici corde, & duplex animo. nec vocat myſterio, quòd vir minimè doloſus dicatur verè Iſraëlita ab Iſraële, qui & Iacob. nam de Iacob ſcriptum eſt, Iacob autem vir ſimplex.*

Ioan. 1. Tract. 7. in Ioan. Gen. 25.

Primus gradus. Primus gradus veritatis eſt propoſitum huius virtutis habendæ & retinendæ, Ad quod mouet iſta. Primùm, Deo ita placet veritas, vt *Deus veritatis appelletur.* & Chriſtus Dominus ſeipſum *veritatem* appellat. & Spiritus ſanctus *Spiritus eſt veritatis.* & vt intelligamus, Chriſtum amare veritatem non ſolùm verborum, ſed factorum etiam, dicitur apud ſanctum Ioannem: *Veritatem per Chriſtum factam eſſe,* & propter vllum incommodum aut periculum, etiam vitæ, veritatem nunquam non annunciauit, hypocriſin deteſtans & exterminans omnem, ſemper palàm præ ſe ferẽs quod occultè gerebat in animo. denique *nec inuentus eſt dolus in ore eius;* & eos diſcipulos inſtituit, qui vbique veritatem prædicarent, & exhiberent præcones illius vocis: *Eſt veritas Chriſti in me, & eſt veritas in Ieſu*: ac demum ad magiſtri exemplum vitam ipſam pro veritate profunderent. Contrá diabolus *in veritate non ſtetit, & mendax eſt, & pater mendacij, & cùm loquitur mendacium ex proprijs loquitur.*

Primum incitamentum. Pſal. 30. Ioan. 14. Ioan. 1. 1. Petr. 2. 2. Cor. 11. Epheſ. 4. Ioan. 8.

Secundũ incitamentum. Secundum, ſicut *mendacium oris abominatio eſt Domino,* vt ait Salomon, ſic mendaciũ vitæ aut actionum, qualia ſunt peccata omnia, quæ prædiximus, aduerſari veritati, & ſimplicitati. indicium etiam ea ſunt & argumentum æternæ reprobationis: *Non intrabit in eam*, ait ſanctus Ioannes, *aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens*

Prou. 12. Apoc. 21.

& men

& mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ. Et poſtea: *Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis ſeruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.* Quo loco apertè deſcribit illud genus hominum, qui toti poſiti ſunt in fallaciis fraudibúſque ſtruendis, & in quidlibet aliud agendo potiùs, quàm vt veritatem dicant, aut candidè & ſimpliciter ſe cum hominibus gerant, nihil aliena curantes incommoda, modò ſuis commodis conſulant, votíſque potiantur ſuis, quos aliqui *politicos* vocant. quis enim neget hos eſſe, *qui amant & faciunt mendacium?* *Apoc. 22.*

Tertium. ſimulatio hominibus eſt execranda & deteſtabilis, nec ante Deum culpa caret. exemplum ſcriptum legimus in hiſtoria Machabæorum, Eleazari optimi Iſraelitæ, hominiſque nonagenarij: qui cùm duceretur ad mortem, quòd nollet contra legem Dei comedere carnes ſuilas, quas illa vetabat, ſecretò rogatus ab amicis, vt comedens carnes, quas veſci licebat, ſimularet tantiſper ſe ſuillas eſitare: *Cœpit*, inquit Scriptura, *cogitare ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundùm ſanctæ & à Deo conditæ legis conſtituta reſpondit citò, dicens: præmitti ſe velle in infernum. non enim ætati noſtræ*, inquit, *dignum eſt fingere, vt multi adoleſcentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorũ tranſiſſe ad vitam alienigenarũ, & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & propter hoc maculam atque execrationem ſenectuti meæ conquiram: nam etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum omnipotentis nec viuus nec defunctus effugiam.* *Tertium incitamentum. Lib. 2. cap. 6.*

Apoſtolus etiã acerrimè inuehitur in Cepham, quòd ſimularet Legem Moyſis, & alios exemplo induceret in eandem ſimulationem, ita vt affirmet, *ſe ei in faciem reſtitiſſe, quòd reprehenſibilis eſſet.* quod peccatum tamen non maius erat, quàm veniale. vt intelligas ſimulationem etiam venialem, ſicut & omne aliud mendacij genus Chriſtiano viro indignum eſſe, maximè verò proficiente. *Gal. 2.*

Omitto ſexcenta exempla fraudis ac victorum aliorum, quæ veritati, de qua loquimur, repugnant, acriter in Scripturis ſeueréque vindicatorum, ne longum faciam: certum illud eſt: *Virum doloſum abominabitur Dominus, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Et illud S. Ambroſij: *Turpis eſt omnis fraus, etiam in rebus vilibus: turpis eſt ſtateræ fallacia, & fraudulenta menſura. & ſic in foro execrabilis eſt, & in vſu commerciorum, poteſt ne irreprehenſibilis videri inter officia virtutum?*

Pſal. 5. *Pſal. 54.* *Lib. 3. offic. c. 9.*

Secundus gradus.

Secundus gradus eſt fortitudo. ſiquidem pro veritate ferenda multa ſunt, & pro eius defenſione certandum etiã vſque ad morté, ait enim Dominus: *Qui me erubuerit & meos ſermones, hũc filius hominis erubeſcet, cùm venerit in maieſtate ſua, & Patris & ſanctorum Angelorum.* Et Apoſtolus: *Non erubeſco Euangelium.* Denique idem ſcribit: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* quod nimirum tunc neceſſe eſt fieri, cùm, vt ait S. Thomas, *ſubtrahitur Deo debitus honor, & vtilitas proximis impendenda: videlicet ſi aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur vel quòd non haberet fidem, vel quòd fides non eſſet vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide.*

Rom. 1. *Rom. 8.* *2. 2. q. 3. art. 2.*

Deinde nobis inferamus vim oportet cùm datur occaſio opitulandi aliis noſtro mẽdatio officioſo aut etiam iocoſo: non enim fas eſt noſtro malo cuiquam benefacere; nec audiendi illi ſunt, qui aliquando mentiri ad aliorum vtilitatem licere nobis affirmarunt, cùm *non ſint facienda mala, vt eueniant bona* quare communis eſt Theologorum ſummúſque conſenſus, etiam ſi cœlum rueret, etiamſi præceps humanum genus vniuerſum in interitum raperetur, & tanto malo vel mendaciunculo occurri poſſet, illo ipſo mendaciunculo tanquam fulcimento tantam molem ſuſtinere, ruinámque fulcire, minimè licere. aliqua hac de re diximus capite octauo libri ſecundi.

Ioan. 5. *Pſal. 13.* *Pſal. 113.* *Phil. 2.*

Sed imminet proficienti difficultas maior cum mundo hominúmque mundanorum viuendi ratione. *Mundus enim totus*, ait ſanctus Ioannes, *in maligno poſitus eſt*, & *non eſt, qui faciat bonum*, ait Dauid, *ſed omnis homo mendax*,

mirum enim eſt, quàm ſit mundus addictus ad quærenda *quæ ſua ſunt*, & quàm nihil aut parum curet *quæ ſunt IESV Chriſti & aliorum hominum*, modò ſibi ſuiſque rebus bene conſultum videat quare totus aptus & coagmentatus eſt ex fallaciis & fraudibus. & manu ferè tangitur tutum neminem eſſe nec etiam inter domeſticos,& purum nihil iam eſſe,ſyncerum nihil. immo,quod ſine lachrimis vix cogitari poteſt, hæc eſt hoc tempore in clariore etiam honoratiore hominum parte mundi ſapientia, profeſſio,diſciplina. vt ſi non poſſis aliter voti compos fieri, rem tuam aggrediaris ac peragas eruditus ac munitus artificio omnis ſimulationis, ad omnem aſtutiam,fallaciam, malitiam, calliditatem; ac quidlibet aliud, quàm quod es, præ te feras: nam ſi ingenuus ac ſimplex ſis, habes ſtultuſque nominaberis. *Apud hypocritarum*, ait ſanctus Gregorius, *ſenſum ſimplicitas omnis in crimine eſt. apertas quippe mentes diiudicant, & puritatem cordis hebetudinem appellant.* Sed rem vniuerſam planiùs idem perſequitur alibi in illa verba Iob: *Deridetur iuſti ſimplicitas, huius mundi ſapientia*, inquit, *eſt, cor machinationibus tegere: ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere, quæ vera ſunt, falſa demonſtrare. hæc nimium prudentia vſu à iuuenibus ſcitur, hæc à pueris precio diſcitur: hanc qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt: hanc qui neſciunt, ſubiecti & timidi in aliis mirantur, quia ab eis hæc eadem duplicitas æquitatis nomine palliata deligitur, dum mentis peruerſitas vrbanitas vocatur. Hæc ſibi obſequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciùs reddere, cum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere, cùm virtutis poſſibilitas deeſt, quicquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare. At contrà ſapientia iuſtorum eſt, nil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire, vera, vti ſunt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentiùs tolerare quam facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare: ſed hæc iuſtorum ſimplicitas deridetur quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur.*

Lib.8. moraliũ cap. 38.

Lib. 10. mõ. c. 27. Iob. 12.

Omitto ſexcenta exempla fraudis ac victorum aliorum, quæ veritati, de qua loquimur, repugnant, acriter in Scripturis ſeueréque vindicatorum, ne longum faciam: Pſal. 5. certum illud eſt: *Virum doloſum abominabitur Dominus, &* Pſal. 54. *doloſi non dimidiabunt dies ſuos.* Et illud S. Ambroſij: Lib. 3. offic. c. 9. *Turpis eſt omnis fraus, etiam in rebus vilibus: turpis eſt ſtateræ fallacia, & fraudulenta menſura. & ſic in foro execrabilis eſt, & in vſu commerciorum, poteſt ne irreprehenſibilis videri inter officia virtutum?*

Secundus gradus. Secundus gradus eſt fortitudo. ſiquidem pro veritate ferenda multa ſunt, & pro eius defenſione certandum etiã vſque ad morte, ait enim Dominus: *Qui me erubuerit* Rom. 1. *& meos ſermones, hũc filius hominis erubeſcet, cùm venerit* Rom. 8. *in maieſtate ſua, & Patris & ſanctorum Angelorum.* Et Apoſtolus: *Non erubeſco Euangelium.* Denique idem ſcribit: *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem.* quod nimirum tunc neceſſe eſt fieri, cùm, vt ait 2. 2. q. 3. art. 2. S. Thomas, *ſubtrahitur Deo debitus honor, & vtilitas proximis impendenda: videlicet ſi aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur vel quòd non haberet fidem, vel quòd fides non eſſet vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide.*

Deinde nobis in feramus vim oportet cùm datur occaſio opitulandi aliis noſtro mẽdatio officioſo aut etiam iocoſo: non enim fas eſt noſtro malo cuiquam benefacere; nec audiendi illi ſunt, qui aliquando mentiri ad aliorum vtilitatem licere nobis affirmarunt, cùm *non ſint facienda mala, vt eueniant bona* quare communis eſt Theologorum ſummúſque conſenſus, etiam ſi cœlum rueret, etiamſi præceps humanum genus vniuerſum in interitum raperetur, & tanto malo vel mendaciunculo occurri poſſet, illo ipſo mendaciunculo tanquam fulcimento tantam molem ſuſtinere, ruinámque fulcire, minimè licere. aliqua hac de re diximus capite octauo libri ſecundi.

Ioan. 5. Sed imminet proficienti difficultas maior cum mundo hominúmque mundanorum viuendi ratione. Pſal. 13. *Mundus* Pſal. 113. *enim totus*, ait ſanctus Ioannes, *in maligno poſitus eſt, &* Phil. 2. *non eſt, qui faciat bonum*, ait Dauid, *ſed omnis homo mendax,*

mirum

mirum enim eſt, quàm ſit mundus addictus ad quærenda *quæ ſua ſunt*, & quàm nihil aut parum curet *quæ ſunt IESV Chriſti & aliorum hominum*, modò ſibi ſuiſque rebus bene conſultum videat quare totus aptus & coagmentatus eſt ex fallaciis & fraudibus. & manu ferè tangitur tutum neminem eſſe nec etiam inter domeſticos,& purum nihil iam eſſe,ſyncerum nihil. immo,quod ſine lachrimis vix cogitari poteſt, hæc eſt hoc tempore in clariore etiam honoratiore hominum parte mundi ſapientia, profeſſio,diſciplina. vt ſi non poſſis aliter voti compos fieri, rem tuam aggrediaris ac peragas eruditus ac munitus artificio omnis ſimulationis, ad omnem aſtutiam,fallaciam, malitiam, calliditatem; ac quidlibet aliud, quàm quod es, præ te feras: nam ſi ingenuus ac ſimplex ſis, habes ſtultuſque nominaberis. *Apud hypocritarum*, ait ſanctus Gregorius, *ſenſum ſimplicitas omnis in crimine eſt. apertas quippe mentes diiudicant, & puritatem cordis hebetudinem appellant.* Sed rem vniuerſam planiùs idem perſequitur alibi in illa verba Iob: *Deridetur iuſti ſimplicitas, huius mundi ſapientia*, inquit, *eſt, cor machinationibus tegere: ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere, quæ vera ſunt, falſa demonſtrare. hæc nimium prudentia vſu à iuuenibus ſcitur, hæc à pueris precio diſcitur: hanc qui ſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt:hanc qui neſciunt, ſubiecti & timidi in aliis mirantur, quia ab eis hæc eadem duplicitas æquitatis nomine palliata deligitur, dum mentis peruerſitas vrbanitas vocatur. Hæc ſibi obſequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab aliis mala multipliciùs reddere, cum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere, cùm virtutis poſſibilitas deeſt, quicquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare. At contrà ſapientia iuſtorum eſt, nil per oſtenſionem fingere, ſenſum verbis aperire, vera vti ſunt diligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentiùs tolerare quam facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare:ſed hæc iuſtorum ſimplicitas deridetur quia ab huius mundi ſapientibus puritatis virtus fatuitas creditur.*

Lib. 8. *moraliũ cap.* 38.

Lib. 10. *mõ.c.*27. *Tob.*12.

Armet igitur ſe proficiens contra hanc mundi perniciem,& quantus quantus eſt, totus ſit ſimplex ac candidus : illúdque & ſecum reputet aſſiduè, & multo magis ingenua viuẽdi ratione profiteatur ipſe,& aliis inculcet: *Lib. 3. officior. cap. 11.* *Regulam iuſtitiæ* (vt ſcribit S. Ambroſius) *eſſe manifeſtam, quod à vero declinare virum non deceat bonum, nec damno iniuſto afficere quemquam,nec doli aliquid adnectere,fraudiſve componere : purum propterea ac ſycerum oportere eſſe affe-* *Cap.12.* *ctum,vt vnuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat,vas ſuum in ſanctificatione poſſideat,nec fratrem ſuum circumſcriptione verborum inducat.*

Tertius gradus. Tertius gradus eſt delectatio, quæ ſponte naſcitur ex veritatis & ſynceritatis exercitatione, ſanè voluptatem ſpiritualem conſentaneam eſſe veritati, ſynceritatiſque ſociam,indicat Apoſtolus, cùm ſcribit *1.Cor.5.* *Itaque epulemur non in fermento malitiæ & nequitiæ ſed in azimis ſynceritatis & veritatis*, ac ſicut tormentum nullum maius eſt quàm ſtimulis conſcientiæ mendacis agitari:ſic nulla maior voluptas, quam quæ percipitur ex amica veritatis conſcientia,& ex ingenuo ac cãdido vitæ inſtituto.

Indicium primum Indicium virtutis huius eſt illud maximum,quod adfertur à S. Ambroſio, cùm loquitur de Ioſue, qui facilè *Lib. 3. officior. cap. 10.* fidem præſtitit Gabaonitis: *Adeò*,inquit: *ſancta erat illis temporibus fides,vt fallere aliquos poſſe non crederetur. Quis hoc reprehendat in Sanctis,qui cæteros de ſuo affectu æſtimãt? & quia ipſis amica eſt veritas, mentiri neminem putant,fallere quid ſit ignorant,libenter credunt quod ipſi ſunt, nec poſ-* *Prou. 14.* *ſunt ſuſpectum habere quod non ſunt: hinc Salomon ait:Innocens credit omni verbo:non vituperanda facilitas, ſed laudanda bonitas.hoc eſt innocentem eſſe, ignorare quod noceat: & ſi circumſcribitur ab aliquo,de omnibus tamen bene iudicat,qui fidem eſſe in omnibus arbitratur.*

Secundũ indiciũ. Aliud indicium veræ ſimplicitatis eſt,rem vti eſt ſimpliciter enunciare, nec amplificando aut exaggerando, *Matt. 5.* aut figuratè loquendo aliter, aut amplius quàm res ſit explicare. Et *ſit ſermo veſter eſt & non*, vt ait Dominus, immo nec rem iureiurando vnquam affirmare, niſi vr- *Lib.4. Eth. c.7.* geat neceſſitas : dixi *amplius*,quia minus, quam res eſt, de nobis ipſis noſtriſq; laudibus dicere etiã Ariſtoteles

intellexit, virtuti veritatis conſentaneum eſſe:nam de ſe amplè loqui aliis moleſtum eſt, minus autem quàm res eſt dicere,conſentaneum eſt decoro, & ab omni inuidia remotum.

De amicitia & affabilitate ſiue comitate.

CAPVT XXVII.

AMOR cum beneuolentia erga aliũ aliquem coniunctus amicitia eſt, quam ſequitur eius, quem amamus, mutuus amor in nos. Affabilitas autem amicitia quædam eſt in verbis, corporis actione,& geſtu poſita, qua homo decenter ſe habet cum illis, quibus cum viuit & conſueſcit:illa interior eſt & in affectu ſedem habens;hæc exterior eſt,& in conſpectu,propriæque conſuetudinis, quæ nobis cum aliis intercedit: prior non eſt virtus ſed vel virtutem cõſequitur,vel propter virtutem initur;poſterior virtus eſt,hominem dirigens, vt in communi conſuetudine tam verbis quàm factis hominum naturæ conuenienter ſe gerat: maximè verò intereſt proficientis vtramque cognoſcere, & quomodo ſe in vtraque gerat intelligeret.

Et quidem amicitia S Chryſoſtomus, & poſtea diſcipulus eius Caſſianus differentias eaſdem & ſpecies tradiderunt. *Aliæ enim,* ait ſanctus Chryſoſtomus,(*vt omittamus turpes*) *ſunt amicitiæ temporales aliæ naturales, aliæ ſpirituales:temporales oriuntur ex beneficio, ex communione menſæ,aut peregrinationis,aut artificij eiuſdem, aut ex vicinia eadem,aut ex huiuſmodi rebus aliis. Naturales ſunt Patris erga filium,filij erga patrem,fratris erga fratrem, nepotis erga auum,matris erga liberos,vxoris erga maritum: hæ illis vehementiores eſſe videntur,videntur, inquam quia ſæpenumero illis inferiores ſunt, etenim alicubi viſi ſunt amici germaniùs affecti quàm fratres. Spiritualis verò amicitia omnes reliquas excellit, tanquam regina dominium ſuorum habens,* *Hom. I. epiſt. ad Coloſſ. Coll. 16.*

ſplendido habitu conſpicua: nihil enim hic terrenum eſt, vnde iſta naſcatur, quemadmodum in aliis: nō enim ex conſuetudine naſcitur, non ex beneficentia, non ex natura, non ex tempore, ſed è ſupernis deſcendit, ex ipſo cœlo. De eadem Caſſianus: *Hæc amicitia fida indiſſolubiliſque coniunctio, quæ ſola virtutum parilitate fundatur. Dominus enim inhabitare facit vnius moris in domo, & idcirco in his tantùm indirupta poteſt dilectio permanere, in quibus vnum propoſitum ac voluntas, vnum velle ac nolle conſiſtit.*

Cap. 3.

Pſal. 67.

Affabilitas verò, vt ait S. Thomas, *non eſt amicitia propriè loquendo, ſed quædam eius ſimilitudo, in quantū*, inquit, *aliquis decenter ſe habet ad illos cum quibus conuerſatur:* tam in amicitia igitur quàm in affabilitate conſiderari poſſunt proprij gradus.

2. 2. quæſtion. 113. art. 1. ad 1.

Primus gradus.

Primus gradus amicitiæ & affabilitatis ſit propoſitum. Ad amicitiam porrò ſpiritus inducunt iſta. Primum charitatis lex, qua nos inuicem diligere debemus: hæc enim amicitia charitatis eſt, aut comes eius & miniſtra: diligere autem iubemur maximè *domeſticos fidei*, & eos qui nobis arctiore ſpiritus vinculo coniuncti ſunt, quæ eſt amicitia ſpiritualis: ſic Chriſtus Dominus dilexit Apoſtolos, & *amicos* nominauit: ſic Apoſtoli diſcipulos, & auditores ſuos. *Salutate Epænetum dilectum mihi*, ſcribit Romanis Apoſtolus, & poſtea: *Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in Domino.* quoties verò appellat eoſdem chariſſimos? illæ deinde voces, *viſcera mea*, *deſideratiſſimi, gaudium meum, corona mea*, nónne ſingularem amicitiam Pauli erga alumnos ſuos oſtendunt? idem de aliis Apoſtolis dicimus.

Primum incitamentum.

Ioan. 15.

Rom. 16.

Secundū incitamentum.

Secundum eſt vtilitas, omnem enim vtilitatem, quæ percipitur ex amicitiis temporalibus, & naturalibus, & multo adhuc maiorem parit nobis amicitia ſpiritus: communicant quippe nobiſcum amici terrenas facultates, opes, operam, conſilium, voluntatem, animum; at quod longè amplius eſt, bona etiam ſpiritualia, orationes, pœnitentias, bonarum actionum merita, nam *particeps*, ait Dauid, *ſum omnium timentium te*, & quod adhuc excellentius eſt, adfert ſecum ſpiritualis amicitia in amore perſeuerātiam. *Nihil enim*, ait ſanctus Chryſoſtomus,

Pſal. 118.

Hom. 1. in Epiſt. ad Coloſ.

nihil

Digitized by Google

nihil eſt inquam adeò firmũ ac validum, atque ſpiritus vinculum, quod ab aliis amicitiis optare potiùs poſſumus, quàm ſperare: cuius rei cauſa eſt, quia aliæ amicitiæ nituntur rebus caducis & fluxis, & vt ait S. Gregorius Nazianzenus, *Rebus, quæ euaneſcunt, vt veris flores*: amicitiæ vero Deo gratæ, quia rei certæ innituntur, firmæ ſunt, & diuturnæ, quantóque maior pulchritudo ipſis obuerſatur, (nempe ſpiritus) tanto arctius & ſecum & inter ſe coniungunt earundem rerum amatores. *Oratione in laudẽ S. Baſilij.*

Tertium eſt dignitas amicitiæ ſpiritualis, eſt enim *ex ipſo cœlo*, teſte S. Chryſoſtomo, *non terrena*: vt amicitia mercenaria & quæſtuoſa, & ea ipſa quoque, quæ à natura inter conſanguineos affinéſque conciliatur: ideóque tanti fit à Deo, vt amore amicorum ſit etiam beneficus inimicis. *Dominus*, ait, *conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob cùm oraret ille pro amicis*. Et Chriſtus: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* *Tertium incitamẽtum. Ibidem. Iob 42.*

Affabilitatem verò multa commendant. Scriptura ſacra inprimis, *Congregationi pauperum affabilem te facito*. Et alibi precatur Salomon, non committi aliquando ſe *animo irreuerenti & infrunito*. Moyſes quoque, ſi myſticam intelligentiam ſequamur, hoc indicauit, cùm dixit: *Primogenitum aſini mutabis oue*. Deinde quia affabilitas magna pars eſt manſuetudinis, cuius proprium eſt *poſſidere terram*, amicitiæ quoque, vt propterea dixerit Ariſtoteles: *Vitio contrario ſæpe diſſolui amicitias, quas vinxerat affabilitas*. immo eſt non exigui momenti ad ſalutem animarum procurandam, docet enim hæc, *omnia omnibus fieri, vt omnes Chriſto lucrifiant*. quod fecit Dominus & Apoſtoli. Denique vt ſcribit S. Hieronymus: *Sancta ruſticitas ſolùm ſibi prodeſt*. *1. Eccleſ. 5. Eccle. 23. Exod. 13. 2. Lib. 8. Ethic. cap. 5. 3. 4. Ep. 103. ad Paulinum.*

Secundus gradus eſt fortitudo, qua maximè indiget amicitia ſpiritualis. Quia vt dicit S. Chryſoſtomus: *Quiſnam eſt labor abſolutè diligere? nullus labor; germanè autem & ſyncerè diligere multus eſt labor*. oportet enim primò nuncium remittere amoribus omnibus, qui ſpirituales non ſunt, ſi vis ſpiritualiter & ſyncerè diligere. quod quàm ſit difficile, experimento quotidie diſci- *Secundus gradus.*

muſ. certè Dominus, vt indicaret quantam vim adferre nobis ipſi deberemus non ſolùm in abiiciendis terrenis rebus, ſed etiam in poſthabendis parentibus & conſanguineis, quorum nobis amorem inſeruit natura, odij mentionem iniicit, & ait: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Et poſtea: *Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.*

Lucæ 14.

Deinde in ipſa cum ſpiritualibus hominibus conſuetudine maximè oportet proficientem præcauere, vt ſyncerè diligat, ne dum ſe putat ſpiritualiter amicum amare, impingat in amorem carnis, qui ſe aliquando, nobis non animaduertentibus, velat nomine ſpiritualis amoris. Certè S. Baſilius ſeuerè monet iuuenes monachos, vt in hac re ſint quàm vigilantiſſimi. *Iuuenis ſiue ætate ſiue animo fueris, æqualium tuorum conſuetudinem defugito, ab illiſque non ſecus atque ab ardentiſſima flamma procul abducito: quando illorum opera vſus aduerſarius pleroſque olim incendio dedit, & ſempiterno igni cremandos addixit: ac ſpiritualis primò charitatis vana quadam ſpecie illectos, in teterrimam poſtea voraginem præcipites deturbauit, & qui ex medio pelago ſæuientibus vndique procellis tempeſtatéque incolumes euaſerant, eos iam intra portum ſecuros vnà cum ipſa naui vectoribúſque ſubmerſit.* quæ cauſa S Baſilio fuit, vt poſtea in conſtitutionibus monaſticis ſanciuerit; *Ne in conuentu monachorum priuatæ coitiones & ſodalitates permittantur, nec ſingularis amor, ſed æqualis in omnes ab omnibus oſtendatur. Et multo magis ne cum mulieribus monachus temere congrediatur, aut colloquia texat.* quod latiſſimè & elegantiſſimè probat. in quo etiam argumento feliciter verſatus poſtea eſt S. Bonauentura, qui inter alia ſic ſcripſit: *Nouerint ſpirituales, quòd licet carnalis affectio ſit omnibus periculoſa & damnoſa, ipſis tamen magis eſt pernicioſa, maximè quando conuerſantur cum perſona, quæ ſpiritualis videtur: nam quamuis horum principium videatur eſſe purum, frequens tamen familiaritas domeſticum eſt periculum, delectabile detrimentum, & malum occultum bono colore depictum.* Ad hoc idem pertinet, quod ſan-

Serm. de abdicatione rerum

Lib. de inſtit. monachorũ.

In conſt. monaſt. cap. 4.

Opuſculo de puritate conſcientia, c. 14.

ctus Hieronymus Nepotiano ſcribit: *Crebra munuſcula, & ſudariola, & faſciolas, & veſtes ori applicitas, & oblatos ac deguſtatos cibos, blandáſque & dulces litterulas ſanctus amor non habet.* principio igitur, ne in hæc retia incurramus, præuideamus diligenter: deinde in ipſis congreſſionibus citò ſagacitérque odoremur, ſi quid ſubſit periculi, nóſque ab huiuſmodi amicis, ſi periculum deprehenditur, quantocyus viriliterque abſtrahamus, quantumcunque in ea re vtiliter collocari opera nobis alioquin videri poſſet. *Epiſt.2.*

Sed eandem fortitudinem exigit à nobis ſpiritualis amicitia in aliis rebus: *Si neceſſe eſt,* (ait S.Ambroſius) *toleremus propter amicum etiam aſpera, & vt in amici aduerſis patientia & tolerantia neceſſaria, ſic in proſperis authoritas congrua eſt, vt inſolentiam extollentis ſe amici reprimat & redarguat.* Sunt enim, vt idem paulo antè ſcripſerat, *Bona correptiones, & meliores, quàm tacita amicitia. & ſi lædi ſe putat amicus, tu tamen corripe: & ſi amaritudo correptionis animum eius vulnerat, tu tamen corripere ne verearis. tolerabiliora enim ſunt amici vulnera, quàm adulantium oſcula; errantem igitur amicum corripe, innocentem ne deſeras Conſtans enim debet eſſe amicitia.* *Libr. 3. offic. cap.16.*

Sed altius adhuc ſpectat fortitudo ſpiritus in amicitia Chriſtiana. *Optabam,* ait S.Paulus, *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quiſnam* (dicit ſanctus Chryſoſtomus) *pater optauerit filij gratia in malis eſſe? Et iterum: deſiderum habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius. permanere autem in carne neceſſarium propter vos quæ mater mallet iſta dicere, vt quæ ſua ipſius ſunt negligeret? & rurſum audi ipſum dicentem: nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ aſpectu non corde. Et hic quidem pater ſi contumelia fuerit affectus, amicitiam dirimit, illic verò non item, ſed vſque ad lapidantes illos pertingit beneficijs illos afficiens.* Et paulo pòſt: *Neque tempus, neque illata iniuria, neque infamia, neque rumor, neque aliud quidpiam audebit amicitiam ſpiritualem neque etiam poterit diſſoluere: & vt rem iſtam cognoſcas, lapidabatur Moyſes, & tamen pro eis orabat: Quiſnam pater hoc pro lapidante ſe filio feciſſet? perſequamur igitur iſtam amicitiam, quæ eſt ex ſpiritu,* *Rom.9. Homil.1. ad Coloſ. Philip.1. 1.Theſ.2.*

eſt

eſt enim valida & inſolubilis. Certè in his amicis, in quibus eſt tantum animi ſpiritúſque robur, non defuturam fortitudinem ingentem dubitabit nemo, ſi quando opus ſit, ſe Apoſtolum gerere pro amicis; hoc eſt, vitam ipſam profundere in amici vtilitatem, quod feciſſet Apoſtolus, ſi res poſtulaſſet: *Impendam*, inquit, *& ſuper impendar ipſe pro animabus veſtris*. Et ſignificauit Dominus cùm dixit: *Maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Vel etiam ſeipſum hoſtibus tradere ad perpetuam ſeruitutem, vt amicos captiuos redimeret aut liberaret: quod fecit S. Paulinus Nolanus Epiſcopus.

2. Cor. 12

Ioan. 15.

Hæc eadem, quæ de amicitiæ fortitudine dicta ſunt, iuuabunt proficientem, vt affabilitatem etiam cum hominibus agreſtibus, barbaris, contumelioſis, ſi quando in hos incurrat, tueatur & ſeruet: neque enim benignè comitérque ſe gerere ergà faciles ac ſuaues homines, magna virtus eſt. Virtus nec naufragio obruitur, nec incendio abſumitur; tantum abeſt, vt verborum inclementium aura de ſuo ſtatu dimoueri poſſit.

Tertius gradus.

Philem.

1. Theſ. 2.

Tertius gradus eſt delectatio. ſunt quippe amicitiæ ſpirituales fructus ſuauiſſimi: *Ego*, inquit Apoſtolus, *te fruar in Domino*. Et alibi: *Abundantiùs feſtinauimus faciē veſtram videre cum multo deſiderio, quoniam voluimus venire ad vos. Ego quidem Paulus ſemel & iterum, ſed impediuit nos Satanas. quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium. Amicitia*, inquit S. Ambroſius, *eſt ſolatium vitæ huius, vt habeas cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas ſecretum pectoris, vt colloces tibi fidelem virum, qui in proſperis gratuletur tibi, in triſtibus compatiatur, in perſecutionibus adhortetur*. Quod S. Patris dictum exiſtimo intelligi oportere ſecundùm ſententiam Caſſiani, qui diſtinguit *charitatem ſiue ἀγάπην*, & *affectionem ſiue διάθεσιν*, vt illa *omnibus exhibeatur etiam inimicis*. hæc autem *paucis admodum, & his, qui vel paritate morum, vel virtutum ſocietate connexi ſunt*. Licet etiam ipſa diatheſis multam in ſe differentiam habere

Lib. 3. offic. c. 16.

Coll. 16. cap. 14.

videa

videatur. de his, inquam, loquitur S. Ambroſius, nam addit poſtea: *Quid eſt enim amicus niſi conſors amoris, ad quem animum tuum adiungas atque applices, vt vnum velis fieri ex duobus, cui te tanquam alteri tibi committas, à quo nihil timeas.*

Magna etiam voluptas percipitur ex affabilitate ſermonis. quod Domino fatentur diſcipuli, cùm dicunt: *Ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Et Salomon ait: *Lingua placabilis lignum vitæ.* Ioan. 6. Prou. 15.

Primum indicium amicitiæ: ſpiritualis eſt amare amicum in Domino, hoc eſt, propter Chriſtum, nihilque propter amicum velle, niſi quod Domino probatum eſſe intelligimus: *Obſecrans*, ait Apoſtolus, *ſi quomodo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Vides*, ait S. Chryſoſtomus, *& ſummo affectu deſiderantem eos videre, nec ſuſtinentem tamen id facere præter Dei placitum, ſed habentem deſiderium ſuum cum Dei timore coniunctum? amabat quidem illos, ad quos & ſolicitè feſtinabat, ſed tamen etiam ſi amaret, præter Dei voluntatem videre eos nolebat, quæ ipſa demum germana eſt charitas.* *Primum indicium.* *Roman. 1* *Homil. 3. in epiſt. Roman.*

Secundum indicium eſt, illam veram eſſe amicitiam, quæ cum virtute & obſequio in Deum eſt, nam vt ait S. Ambroſius. *Virtus eſt amicitia, ea autem eſt cum virtute, quæ coniuncta eſt cum obſeruatione diuinorum mandatorũ.* Nam ait idem: *Qui facit mandatum Dei, amicus eſt, ille autem mandatum Dei curat, qui in amicitia purus eſt à peccato, nec in amicitia ſolùm, ſed in vniuerſa viuendi ratione. Eſt itaque.* ait S. Chryſoſtomus: *mendax omnis amicitia, quæ diuino non ligatur timore.* *Secundũ indicium.* *Ibidem.* Hom. 25. in Matt.

Tertium indicium eſt: Imperfecta & aliqua reprehẽſione digna illa amicitia eſt, quæ commodo ſtudet ſuo, nihil interim cogitans aut rogans de Dei voluntate, aut aliorum hominum bono. idcirco enim ait ſanctus Chryſoſtomus: *Acriter Dominus reprehendit Petrum, quòd curioſè inquireret de ſtatu Ioannis, cum quo vt amicus diu viuere deſiderabat, intempeſtiuum eius corrigens affectum: cùm enim eſſent orbis terrarum curam ſuſcepturi, ſortiri etiam eos oportebat diuerſas mundi partes ac regiones,* *Tertium indiciũ.* *Ioan. vlt.*

in

in quibus diſſeminarent verbum Dei ad ſalutem animarum, non autem tanto bono mundum priuare propter diuturnum indiuiduúmque conuictum.

Quartū indiciū. De inſtit. monach.

Quartum indicium traditur à S. Baſilio: *Æqualis,* inquit, *ſimilis que ab omnibus tenenda aduerſus cunctos charitas eſt: vnicuique autem ſeparatim pro cuiuſque decoro honos habendus: in his autem, quos hoc modo, charitas coniunxerit, ac copulauerit ad maiorum amoris cumulum conciliandum, nihilo plus momenti adfert naturalis ſanguinis neceſſitudo neque ſi aliquis quidem frater alicuius germanus ſit, filiúſve aut filia, huic maiorem charitatem quam cæteris conſanguinitatis vinculum conciliabit. Qui enim in rebus huiuſmodi naturam ſequitur, is planè declarat ſe ipſum nondum ex toto à naturali defeciſſe affectu, ſed adhuc regi carnis imperio.*

Signa autem deprauati ſpiritualis amoris explicantur copioſè à ſancto Bonauentura in opere de proceſſu religionis tractatu ſexto, capite decimoquinto.

De Miſericordia, Beneficentia, Liberalitate, & Eleemoſyna.

CAPVT XXVIII.

MISERICORDIA, beneficentia, liberalitas, & eleemoſyna, virtutes & actiones ſunt inter ſe maximè coniugatæ; ideoque non ſunt tractatione ſeparandæ. Miſericordia eſt & paſſio ſenſus humani, & actio voluntatis. hæc virtus eſt illam regens: *Seruit enim rationi,* vt S. Auguſtinus ait, *quando ita præbetur miſericordia, vt conſeruetur iuſtitia, ſiue cùm indigenti tribuitur, ſiue cùm ignoſcitur pœnitenti.* Definitur à S. Gregorio Nyſſeno: *Voluntaria triſtitia, quæ conflatur ob incommoda aliena.*

Lib. 9. de ciuitate Dei, c. 5. Libr. de beatitudinibus.

Beneficentia verò eſt actio quædam externa charitatis & beneuolentiæ internæ, quæ ſecundùm Apoſtolum:

Operari

Operari debemus bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei,& ad alios quoſcumque nobis aliquo vinculo colligatos.non eſt igitur virtus à charitate diuiſa. *Gal. vlt.*

Liberalitas verò, vt ſcribit S.Thomas: *Spectat bonum dupliciter.vno modo primò,& per ſe,alio modo ex cōſequenti: primò quidem & per ſe tendit ad ordinandam propriam affectionem circa paſſionem pecuniarum & vſum. quare* (vt idem anteà) *propinqua materia liberalitatis ſunt interiores paſſiones,ſecundùm quas homo afficitur circa pecunias,& ideò ad liberalitatem pertinet præcipuè, vt homo propter inordinatam affectionem ad pecuniam non prohibeatur à quocumque debito vſu eius. Alio modo ex conſequenti ordinatur liberalitas ad aliquod bonum, & ſecundùm hoc ordinatur ad multa. Ex hoc enim, quòd homo non eſt amatiuus pecuniæ, ſequitur, quòd de facili vtatur ea & ad ſeipſum, & ad vtilitatem aliorum,& ad honorem Dei.* *2. 2 q. 117.ar.6. Art.3. ad. 3.*

Ad has virtutes pertinet eleemoſyna, vt actio earum celeberrima: *Eſt enim*, vt ait S.Chryſoſtomus,*eleemoſyna, non dare opes, ſed cum miſericordia illas dare. Quid eſt*, ait S.Auguſtinus,*facite eleemoſynam? facite miſericordiam.* *Hom. 13 in 2.Cor. Ser.30. de verbis Domini.*

Primus gradus eius eſt propoſitum miſerendi, benefaciendi,& liberalitatem exercendi, ad quod innumera ſunt,quæ monent hominis animum.Primum miſericordia (ait S.Ambroſius) *perfectos facit,quia imitatur perfectum patrem.* nihil tam commendat Chriſtianam animam,quàm miſericordia. Et Dominus: *Eſtote ergò miſericordes,ſicut & Pater veſter miſericors eſt, vt ſitis filij patris veſtri, qui in cœlis eſt, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos,& pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* Et Eccleſia prædicat,nihil magis Dei omnipotentiam demonſtrare, quàm miſericordiam, quâ hominibus benefacit,præſertim peccata condonando. *Primus gradus. Primum incitamentum. Lib.1.offic.c.11.*

Secundum eſt Chriſti Domini exemplum, qui plenus miſeratione *pertranſit benefaciendo.* qui & aliquando dixit: *Si autem ſciretis, quid eſt, miſericordiam volo, & non ſacrificium,nunquam condemnaſſetis innocentes.* Quare meritò ſanctus Gregorius Nazianzenus: *Nihil tam diuinum homo habet, quàm de alijs bene mereri.* Et S.Chryſoſtomus auctor eſt: *Melius eſt artem dandi eleemoſynam ſcire,quàm* *Secūdum incitamentum. Act.10. Mat. 12. Orat.de pauperū amore.*

eſſe regem, & diademate coronari.

Tertium incitamentum. Tertium eſt, miſericordiam coniunctam cum beneficentia plurimum valere ad peccatorum relaxationem. *Peccata tua eleemoſynis redime*, dicit Daniel, & Angelus apud Tobiam: *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata.* Quam rem Patres vno ore conſenſúque mirificè exaggerant. S. Auguſtinus appellat illam *ſecundum baptiſmum*: quia ſcriptum eſt: *ſicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſyna extinguit peccatum.* & idem ait eam eſſe *ſacrificium Chriſtian.* quod ſanè ex Apoſtolo acceptum eſt, cùm ſcribit: *Beneficentiæ & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hoſtijs promeretur Deus.* quæ omnia ſic intelligi oportere docet S. Thomas: *Actus*, inquit, *miſericordiæ operatur circa peccatum per modum ſatisfactionis, & ſic ſequitur iuſtificationem: vel operatur per modum præparationis, inquantum miſericordes miſericordiam conſequuntur, & ſic etiam poteſt præcedere iuſtificationem, vel etiam concurrere ad iuſtificationem ſimul cum virtutibus quibuſdam, vt verbi gratia, charitatis, ſecundùm quod miſericordia includitur in dilectione proximi.* Et quoniam S. Ambroſius laudans miſericordiam dicit: *Omnem ſummam diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia & pietate eſſe, quam aliquis ſequens ſi lubricum carnis patitur ſine dubio vapulabit, ſed non peribit*: Idem S. Doctor alibi exponit, vt qui huiuſmodi eſt, *liberetur à perditione æterna, in quantum diſponitur per huiuſmodi opera ad hoc, quod gratiam conſequatur, per quam pœniteat, & in quantum per huiuſmodi opera ſatisfacit de lubrico carnis commiſſo. non autem ita, quòd ſi in eo perſeuere. vſque ad mortem per pietatis opera liberetur.*

Hom. 33. ad popul. Dan. 4. Tob. 12. Eccl. 3. Serm. 67. de temp. Hom. 29. l. 50. homil. Heb. 13. 12. q. 113. ar. 4. ad 1 1. Tim. 4. 2. 2. q. 154. ar. 2 ad 5.

Solent etiam eleemoſynæ piis & ſanctis viris diſtributæ conciliare nobis animos eorum, & prouocare ad exorandum Deum, vt propitius ſit peccatis noſtris, itaque impetrare aliquando peccatoribus donum pœnitentiæ, per quam etiam culpa remittatur; quem vnicum modum quibuſdam eſſe ad ſalutem reliquum, colligit S. Auguſtinus ex illis Domini verbis: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cũ defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Eſt itaque*, inquit, *quidam vitæ modus, ne tam malè vt his qui eam viuunt, nihil proſit ad capeſſendũ*

Lib. 21. de ciuit. Dei, c. 27 Luc. 16.

regnum cœlorum, largitas eleemoſynarum, quibus etiam iuſtorum ſuſtentatur inopia, & fiant amici, qui in tabernacula æterna ſuſcipiãt; nec tam bona, vt ad tantam beatitudinẽ adipiſcendam eis ipſa ſufficiat, niſi eorum meritis, amicos fecerint miſericordiam conſequantur.

Quartum eſt, vtilem eſſe miſericordiam multis aliis nominibus. certè à S. Chryſoſtomo vocatur *ars omnium artium quæſtuoſiſſima.* prodeſt ad æternam vitam, nam: *Diſperſit, dedit pauperibus iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi,* prodeſt in hac vita ad virtutem comparandam. Idem S. Chryſoſtomus: *Magnum eſt & pulchrum & pretioſum eleemoſyna, donum eſt magnum, immo verò magnum bonum. ſi pecunias contẽnere diſcamus, alia quoque diſcemus. Dãs eleemoſynas ſicut oportet dare. diſcit aſpernari diuitias, qui pecunias didicit aſpernari, malorum radicem excidit. itaque non minus accipit, quàm præſtat beneficium, non eo ſolum quòd retributio ſit eleemoſynæ repoſita, verũ & quòd anima fiat ſapiens, alta, & diues, diſcit enim non admirari pecunias neque aurum. hoc autem inſtructa mẽte maximum in cœlum aſcendendi principium accepit, & innumeras contentionis, litis, inuidiæ, ac triſtitiæ ſuſtulit occaſiones.* Quid verò commodi adferat eleemoſyna aut miſericordia iis, in quorum beneficium exercetur, clarius eſt, quàm vt oporteat id à nobis pluribus verbis explicari.

Quartũ incitamentum. Hom. 33. ad Popul. Pſal. 111. Hom. 36. ad popul.

Mouet quintò ad miſericordiam & beneficentiam natura: *Habemus,* ait S. Chryſoſtomus, *aliquid ad miſericordiam inclinatum à natura, & propterea pro patientibus iniuriam indignamur, & iugulatos cernentes flectimur, & lugentes aliquos cum videmus, lachrymas impendimus. & ſuper omnia diſcat homo, quoniam & hoc eſt homo; & pretium vir miſericors. itaque niſi hoc habeat, deſiit eſſe homo. Diſcamus itaque miſericordes eſſe, maximè quod nos multa indigemus miſericordia.*

Quintum incitamentum. Hom. 33. ad popul.

Accedit ſextò diuites diſpenſatores eſſe bonorum à Deo conſtitutos potiùs quàm Dominos, quod idem S. Pater latè probat & alij.

Sextum incitamentum. Hom. 34. ad popul.

Denique diuinum præceptum eſt, & vt ait ſanctus Cyprianus: *Ita frequens inter Chriſti præcepta, vt nihil crebrius mandet, quàm vt inſiſtamus eleemoſynis dandis, nec*

Septimũ incitamentum.

Serm. de eleemoſynis. Luc. 12. Matt. 6. Matt. 19. Matt. 13. Luc. 19.

terrenis poſſeſſionibus incumbemus, ſed cœleſtes theſauros potiùs recondamus. Vendite, inquit, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Et iterum: nolite theſaurizare vobis theſauros in terra. ſi vis perfectus eſſe, vade, & vende vniuerſa quæ habes, & da pauperibus; & vendidit vniuerſa quæ habuit, & emit eam. denique Abrahæ filios dicit, quos iuuandis alendiſque pauperibus operarios cernit. Dandum autem eſt de eo, quod ſupereſt, quod quomodo intelligẽdum ſit ad theologum ſpectat exponere.

Secundus gradus. Hom. 25. in Acta.

Secundus gradus eſt fortitudo, quam ineſſe animæ liberalitati deditæ teſtatur S. Chryſoſtomus: *Anima quæ ſic paſcitur omni ſuperior eſt morbo, omni fame, omni intemperie & ægritudine. nullus illam poterit rapere, ſed ſicut adamantinum corpus nec ferrum cædere valet, nec aliud quidpiam; ita & animam ob eleemoſynam confirmatam nihil tollere poteſt.* hoc autem duabus ex cauſis accidit. Prior eſt Dei optimi maximi cura & protectio, qua eam à paupertate, à prædatoribus & direptoribus, ab odio, ab inuidia & ab alia quauis iniuria tutam illæſámque ſeruat. Poſterior eſt ipſa liberalitatis vis atque natura, quæ corrigit affectionem erga diuitias immoderatam, redditque animum hominis longè ſuperiorem rebus facultatibúſque terrenis: qua in re ſeipſum egregiè vincat homo neceſſe eſt: nec id conſequitur liberalis, niſi abnegatione laborioſa atque diuturna: *In hac eleemoſynæ conſuetudine nos ipſos conſtituamus*, ait S. Chryſoſtomus, *quot opus erat nobis laboribus, vt hoc remedium inueniretur?* ac ſi diceret magnis, quibus tamen perfungi deberemus, vt rem tantam aſſequeremur.

Prima cauſa. Secunda cauſa. Hom. 36. ad popul.

Lib. 4. de benef. c. 3.

Quid? quod *beneficium dare*, vt ait Seneca, *virtutis eſt, turpiſſimum eſt, id cauſa vllius alterius rei dare.* Ad hoc autem quis neget requiri abnegationem ſpei & retributionis? loquimur autem de humana retributione. prætereà *permanere in dandis beneficijs etiam ingratis, & id etiam quando malè ceſſit, & eſſe aduerſus experimenta pertinaces*, vt idem ait, *liberalitatis eſt & magnæ fortitudinis*.

Lib. 1. de benef. c. 1.

At verò quàm magni animi & de ſeipſo triumphantis eſt, verſari aſſiduè inter pauperes, pannoſos ægrotos, in carceribus, in xenodochiis, morientibus adſiſtere ſe-

pulturæ

pulturæ mandare corpora mortuorum? Quantæ patientiæ & charitatis à tyrannide infidelium Turcarum & hæreticorum redimere captiuos, peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè conſulere pro incolumitate & ſalute aliorum Deum orare, afflictos conſolari, iniurias illatas fortiter tolerare ac condonare? Certè Apoſtolus ſic loquitur: *Debemus nos infirmiores imbecillitatem infirmorum ſuſtinere.* Et: *Induite vos ſicut electi Dei ſancti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam ſupportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelam.* Et: *Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.* Rom.15. Coloſ.3. 1.Theſ.5.

Tertius gradus eſt delectatio: *In omni dato*, ait Salomon, *hilarem fac vultum tuum.* Et Dauid: *Iucundus homo, qui miſeretur & commodat.* Apoſtolus denique: *Hilarem datorem diligit Deus.* Et: *Qui miſeretur in hilaritate.* Tertius gradus. Eccl.35. Pſal.111. 2.Cor.9. Rom.12.

Hoc gaudium pariunt hæc. primùm dicitur à S.Ambroſio: *Nónne te oportebat gratias agere Deo, exultare & lætari, quod non ipſe mendicans alienas circuis fores, ſed alij ante tuas ianuas ſedent à te miſericordiam poſtulantes?* Deinde illud S.Gregorij Nazianzeni, *Beneficij gratia promptitudine & celeritate congeminatur.* Sanè Seneca ſic definit beneficium: *Beneuola actio tribuens gaudium, capiénſque tribuendo, in id quod facit prona & ſponte parata.* Et poſtea docens quemadmodum dandum ſit beneficium: *Ante omnia*, inquit, *libenter, citò, & ſine vlla hæſitatione.* Et S.Chryſoſtomus: *Eleemoſynæ magnitudo non in pecuniarum multitudine iudicatur, ſed in dantium promptitudine. & propterea qui calicem aquæ frigidæ dederit, factus eſt acceptabilis, & quæ duo minuta erogauit: vt diſcamus, quòd Deus vbique mẽtem requirit. Et Apoſtolus: ſi volũtas prompta eſt, accepta eſt ſecundùm id quod habet.* Poſtremò illud S.Leonis Papæ: *Prompta ergo & facilis dilectiſſimi apud nos largitas eſſe debet, ſi credimus, ſibi vnumquemque id præſtare quod indigentibus tribuit. Theſaurum enim ſuum condit in cœlo, qui Chriſtum paſcit in paupere.* Et verò quem non inflammet ad promptè alacritérque benefaciendum illud: *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis?* Primum incitamentum. Serm.81. In orat. de paupe. amore. Lib.1.de benef.c.6 Lib.2.c.1 Hom.24. ad popul. Luc.12. 2.Cor.8. 3. Ser.1.de collectis. Matt.25

Primum indiciũ. *Lib. 2. de benef. cap. 11.* Indicia liberalitatis perfectæ ſunt multa. duo adfero: Vnum eſt dati beneficij obliuiſci, ſi fieri poteſt, aut ſaltem illud non commemorare; *Qui dedit beneficium*, ait Seneca, *taceat: narret, qui accepit.*

Secundũ Indiciũ. Alterum eſt magnæ Chriſtianæque liberalitatis, non ſolùm ſeipſum ſpoliare facultatum ſuarum fructibus, ſed etiam facultatibus ipſis propter Chriſtum, nam in animi præparatione & promptitudine (aiunt Theologi) virtus hæc ſana ſaluáque eſt tota, ſi deſit tribuendi facultas, & nihil ſibi ad Chriſti imitationem retinuiſſe maxima liberalitas eſt, denique Hedibiæ ſcribit S. Hieronymus: *Epiſt. 150 q. 1.* *Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis? fac quod fecerunt Apoſtoli. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ſequere Saluatorem, & nudam ſolámque crucem nuda ſequaris & ſola.*

De Fortitudine.

CAPVT XXIX.

Lib. 1. de lib. arb. cap. 3. SANCTVS Auguſtinus ſic definit fortitudinem, *qua omnia incommoda & damn[a] rerum non in noſtra poteſtate conſtitutaru[m] contemnimus.* Accuratiùs Theologi, *eſt vi[r]tus animi, qua labores mortiſque pericula con[]ſtanter ſuſcipiuntur & perferuntur*, fortitudinis propriu[m] eſt timorem ex animo pellere, fiduciam animo largir[i] hominem conſtantem in conſiliis ritè ſuſceptis ad per[i]cula etiam mortis promptum, ad mala quæque etia[m] grauiſſima tolleranda paratum efficere, eius duo ſu[nt] potiſſima officia. Primum & potiùs ſuſtinere aut pati, ſe[]cundum adire aut agredi.

Primus gradus. *Primum incitamentum.* Primus gradus eſt propoſitum. Ad hoc inducunt mu[l]ta, primum quia virtus eſt ex cardinalibus vna, & c[ui] meritò tertius debetur locus: ſi quidem cum ratione[m] prudentia moderetur, iuſtitia verò rationis ordinem [&] regulam in res humanas inducat & diſtribuat, ad fort[i]tudinem & temperantiam pertinet tantum bonum, v[l]

ſemel introductum eſt, ſeruare & cuſtodire: id præſtat temperantia reprimens ſenſuum voluptates, fortitudo verò compeſcens timorem mortis,& roborans animum aduerſus corporis dolores, quod ſanè ſuperat temperantiæ munus:nam timor mortis acriùs multo pugnat contra rationem, quàm voluptas:& vt ſcribit S. Auguſtinus: *Nemo eſt qui non magis fugiat dolorem, quam affectet voluptatem*, namque videmus,& immaniſſimas beſtias à maximis voluptatibus exterreri dolorem metu. *Lib. 83. qq. q. 36.*

Secundum, quia ſacræ literæ ad fortitudinem nos inuitant. S.Petrus: *Timorem eorum ne timueritis, neque conturbemini.* S.Paulus: *Fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in omni opere Domini ſemper.* Dauid: *Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum.* Immò eſt Domini præceptum: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* *Secundũ incitamentũ. 1. Petr. 3. 1. Cor. 4. Pſal. 30. Mat. 10.*

Tertium, quia fortitudinis vſus eſt magni apud Deum meriti. S.Petrus *Hæc eſt enim gratia, ſi propter Dei conſcientiam ſuſtinet quis triſtitias patiens iniuſtè: Quæ eſt enim gloria, ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? ſed ſi bene facientes patientes patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deum.* *Tertium incitamentũ. 1. Pet. 2.*

Quartum eſt exemplum Chriſti, propterea enim addit princeps Apoſtolorũ. *In hoc vocati eſtis, quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius*, exempla autẽ fortitudinis edidit multa Dominus. Plurima autem paſſionis ſuæ tempore, vt cùm procedit obuiam inimicis eum ad necem quærentibus, cùm tacet, dum vinculis conſtringitur, dum illuditur, dum cæditur, dum crucifigitur, immo & dum clamans voce magna emittit ſpiritum. *Quartũ incitamentũ.*

Secundus gradus eſt ipſa actionis fortitudinis vis & firmitas, ſi quidem, vt ait Ariſtoteles: *Ad virtutem requiritur firmiter & immobiliter operari*, quare fortitudo virtus eſt communis virtutibus omnibus: vt propterea à ſingulis ſuprà exegerimus, ſecundo loco in vnaquaque fortitudinis propriæ gradum, is etiam & multo magis in ipſa fortitudine reperitur, efficitque vt actio, cui alioquin per ſe id conuenit, accedente hac communi proprietate virtutum omniũ fortiſſima robuſtiſſimáque *Secundus gradus Libr. 2. Eth. c. 4.*

Digitized by Google

reddatur,& penè dixerim inſuperabilis. ſanctus Ambroſius: *Præclara*, inquit, *fortitudo illorum, qui per fidem magnitudine animi obſtruxerunt leonum ora, extinxerunt virtutem ignis, effugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate fortes, qui non comitatu & legionibus ſuccincti communem cum multis victoriam, ſed nuda virtute animi ſingularem de perfidis retulerunt triumphum. Quàm inſuperabilis Daniel, qui circa latera ſua rugientes non expauit leones? fremebant beſtiæ, & ille epulabatur.*

Lib. 1. officior. cap. 35.

Huius autem præclariſſimæ actionis partes exponunt Patres, præſertim verò S. Ambroſius, & S. Proſper, illius hæc ſunt verba: *Non eſt mediocris nec diſcreta à cæteris animi fortitudo, quæ bellũ cum virtutibus gerat, ſed quæ ſola defendat ornamenta virtutum omnium, & iudicia cuſtodiat, & quæ inexpiabili prælio aduerſus omnia vitia decertat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduerſus voluptates, dura aduerſus illecebras, quibus aurẽ deferre neſciat, nec vt dicitur, Aue dicat, pecuniam negligat, auaritiam fugiat tanquam labem quandam, quæ virtutem effeminat.*

Libr. 1. officior. cap. 39. Lib. 3. de vita contempl. cap. 20.

Quia verò actio hæc vires humanas maximè ſuperat, S. Proſper declarat, cuinam nitatur fortitudinis Chriſtianæ vis, nempe vni Deo: *Sed hæc*, inquit, *animi fortitudo ab illo eſt nobis, cui cum Propheta cantamus*: Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem, *fortitudo noſtra eſt, quia, ita nos contra omnia vitia inuicta protectione corroborat, vt animum noſtrum nec blanda diſſoluant, nec aduerſa diiciant, & tunc laus noſtra Dominus ſit, ſi non nos de muneribus Dei, ſed diuina in nobis cupiamus munera prædicare. Is ergo cui Dominus eſt animi fortitudo, nullis carnalibus deſideriis cedat, nullis voluptatibus acquieſcat, ambitionem ac popularem gloriam vincat: non eum pecuniæ amor addicat, non acerbitas paſſionum damnorúmque ſubiiciat: ſit illi Deus laus tota, perfecta gloria, delectatio pura, ſpes certa, ſecuritas firma, poſſibilitas ſana, ſanitas incorrupta, vt ei quicquid carnalibus placet, in hoc mundo diſpliceat, quicquid pretioſum videtur eſſe, vileſcat: quicquid nitidum, futurorum contemplatione ſordeſcat, nec ab his quæ iam per gratiam eliſit, ſe patiatur elidi: quia & turpius videtur animum ab his vitiis vinci, quæ vicerat, & nihil eis proſit aliqua ſuperaſſe,*

Iſaiæ 12.

ſi

d by Google

ſi alicui, quod neglexerit ſuperare, ſubiaceat: quando non ille fortis haberi ſolet, qui in adeundis laboribus periculiſque claruerit, aut frenãdis voluptatibus ac domãdis inſtiterit: ſed ille magnus, ille ſublimis, ille potens atq; dignus fortitudinis appellatione cenſendus eſt, qui nihil ſibi vitij rebellare aut dominari permiſerit: modò abſit ignauia, ne nos id deſperamus poſſe, quod poſſumus: abſit præſumptio vitioſa, ne nobis hoc, quod per Dei gratiam poſſumus, adſcribamus: animi fortitudo tam deſperandi ignauiam debet excutere, quàm iactantia contrariæ.

Porrò ex duabus partibus fortitudinis, *ſuſtinere* inquam & *aggredi*, præcipuum eſt *ſuſtinere*, vt ait Ariſtoteles, cuius rei tres cauſas reddit S. Thomas: Prima eſt: quia toleramus valentiorem nobis, inuadimus, quem ſaltem putamus fore debiliorem. Secunda eſt, quia ferendo incumbentia iam mala ſentimus, inuadendo adhuc futura præuidemus. Tertia eſt, quia in puncto temporis inuadimus, non niſi aliquo temporis interuallo ſuſtinemus. Certè non ſine cauſa vna ex beatitudinibus, Chriſti Domini doctrina celebratis, eſt *pati perſecutionem propter iuſtitiam.* & certum eſt, voluntatis & amoris proprij in patiendo minimam aut nullam ſuſpicionem ſubeſſe, maximam in inuadendo: & quamquam contra omnia pericula armat fortem virum animi fortitudo, maximè tamen aduerſus mortis pericula timoréſque: quia enim timore mortis nullus vehementior, ad huius victoriam hominis animum inprimis oportebat roborari virtute præſtanti, qualis eſt fortitudo.

Libr. 3. Eth. c. 9.

2. 2. quæ. 123. art. 6

Prima cauſa.

2.

3.

Tertius gradus eſt delectatio. S. Auguſtinus accommodans quatuor fluuiis paradiſi quatuor Cardinales virtutes: *Flumen quod alluit Æthiopiam, calidam ac feruentem regionem,* dicit ſignificare *fortitudinem, calore actionis alacrem atque impigram.* Certè ſi de fortitudine viri Chriſtiani loquamur, vt loquimur, alacritatem illi etiam ſuam ineſſe negandum non eſt, quandoquidem ea ab eodem patre ſic alibi deſcribitur, vt ſit *amor omnia propter Deum facilè perferens.* Quod ſi Ariſtoteles id negare videtur, loquitur de delectatione corporis, cuius expers ſit vir fortis in mediis doloribus tormentorum aut mortis poſitus, non autem de delectatione animi, quæ magna

Tertius gradus.

Lib. 2. de Gen. contra Manich. cap. 10.

Lib. 1. de moribus Eccleſ. cathol. cap. 15.

Libr.3. Eth. c.9. percipitur ex ipſamet actione fortitudinis cuius vi cognoſcit vir fortis ſe dolores vitamq́ue contemnere propter virtutem: quod multo maximè proprium eſt Chriſtianæ fortitudinis, qualis fuit illius viri fortiſſimi Eleazari, qui cum Deo agens: *Diros*, aiebat, *corporis ſuſtineo dolores, ſecundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.* Immo auctor eſt S. Thomas, & teſtata res eſt apud hiſtoricos ſacros, eo ipſo tempore Dei gratiam aliquãdo adeò copioſam mentes martyrũ perfundere, vt ne percipiatur quidem ab illis ſenſus doloris, quia dum corpore torquentur, animo ſic abſtrahuntur in Deum, vt omnem corporis vexationem & afflictionem penè abſorbeat diuina illa voluptas.

2. Machab. 6.

2. 2. quæſtione 224. artic. 8.

Actor. 5. Magnam ſanè lætitiam adfert proficientis animo iniuriæ propter Chriſtum tolerantia. Siquidem *ibant gaudentes Apoſtoli à conſpectu concilij, quoniã digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliam pati*: nec non labores omnes ac cruciatus eiuſdem nomine ſuſcepti: *Gaudeo*, ait Apoſtolus, *in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſsionum Chriſti in carne mea.*

Coloſ. 3.

Oritur primò. Oritur autem hoc ſpirituale gaudium in martyribus præſertim, vel ex magna ſpe maximi præmij, quod expectant. Siquidem *operatur probatio ſpem, ſpes autem non confundit*: vel ex contemplatione eorum, quæ Chriſtus Dominus pro nobis acerbiſſima tulit, vt propterea ſanctus Bernardus dixerit: *Martyrem tripudiare, & triumphare toto licet lacero corpore & rimante latera ferro, nec modò fortiter, ſed & alacriter ſacrum è carne ſua circumſpicere ebullire cruorem, quod tunc ſit in tuto anima martyris nempe in viſceribus & vulneribus IESV*: vel denique quòd, vt dicebamus paulo antè, Deus ſupernaturali voluptate animum martyris ita replet, aut Angelum aliquem ad martyris ſolatium ſubmittendo, aut etiam interdum ſeipſum coram martyre benigniſſimè ſiſtendo vt ne dum dolorem ſentiat martyr, ſed præ Chriſti amore & virtutis lætitia vix apud ſe ſit.

Rom. 5.

Serm. 61. Cantic.

3.

Indicium primum. Indicia fortitudinis ſunt hæc: primum ita ſe habere ad paſſiones, quæ illi ſunt veluti miniſtrę, vt eas prorſus habeat in poteſtate, nec tã ab illis incitetur aũt moueatur

quàm

quàm illas ipſa regat & moderetur ad nutum. vtitur enim ira fortis in adeundis periculis, ſed vt inſtrumento & quaſi mancipio, non autem domino, nec ea turbatur eius ratio ſed inflammatur affectus; atque hic eſt ille *ſapiens*, celebratus à Salomone, tanquam *melior viro forti, & qui animo ſuo dominetur*. adhibet etiam timorem vir fortis in ſuſtinendo, & quaſi præſtolando, non ſibi ab alio iniectum, ſed quem ſibi ipſe prudenter incutit, vt eo ad cunctationem, qua ſeipſum ad patientiam inſtruit, vtiliter vtatur.

Nec audiendus Seneca, qui quòd putaret, vtpote Stoicus, omnes animi affectiones etiam moderatas morbos eſſe, ſcripſit *rationem hominis per ſe ipſam ad res gerendas ſatis eſſe, & ſtultum eſſe, hanc ab iracundia petere præſidiũ*. vt quid enim naturæ paſſiones inſeruiſſet optimus artifex naturæ Deus, ſi nunquam non abuti illis oporteret; aut quæ demum vis rationis humanæ foret, ſi earũ motibus præeſſe poſſet nunquam? aut non eas iniecto quaſi fræno ad arbitrium ſuum moderari, vtilitatémque conuertere? ſapientiùs Dauid, *Iraſcimini & nolite peccare*. Et: *Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam, & in matutino tamen interficiebam omnes peccatores terræ*. Et S. Iacobus, cùm præcipit, vt vir Chriſtianus ſit *tardus ad iram*. hoc eſt, non præceps & ardens, ac ſine ratione, ſed tarditate conſiderationis iram ſenſim rationi ſubiiciẽs, ſicque eam ad actiones virtutis adhibens.

Lib. 1. cap. 16. de ira.

Pſal. 4.
Pſ. 100.
Iacob. 1.

Secundum indicium Chriſtianæ fortitudinis eſt martyrij pro Chriſto obeundi deſiderium, ſi ſeſe offerret occaſio, aut verò eius ipſius occaſionis incenſa cupiditas, qualis fuit in beatis illis viris Franciſco & Antonio eius alumno, & multo ante in S. Andrea Apoſtolo, qui cùm veniſſet in conſpectum crucis, quæ ſibi ad vltimum ſupplicium parata erat: *O crux*, inquit, *diu deſiderata & tam concupiſcenti animo præparata*. Et in S. Ignatio, qui feras immanes, quibus ad deuorandum datus erat, intuens; *Scio*, inquit, *quid mihi proſit, iam incipio Chriſti diſcipulus eſſe*. Et in S. Laurentio, qui magiſtrum ad mortem rapi videns, *Quò*, ait, *ſacerdos ſine miniſtro properas?* eſt enim martyrium princeps actionum omnium,

Secundũ indiciũ.

quæ à fortitudine promanant. quare ardens eius deſiderium non poteſt in hominis animo procreari, niſi virtute incenſæ fortitudinis ac feruidæ charitatis: ſanè *hoc ipſum votum martyrium eſt*. S. Chryſoſtomo.

Homil. in Pſal. 96.

Tertium indicium.

Tertium indicium eſt propenſa voluntas ad imminentia pericula præmeditanda, & ea præcipuè, ad quæ propulſanda magna animi fortitudine opus eſt. nam vt periculoſum eſt cogitatione verſare alia quæpiam vitia quæ cum turpitudine aliqua aut voluptate noxia coniuncta ſunt, propterea quòd illa ipſa cogitatio vix culpa caret, certè periculo proxima eſt: ſic laudandi ſunt illi, qui aſſidua vehementíque præmeditatione futurorum malorum, ſeſe comparant ad ea ferenda, cùm adueniũt: ſiquidem fortitudo virtus eſt, quæ ſponte (ſi tempus ferat) hanc ipſam curam ſuſcipit, nempe vt ſcribit S. Gregorius, *iacula quæ præuidentur, minùs feriunt*.

Hom. 35. in Euãg.

Quartũ indiciũ.

Lib. 3. Ethic. cap. 8.

Cicero Tuſcul. quæſt. lib. 3.

Lib. 4. Eth. c. 3.

Quartum fortitudinis indicium eſt viriliter ferre, quæ repente & ex improuiſo accidunt mala. nam vt ait Ariſtoteles; *In repentinis periculis maximè apparet fortitudinis habitus*. perſpicuum enim eſt maximè roboratam in animo fortitudinem eſſe, cùm ſubitis calamitatibus minimè mouetur. præſertim cùm vt ait ille: *Omnia ſubita videantur maiora, quia quanta ſunt, quæ accidunt, conſiderandi ſpatium non datur.*

De magnanimitate Chriſtiana.

CAPVT XXX.

MAgnanimitas eſt Ariſtoteli, *virtus, quæ verſatur circa res magnas, quas comitatur honor magnus*. quare de ſententia Ariſtotelis magnanimus vir vtrumque ſpectat, & virtutis actionem inſignem & honorem, cui huiuſmodi actioni debetur. Sanctus Bonauentura ſic ſcribit quodam loco: *Notandum, quod Philoſophus dicit, quòd magnanimus eſt in appetitu honoris. ſed quicquid dicat ipſe, hoc non docet veritas, niſi cùm honor eſt æternorũ.*

Lib. ſuper Gen. de luminar.

rem

Digitized by Google

rem hanc acutiſſimè vt omnia definiuit S.Thomas, qui ſic habet: *Qui contemnunt honores, vt pro eis adipiſcendis nihil inconueniens faciant, nec eos nimis appretientur, laudabiles ſunt: ſi quis autem hoc modo contemneret honores, quòd non curaret facere ea, quæ ſunt digna honore, hoc vituperabile eſſet. & hoc modo magnanimitas eſt circa honores, vt videlicet ſtudeat facere ea, quæ ſunt honore digna, non tamen ſic, vt pro magno æſtimet humanum honorem.* Ex quibus verbis illud efficitur apertè, magnanimum occupari in iis rebus, quæ honore dignæ ſunt, honorem autem per ſeipſum non quærere, immo nec humanum honorē magni facere. qua in re propriè magno animo eſt, hoc eſt, longé ſuperiore humani honoris aura. *Eccleſ. ſerm.5. 22.q.129. artic.1. ad.3.*

Alia etiam ratione à calumnia liberare ſententiam Ariſtotelis nititur S.Thomas: *Magnanimus*, inquit, *intendit magnos honores, ſicut quibus eſt dignus, vel etiam minores his, quibus eſt dignus. quia ſcilicet virtus non poteſt ſufficienter honorari ab homine, cui debetur honor à Deo, & ideo non extollitur ex magnis honoribus, quia non reputat eos ſupra ſe, ſed magis eos contemnit, & multo magis moderatos & paruos. Et ſimiliter de honorationibus non frangitur, ſed eas contemnit, vtpote quas reputat ſibi indignè adferri.* quo loco videtur eandem doctrinam tradere, quam ſanctus Bonauentura, cum nimirum honorem expeti à magnanimo, quem virtuti tribuit Deus, etiamſi vulgaris & vilis ſit, qualis eſt humanus, quem magnanimus ad Chriſti normam inſtitutus non vult haberi ſibi, niſi referatur ad eum, quem virtuti decernit Deus. hunc ille appellabat *honorem æternorum*, hoc eſt, ad futuram æternitatem ſuo iam modo pertinentem. Quare aliqui Theologi rectè dicunt, magnanimitatem per ſe non ſpectare niſi magna virtutum omnium officia actionéſve, quamuis harum comes ſit etiam magnus honor. *Artic. 2. ad. 3.*

Et ſanè ſancti patres hanc magnanimitatem agnoſcunt non aliam. S.Gregorius: *Magnus eſt, qui æterna concupiſcit.* S.Hieronymus: *Is verè & non ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrum æquali magnanimitate ſuſtentat.* S.Chryſoſtomus magnanimitatem *liberalitatem* vocat, poſtea *Lib. 5. moraliū, cap. 34. Lib. 1. in lament. Hierem. cap. 3. Hom. 48. in Acta Apoſtol.*

hoc

hôc idem nomen aliarum virtutum officiis tribuens, ait; *qui ab innumeris capitur affectionibus, quomodo magna eſſet animæ? qui inſumit, vbi opus eſt, pecuniam, hic magnanimus eſt. magna enim reuera anima eſt, ſi affectioni non ſeruit, quæq; nihil putet eſſe pecunias: diſpenſans igitur, vt oportet, magni animi frater eſt. Ne magnanimum vocemus eum, qui ſimpliciter erogat, ſed qui erogat, vt oportet. quanta diues ille inſumpſit, qui induebatur biſſum & purpuram, ſed non erat magnanimus, anima enim eius crudelitate vexabatur, & à variis voluptatibus. Magnanimus erat Abraham in pauperibus ſuſcipiendis multa inſumens, & vbi oportebat, non ſolùm non opibus, ſed ne animæ quidem ſuæ parcebat,* & alia ſimilia quæ in eandem ſententiam ibidem addit. S. Baſilius: *Nos*, inquit, *neque diuitias, neque honores, neque regnũ ipſum, neque quicquid mundanorum magnum quiſpiam dixerit, magni æſtimamus, ſed vires omnes animi ad futuræ vitæ præparationem intendimus.*

Gen. 18.

Oratione ad Iuuenes.

Primus gradus.

Sit igitur primus gradus Chriſtianæ magnanimitatis, honore humano contempto velle & audere magna ad Dei gloriam, & propter æternam felicitatem in omnium virtutum exercitatione. & quidem de poſthabendo honore terreno ſic habet S. Auguſtinus: *Quòd ſi peruerſitas ſæculi admitteret, vt honoratiores eſſent quique meliores, nec ſic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius eſt ponderis fumus. Sed vtamur etiam in his rebus beneficio Domini Dei noſtri, conſideremus quanta contempſerint, quæ pertulerint, quas cupiditates ſubegerint pro humana gloria, qui eum tanquam mercedem talium virtutum accipere meruerunt; & valeat nobis etiam hoc ad opprimendã ſuperbiam, vt cùm illa ciuitas, in qua nobis regnare permiſſum eſt, tantum ab hac diſtet, quantum diſtat cœlum à terra, à temporali lætitia vita æterna, ab inanibus laudibus ſolida gloria, à ſocietate mortalium ſocietas Angelorum, à lumine ſolis & lunæ lumen eius, qui fecit ſolem & lunam; nihil ſibi magnum feciſſe videantur tantæ patriæ ciues, ſi pro illa adipiſcenda fecerint boni operis aliquid, vel mala aliqua ſuſtinuerint, cùm illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpeſſi ſint.*

Lib. 5. de ciuitate Dei, c. 17.

Primum incitamentum.

Primum igitur, quod proficientem mouere debet ad

auden

audendum aggrediendúmque magna ad finem antè di-
ctum, eſt maximum præmium paratum magnis actio-
nibus. hoc autem non ſolùm eſt æterna felicitas, qua ni-
hil ſecundùm Deum maius excogitari poteſt, immo
præ magnitudine, nec cogitari poteſt, quia *nec in cor ho-
minis aſcendit*, ſed etiam ipſa ratio conſequendæ beati-
tudinis, nempe celeriter & expeditè abſque graui dæ-
monum pugna in ipſo mortis articulo, viris enim ma-
gnis appropinquante morte vix negotium faceſſit dia-
bolus, quòd eos longè ſuperiores viribus eſſe animad-
uertit. ſed nec eos diu ignis purgatorius detinet, quia
magnis & aſſiduis magnarum virtutum officiis, magníſ-
que pro Chriſto paſſionibus, quaſi per ignem illis om-
nes peccatorum ſuorum ſordes ac vitia excocta iam
ſunt. quod tradit S. Gregorius: *Magna promiſit qui magna* *Lib. 3. in*
præcipiendo docuit: vt magnitudo muneris ad fortitudinem *1. Reg. 7.*
*incitaret laboris. Magnum quippe eſt ſoli Domino ſeruire, vi-
delicet inſtanter bona agere, bonis actibus reproba non miſce-
re: ſed ò quàm maximum in huius vitæ tranſitu poteſtatem
cruentorum ſpirituum non incurrere, nullas in via horribili-
tates cernere, contrarietates obiectionum nullas inuenire,
æternas pœnas euadere, liberatoris noſtri præſidia ſentire, mo-
mētaneā ſæculi lucē perdere, ſed repēte ineffabilē claritatē æ-
ternitatis inuenire: audiāt ergo, audiāt, qui de Philiſtijm libe-
rari deſiderāt, præparate corda veſtra Domino, ſeruite illi ſoli.*

Secundum autem quod mouet ad magnas res ob Dei
gloriam obeundas, eſt ipſemet Deus cui famulamur: ſi- *Secundū*
quidem *magnus es tu*, vt ait Propheta Ieremias & Dauid: *incita-*
Magnus Dominus & laudabilis nimis. Quis Deus magnus, *mentum.*
ſicut Deus noſter? Magnos igitur virtute & ſanctitate eos *Hier. 10.*
oportet eſſe, qui adeò magno Domino ſeruiunt. Nec *Pſal. 47.*
ſolùm magnus Dominus, ſed *magna virtus eius.* Nec *Pſal. 76.*
eſt, qui iure dicere non poſſit: *Fecit mihi magna, qui po-* *Pſ. 146.*
tens eſt. Et vt omittamus alia, magna in remiſſione pec-
catorum, qua *redemit de interitu vitam noſtram.* ma- *Pſ. 102.*
gna in promiſſione præmij. nam *complacuit Patri ve-* *Luc. 12.*
ſtro vobis dare regnum magna in aſſiduis magníſque gra-
tiæ ſuæ ſubſidiis, quæ nobis ſubmittit in rebus aduer-
ſis: *Magna enim eſt*, ait Dauid, *miſericordia tua ſuper* *Pſal. 85.*

me,

me, magna in ſolatiis, quibus nos mulcet in rebus proſperis, ſcribit enim idem: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te, perfeciſti eis, qui ſperant in te?*

Pſal. 30.

Tertium incitamentum.

Tertium eſt admirabilis benignitas Dei erga nos, non ſolùm parcendo, miſerando, & ſubueniendo demonſtrata, ſed etiam dum tolerat nos, cùm in illum peccando arrogantes ſumus, dum ita ſe gerit diſſimulando, & patienter ferendo quæ in illum quotidie ſcelera committimus, ac ſi nihil ad ipſum illa pertineret iniuria, quæ tamen aduerſus ipſum in primis infertur. quippe *illi ſoli peccauimus, & malum coram illo facimus.* dum denique expectans ad pœnitentiam ita nos humanè & liberaliter tractat, ac ſi filii illi chariſſimi permanſiſſemus ſemper: adde etiam ſi vis, honorificè ſic agit nobiſcum Deus, vt ſcripſerit Salomon: *Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos.*

Pſal. 50.

Sap. 12.

Quartum incitamentum

S. Augu. lib. 14. *de Trin. c.* 8.

Quartum eſt, quia homo creatus eſt propter Deum, tanquam propter finem, & hoc quid præclarius? quid excellentius? factúſque propterea eſt *ad imaginem & ſimilitudinem Dei*, hoc eſt, vt ait S. Auguſtinus, *Dei capax*. non aſcendit autem tam altè animus hominis, niſi Dei gratia & virtutum magnarum auxilio ſubleuatus, his igitur informetur, has ſibi comparet neceſſe eſt: quod conſequitur nũquam, niſi in vſu virtutum ſpectet vniuſcuiuſque ſummum. Et ſanè ſi in aliis rebus non contenti ſecundis optamus & quærimus prima, cur non id faciamus etiam in iis, quę ſola veráque bona ſunt, quales ſunt animi virtutes?

Quintum incitamentum.

Quintum eſt conſideratio diuinæ liberalitatis in homines, maximè autem Chriſti Domini. nam & pater *pro nobis omnibus tradidit illum*, & ipſe, *exinaniuit ſemetipſum pro nobis factus obediens vſque ad mortem crucis*. Eccleſiam locupletauit theſauris inexhauſtis meritorum ſuorum: & abiturus in cœlum ſeipſum reliquit in hominis cibum & potum in ſacroſancto diuinóque illo inuento, Euchariſtię, inquam, myſterio, hanc liberalitatem imitari quomodo poſſumus, niſi noſmetipſos totos illi conſecrando, & conferendo quantum in nobis eſt roboris anim

neruo

neruorúmque ad eum quàm proximè poſſumus imitandum? certè inuitat ille nos, cùm ait: *Eſtote perfecti, & diſcite à me.* *Matt. 5. & 11.*

Huc pertinet cõmemoratio dignitatis, quæ ex incarnatione Domini in homines deriuauit: *Agnoſce*, ait ſanctus Leo, *ò Chriſtiane, dignitatem tuam, & diuinæ conſors factus naturæ noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire.* *Serm. de natiuit.*

Sit ſecundus gradus huiuſce magnanimitatis Chriſtianæ quoddam quaſi robur & ardor animi optantis & obeuntis in dies maiora ad Dei gloriam & hominuum ſalutem, cuius rei illuſtriſſimum exemplum eſt Apoſtoli Pauli hiſtoria, vitaque vniuerſa: notior eſt, quàm vt à me debeat explicari. legantur quæ ipſe ſcribit ad Corinthios præſertim, his cùm dixiſſet: *In carceribus abundantiùs, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter*, ac ſi nihil vel feciſſet vel dixiſſet, addit: *Ego autem impendam & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris.* Verè ait ſanctus Chryſoſtomus: *Magnæ animæ eſt ſuam deſpicere quietem & curare alienam; qui non ſibiipſis ſufficiunt ſoliꝰ, ſed etiam alijs meritò maiores ſunt.* *Secundus gradus.* *2. Cor. 11. &c.* *Ib. c. 12.* *Hom. 48. in Acta.*

Verùm hoc robur animi magnanimus habet etiam erga Deum, cùm quo cõſcientiæ puritate & gratia eius nixus aliquando ita familiariter agit, audétque, vt plus ſatis videri poſſit his, qui in hac virtute adhuc ſunt inexercitati. tractat hunc locum S. Bernardus: *Iam verò magni patrisfamilias ſeu regiæ maieſtatis ſchema apparere exiſtimo his, qui accedẽtes ad cor alium, de maiore ſpiritus libertate & puritate conſcientiæ magnanimiores facti conſueuerunt audere maiora, inquieti prorſus & curioſi ſecretiora penetrare, & apprehendere ſublimiora, & tẽtare perfectiora non modò ſenſuum, ſed & virtutum. Hi enim pro fidei magnitudine digni inueniuntur, qui inducantur in omnem plenitudinem: nec eſt omninò in omnibus apothecis ſapiẽtiæ, à quo Deus ſcientiarum Dominus arcendos cenſeat cupidos veritatis, vanitatis non conſcios. Talis erat Moyſes, qui audebat dicere Deo: ſi inueni gratiam in oculis tuis, oſtẽde mihi teipſum. Talis Philippus, qui ſibi & ſuis condiſcipulis patrem poſtulabat oſtendi. Talis & Thomas, qui niſi ſua manu tangeret vul-* *Ser. 32. in Cant.* *Exod. 37* *Ioan. 14.* *Ioan. 20.*

nus & foſſum latus, credere recuſabat: puſilla fides, ſed de magnitudine animi miro modo deſcendens. Talis quoque Dauid, Pſal. 26. *qui & ipſe dicebat Deo: Tibi dixit cor meũ, exquiſiuit te facies mea, faciem tuã Domine requiram. Tales itaque magna audent, quoniã magni ſunt, & quæ audẽt obtinent iuxta verbum promiſſionis ad ipſos, quod eſt iſtiuſmodi: Quemcũque locum calcauerit pes veſter, veſter erit.* Deut. 11. *Magna ſiquidem fides magna meretur, & quatenus in bonis Domini fiducia pedem porrexeris, eatenus poſſidebis.* Et paulo pòſt: *Iſtiuſmodi magnis ſpiritibus magnus occurrit ſponſus, & magnificabit facere cum eis.* Pſal. 125

Sed non ſolùm erga Deum magnanimitas exercenda, nec ſolùm erga homines eos liberaliter tractando, ſed etiam inuictum ſe præbendo aduerſus eas iniurias calamitateſque, quæ nobis ab hominibus impẽdent; ad quam rem plurimum iuuat proficientem magnanimitas, magnanimitatum autem expectatio antequam accidant & animi immutabilitas ac æquabilitas eo ipſo tempore, quo iam adſunt, explicat id Seneca eleganter: *Omnia*, ait, *leuiora accidunt expectantibus. quo quiſque honeſtior genere, fama, patrimonio eſt, hoc ſe fortiùs gerat: memor in prima acie altos ordines ſtare. contumelias, & verba proboſa, & ignominias, & cætera dehoneſtamẽta velut clamorem hoſtium ferat, & longinqua tela, & ſaxa ſine vulnere circa galeas crepitantia. iniuria verò vt vulnera alia armis, alia pectori infixa non deiectus, ne motus quidem gradu ſuſtineat. Etiam ſi premeris & infeſta vi vrgeris, cedere turpe eſt. aſſignatum à natura locum tuere. Quæris, quis hic ſit locus? Viri.* *Lib. non cadere in iuriam in cap. 19.*

Tertius gradus. Tertius gradus eſt gaudium magnanimi, etiam in iis magnanimitatis officiis, quæ alioquin per ſe mœrorem parere ſolẽt, quale fuit in Apoſtolo Paulo, cum ſcriberet: *Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Os noſtrum patet ad vos ò Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt. Multa* (infra) *ſi iucia apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.* 2. Cor. 6. Cap. 7.

Indicium primum. Indicia magnanimitatis Chriſtianæ multa ſunt. Primum fuga omni arrogantiæ, præſumptionis, ambitionis,

inanis

Digitized by Google

inanis gloriæ. hæc enim vitia ſunt, quæ nullo modo poſſunt cum virtute congruere.

Secundũ eſt fuga honoris humani cuiuſcunque, quantum in nobis eſt, quod antiquiſſimum fuit viris ſanctis & perfectis in Euangelica perfectione. exempla ſuppetunt innumera S. Syluestri, S. Gregorij, & aliorum omnis generis & ſtatus bonorum virorum. Immò docet S. Auguſtinus disertè: *Locus ſuperior etſi ita teneatur & adminiſtretur, vt decet, tamen indecenter appetitur.* quid hic dicet magnanimus Ariſtotelicus?

Indicium ſecũdum.

Lib. 19. de ciuit. Dei, c. 19

Tertium eſt ſola neceſſitate cogente adduci ad admittendos honores, etiam illos, quibus homo alioquin dignus eſt. ſic habet idem S. Auguſtinus: *Quamobrem otium ſanctum quærit charitas veritatis, negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis, quam ſarcinã ſi nullus imponit, percipienda atque intuenda vacandum eſt veritati, ſi autem imponitur, ſuſcipienda eſt propter neceſſitatem charitatis.*

Indicium tertium.

Quartum ſignum eſt ſub honoris, quaſi ſub oneris pondere gemere, ſi ad eum aliquando homo vel inuitus aſcendat. S. Gregorius: *Quare data eſt miſero lux? lux enim miſeris datur, quando hi qui ſublimia contemplantes eſſe ſe in hac peregrinatione miſeros agnoſcunt, claritatem tranſitoriæ proſperitatis accipiunt. & cùm valdè defleant, quod tardè ad patriam redeunt, tolerare inſuper honoris onera compelluntur.* Et paulo pòſt: *Qui expectant mortem, & non venit, deſiderant quippe mortificare ſe funditus, atque ab omni vita gloriæ temporali extinguere: ſed occultis ſæpe Dei iudicijs vel præeſſe in regimine, vel occupari iniunctis honoribus compelluntur, atque inter hæc mortificationem pleniſſimam indeſinenter expectant. Sed expectata mors non venit, quia eorum vſus temporali gloriæ etiam nolens viuit. Quam tamen pro diuino amore tolerant, & intus quidem ſeruant deſiderium pietatis, foris tamen explent miniſterium ordinis, quatenus nec à perfectione per intentionem recedant, nec diſpoſitioni conditoris per ſuperbiam contradicãt.* Idem ſenſus eſt S. Auguſtini & aliorum. Denique S. Chryſoſtomus: *Honor verus virtus animi eſt. hic neque à Cæſaribus præſtatur, nec adulatione cõquiritur neque pecunia præparatur; nihil fucati in ſe habet, nihil ſimulati,*

Indicium quartũ.

Libr. 5. moraliũ. c. 1.

Cap. 2.

Hom. quod nemo læditur niſi à ſeipſo.

nihil oculti; huius honoris ſucceſſor nullus eſt, accuſator nullus, nullus ingratus; hic honor temporibus non mutatur, nec tyrannos patitur, nec picturam tabulæ metuit aliquando delendam.

De Patientia.

CAPVT XXXI.

Lib. de patientia, cap. 2.

SANCTVS Auguſtinus ſcribit: *Patientia hominis eſt, qua mala æquo animo toleramus, ne animo iniquo bona deſeramus, per quæ ad meliora perueniamus.* Tullius autem: *Patientia eſt honeſtatis & vtilitatis cauſa voluntaria ac diuturna perpeſſio rerum arduarum ac difficilium.* S. Thomas ſic exponens: *Quod dicit (arduarum) pertinet ad conſtantiam in bono; quod dicit (difficillium) pertinet ad grauitatem mali, quàm propriè reſpicit patientia. quod verò additur (diuturna ſiue diutina) pertinet ad longanimitatem, ſecundùm quod conuenit cum patientia.*

Lib. 2. de Inuent.
2. 2. q. 139. ar. 6. 5. ad 2.

Materia patientiæ, vt docent Theologi, ſunt mœrores & triſtitiæ, ſicuti fortitudinis timores, quibus ita repugnat patientia, vt efficiat, ne illis homo ſuccumbat. triſtitiæ autem materia virtutis huius cenſentur, quatenus à rebus aduerſis quæ nobis accidunt excitantur, quare etiã aduerſus externa mala hominem patiẽtia firmat.

Primus gradus.
Primum incitamentum.

Primus patientiæ gradus eſt propoſitum acquirendi patientiam. Primum autem quod ad patientiam appetendam inducit, eſt peccati periculum, quod triſtitiæ plerumque ineſt. ſiquidem *triſtitia ſæculi mortem operatur*, ait Apoſtolus & Salomon, *triſtitiam lõgè expelle à te, multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.* multa dicta ſunt de mœroris malitia libro ſecundo.

2. Cor. 7.
Eccl. 30.
Secũdum incitamentum.

Secundum eſt, patientia virtus diuina eſt, nam vt copioſè declarant S. Cyprianus & S. Auguſtinus: *Eſt*, inquit ille, *nobis cum Deo virtus iſta communis. Inde patientia incipit, inde claritas eius & dignitas caput ſumit. Diligenda res homini, quæ Deo chara eſt, bonum quod amat, maieſtas*

Orat. de patientia
Lib. de patientia.

diuina commendat. probat autem id, quòd Deus ſuſtinet hominum ſcelera in contumeliam ſui commiſſa, pluens ſuper iuſtos & iniuſtos, & Solem ſuum oriri faciens ſuper bonos & malos, quod cùm habeat in poteſtate vindictam, mauult diu tenere patientiam, vt vel ſerò ad Dominum homines conuertantur. quod commemorans Apoſtolus ait: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Rom. 2.

Tertium eſt Chriſti Domini exemplum, quod ille ibidem exaggerat meritiſſimo: *Mortalem ſe fieri patitur, Dominus baptizatur à ſeruo, diebus quadraginta ieiunat, eſurit, cum diabolo tentante congreditur, diſcipulis non vt ſeruis præfuit, Iudam potuit longa patientia ſuſtinere.* Numerat deinde tolerantiam Iudaicæ incredulitatis & rebellionis, probra, ludibria, ſputamina, flagella, ſpinas, palmas, nuditatem, fel, inter facinoroſos deputationem, falſa teſtimonia, impium iudicium, ſilentium iudicati, qui nec loqueretur, nec moueretur, nec maieſtatem ſuam ſub ipſa ſaltem paſſione profiteretur, vt conſummaretur in Chriſto plena & perfecta patientia, & poſt iſta interfectores etiam ſuos ſuſcipit: *Quid poteſt*, ait, *patientius, quid benignius dici? viuificatur Chriſti ſanguine etiam qui fudit ſanguinem Chriſti, talis eſt Chriſti ac tanta patientia, quæ niſi talis ac tanta exiſteret, Paulum quoque Apoſtolum Eccleſia non haberet.* *Tertium incitamentum.*

Quartum eſt, quia patientia via eſt ad perfectionem & magna præmia. S. Chryſoſtomus adfert exemplum Abrahæ: *Conſidera*, inquit, *quomodo paulatim multam præ ſe ferens patientiam (vtpote viginti quatuor annis probatus) in faſtigium virtutis progreſſus, ita illuſtris & ſpectabilis factus eſt, vt ex eo nati aſtris cœli adæquentur: fortaſſe ſi quis bene velit intueri, non ſolùm centuplum accepit hic iuſtus ſed decies millies millecupla: quando enim audis, quòd omnes iuſti ab illo tempore vſque nunc, & vſque ad conſummationem mundi, opus orationis faciunt, vt in ſinus Patriarchæ occurrant, quem alium hoc maiorem honorem commendare quis poterit?* Alibi idem oſtendit exemplo Ioſeph ex carcere ad regnum euecti, *patientiam hominem ab imo ad ſummum locum deducere.* *Quartũ incitamentum.* Hom. 40. in c. 17. Gen. Hom. 64 in Gen.

Digitized by Google

Quintũ incitamentum.

Quintum eſt, quia, *patientia opus perfectum habet*, vt ait S Iacobus, facítque hominem ſui ipſius dominum ac regem: *Ipſa eſt*: ſcribit S. Cyprianus, *quæ iram temperat, quæ linguam refrenat, quæ mentem gubernat, pacem cuſtodit, diſciplinam regit, libidinis impetum frangit, tumoris violentiam comprimit incendium ſimultatis extinguit, facit humiles in proſperis, in aduerſis fortes contra iniurias & contumelias mites: docet delinquentibus citò ignoſcere, ſi ipſe delinquas, diu & multum rogare, tentationes expugnat, perſecutiones tolerat paſſiones & martyria conſummat.*

Sextum incitamentum.

Accedant exempla martyrum innumerabilium antiquorum & recentiorum, Dei & Domini noſtri in ſcripturis præcepta patientiæ: *Patientes eſtote ad omnes: Patientia vobis neceſſaria eſt: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.*

1. Theſ. 5. Heb. 12. Matth. 5.

Secundus gradus.

Secundus patientiæ gradus eſt fortitudo maximè propria virtutis huius. Ideo S. Chryſoſtomus: *Eſt patientia ſcutum inexpugnabile, turris firma, magna omnia repellens: & quemadmodũ in abyſſum maris ſcintilla delata huic quidem nihil obeſt, ipſa extinguitur: ſic in animum tolerantem quicquid incidere maximarum etiam rerum poteſt, facilè quidem abſumitur ipſum; ille conturbabitur prorſus nihil: quando rebus omnibus ſolidior patientia eſt, exercitus, theſauros, equos, muros, arma, & quodcunque tandem mores licet, aquè firmum patientia nihil adduces: iniice mulctam, nihil hanc petram mouebis: cõtumelia pete, nondum turrim concuſſiſti: plagas incute, nihildum adamantem illum perterruiſti: longanimus idcirco etiam patiens vocatur, quia longum & ingentem animum habet.*

Hom. 35. in 1. ad Cor.

2. 2. quæſtione 136. artic. 5. ad 2.

Hæc porrò patientiæ firmitas & immutabilitas in eo poſita eſt: vt S. Thomas tradit, *vt propter triſtitias, quæ ehtrinſecus ab aliis inferuntur, quantacunque ſint, homo non recedat à bono virtutis*, quare hominem munit patientia aduerſus paupertatis incommoda, aduerſus morbos, & valetudinis damna, aduerſus vulnera, tormenta, doloréſque corporis aduerſus contumelias, conuitia, probra, & cuiuſcumque generis iniurias, aduerſus infamiã, aduerſus calamitates omnes, quæ domi, foris, pace, bello, liberis, parentibus, conſanguineis, affinibus, amicis acci-

dere poſſunt; idque illa vna ratione potiſſimum, inſtituendo hominem, efficiendoque vt animosè repugnet triſtitiæ cuicunque, ex quacunque cauſa exorta ſit in animo, eum ita roborando, vt illam expellat omnino, quod eſt Salomonis præceptum: *Triſtitiam lõgè expelle à te.* vel certè ita temperet primò, vt poſt paulatim eadem adiutrice, & procedente patientia, eam tollat ac perimat. Denique ait S: Gregorius. *Patientia martyrium eſt in occulta cogitatione.* Eccle. 30. Homil. 35. in Euangel.

Tertius gradus eſt delectatio, ſimilis illi, quam in fortitudine reperiri antè diximus, eſt enim patientiæ æmula fortitudinis: quanquam maior adhuc patientiæ voluptas ineſſe poteſt, quòd ſedem habeat, non vt illa in iraſcibili appetitu; ſed in concupiſcibili, qui parens eſt delectationis; adferunt hanc lętitiam multa. Primum eſt pati, præſertim pro Chriſto, aut virtutis cuiuſcunque cauſa, donum Dei eſt. *Vobis donatum eſt pro Chriſto non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini,* ait Apoſtolus. *Tertius gradus. Oritur primo. Philip. 1.*

Secundum eſt ſpes futuræ retributionis, nam *ſi ſuſtinemus, & conregnabimus,* quam ob cauſam Chriſtus Dominus inter beatitudines collocat *patientiam.* eſt autem beatitudinis huius & alacriter pati, optare etiam pro Chriſto & veritate grauiora pati. 2. 2. Tim. 2. Matt. 5.

Tertium eſt, cui iucundum non ſit habere Dominum, ſi non & laboris & doloris, certaminis certè ſocium? ſi quidem ſcriptum eſt: *Cum ipſo ſum in tribulatione.* Dominũ inquã propter ipſas afflictiones homini peccata cõdonantem, neque enim ſine cauſa precatur Dauid: *Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea.* Dominum vota precéſque hominis afflicti gratiosè ſuſpicientem. *Ad Dominum,* inquit, *cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me.* 3. Pſal. 90. Pſal. 24. Pſal. 119.

Quartum eſt ipſamet conſideratio vtilitatis, quæ magna & multiplex ex calamitatibus deriuatur in homines. *Demetrius,* inquit Seneca, *vitam ſecuram, & ſine vllis fortunæ incurſionibus mare mortuum vocat, nihil habere ad quod exciteris, ad quod te cõcites, cuius denunciatione atq; incurſu ſortẽ animi tui tentes, ſed in otio in cõcuſſa iacere nõ eſt* 4.

Digitized by Google

Epiſt.86. Libr. de Prouidẽtia. Pſal.118. Rom. 5.

tranquillitas, ſed malitia. Attalus item Stoicus, malo, inquit fortuna me in caſtris ſuis quàm in delicus habeat. Torqueor, ſed fortiter, bene eſt, occidor, ſed fortiter, bene eſt. Idem alio loco: *Miſerum te iudico, quod non fuiſti miſer, tranſiſti ſine aduerſario vitam.* Certè Dauid huc ſpectat, cùm pſallit: *Bonum mihi quia humiliaſti me.* Et Apoſtolus, *Gloriamur in tribulationibus, ſcientes, quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem.*

Primum indicium Libr.5. moral. cap. 15.

Indicia patientiæ multa ſunt Primum à S. Gregorio ponitur. *Ille verè perfectus eſt, qui erga imperfectionem proximi impatiens non eſt: nam qui alienam imperfectionem ferre non valens patientiam deſerit, ipſe ſibi teſtis eſt, quòd perfectè nec dum proficit.*

Secundũ indiciũ. Hom.35. in Euangel.

Secundum indicium eſt apud eundem S. Gregorium: *Per patientiam perfectè aduerſarius vincitur, quando mens noſtra & inter tentamenta eius ad delectationem ad conſenſum non trahitur, & inter contumelias proximi cuſtoditur ab odio, & inter flagella Dei cõpeſcitur à murmuratione.*

Tertium indicium. Super Ezech. Hom.7.

Tertium habetur apud eundem: *Patientia vera eſt, quæ & ipſum amat, quem portat: nam tolerare, ſed odiſſe, non eſt virtus manſuetudinis, ſed velamentum furoris.*

Quartum indicium. 1. Pet.2.

Quartum adfertur ab illis, patientia perfecta eſt, cùm quis ſuſtinet patienter iniurias, etiam cùm innocens eſt: *Si benefaciẽtes* ait S. Petrus, *patienter ſuffertis, hæc eſt gratia apud Deum.*

Quintum indicium 1.Cor. 4.

Quintum ſignum. Verus patiens pro illata iniuria nunquam ſe excuſat, rem totam Deo commitens, qui ſuo tempore *reuelabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium,* exemplo Domini qui etiam prouocatus, vt ſe excuſaret. tacere maluit.

De perſeuerantia.

CAPVT XXXII.

2.2.q. 137.a.4.

DVPLEX eſt perſeuerantia. Vna eſt, vt ait ſanctus Thomas: *Ipſe actus perſeuerantiæ durans vſque ad mortem, & ſecundùm hoc homo non ſolùm indiget gratia habituali ſed etiam gratuito Dei auxilio conſeruantis hominem in bono vſque ad finem*

vitæ, quia cùm liberum arbitrium de ſe ſit vertibile, & hoc non tollatur ei per habitualem gratiam præſentis vitæ, non ſubeſt poteſtati liberi arbitrij etiam per gratiam reparati, vt ſe immobiliter in bono ſtatuat, licet ſit in poteſtate eius, quòd hoc eligat: plerumque enim cadit in noſtra poteſtate electio, ſed non executio. & de hac perſeuerantia nobis hîc agendum non eſt, non enim propriè virtus eſt.

Altera perſeuerantia eſt habitus virtutis cuiuſdam, quæ deſcribitur à Tullio, & à S. Auguſtino *In ratione bene conſiderata ſtabilis & perpetua permanſio.* hæc eſt pars fortitudinis in appetitu iraſcibili ſedem habens, propterea quod fortitudinem imitatur in ſuperanda difficultate diuturnitatis, quæ reperiri poteſt in quacunque virtutis actione, moderans timorem defatigationis aut defectionis virium, quibus obnoxia poteſt eſſe actio virtutis longinquitate producta. *Lib. 2. de Inuent. Libr. 83. qq. q. 31.*

Primus perſeuerentiæ gradus eſt voluptas perſeuerãdi in actione virtutis inchoata, donec abſoluatur tota. Primum ad id mouens eſt Scriptura diuina. *Confortate,* inquit Iſaias, *manus diſſolutas, & genua debilia roborate. Dicite puſillanimis, confortamini, & nolite timere.* *Primus gradus. Primum incitamentum. Iſaia. 35.*

Secundum eſt Dei auxilium, quod nobis præſtò eſt in difficultatibus vitæ, quę cum virtute traducitur. ſic enim ait idem: *Ego Dominus Deus tuus, apprehendens manum tuam, dicénſque tibi, Ne timeas. Ego audiui te. Noli timere verbis Iacob: qui mortui eſtis ex Iſraël, Ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus & Redemptor tuus ſanctus Iſraël.* hoc idem ſpectat ſæpe Dauid, cùm Deum vocat *auxiliatorem fortitudinem, refugium, & ſuſceptorem ſuum,* cùm ait diſertè: *Quoniam tu mecum es.* & Apoſtolus, cùm Chriſti exẽplum & præſens auxilium præfatus eſſet, adiungit: *Propter quod remiſſas manus & ſolutа genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris: vt non claudicans, quis erret, magis autem ſanetur.* *Secundũ incitamentum. Iſaia. 41. Pſal. 22. Heb. 12.*

Tertium, quia conſtantia in bene cœptis eſt magnum & graue vitium. Dominus eos qui hoc vitio tenentur appellat: *arundines vento agitatas.* Apoſtolus ſtultos. *Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini?* Idem Sapiens: *Stultus ſicut luna mutatur.* *Tertium incitamentum. Matt. 11. Galat. 3. Eccle. 27.*

Digitized by Google

Quartum incitamentum. *Ep.* 129.

Quartum eſt laudatio perſeuerantiæ habita à ſancto Bernardo, quæ quanquam pertineat ad perſeuerantiam totius vitæ, attingit tamen etiam hanc virtutem quam tractamus: *Et nunc quid reſtat chariſſimi, niſi vt admoneamini de perſeuerantia, quæ ſola meretur viris gloriã, coronam virtutibus? prorſus abſque perſeuerantia neque qui pugnat victoriam, neque palmam victor conſequitur. Vigor virium, virtutum, conſummatio eſt, nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium ſoror eſt patientiæ, conſtantiæ filia amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanitatis. Tolle perſeuerantiam, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo.*

Secundus gradus. *Primus aduerſarius.* 1. *Pet.* 5. *Eccle.* 10.

Secundus gradus eſt infirmitas voluntatis in perſiſtendo in actione virtutis, reſiſtendóque iis quæ aduerſantur. ſunt autem hæc: Primum diabolus, qui *circuit quærens quem deuoret. Cui*, ait S. Petrus, *reſiſtite fortes in fide.* Et Salomon: *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.* cùm enim diabolus impedire non potuit, ne inchoaremus bonum, adnititur pro viribus, ne in eo perſeueremus.

2.

Secundum eſt ipſamet temporis diuturnitas, quæ inanem timorem injicit menti, de virium corporis & animi firmitate, déque ipſa perſeuerãtia propter virtutis aſperitatem quandam, quam ipſe ſibi aliquando objicit qui in ea exercetur, quæ tentatio eſt Incipientium, vt à nobis primo libro eſt explicatum, ita tamen, vt etiã proficientes percellat interdum, hæc fugatur curatione cogitationis & falſæ opinionis, quam tunc proficiens concipit aliter, quàm res ſit. *Homines enim*, dicebat Epictetus *perturbantur non rebus, ſed iis, quas de rebus habent opinionibus.* excogitẽtur igitur rationes, quibus deponatur aut minuatur mali futuri opinio ea enim ſublata, ruit timor ſunt autem hæ rationes.

In Enchirid. c. 10.

Prima ratio. *Philip.* 4. *Pſal.* 17.

In Deo poſſumus omnia, vt ait Apoſtolus, etiam tranſgredi muros difficultatum alioquin inſuperabiliũ, quod adfirmat Dauid, cùm ait: *In Deo meo tranſgrediar murum*

Secunda ratio.

Veniant in mentem exempla tam multa multorúmque hominum, qui virtutem coluerunt & colunt cum

Digitized by Google

perſeuerantia; dicamúſque nobis ipſis, quod ſibi S. Auguſtinus olim; *Tu non poteris, quod iſti & iſtæ? ſufficiat diei malitia ſua.* vt quid enim eſt opus formidare ante tempus? T*ibi præcipio* (ait Seneca) *ſis miſer ante tempus, cùm illa, quæ velut imminentia expauiſti, fortaſſe nunquam ventura ſint; certè nondum venerunt. quædam enim nos magis torquent, quàm debeant: quædam antè torquent, quàm debeant. Infirmi & imbecillis animi eſt timere id, quod nondum accidit, vel longinquum eſt.* Seneca alibi ſic: *Quemadmodum in corporibus futuri languoris ſigna præcurrunt, ſic infirmus animus multum antè, quàm opprimatur malis, quatitur.* *Lib. 8. confeſſ. cap. 11.* *Matt. 6.* *Epiſt. 13.* *Epiſt. 75.*

Denique donum Dei eſt conſtantia in bonis actionibus vſque ad finem earum, ad hanc me inuitat, qui eam mihi largiturus eſt. *In diſciplina*, inquit, *perſeuerate; tanquam filijs vobis ſe offert Deus.* miles Chriſti ſum, in acie ſto pro Chriſto, pergã igitur, *vt ei placeã, cui me probaui.* *Tertia ratio.* *Heb. 12.* *2. Tim. 1.*

Tertius, aduerſus quem nobis viriliter certandum eſt propter actionis bonæ perfectionem, eſt mundus: qui nos plerumque territat ſuis laruis, exemplis auertit. recipiamus tunc nos intra nos ipſos, & exuamus mundum ſua pompa, qua homines allicit, ſuo ſatellitio, quod cùm videmus, expaueſcimus: iubeamus vt perſonam deponat, intuebimur puerilia eſſe, quæ obiicit; ludicra, incerta, falſa, quę pollicetur; cum eum ſequimur, aberrare nos poſt alios, quærere aliena; cum virtuti operam damus, cùm duramus, nec cedimus difficultati, tunc noſipſos excolere, curare quæ noſtra ſunt; mercaturam magnam copioſámque facere optimarum rerum, veræ felicitatis, regni cœlorum: denique quiſque ita ſibi à Deo commiſſus eſt, vt ipſe de ſe Deo rationem redditurus ſit: quicquid fecerint dixeríntve alij. T*ertius aduerſarius.*

Tertius gradus eſt perſeuerantia cum gaudio, laborem quidem ſequitur merces, defatigationem quies: laborantibus igitur & defatigatis vnicum ſolatium ſpes eſt, & hoc ait Apoſtolus: *Probatio verò operatur ſpem.* certè de virtutis conſuetudine dicere meritò poſſumus, quod Salomon de ſapientia; *Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiam* T*ertius gradus.* *Roman. 5* *Sap. 8.*

tit iam & gaudium. Et quod Apoſtolus de diſciplina: .
Heb. 12. *præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris, p*
ſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam redd
iuſtitiæ.

Indicium animi perſeueraturi in actione virtutis e
vehemens deſiderium perficiendi, ſimile illi quod er
Luca 12. in Chriſto Domino, *Ignem*, dicebat, *veni mittere in terra*
& quid volo niſi vt accendatur? baptiſmo autem habeo ba
ptizari, & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur?

De temperantia.

CAPVT XXXIII.

Lib. de moribus Eccleſ. cap. 19.

M*Vnus temperantiæ*, ait S. Auguſtinus, *eſt i*
coërcendis ſedandiſque cupiditatibus, quibu
inhiamus in ea, quæ nos auertunt à legibu
Dei, & à fructu bonitatis eius. hæ autem cu
piditates, ſunt paſſiones appetitus concu
piſcibilis, quæ verſantur circa ea quæ corpus delectan
ſecundùm ſenſum tactus in vſu cibi, potus, & rerum ve
nerearum, quapropter alibi idem ſanctus Auguſtinus ſi
Lib. 1. de lib. arb. cap. 13. ſcribit: *Temperantia eſt affectio coërcens & cohibens appet*
tum ab ijs rebus, quæ turpiter appetuntur. hæc vna eſt e
virtutibus cardinalibus, propterea quòd valde optabil
& laudabile ſit, magnique ab omnibus fiat, moderari ea
delectationes, à quibus (quòd nobis ſint naturales) diffi-
ciliùs nos abſtrahimus.

Primus gradus. Primus temperantiæ gradus eſt voluntas regendi ap-
petitum, rationéque moderandi antedictas voluptates.
Ad quod multa ſunt, quæ meritò hominem moueant.
Primum incitamentum. Primum eſt quòd voluptas, quæ mala eſt, vtpote quæ ſe-
quitur actionem malam, (de hac enim loquimur) eſt
impedimentum, ne ſe Deus per verbum ſuum tam in-
ternum quàm externum immittat in animum hominis,
cúmque, vt par eſſet, ad ſe trahat atque conuertat. *Se-*
Luca 8. *men*, inquit Dominus, *eſt verbum Dei, quod autem in ſpinas*

Digitized by Google

cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructum. propterea apud Prophetam anima voluptatibus diffluens filia vaga nominatur. *Vſque quo deliciis diſſolueris filia vaga?* longè enim aberrat vagatúrque à Deo animus, qui delectationes ſenſuum immoderatè ſequitur. Hier. 31.

Immo gentiles ipſi, vt refert Cicero de Archita, auctores ſunt; *Nihil Deum homini dediſſe mente præſtabilius. huic autē diuino muneri ac dono nihil eſſe tā inimicū quàm voluptatem, neque enim libidine dominante temperantia locum eſſe omnino, nec in voluptatis regno virtutem poſſe conſiſtere. quod quo magis intelligi poſſet, fingere animo aliquem iubebat incitatum voluptate corporis quanta poſſet percipi maxima, nemini cenſebat fore dubium, quin tamdiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet. quocirca nihil eſſe tam deteſtabile támque peſtiferum, quàm voluptatem. Si quidem ea, cùm maior eſt atque longior, omne animi lumen, extingueret.* atque hoc ipſū eſt recipere non poſſe lumen diuinum neque ſatus eius: hoc enim animi aures ab affectionibus inanibus liberas ac præparatas requirit. *Lib. de ſenectute.*

Secundum eſt natura voluptatis, quæ inanis, fluxa, momentanea eſt. Sanctus Gregorius Nyſſenus oſtendit Salomonem de voluptate, quam impensè ex variis rebus captauerat, pronunciaſſe illud: *Vanitas vanitatum.* Certè ipſe idem alibi, *voluptatem vanam* appellat. & Apoſtolus huc ſpectat, cùm ponit nobis ob oculos figurā mundi fugacem, & laudatur propterea dictum Ariſtotelis illud: *Voluptates abeuntes conſideremus, feſſas*, inquit ille, *pœnitentiaq́; plenas animis noſtris natura ſubiecit, quo minùs cupidè repetantur.* adde, ſed nec vnquam vel leuiter appetantur. *Secūdum incitamentum.* Hom 2. in Eccleſ. Eccleſ. 1. Eccle. 11. 1. Cor. 7. *Valerius Max. lib. 7. cap. 7.*

Tertium eſt, quòd ipſo momento temporis, quo ſuis illecebris hominem voluptas irretiuerit, tanto cum veneno dicam ne an vi ſuauitatis ſuæ animum capit, vt illi planè dominetur, quare blandiſſima Domina appellatur à quodam, & à S. Iacobo dicitur *concupiſcentia hominem illicere & abſtrahere*, & prohibet Apoſtolus; *Ne concupiſ-* *Tertium incitamentum.* *Iacob. 1.*

centia dominetur in nobis, aut quod perinde eſt, *ne regnet peccatum in noſtro mortali corpore.*

Quartũ incitamentum. Rom. 13.

Quartum. Valde indigna res eſt Chriſtiano homine vita intemperans, & quandoquidem de cœlo ea lux deſcendit, quæ tenebras ignorantiæ præteritæ iam pridem diſpulit, *ſicut in die*, recipit Apoſtolus, vt *honeſtè ambulemus, non in comeſſationibus & impudicitijs, ſed induamus Dominum IESVM Chriſtum, & carnis curam ne feceritmus in deſiderijs.* Deliciæ nobis in cœlis paratæ ſunt, *1. Pet. 2.* hîc *tanquam aduenæ & peregrini* iubemur à S.Petro *abſtinere à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam.* hîc igitur militamus, vt in cœlo coronemur. vt propterea moneat idem S.Paulus: *1. Cor. 9.* *Omnis, qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem, vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.*

Quintũ incitamentum. Lib. 3. de vita contẽp. c. 19.

Quintum, admirabiles ſunt temperãtiæ fructus, quos in eius laudibus numerant Philoſophi & S.Patres. ſatis erit hoc loco vnus ſanctus Proſper. *Temperantia*, inquit, *temperantem facit abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatũ, pudicum, tacitum, ſerium, verecundum. hæc virtus ſi in animo habitat, virtutes frænat, affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confuſa ordinat, ordinata corroborat, cogitationes prauas remouet, inſerit ſanctas, ignem libidinoſæ voluptatis extinguit, animi teporem deſiderio futuræ remunerationis accendit, mentem tacita tranquillitate componit, & totam ſemper ab omni vitiorum tempeſtate defendit.*

Sextum incitamentum.

Sextum ſit exemplum Chriſti Domini & Sanctorum tam veteris quàm noui teſtamenti, in quorum vita ad Chriſti imitationem conformata tanquam in præclariſſimo ſpeculo cernitur omnis temperantia & honeſtas.

Secundus gradus.

Secundus gradus eſt pugna aduerſus tyrannidem voluptatum, quæ ſanè velut immanes quædam belluæ animum hominis rationémque ſuffocant, ſi in tempore nõ occurratur illis, hoc eſt initio. *Epiſt. 86.* ſcribit Seneca: *Facilius eſt initia affectuum prohibere, quam impetum regere.* Ideôque cupiditates appellantur, vt ſunt, plerumque effrænatæ, indomitæ, furioſæ, præcipites. S.Hieronymus comparat temperantiam circumciſioni, vt intelligamus ea *quaſi*

gladio

Digitized by Google

gladio debere nos iugulum voluptatis petere. S.Paulus poſtquam Theſſalonicenſes hortatus eſſet, vt temperantiæ operam darent,addidit: *Nos autem, qui diei ſumus,ſobrij ſimus,induti loricam fidei & charitatis,& galeam ſpem ſalutis.* Vt videlicet nos inſtrueret armis illis, quibus ſuſtinendi ſunt voluptatum impetus atque frangendi: nēpe fide,charitate,ſpe,cæteríſque virtutibus,inprimis autem cardinalibus quatuor, quæ trium theologicarū comites ſunt,& donis ſeptem Spiritus ſancti, qui ſunt earum ſoboles.ſic S. Gregorius cùm dixiſſet: *Ventus vehemens quatuor angulos domus concutit, dum fortis tentatio occultis motibus quatuor virtutes quatit*;addit, *Donum ſpiritus, quod in ſubiecta mente ante alia prudentiam, temperantiam,fortitudinem,iuſtitiam format,eandem mentem,vt contra ſingula quæque tentamenta erudiat in ſeptem mox virtutibus temperat.* In Ezec. cap.44. 1.Theſ.5. Lib.2. moraliū cap.36.

Eſt autem temperantiæ Chriſtianæ charitati innixæ propria altitudo quædam animi, qua ſimiliter S.Paulo voluptates terrenáſque delicias *arbitratur vt ſtercora.* *Temperantia,* inquit ſanctus Ambroſius, *ſacrata vinculo charitatis,myſteriorúmque contemplatione cœleſtium,negligit corporis voluptates.* Exempla huius magnanimitatis non deſunt in ſacris hiſtoriis præſertim ſanctorum martyrum & virginum,hæc autem ex viua fide pendent. ſiquidem *fidei donum electum* promittitur temperantibus. Phil.3. Lib.3.de Virginibus. Sap.3.

Tertius gradus eſt voluptas ſpiritualis,quę carnalem contemnentibus etiam in hac vita à Deo conceditur. *Vincenti enim datur manna abſconditum* & Dei amor,qui amori carnis in animo temperantis ſuccedit, & vt voluptatem malam trudit, ſic pro ea ſubiicit ſpiritus ſuauitatem quādam,quæ ſui victoriam quaſi quædam palma ſubſequitur. ſed non exiguam lætitiam adfert temperanti ipſa temperātiæ pulchritudo,qua inprimis pulcher efficitur virtutis amator. temperantiæ enim eſt proportione quadam partes animi affectúſque inter ſe temperare, & hominem voluptate reiecta turpitudinis nota liberare, quæ propriè pulchritudo animi eſt, admirabilem ſui amorem excitans, cùm animo cernitur,vt re vera cernitur ab his, qui temperatè viuunt. vt Tertius gradus. Apoc.2.

Sap.4. propterea dixerit Sapiens: *Quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate?* Et Cicero temperantiam *ornatum vitæ* cenſuerit eſſe, & in qua poſitum eſt maximè illud *decorum & honeſtum.* quod tantopere hominem decet.

Indicia temperantiæ externa quidem ſunt modeſtia, morum grauitas, conſideratus ſermo, ſilentium, vigiliæ, opera denique pœnitentiæ. Internum verò ſignum imprimis eſt dominium cogitationum & tentationum carnis: quod deprehenditur, cùm illæ inſurgunt quidem

Lib.8. confeſ. cap.11. fortaſſe, ſed non afficiunt mentem. *Non liberè contra dicentes,* vt dicit S. Auguſtinus. *eundo in obuiam, ſed veluti à à dorſo muſſitantes, & diſcedentem quaſi furtim villicantes.*

De Abſtinentia, Sobrietate, & Ieiunio.

CAPVT XXXIV.

Lib.1. de Iacob & c cap.2. SAnctus Ambroſius de Temperantia ſcribens ait: *Eam paſſionum reſtinguere ardorē, & primùm ſobrietate & moderatione animū temperare, mentem informare. Deinde etiam deliciarum abſtinentia reſtinguere habenas corporalis felicitatis.* quare abſtinentia & ſobrietas partes ſunt temperantiæ.

2.2.q. 146. a.1. Eſt autem Abſtinentia à S.Thoma deſcripta: *Virtus qua homo à cibis abſtinet, prout oportet, pro congruentia hominum, cum quibus viuit, & perſonæ ſuæ, & pro valetudinis ſuæ neceſſitate:* & hæc eſt illa abſtinentia, quam quia ratio moderatur, S.Petrus iubet, vt *in ſcientia miniſtretur.*

2.Pet.1. Sobrietas autem apud eundem ſanctum Thomam: *Vir-*

2.2.q. 149. art. 1. *tus eſt, quæ moderatur potum, non quemcunque, ſed eius rei, quæ ſua fumoſitate nata eſt caput conturbare, ſicut vinum & omne quod inebriare poteſt.* Ieiunium verò *eſt inſignis ab-*

2.2.q. 147.art. 1.& 2. *ſtinentiæ actus,* vt idem eſt auctor, *ordinatus ad bonum honeſtum, nimirum ad concupiſcentias carnis reprimendas, mē-tem ad contemplandas res cœleſtes ſubleuandam, & ſatiſfa-*

ciendum

Digitized by Google

ciendum pro peccatis. Et hoc eſt duplex, naturale & Eccleſiaſticum. Naturale eſt, quod quiſque naturæ legis inſtinctu ſponte ſuſcipit, quatenus ſibi opus eſſe intelligit ad antè dictum finem conſequendum. Eccleſiaſticum eſt, cùm abſtinemus à cibis certis temporibus & certa ratione iuxta Eccleſiæ morem atque præſcriptum. Quare Eccleſiaſticum Ieiunium eſt ſimul abſtinentiæ & obedientiæ officium. Sunt autem tria hæc ita inter ſe coniuncta, vt à nobis non debeant tractatione ſeparari.

Primus igitur gradus eſt propoſitum abſtinentiæ ſobrietatis, & ieiunij. non hîc loquimur de iis prout imperantur ab Eccleſia, aut inſtituti proprij diſciplina, qua ratione ad obedientiam pertinent, ſed prout actiones ſunt virtutis laudabiles. *Primus gradus.*

Ad id inducunt primùm ſcripturæ antiquæ & nouæ, in quibus abſtinentia, ſobrietas, ieiunium magnopere commendatur. Salomon: *Vtere quaſi frugi his, quæ tibi apponuntur, vt non cùm manducas multum, odio habearis*. Et alibi: *Beata terra, cuius principes comedunt in tempore ſuo, ad reficiendum & non ad luxuriam. Qui autem abſtinens eſt, adiiciet vitam*. Item: *Exultatio animæ & cordis vinum moderatè potatum. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus*. Et Apoſtolus: *Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria*. S. Petrus: *Sobrij eſtote & vigilate*. Denique: *Sanctificate ieiunium*. Et apud Apoſtolum: *Exhibeamus noſipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in ieiunijs, in vigilijs, in caſtitate*. *Primum incitamentum. Eccl. 31. Eccl. 10. Eccl. 31. Epheſ. 5. 1. Pet. 5. Ioel. 2. 2. Cor. 6.*

Secundum ſint mala, quæ ex vitiis his virtutibus contrariis oriuntur. Dominus ait: *Ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis huius vitæ*. Et ille qui *epulabatur quotidie ſplendidè*, dicitur ab eodem mortuus *in inferno ſepultus*. Et Salomon: *vinum multum potatum*, ait, *facere irritationem, iram, vulnera, apoſtatare ſapientes, & ruinas multas: & propter crapulam* (ex qua morbi exiſtunt multi) *obiiſſe multos*. Sanè cùm Chriſtus Dominus aſſerit *grauari crapula & ebrietate*, ſimul indicat his vitiis mentem & animum obrui, itaque ventri obedientem reddi, vt de ſuperis ac cœleſtibus rebus, de virtutum officiis cogitare parum aut nihil poſſit. *Secundum incitamentum. Luc. 21. Luc. 16. Eccl. 31. Eccl. 19. Luc. 21.*

Digitized by Google

Tertium incitamentum. *Libr. de Helia & ieiunio, cap. 3.*

Tertium ſint effectus præſtantes ieiunij. Breuiter de his ſanctus Ambroſius: *Quid eſt ieiunium niſi ſubſtantia & imago cœleſtis? ieiunium refectio animæ, cibus mentis eſt. Ieiunium vita eſt Angelorum, ieiunium culpæ mors, excidium delictorum, remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum eſt caſtitatis. hoc ad Deum gradu citiùs peruenitur.*

Quartũ incitamentum. *Matt. 4.*

Quartum ſit exemplum Chriſti Domini, qui abſtinentiam & ſobrietatem perpetuò coluit: ſed & *ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus*, non manducans neque bibens. Exemplum S. Ioannis Baptiſtæ, Apoſtolorum, & omnium omnino ſanctorum virorum, quicumque ante Chriſtum & multo maximè poſt Chriſti aduentum in Chriſtiana philoſophia excelluerunt.

Secundus gradus.

Secundus gradus eſt fortitudo, quæ non exigua ad harum virtutum actiones neceſſaria eſt. 1. Primum enim nobis certamen eſt cum nobiſipſis, corpore inquam & appetitu noſtro; quem vincere vt difficile, ſic glorioſum eſt. 2. Deinde cum diabolo, qui carnis noſtræ cauſam interna tentatione quaſi iuſtum patrocinium arripit. *Quid facis, quia ieiunas* (ex S. Auguſtino) *defraudas animam tuam non ei das, quod delectat, tibi ipſi ingeris pœnam: tuus ipſe tortor & cruciator exiſtis. Deo ergo placet, quòd te crucias? ergo crudelis eſt, qui delectatur pœnis tuis.*

Tract. de vtilitate ieiunij.

Prima reſponſio.

Duplex eſt reſponſio. prior eſt ex eodem S. Auguſtino: *Reſponde*, ait, *huic tentationi, Excrucio me planè, vt ille parcat: do de me pœnas, vt ille ſubueniat, vt placeam oculis eius, vt delectent ſuauitatem eius. nam & victima excruciatur, vt in aram imponatur. minus premet mentem meam caro mea. & tali diſſuaſori malo ſeruo ventri reſponde per hanc ſimilitudinem & dic: ſi iumento fortè inſideres, ſi equo vtereris, qui te geſtando poſſet præcipitare, nonne, vt ſecurus iter ageres, cibaria ferocienti ſubtraheres, & fame domares, quem freno non poſſes? caro mea iumentum meum eſt. iter ago in Hieruſalem, plerumque me rapit, & de via conatur excludere. Via mea Chriſtus eſt. ita exultãtem non cohibeo ieiunio? Si quis hoc ſapit, etiam ipſo experimento probat, quàm vtiliter ieiunetur.*

Secunda reſponſio. *Hom. de Iona Prophe.*

Poſterior reſponſio eſt S. Chryſoſtomi: *Si diligenter*, ait, *ſcrutari volueris, inuenies ieiunio corpora roborari validius. Et ſi mecum reſpuis ſermonem, medicorum te doceat*

Digitized by Google

diſciplina, qui parcitatem ſalutis nominant matrem. nam pedum dolores, capitis vertiginem, ſubitaneas mortes, & cætera quibus febris atque langores corporis comparantur, ex luxuriis atque voluptatibus aiunt generari, & tanquã de fonte noxios riuos ad corporum læſionem & ad animarum perturbationem commeare teſtantur.

Quare præclara eſt Ariſtotelis ſententia: *Quod turpia appetit, incremen umque magnum accipit caſtigandum eſt ac temperandum. Huiuſmodi maximè eſt cupiditas & puer.* *Libr. 3. Eth. c. 12.*

Hæc autem pugna ieiunij contra corpus propriè pertinet ad fomitem, qui nobis eſt natura inſitus. corpus igitur ita coërcendum, vt negotium rationi vel nullum vel paruum facesſcat. quod ſimilitudine apta declarat S. Baſilius: *Quemadmodum*, inquit, *vermes, qui in puerorum inteſtinis germinant, pharmacis quibuſdam vehementer acribus & amaris excutiuntur: ita peccatum in intimis ſeceſſibus habitans, extinguit enecatque ſimulatque in animam ſuperuenerit ieiunium, & hoc ipſum ſuo dignum nomine, quod media purget animæ viſcera. enecat*, inquit, *cohibẽdo & comprimendo*, quia nimirum, vt ait S. Athanaſius, *efficit ne inſurgant in nos cõcupiſcentiæ.* Idem S. Baſilius: *Sicut*, ait, *athleta oleo roboratur ſic ieiunio animus ieiunãtis*, præſertim ſi continuetur, ideo enim S. Maximus Taurinenſis ieiunia continuata comparat caſtris, & addit: *Murus igitur quidam eſt Chriſtiano ieiunium inexpugnabilis diabolo, intranſgreſſibilis inimico. Quis enim vnquam Chriſtianorum ieiunauit, & captus eſt?* *Hom. 1. de laudibus ieiunij. Ser. 1. de Ieiunio. Hom. 1. Hom. 25.*

Sed hæc oſtendunt ieiunia arma eſſe quibus tegimur ad reſiſtendum diabolo, & repellendum à nobis hoſtem: at S. Leo auctor eſt, eadem prodeſſe nobis, *ad eundem proſternendum & elidendum.* & Dominus: *hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi in oratione & ieiunio.* *Ser. 4. de ieiunio decimo mẽſis. Matt. 17.*

Tertius gradus eſt delectatio, quæ percipitur ex ieiunio, vt enim oneratur animus obruiturque crapula, ſic alleuatur abſtinentia & ieiunio. magnus etiam voluptatis fructus capitur ex ſanitate, aut ſaturnitatis diuturnitate, vtraque autem ex ieiunio naſcitur. *Interroga medicos*, ait S. Baſilius, *ac dicent tibi, nihil eſſe periculoſius habitudine corporis extremè bona. Eoque, qui peritiſſimi ſunt* *Tertius gradus. Hom. 2. de ieiun.*

artis, per ieiunium detrahunt redundantiam, ne vis naturæ pondere corpulentiæ fracta ſuccumbat. augent hanc lætitiam virtutes eximiæ, & multæ quas ieiunium corporis
Epiſt.82. ingenerat animo, ſic ſcribit S. Ambroſius: *Vt Eſaias ſpiri-*
Iſaiæ.58. *tu diuino locutus; oſſa tua pingueſcent, & eris ſicut hortus*
Pſal. 22. *ebrius; pingueſcit igitur anima tua virtuteſque eius ſpiritualí adipe ieiunij, & fructus tui multiplicantur vbertate mentis tuæ; vt ſit in te ſobria ebrietas, ſicut eſt illud poculum de quo ait Propheta; & poculum tuum inebrians, quam præclarum eſt.*

Indicium primum. Indicia virtutum harum ſunt primum firma, ſtabilis, conſtans viuendi regula, quæ violetur nunquam, niſi charitas vrgeat, ad quod plurimum iuuant regulæ B. P.
2. Ignatij, de victu temperando. Secundum nunquam ad menſam ſine fame accedere, nec fame planè depulſa ab
3. ea recedere, vide Caſſianum libro quinto. Tertium non alia condimenta curare magis quàm famem ipſam.
4. Quartum eſt, nihil ſolicitari cogitationibus cibi potúſve, ac multò minus de iis miſcere ſermonem.

De Continentia, Caſtitate, & Virginitate.

CAPVT XXXV.

Lib.7. Eth. QVAMVIS Ariſtoteles opinetur continentiam non tam eſſe virtutem, quàm viam ad virtutem, propterea quòd exiſtimet, ius officium eſſe reſiſtere concupiſcentiis prauis, cùm vehementes ſunt, quas abeſſe à virtute prædito oporteret, nihilominus aliqui Theologi eam inter virtutes collocant, quod hoc nomen tribuendum cenſent cuicunque principio actionis laudabilis: qualis eſt continentia, cuius eſt officium cohibere hominem non ſolùm ab impetu, ſed quantum poteſt ab omni motu turpis delectationis, quare ab
Galat.5. Apoſtolo iungitur caſtitati, & ab aliis exiſtimatur æquè latè patere, ac temperantiam, eandémque materiam habere: nos hîc de ea loquimur, vt eſt quædam caſtitatis

& virgi

Digitized by Google

& virginitatis communis ratio.

Eſt autem caſtitas S. Thomæ *virtus, qua homo ſecundum iudicium rationis & electionem voluntatis moderatè vtitur corporis membris*, cui adiuncta eſt pudicitia, quæ re ipſa eadem eſt ac caſtitas, quamuis propriè externas actiones hominis ad honeſti normam dirigat. Virginitas verò à S. Auguſtino deſcribitur *in carne corruptibili incorruptionis perpetua meditatio*. per meditationem intelligitur propoſitũ, in quo perpetuò Virgo perſeuerat, huic adiungitur proxima viduarum continentia. 2. 2. q. 151 art. 1. ad 1. Lib. de Virg. cap. 13.

Caſtitatis lege tenentur omnes, ſuo etiã modò ij, qui matrimonio iuncti ſunt, ita nimirũ, vt mutuã fidem ne fallant, & in cõiugij officiis modeſtiæ fines nõ trãſiliant.

Primus gradus ſit propoſitum caſtitatis, ad quod mouent multa. Primum non eſt impuris hominibus aditus in cœlum. *Hoc ſcitote*, inquit Apoſtolus, *intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt Idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.* quod intelligitur de iis etiam, qui animo ſolùm impudici ſunt, ſiue cupiditate, ſiue deliberato conſenſu ad carnis delectationes. Sanctiſſima enim Chriſti ſententia eſt. *Qui viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* *Primus gradus. Primum incitamentum. Ad caſtitatem. Epheſ. 5. Matt. 5.*

Secundum eſt, multò maximè Chriſtianis hominibus fugienda eſt omnis impuritas, quia per baptiſmum corpora noſtra membra Chriſti myſtica effecta cum ſint, redundat culpæ huius iniuria in Chriſtum ipſum, quod Apoſtolus conſiderandum proponit, cùm dicit: *Neſcitis, quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* quare alibi ad ſanctitatem gratiæ habitantis in viris bonis prouocans idem Apoſtolus ait; *Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet Sanctos, aut turpido.* *Secundũ incitamentum. 1. Cor. 6. Epheſ. 5.*

Tertium, caſtitas non eſt obſcurum indicium prædeſtinationis. Siquidem prædeſtinati in ſcripturis *vaſa honoris* appellantur, ait autem Apoſtolus: *Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſquiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore.* huc pertinent quæ diximus *Tertium incitamentum. 1. Theſ. 4.*

aduerſus luxuriam in ſecundo libro.

Ad Virginitat. Incitamentum primum. Ad propoſitum porrò Virginitatis aut caſtitatis perpetuæ innumera ſunt, quæ mouent. Primum eius præſtantia tãta, vt vitæ propriæ à multis antepoſita ſit, quot enim, ne perderent caſtitatem, vitam profuderunt, vel ablatam vi ab aliis, vel (nec ſine diuino inſtinctu) ſponte abiectam: plenæ ſunt hiſtoriæ noſtræ, legatur S. Ambroſij liber tertius de Virginibus, & octauus liber hiſtoriæ *Cap. 4.* Euſebij Cæſarienſis: quanti etiam fiat ab hominibus generis propagatio, nemo eſt, qui ignoret, huic autem tanto bono prætulerunt non vulgares ſolùm & pauperes homines caſtitatem, ſed diuites multi ac præpotentes, Duces, Reges, Imperatores ipſi: glorioſiorem reputantes mortem poſt cœlibem vitam immortalitate, quam ex liberis regnorum hæredibus ex honeſto matrimonio ſuſceptis facilè conſequi potuiſſent.

Secundũ incitamentum. Secundum eſt caſtitatis pulchritudo, eſt enim, vt ſcripſit S. Sulpitius: *Beata ſpecies eius, & Deo digna.* Et apud *Dial. 2.* Salomonen legimus: *O quàm pulchra eſt caſta generatio* *Sap. 4.* *cum charitate!* Hac, ait S. Gregorius Nyſſenus, *reſtaurari* *Libr. de virginit.* *ac reſtitui deprauatã imaginem Dei in nobis.* ob hanc vnam maximè ſancti Patres, Chryſoſtomus, Nazianzenus, Baſilius, Ambroſius, & alij vitam caſtorum hominum prædicant *vitam eſſe Angelorum*, nec obſcurè id à Domino ſi-*Mat. 22.* gnificatur cùm ait: *Neque nubent neque nubentur, ſederunt ſicut Angeli Dei in cœlo.*

Tertium incitamẽtum. Tertium eſt vtilitas. Siquidem ab infinitis propemodum malis nos liberat caſtitas, attingit aliqua S. Paulus, vt illa: *Volo, vos ſine ſolicitudine eſſe, tribulationem tamen* *1.* *carnis habebunt huiuſmodi, & diuiſus eſt, cogitat quæ ſunt* *1. Cor. 7.* *mundi.* Plura hæc explicans recenſet S. Chryſoſtomus, *Lib. de virginit.* auget nos innumeris bonis, eſt enim caſtitas radix ſapientiæ Salomoni, quare ſapientiſſimi quique caſtiſſimi, *2.* Hieremias, Daniel, qui etiam virgines perſeuerarunt, *Sap. 3.* Apoſtoli, Sancti quique noui teſtamenti, quo doctrina *3.* præſtantiores, eo & caſtitate. Confert robur corporis & animi. *Confirmatũ eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaue-* *Iud. 15.* *ris*, dictum eſt Iudith: ſed cumulat animum cęleſti gratia præclariſque donis Dei.

Quare

Quare pretioſa res eſt caſtitas. *Omnis ponderatio*, ait Salomon, *non eſt digna continentis animæ.* cóque pretioſior Virginitas,quòd ſi ſemel amittatur,recuperari nunquam poteſt, certè à ſanctis Patribus *ſacrificium* appellatur, *quo nihil Deo gratius,nihilque magis ad illum nobis conciliandum aptius.* ſic ab Orihine,ſic à S. Ambroſio,propterea ſcriptum eſt: *Qui diligit cordis munditiem,habebit amicum Regem.* — 4. Eccle. 29. Hom. 23. in Num. Lib. 2. de virginib. Prou. 22.

Quartum eſt exemplum Chriſti Domini, qui Virgo ex Virgine procreatus,primus virginibus & caſtis hominibus virginitatis perpetuæ ſignum ſuſtulit: quare qui caſtitatem ſectantur, nomen Chriſto matrique eius ſanctiſſimæ dant, hos duces ad ampliſſimam gloriam, hos anteſignanos habent,commilitones autem Sanctos omnes,illos autem inprimis, qui, ne caſtitatem desererent, vitam deſeruerunt. — *Quartũ incitamentum.*

Quintum eſt præmium,quod caſtis quidem omnibus paratum in cœlo eſt maximum, Virginibus autem multo maximum: hi enim, *quòd virgines ſint, ſequuntur agnum quocunque ierit, & canunt canticum agni.* Denique dicebat Dominus: *Qui poteſt capere capiat.* proponens, vt ait S. Hieronymus, *Agonotheta præmium,inuitans ad curſum,tenénſque in manu virginitatis brauium oſtendit puriſſimum fontem & clamitat: Qui ſitit,veniat, & bibat.* — *Quintũ incitamentum.* Apoc. 14. Mat. 19. Libr. 1. aduerſus Iouinian.

Secundus gradus caſtitatis & virginitatis eſt fortitudo: quæ huic ſtatui magna à Deo conceditur, vt Iudith indicatum eſſe ſuprà diximus,& perſpicuum eſt ex martyrum & virginum paſſionibus: propter quam cauſam virginitas *martyrio comparatur* à ſancto Hieronimo, & à ſancto Ambroſio,ſancto Bernardo& aliis non tam quòd in martyribus reperiatur,quã vt opinatur S. Ambroſius. *quòd ipſa martyres faciat*, facit verò fortitudinem, quæ martyrij parens eſt augendo maximè & roborando: eo adhuc martyrio laudabilior, quòd non breue, ſed longum diuturnúmque martyrium, cùm ſit continuam quaſi mortem carni adfert quod quã magnam grauémque moleſtiam exhibeat homini nemo non intelligit, ex naturali appetitu & propenſione omnium hominum ad illas voluptates, quæ etiam nonnunquam malæ non — *Secundus gradus.* *Epiſt. ad Demetr.* Lib. 1. de virginibus. Ser. 30. in Cant.

Digitized by Google

ſunt, ſed neceſſariæ coniugibus ad filios procreādos. Sed de fortitudine caſtitatis præclarè ſanctus Hieronymus: *Grandis fidei eſt grandiſque virtutis Dei templum eſſe puriſſimum, totum ſe holocauſtum offerre Domino, & iuxta eundem Apoſtolum ſanctū eſſe corpore & ſpiritu. Hi ſunt Eunuchi, qui ſe lignum aridum ob ſterilitatem putantes, audiunt per Eſaiam quod pro filijs & filiabus locum habeant in cœlis paratum. Horum typus eſt Abimelech Eunuchus in Hieremia, & Spado ille reginæ Candaces in Actis Apoſtolorum, quòd ob robur fidei viri nomen obtinuit.*

Lib. 1. in Iouin. *1. Cor. 7.* *Iſaiæ 56.* *Hier. 38.* *Actor. 8.*

Tertius gradus. Tertius gradus eſt ſpiritualis delectatio, ob hanc ait S. Thomas, *caſtitatem & continentiam* numerari ab Apoſtolo *in fructibus Spiritus ſancti.* fructus enim diuinus adnaſcitur in virtute ſibi cognata, & animum proficientis in virtutis vſu mira ſuauitate complet. quod experimento quotidiano probant hominis puri ac caſti. nam vt ait S. Cyprianus: *Voluptatem viciſſe, voluptas eſt maxima, & nulla maior victoria, quàm quæ de cupiditatibus refertur.*

Libr. de bono pudic.

Coll. 12. cap. 7. Caſtitatis indicia peti poſſunt ex illis ſex gradibus caſtitatis, quos numerat Caſſianus, de quibus ſententiam meam ſecundo libro explicaui, ſunt autē hi: Primus non
1. impugnari carnaliter in vigilia. Secundus non immorari
2. cogitationibus voluptarijs. Tertius non moueri etiam
3. tenuiter aſpectu femineo. Quartus non perferre in vigi-
4. lia vel ſimplicem motum carnis. Quintus cùm neceſſa-
5. ria cogitatio ſuſcipitur humanæ generationis, nihil ma-
6. gis moueri, quàm ſi de lapidibus cogitares. Sextus non illudi etiam per ſomnium obſcœnis phantaſmatibus.

De Manſuetudine.

CAPVT XXXVI.

Lib. 4. cap. 4. SANCTVS Thomas, *Manſuetudo*, inquit, *eſt, quæ ſecundùm rationem rectam moderatur iras*, vt dicitur in libro quarto Ethicorum.

Primus gradus. Primus gradus manſuetudinis eſt voluntas eam habendi:

bendi : ad quam inducunt, primùm ipſa hominum natura communis. (inquit Seneca) *laus eſt ſi homo manſuetus homini eſt. omne quod vides, quo humana diuináque concluſa ſunt, vnum eſt. membra ſumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cùm ex iiſdem & in eadem gigneret, hæc nobis amorem indidit mutuum, & ſociabiles fecit, illa æquũ iuſtúmque compoſuit. ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere, quàm lædi. ex illius imperio paratæ ſunt iuuantis manus. Iſte verſus & in pectore & in ore ſit, Homo ſum, humani nihil à me alienum puto. Habeamus in commune, quòd nati ſumus. ſocietas noſtra lapidum fornicationi ſimillima eſt, quæ caſura niſi inuicem obſtarent, hoc ipſo ſuſtinetur.* Primum incitamẽtum. Epiſt. 95.

Secundum manſuetudo pacem animo conciliat. ſanctus Chryſoſt. *Nihil animum ita in tranquillitate & quiete eſſe facit, vt manſuetudo & modeſtia, hæc omni diademate & gloria conducibilior. Quid enim beatius, quàm inteſtino liberari bello? nam quamuis plurima pace ex cura externa fruamur, ſi intra nos cogitationum naſcatur tempeſtas, tumultus, ſeditio, nihil externa pax nobis proderit: ſicut & nihil miſerabilius eſt aliud ciuitate, quæ licet præſidijs & muris bene ſit munita, intus tamen ciues foueat proditores. Hoc igitur, obſecro, vt ante omnia nobis ſit cura, quomodo animam à turbulentia vindicemus, & in tranquillo ſtatu educamus, & ab omni liberemus amaritudine, quo & iiſi multa fruamur quiete, & ijs, qui familiaritatem nobiſcum habent, ſimus blandi. hoc enim certiſſimum ſignum, quo internoſcitur vir ratione præditus, ſi manſuetus fuerit, ſi lenis, ſi mitis, ſi modeſtus & quietus, ſi nõ quaſi ſeruus ducatur & trahatur aut ab ira, aut ab alijs affectionibus: ſed ratione vincat internos illos incompoſitos motus, nobilemque ſuam generoſitatem ſeruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret.* Secundũ incitamẽtum. Hom. 34. Gen. 13.

Tertium eſt amor aliorum hominum erga manſuetum. Idem alibi : *Mitis orphanorum pater eſt, viduarũ præſes, paupertatis procurator, iniuria affectorum adiutor, ſemper ſtrenuè agit, quod iuſtum eſt. Mitis reuerendus pater pueris, & obſeruandus dominus eſt ſeruis. nihil enim ita conciliat domino familiares, vt quod illum vident tranquillum ſe offerre, & manſuetudine iucundum. nam & talem maioris faciunt, habéntque pro patre, non pro domino: gratus & amabilis* Tertium incitamẽtum Homil de manſuetudine.

eſt videntibus, gratus item & his, quibus tantùm nomine notus eſt: neque faciſe vllum inuenies, qui audiens laudari hominem manſuetum, illum videre & exoſculari non deſideret, & non habeat in aliquanta lucri parte eius amicitia poſſe diu frui.

Quartũ incitamẽtum. Quartum, non ſolùm ab hominibus manſuetus amatur, ſed Deo etiam gratiſſimus eſt: *Suſcipiens*, ait Dauid, *manſuetos Dominus.* horum audit orationes. *humilium*, ait Iudith, *& manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio.* ad hos filium certa ratione deſtinauit. *Ad nunciandum*, ait, *manſuetus miſit me*, his gratiam ſuam largitur *Manſuetis*, ait Salomon, *dabit gratiam.* hos dirigit in actionibus & negotijs quaſi conſiliatius. *Diriget manſuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas*: adeò vt ſcripſerit S. Chryſoſtomus: *Deus non ita diligit homines propter virginitatem, ieiunium, contemptum diuitiarum, hilarem eleemoſynam largitionem, vt propter mites beneque compoſitos.*

Pſ.146. Iudith.9. Iſaia 61. Prou.3. Pſal.24.

Quintum incitamẽtum. Quintum magna vis eſt manſuetudinis, nam non ſolùm hominem amabilem facit, ſed inimicum multo feliciùs ſuperat quàm iracundia, nempe ad pœnitentiam fletumque conuertens. Sic Apoſtolus commemorans illud Salomonis dictum: *eſurierit inimicus tuus, ciba illum, ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius.* per carbones ignis, vt exponit ſanctus Auguſtinus, ſignificat *vrentes pœnitentia gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius, qui dolet, ſe inimicum fuiſſe hominis, à quo eius miſeria ſubuenitur.*

Prou.12. Lib.3. de doctrina Chriſt. cap.16.

Sextum incitamẽtum. Sextum eſt exemplum, nam vt ait S. Chryſoſtomus: *Vt hi qui laborant oculis, colorem aliquem ſuauem frequenter intuendo nonnullum morbi capiunt leuamen: ſic is, qui hominum manſuetorum imaginem præ oculis habet, ſi in ea aſsiduè defigat oculos, etiamſi millies obtundat ira mentis oculum perturbans perfectam ſanitatem, puramque philoſophiam ac tranquillitatem animi conſequetur.*

Hom.3. de Dauid & Saul. Poſt medium.

Porrò exempla manſuetorum Ethicorum multa ſcribit Plutarchus libro de ira cohibenda, & Seneca libro tertio de ira. Noſtrorũ autem exẽplis abundat ſcriptura diuina, Moyſis erga populum illum duræ ceruicis, Iacob, erga Eſau, Ioſeph erga fratres, Dauidis in primis erga

cap.12. Exod.15. & 16.

Saulem

Saulem & alios Sed nullum eſt illuſtrius exemplo Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni vita, maximè verò paſſionis tempore. *Cùm enim malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè.* Et apud Iſaiam: *Tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum.* Denique virtutes omnes in Chriſto illuſtriſſimæ fuerunt, & imitatione digniſſimæ: aliquid tamen eximium habuit inter illas admirabilis eius manſuetudo. nam propterea dixit Apoſtolus; *Obſecro vos per manſuetudinem & modeſtiam Chriſti.* Et ipſe Dominus: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris.* Huc etiã pertinet deſcriptio Iſaiæ, repetita apud ſanctum Matthæum; *Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius, arundinem quaſſatam non confringet, linum fumigans non extinguet.*

1.Pet.2. *Iſaia 53.* 2.Cor.10 *Matt.11.* *Iſaia 42.* *Mat. 12.*

Facit etiam ad iram deteſtandam, & excolendã manſuetudinem, ipſius iræ turpitudinis conſideratio, quam attingimus libro ſecundo, & Scriptores tam profani quàm ſacri latè perſequuntur. Cicero, Seneca, Plutarchus, ſanctus Baſilius, ſanctus Gregorius Magnus, ſanctus Ambroſius.

Tuſc. 4. *Lib. de ira.* Homil. *de ira.* *Hom. 29. ad pop. & 30. & 31.* *Lib. 5. moraliũ, cap. 30. 31. & 33.* *Lib. 8. epiſt. 31.* *Lib. 1. officior. cap. 21.*

Secundus gradus manſuetudinis eſt fortitudo. nam ira ferox eſt bellua tam tua quàm alterius, qui in te debacchatur. *Nihil iracundo homine*, ait S. Chryſoſtomus, *infeſtius. Fera potiùs quàm iracundo homini cohabitandum eſt, nam illa cùm ſemel manſuefacta fuerit, ſuam ſeruat legem: hunc autem quotieſcunque mitigaueris, rurſus efferatur. ſicut enim dies clara & ſerena, & hyems multa plena triſtitia, itidem & iraſcentis animus & manſueti. Quis tortor ita laniare latera poterat? qua ignita tela corpus ita perforare? quis furor ex naturalibus ſenſibus ita excedere facit, ſicut furor & iræ conſternatio? ebrietas quædam eſt ira, immo verò difficilior ebrietate & dæmone miſerabilior.* quæ omnia his, quæ in ſacris literis de ira ſcripta ſunt, valde conſentanea ſunt. *Melius eſt* (inquit Salomon) *habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & iracunda.* Et propterea alibi: *Noli*, ait, *eſſe amicus homini*

Secundus gradus. Homil. *29. ad populum.* *Prou. 21.*

Prou.22. *iracundo, neque ambules cum viro furioſo, ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.*

Lib. 5. moraliū, cap. 31. Primus modus. Quomodo autem fortitudo manſuetudinis aduerſus iram exerceri debeat, docet S. Gregorius. *Duobus modis fracta poſſidere animum ira deſueſcit. Primus quippe eſt, vt mens ſolicita antequam agere quodlibet incipiat, omnes ſibi, quas pati poteſt, contumelias proponat, quatenus redemptoris ſui probra cogitans ad aduerſa ſe præparet. Quæ nimirum venientia tanto fortiùs excipit, quanto ſe cautiùs ex praſcientia armauit.* Et poſt pauca: *Secundus autem ſeruandæ manſuetudinis modus eſt, vt cùm alienos exceſſus adſpicimus, noſtra, quibus in alijs exceſſimus, delicta cogitemus. conſiderata quippe infirmitas propria mala nobis excuſat aliena.* S. Bernardus etiam auctor eſt; *Ex conſideratione iniquitatis propriæ, & ex dolore qui ob culpam in Deum commiſſam concipitur, oriri non ſolùm manſuetudinem, cui draconis flatus non noceat, ſed etiam magnanimitatem, quam rugitus leonis non terreat.*

Secundus modus.

Ser. 13. in Pſal. Qui habitat.

Tertius gradus. Lib. 1. officior. cap. 21. Tertius mãſuetudinis gradus eſt delectatio, hæc percipitur in vſu manſuetudinis inueteratæ, quæ habitus virtutis huius eſt: quem requirit in primis S. Ambroſius cùm diſputat contra iram. *Primum,* inquit, *eſt, ſi fieri poteſt, vt morum tranquillitas vſu quodam affectionis propoſito in naturam vertatur.* habitus autem delectationem habet. præſertim verò manſuetudo; quæ inimica omnis perturbationis, pacis autem conciliatrix cùm ſit, mirabilem voluptatem animo adfert. magnæ etiam lætitiæ eſt amari ab hominibus amore gratuito & liberali. hūc autem propria ratione captat manſuetudo. quare dice-

Matt. 5. bat Dominus: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

Galat. 5. gaudium hoc ab Apoſtolo inter fructus ſpiritus adnumeratum manſuetudo nominatur, hoc eſt, delectatio, quam vſu manſuetudinis conſequitur proficiens.

Primum indicium. Indicia manſuetudinis ſunt actiones virtutis manſuetudini affinis, qualis eſt humilitas, quas propter affinitatem ſæpe ſcriptura diuina ſimul iungit, ſicut etiam patientiam, quare amans patientiæ & humilitatis cultor ferè ſemper lenis & mitis eſt. Indicium etiam manſue-

2. tudinis eſt interna quies. Siquidem Dominus ait, *Inue-*

Digitized by Google

nietis requiem animabus veſtris. Matt. 11.

De Modeſtia.

CAPVT XXXVII.

MODESTIA, quæ latè accepta modera-tio eſt cupiditatum rationi obediens, pro-priè virtus eſt, vt S. Thomas docet, *qua in rebus mediccribus ac minimis modum ponit.* iungitur autem temperantiæ, quæ per ſe paſſionum vehementium moderatrix eſt, ſicut modeſtia aliarum motionum animi, actionumque corporis ex-ternarum. 22. *quaſt.* 160. *a.* 1.

Andronicus quidam tres partes modeſtiæ ſtatuebat, vt refert ſanctus Thomas, *ordinationem*, ad quam perti-net ordinem conſtituere in agendis rebus: quid ſcilicet ſit obeundum, quid omittendum, & qua ratione: *orna-tum*, quo homo agit, quod agit, vt decet: & *auſteritatem*, qua in alloquiis & congreſſibus requiſita maturitas re-tinetur. 22. *quaſt.* 143. *a.* 1.

Primus modeſtiæ gradus eſt voluntas eam habendi, ad quam mouent. Primùm, quòd in diuinis libris incō-poſitæ actiones ac mores vituperantur, & peccati dam-nantur. *Pro eo quòd* (ſcribit Eſaias) *eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo extento, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus ſuis compoſito gra du incedebant, decaluabit Deus verticem filiarum Sion.* Sa-lomon etiam *Apoſtatam hominem*, hoc eſt perduellem & perditum dicit, *annuere oculis, terere pede, digito loqui.* quo etiam loco *oculos ſublimes ſe deteſtare* confirmat. Idem ſæpe prudenter carpit tanquam ſtultos homines nimio *riſui* deditos, eóſque, quorum *oculos*, ait, *non præcedere greſſus*, ſed auolare *in fines terræ.* Idem quamplurima præ-cepta tradit humanæ conſuetudinis & amicitiæ ad mo-deſtiam pertinentia in congreſſibus, in colloquiis, in cō-uiuiis, in itinere, in commercio, domi & foris, corā Re-

Primus gradus. Primum incitamentum. Iſaiæ 3. *Prou.* 6. *Eccle.* 7. *Eccl.* 19. *&* 21. *Prou.* 4. *&* 17.

gibus,

Digitized by Google

gibus, cum ciuibus, cum magiſtratum gerentibus, cum priuatis hominibus, in communi & priuata lætitia luctúve, cum parentibus, cum liberis cum vxore, cum ſeruis, quæ longum planè eſſet numerare.

Contrà verò Scriptura ſacra modeſtiam mirificè cōmendat, coniungit videlicet timori diuino. *Finis*, inquit, *modeſtia timor Domini. Cum modeſtia & timore*, ait S. Petrus *conſcientiam habentes bonam.* Et S. Paulus æquè vult nos modeſtia ornatos, & vt ille ait *indutos, ac patientia & humilitate.* & vehementer quidem vult *gaudere eos*, ſed addit; *modeſtia noſtra veſtra ſit omnibus hominibus.* S. Ambroſius cum dixiſſet etiam dum Deo preces fundimus, modeſtos nos eſſe debere, qualis erat ille publicanus, qui *non audebat oculos in cœlum tollere*, addit: *ideoq; oremus in incorruptione quieti & modeſti ſpiritus, qui eſt ante Deum locuples, vt ait S. Petrus*, Magna igitur modeſtia, quæ cũ ſit etiam ſui iuris remiſſior, nihil ſibi vſurpans, nihil vẽdicans, & quodammodo inter vires ſuas contractior, diues eſt apud Deum, apud quem nemo diues. Diues eſt modeſtia, quia portio Dei eſt.

Prou.22. 2.Pet.3. Coloſſ.3. Phil.4. Lib.1.offic.c.8. 1.Pet.3.

Secundum eſt exemplum *modeſtia Chriſti Domini*, quã prædicat Apoſtolus *per eam* Corinthios obteſtans; & eadem teſtata eſt ac manifeſta in vniuerſo Euangelio. Exemplum item modeſtiæ ſanctiſſimæ Dei matris, de qua ſic idem S. Ambroſius: *Bonus regendæ caſtitatis pudor eſt comes, qui ſi ſe prætendat ad ea, quæ prima pericula ſunt, pudicitiam temerari non ſinat. Hic primus in ipſo cognitionis ingreſſu Domini matrem commendat legentibus, & tanquam teſtis locuples dignam, quæ ad tale munus eligeretur aſtruit, quòd in cubiculo, quòd ſola, quòd ſalutata ab Angelo tacet, & mota eſt in introitu eius, quòd ad virilis ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus Virginis. Itaque quamuis eſſet humilis, præ verecundia tamen non reſalutauit.* Narrat S. Gregorius Virginem adoleſcentulam maturam, vt ita dicã, cœlo, non antè ad cœleſtes nuptias admiſſam à diuino ſponſo, quàm leuitatẽ vanitatémque morum per modeſtiã exuiſſet. Tãtũ Deo diſplicet vanitas & immodeſtia.

Secũdum incitamentum. 2.Cor.10 Ibidem. Lib.4. Dialog. cap.17.

Tertium eſt, quoniam ſicut *corrumpunt bonos mores colloquia praua*; ſic deprauatæ ac incompoſitæ actiones ho-

Tertium incitamentum. 1.Cor.15

minis externæ pernicies ſunt & peſtis virtutum animi: ſeruit enim corpori nullo negotio animus, & ſeſe ad illius mores facillimè conformat ac fingit. *Studeamus modeſtiæ*, ait S. Baſilius, *nam ſtudiis & exercitiis aſſimilatur anima, & qualia facit, talis formatur & figuratur.* *Serm. de Humil.*

Secundus gradus eſt fortitudo modeſtiæ. nam vt ait S. Gregorius: *Intus eſt cuſtodia, quæ compoſita ſeruat exterius membra; qui ergo ſtatum mentis perdidit, foris in inconſtātia motionis fluit, atque exteriori mobilitate indicat, quòd nulla interiùs radice ſubſiſtat.* Et ſanctus Baſilius: *In immanes cachinnos prorumpere, & corpore contra animi voluntatē ſubſultare, nequaquam eſt eius, qui animo compoſito ſit, aut planè probo, & compote ſui ipſius:* Quare tantam fortitudinem à nobis exigit modeſtiæ virtus, quanta neceſſaria eſt ad motus internos componendos, animúmque in officio rationis continendum. tantóque maior vis initio afferenda eſt animo nondum domito, quanto maiora mala ex paſſionibus in naturæ corruptæ gremio educatis tempore procedente deriuantur in vniuerſam hominum vitam. Sanè hanc vnam ob cauſam, vt arbitror, ſanctiſſimi & ſapientiſſimi viri Ambroſius & Gregorius Nazianzenus diuinarunt exitiales & notabiles exitus, ille duorum clericorum, quorum vnius geſtus plurimum dedeceret, alterius inſolentis inceſſus quodam verbere oculos eius feriret: hic Iuliani impiiſſimi Imperatoris Apoſtatæ; ex ceruice nimirum eius non ſtata, ex humeris ſubſultantibus, & ad æquilibrium ſubinde agitatis, ex oculo inſolenti & vago furioſéque intuente, ex pedibus inſtabilibus & titubantibus, ex naſo contumeliam & contemptum ſpirante, ex riſu petulanti & effrænato, ex nutibus & renutibus temerariis, ex ſermone hærente, ſpiritúque conciſo, ex interrogationibus ſtultis & præcipitatis, ex reſponſionibus nihilo melioribus, aliis in aliàs inſultantibus, nec grauibus, nec conſtantibus, nec diſciplinæ ordine progredientibus. *Hæc*, inquit, *vt conſpexi, ſtatim ſum prolocutus amicis: Quale malum Romanorum terra nutrit.*

Secundus gradus. *3.p.paſt. cap.24.* *Reg. fuſ. diſp. Inter.17.* *Lib.1. offic.c.18.* *Orat. 1. cont. Iul.*

Talem animum qui natura aut educatione ſortitus eſt, ſi eum domat, & ad rectæ rationis normam dirigit,

vt ſe deinceps ad modeſtiam effingere facilè poſſe ſperare debet;ſic dum in id incumbit fortiſſimus eſt.

Quanquam aliam ob cauſam robore animi prȩditum eſſet opportet modeſtiæ ſtudioſum. ſiquidem Chriſtiana modeſtia ſeuerior eſt, quàm gentilis. quod quanquam ex antedictis cernitur: explicatè etiam dicitur à S. Ambroſio: *Multa*, inquit, *præterea de ratione dicendi dant præcepta ſæculares viri, quæ nobis prætereũda arbitror, vt de iocandi diſciplina. Nam licet interdum honeſta ioca ac ſuauia ſint, tamen ab Eccleſiaſtica abhorrent regula: quoniam quæ in ſcripturis ſanctis non reperimus, ea quemadmodum vſurpare poſſumus? Cauendum eſt etiam in fabulis, ne inflectant grauitatem ſeuerioris propoſiti. Veh vobis, qui ridetis, quia flebetis, ait Dominus. & nos ridendi materiam hìc requirimus, vt hìc ridentes, illic fleamus? Non ſolùm profuſos, ſed omnes etiam iocos declinandos arbitror, plenum tamẽ ſuauitatis ſermonem eſſe non indecorem. Nam de voce quid loquar, quam ſimplicem & puram eſſe ſatis arbitror? canoram autem eſſe naturæ eſt, non induſtriæ ſit ſanè diſtinctæ pronunciationis modo, & plena ſucci virilis, vt agreſtem & ſubruſticum fugiat ſonum, non vt rithmum affectet ſcenicum, ſed myſticum ſeruet.* Quo loco non prohibet S. Ambroſius omnem vrbanitatem, aut etiam in verbis & factis gratiam, quam appellant Eutrapeliam, ſed eam ſolùm, quàm cùm S. Paulus appellaſſet Eutrapeliam, (quandoque enim & vitij & virtutis idem eſt nomen) noſter interpres in epiſtola eius ad Epheſios vertit *ſcurrilitatem.* alioquin certè, *Eutrapelia* Ariſtoteli & S. Thomæ *virtus eſt à bona conuerſatione dicta, quia, ſcilicet, qui ea præditus eſt, bene conuertit aliqua ſcilicet, qui ea præditus eſt, bene conuertit aliqua dicta vel facta in ſolatium honeſtum eorum, qui adſunt.* vel vt idem S. Thomas exponit, S. Ambroſius non ab hominum conſuetudine iocos remouet, ſed, *à ſacra doctrina*, cuius proprium eſt, vt dicitur in prouerbiis, *de magnis rebus loqui.* Vtut ſit, Chriſtiana modeſtia grauis eſt, matura, ac ſeueritatis potiùs amica, quàm leuitatis aut vanitatis cuiuſcunque. Quare poſtulat animum non ſolùm compotem ſui, ſed planè ſibi dominantem.

Lib. 1. offic. c. 23. *Luc. 6.* *Cap. 5.* *Lib. 4. cap. 8.* *2. 2. q. 168. a. 2.* *Prou. 8.*

Tertius gradus. Tertius gradus modeſtiæ eſt delectatio in vſu eius.

Digitized by Google

nec eſt difficile cogitare lætitiæ ac voluptatis plenam eſſe modeſtiam. alioquin magno illi & repetito *gaudio* non adiunxiſſet Apoſtolus *modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus.* S. Proſper cùm multa dixiſſet de laude temperantiæ & modeſtiæ, concludit: *Ac per hoc ipſius temperantia eſt, quòd non ſolùm temperantes in omnium membrorum officijs ſumus, ſed etiam quòd omnia libenter, quæ nos moderatos ac ſobrios faciunt, obſeruamus.*

Phil.4.
Lib.3. de vita contẽpl.c.19.

Non haberi ſuſpicionem de nobis etiam in ipſa occaſione turpitudinis, indicium eſt modeſtiæ. Illuſtre eſt Nebridij exemplum apud S.Hieronymum.

Epiſt. ad Saluinã.

De humilitate.

CAPVT XXXVIII.

A Qvibvsdam Theologis ſic deſcribitur humilitas ex S.Auguſtini ſententia: *Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis, & ſui conditoris voluntaria mentis inclinatio in ſuo imò ordinabili ad ſuum conditorem.* Sanctus Thomas Humilitatis eſſentiam ſic declarat: *Humilitas eſſentialiter in appetitu conſiſtit, ſecundùm quod aliquis refrenat impetum animi ſui, ne inordinatè tendat in magna: ſed regulam habet in cognitione, vt ſcilicet aliquis non ſe exiſtimet ſupra id eſſe, quod eſt: & vtriuſque principium & radix eſt reuerentia, quam quis habet ad Deum. ex interiori autem diſpoſitione humilitatis procedunt quædam exteriora ſigna in verbis, & factis, & geſtibus, quibus, id quod interiùs latet manifeſtatur, ſicut & in cæteris virtutibus accidit.*

Peraldus tom.1.p.4.c.1.
2.2.q.161.ar.6.

Ex quibus illud eſt in primis intelligendum, propriam humilitatis actionem eſſe ſubiectionem & reuerentiam erga Deum omnipotentem. quod etiam in ſcripturis ſacris explicatur. *Humiliamini*, ait S.Petrus, *ſub poteſtate manu Dei.* Et Dauid: *Verumtamen Deo ſubiecta erit anima mea, quoniam ab ipſo patientia mea. Quia ipſe Deus meus & Saluator meus.* Quo loco aperitur ſimul ratio, ob

1.Pet.5.
Pſal.61.

quam Deo hominem humilitas ſubiicit. quia nimiru
Deus eſt, hoc eſt, omnipotens, & Dominus, & Saluat
Iacob. 4. S. Iacobus etiam cùm dixiſſet: *Deus ſuperbis reſiſtit, hun*
libus autem dat gratiam, adiungit, *ſubdit ergo eſtote Deo.*
ſi diceret. hoc nempe eſt humilem eſſe.

2. 2. q. 161. ar. 3. Quod ſi hominibus nos ſubiiciamus per humili
tem, ideò fit, quia vt S. Thomas docet: *Cùm in homine*
poſſint conſiderari, id quod eſt Dei, id eſt dona Dei, & id q
hominis eſt, hoc eſt, defectus; quilibet homo ſecundùm id, q
ſuum eſt, debet ſe cuilibet proximo ſubiicere, quantum ad
quod eſt Dei in ſeipſo. qua in re Deum in homine agn
ſcit, & quaſi reuerenter ſeſe illi ſubmittendo. quod e
1. Pet. 2. preſſit S. Petrus, cùm dixit: *Subiecti eſtote omni huma*
creaturæ propter Deum.

Primus gradus. Primus gradus Humilitatis (ſi ſequamur ordine
inſtitutum in explicatione aliarum virtutum) eſt ve
omnino humilem eſſe, hoc eſt, ex animo ſeſe Deo pro
ſus ſubmittere, tanquam Deo & Domino & hominib
omnibus eadem ratione propter Deum.

Primum incitamentum. Ad hoc propoſitum multa mouent homiem Chriſti
num, & præſertim proficientem. Primùm, Virtus, Hum
litatis Virtus eſt Chriſti & Chriſtianorum propria
Lib. 4. Eth. c. 5. philoſophis nec recepta nec agnita: nam etſi Ariſto
les *eum, qui tendit in parua ſecundùm modum ſuum, tem*
S. Thom. 2. 2. q. 161. ar. 4 *ratum non magnanimum* eſſe nominandum dicat, que
aliqui Theologi aiunt, à nobis poſſe vocari *humilem.* v
tamen & amplitudinem Humilitatis Chriſtianæ, n
ipſe intellexit, nec alius Gentilis quiſquam diuinau
Deus ipſe de humilitate doctrinam tradidit in ſcrip
ris antiquis, & antiquorum Patrum confirmauit exe
plis Abrahæ, Dauidis, Danielis, & aliorum. Magiſter a
tem & propagator eius Chriſtus eſt; qui propterea à ſa
Lib. de S. Virg. c. 31 ctis Patribus præſertim à S. Auguſtino: *Primus docu*
Humilitatem, & doctor humilitatis Chriſtus. docuit aute
non magis verbo, quàm exemplo. & verbo quidem
eam & tam ſæpe commendat, exemplis explicat & p
Ibid. c. 5. rabolis, ita rebus omnibus & actionibus à nobis adh
Epiſt. 56. ad Dioſc. bendam cenſet, vt dixerit idem S. Auguſtinus: *Humil*
penè tota diſciplina Chriſtiana eſt. Et alibi: *Sicut Deu*

Digitized by Google

ſthenes interrogatus, quid primùm obſeruari deberet in præceptis eloquentia, quid ſecundò, quid tertiò, ſemper reſpondit pronunciationem; ſic, inquit, *ſi interrogares, & quoties interrogares de præceptis Chriſtianæ religionis, nihil me aliud reſpondere niſi humilitatem liberet.* Exempla autem humilitatis Chriſti tam multa ſunt & tam illuſtria, vt ſuperfluum ſit, ea nunc commemorare. Certum eſt, *Chriſtum humiliaſſe ſe,* vt ait idem, *vt nos humilitatem doceret.* Nec obſcurè id ſignificat, cùm ait: *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde.* Et iterum: *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Monſtro igitur ſimile eſt caput humile, & membrum ſuperbum, & nolle humilem eſſe hominem, ſi dignatus eſt fieri humilis Deus, his ſimilia ſcribunt Patres, præſertim idem S. Auguſtinus alibi. *Matt.* 11. *Ioan.* 13. *Ser.* 49. *de verbis Domini, & tract. in Ioan.* 25.

Secundum. Res Deo gratiſſima Humilitas eſt, adeo vt, cùm ipſe in natura diuina humilis eſſe non poſſet, cui enim ſe Deus ſubiiceret? *Humiliauit ſe,* vt ait Apoſtolus, *formam ſerui accipiens, exinaniuit ſe,* factus videlicet homo, quare chariſſimi Deo ſunt humiles, quippe, *ſuper humiles requieſcit,* vt ait Propheta, *& humilium orationes exaudit, & humilia reſpicit in cœlo & in terra* & nihil cùm oderit magis quàm peccatum & peccatores; non aliis hoſtiis placatur, quàm corde contrito & humiliato. *Sacrificiũ Deo, ait Dauid, ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Immò ait S. Chryſoſtomus: *Sacrificium maximum Humilitas eſt; qui enim peccando ſe Deo ſubducit, eidem ſe per Humilitatem ſuiicit, cùm conuertitur ad pœnitentiam.* *Secundũ incitamentum. Phil.* 3. *Iſai.* 57. *Pſal.* 101. *Pſal.* 112. *Pſal.* 50. *Tom.* 1. *hom.* 2. *in Pſal.* 50.

Tertium. Humilitas bona adfert ſecum multa & magna, declarant id Patres multis locis copioſè, maximè omnium ſanctus Chryſoſtomus, is primò aſſerit humilitate fugari inanem gloriam, pugnas, lites, odia, contentiones tepiditatem, inuidiam, zelum, & reliquam vitiorum turbam. Deinde ſæpe docet Humilitatem fundamentum eſſe omnium bonorum, probat autem, quia ſuperbia contrà cauſa eſt omnium malorum, & quia quicquid in ſpirituali ædificio ſuperextruitur ſine humilitate nec ſolidum eſt, & cito ruit: nam *ſine ora-* *Tertium incitamentum. Tom.* 4. *Homi.* 5. *ad Phil. & tom.* 1. *Hom. de verbis Dauid. Quis ſum ego.*

Homi.15. in Matt. Tom.2. Luc.18.

tionem, inquit, *ſiue ieiunium, ſiue miſericordiam ſiue pudicitiam, ſiue aliud quod bonorum abſque humilitate congreges, ſtatim cuncta diffluunt*. quod Phariſæo legimus accidiſſe; & hác ob cauſam ſcribit idem, inter beatitudines Euangelicas, tanquam fundamentum reliquarum, primam à Domino poſitam paupertatem ſpiritus, quæ humilitas eſt: cuius rei hæc ratio eſt, quòd cùm à Deo ſit omne datum optimum, & omne donum perfectum, quales ſunt virtutes & dona ſancti Spiritus, nec is gratiam ſuam libenter collocet, niſi in animo humili ac dimiſſo, nec niſi humiles homines ad progreſſus in virtute faciendos adiuuat, neceſſe eſt fateri, ſecundùm Dei gratiam initia & incrementa virtutum Humilitatis eſſe ſobolem. Quare

Hom.30. in acta. Tom.3.

idem S. Chryſoſtomus alibi ſic: *Nihil conferendum Humilitatis virtuti, ipſa enim eſt, ac radix, & altrix, & fulcimentum, & vinculum bonorum.*

Serm.10. de verbis Domini. Conſt. monaſt. cap.17.

Huc pertinet quod S. Auguſtinus fusè explicat: *Si velimus peruenire ad faſtigium charitatis, priùs cogitandum de fundamento humilitatis*. Et quod S. Baſilius dixit: *Humilitas eſt tutiſſimus Virtutum omnium theſaurus.*

Quartũ incitamentum. Lib. de Virg. c.33. Homi.1. ſupermiſſus eſt.

Quartum; pretioſa dona Dei multa Deo grata non ſunt ſine humilitatis ornamento, exemplum vnum inſtar omnium ſit Virginitas, de qua S. Auguſtinus ſic ſcripſit: *Quia perpetua continentia, maximéque Virginitas magnum bonum eſt in ſanctis Dei, vigilantiſſimè cauendum eſt, ne ſuperbia corrumpatur*, quo loco præclarè pergit in adhortandis continentibus & Virginibus, vt ſummo ſtudio humilitatem perfectam colant. Audet aliquid amplius S. Bernardus: *Laudabilis Virginitas, ſed magis neceſſaria Humilitas. illa conſulitur, iſta præcipitur, ſine humilitate, audeo dicere, nec Virginitas Mariæ placuiſſet*. Et poſtea: *Etſi placuit ex Virginitate, tamen ex humilitate concepit.*

Secundus gradus.

Secundus gradus Humilitatis eſt fortitudo, roborat enim animum Humilitas aduerſus incommoda & calamitates præſentis vitæ, quarum impatientiſſimi ſunt ſuperbi & arrogantes, vtpote ſui amantes, & delicatè viuentes: exemplum imbecillitatis huiuſmodi ſit vnus An-

Libr.1. Machab. c.6.

tiochus, quem legimus animo prorſus perturbato & abiecto concidere ſolitum, cum res bellicæ non ſucce-

derent

Digitized by Google

derent ex ſententia. Contrà animo magno ſtabilique perſtitiſſe Iob acceptis acerbiſſimis illis nunciis prædationibus bonorum omnium incendiorum, mortis etiam chariſſimorum liberorum, nempe ſuperbiſſimus ille, hic humillimus: hanc ob cauſam ſcripſit S. Chryſoſtomus: *Nihil Humilitate potentius, fortior eſt petra, ſolidior adamante, & in maiorem ſecuritatem nos collocat, quam queant vel turres, vel vrbes, vel muri, omnibúſque diaboli machinamentis ſublimior facta contingere volentibus inſuperabiles facit. Nil magis odit dæmon quam humilem & Dei amantem*, vt dicebat S. Antonius. quod adeò verùm eſt, vt cùm ad tentandum accedit, ſi in hominem verè humilem incidat, ſtatim fractus procul abeat, non niſi longo temporis interuallo rediturus. De Iob certè ſcribit S. Greg. *Superbum hoſtem humilitate percuſſit, crudelē patientia ſtrauit.* Tom. 4. Hom. 20. in Acta Apoſt. Lib. 2. moral. cap. 19.

Hæc porrò fortitudo Humilitatis nititur, vt opinor, magnæ cuidam fiduciæ, quam de diuina virtute ſibi pollicetur humilis, cùm ſe totum Deo ſubmittit ac tradit. *Agit hoc*, ait S. Bernardus, *in cordibus electorum gratiæ prærogatiua diuina, vt eos nec Humilitas puſillanimes faciat, magnanimitas arrogantes, magis autem cooperentur ſibi, vt non ſolùm nulla ex magnanimitate ſubintret elatio, ſed hinc maximè proueheatur humilitas, vt inueniantur eò ampliùs timorati, & largitori munerum non inueniantur ingrati, ac viciſſim ex occaſione Humilitatis puſillanimitas nulla ſurrepat: ſed quominus de ſua quiſque vel in minimis præſumere conſueuit, eo amplius etiam in magnis quibuſque de diuina virtute confidat.* De Maria Virgine de verbis Apoſt.

Eſt autem fortitudo maximè neceſſaria in vſu humilitatis, quia quamuis humilis oculos mentis defixos habeat in culpas & errata ſua potiſſimum, non eſt tamen ignarus bonorum ſuorum; etſi ea dona Dei eſſe ſciat: quare vt ſubtiliori ſuperbiæ, quæ inde ſuboriri ſolet, repugnet, & ſe in humilitate contineat, quæ non parua ſui ipſius eſt victoria, illi magnopere laborandum eſt, rectè enim ſcriptum eſt apud S. Greg. *Qui magna agit, quamuis de ſe humilia ſentiat, ſcit tamē magna eſſe quæ agit: nam magna eſſe neſcit, ea procul dubiò minimè cuſtodit. Dum ergo bona noſtra opera ſcire neceſſe eſt, vt cuſtodiamus, ex ipſa eorum* Lib. 26. moral. c. 17.

Digitized by Google

ſcientia elationis aditus panditur.

Deinde requiritur ad humilitatem fortitudo animi, quia Chriſtiana Humilitas non eſt contenta quacunque demiſſione ſui, ſed ſummam exigit ab homine, eámque voluntariam abiectionem, non ſolùm coram Deo, ſed etiam coram hominibus: qua in re gradus multi numerantur à Patribus, & quia latiùs patent gradus duodecim Humilitatis à S. Benedicto ſapientiſſimè traditi, nec omnes ad vnam hanc deiectionem, qua ſe ſponte contemnit Humilis, pertinent, ſat eſt ſi recenſeamus hoc loco gradus ſeptem, quos ad hoc propoſitum excogitauit S. Anſel. quorum *primus eſt contemptibilem ſe eſſe cognoſcere. Secũdus de hoc dolere. Tertius hoc confiteri. Quartus hoc aliis perſuadere tempore & loco. Quintus patienter ſuſtinere dum id ab aliis dicitur. Sextus æquo animo ferre ſe contemptibiliter tractari. Septimus, hoc ipſum gratũ habere, appetere & amare* an non magna virtus magnúſque robur animo inſit, oportet, vt hos gradus aſcendat? cùm enim Humilitatis demiſſio ſit voluntatis actio, qua ſponte ſe ſubmittit homo Deo, & voluntati eius; ſit verò voluntas Dei ſanctificatio & profectio noſtra, perſpicuum eſt, ſubiectionem hanc noſtrimet ſub Dei voluntatem tam multa, tam grauia à nobis exigentem, vt perfectionem Chriſtianam aſſequamur, nõ tam facilem deſcenſum eſſe, vt opinari poſſet inexercitatus huius diſciplinæ tyro, quã vim magnam potiùs quæ voluntati adfertur, vt contra naturalem propenſionem ſeſe iniuriis, opprobriis, contemptui totam deuoueat propter Deum, ſi quando diuinæ gloriæ cauſa id poſtulet, & propriæ ſalutis occaſio.

In Regula cap. 7.

Libr. de ſim. c. 10. & deinceps.

Rom. 8. 1. Petr. 2.

Conſiderandum verò hîc eſt, ſupremum aut ſupremo proximum Humilitatis Euangelicæ gradum eſt tolerantiam iniuriarum ad Chriſti Domini imitationem, quem certum eſt præclarum admodum & admirandum rei huius exemplum reliquiſſe nobis, vt eum ſequeremur quas enim contumelias Dominus noſtri cauſa non pertulit? quod ſi *prædeſtinati ſumus cõformes fieri imagini filij Dei*, & ipſe *paſſus eſt pro nobis, vt ſequamur veſtigia eius*, quis non intelligit, nos illi ſimiles eſſe oportere ſicuti in

reli

Digitized by Google

reliquis virtutibus omnibus,ſic etiam in humilitate illa, qua patienter ſuſtinemus, ſicut ipſe, iniuſtè nos & iniurioſè tractari? Certè hoc ſpectabat ipſe, cùm dicebat Apoſtolis: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam,* Matt. 5. cum Apoſtolos ſe mittere fatebatur *tanquam agnos inter* Luc. 10. *lupos*, cùm Beatos repetebat eſſe, *cùm maledicerent illis ho-* Matt. 5. *mines*, cùm animabat ad eiuſmodi glorioſam infamiam exemplo ſuo: *Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt,* Matt. 10. *quanto magis domeſticos eius?* ergo ſi verum eſt, vt ait ſanctus Auguſtinus: *Quia caput eſt humile, membrum ſuper-* Ibidem. *bum eſſe non debere*, quia caput *opprobriis* onuſtum & *ſatu-* Thren. 3. *ratum eſt*, vt Scriptura loquitur, nequaquam fas eſt, vt membra alio nutriantur cibo, aut indumento contegantur alio, quàm iniuriis, quibus opertum caput intuentur.

Altiſſimus ſanè Humilitatis gradus, quem exemplis ſuis olim Ioſeph, Dauid, & alij antiqui Patres commendarunt, illuſtrauit autem maximè Dominus & poſt eum Apoſtoli, & omnes alij qui deinceps ſecuti ſunt Chriſtianæ Philoſophiæ Sectatores. *Si enim*, vt ait San- Tom. 2. ctus Chryſoſtomus, *nihil ſic eſt amicum Deo, quàm ſi quis* Homil. 3. *minimis ſe annumeret, eſtque id caput totius philoſophiæ at-* in Matt. *que faſtigium*, quid dicendum eſt de eo, qui non ſolùm ſe in minimis ponit, ſed nihil etiam facit & æſtimat, & præterea animo forti & magno tolerat rem omnium ad patiendum difficillimam, immeritò ſe malè verbis accipi, ſibi imponi iniurias, ignominias, probra, dedecora? quod quanquam veriſſimum eſt, nobilior tamen adhuc Humilitatis gradus ſupereſt nunc explicandus.

Tertius igitur gradus Humilitatis omniúmque ma- Tertius ximus eſt ille, quem poſtremo loco poſuit ſanctus An- gradus. ſelmus, appetere iniurias, & reliquam ſeriem malorum deteſtabilium, bonúmque nomen hominis dedecorantium, gaudereque propter Chriſtum, cùm inferuntur. In hoc erat dux noſter Chriſtus, cùm ſtabulum naſciturus elegit, cùm vitam humilem & abiectam ſponte traduxit: cùm *faber* nominari maluit, quàm creator & Dominus cùm ſe *filium hominis*, hoc eſt, terræ filium

nuncupauit, cùm aiebat *coarctari ſe*, hoc eſt, præ deſiderio non poſſe ſe diutius ferre tam longam moram temporis paſſioni ac morti ignominioſiſſimæ dedicati: cùm obuiam procedit hoſtibus manus ſibi tanquam latroni mox iniecturi, cùm adeò æqualiter ac ſedato animo tolerat funes, vincula, alapas, colaphos, ſputa, blaſphemias conuitia, flagella, ſpinas, vexationes innumeras, toto corpore lacerationes, raptationes per plateas, vias, & compita ad Pontifices ad Præſidem, ad Regem, ad mortem, crucem denique, ipſam videlicet ignominiam, infamiam, & probrũ, & ſi quid eſſe poteſt ignominia ignominioſius probro probroſius; talis erat crux ea tempeſtate, qua Chriſtus eam pro hominibus ſubiit adeò libenter, vt dicat

Heb. 12. Apoſtolus: *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta.*

In hoc eodem gradu pro menſura gratiæ Dei fuerunt

Actor. 5. Apoſtoli, cùm *ibant gaudentes à conſpectu conſilij, quoniam digni habiti erant pro nomine eius contumeliam pati.* Hunc

Galat. 6. attigerat Apoſtolus, cùm *gloriabatur in cruce*, cùm *ſe mũdo crucifixum* gaudebat. At hunc eundem hortabatur

2. Cor. 6. idem, cùm dixit: *Exhibeamus nos vt Dei miniſtros in multa patientia*, & pòſt, *in ſuauitate* pòſt, *per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam*, quibus locis ſimul aperitur ratio, cur ignominia, nempe Chriſti amor & ſtudium imitationis eius: ſed ponit etiam aliam cauſam ſanctus Paulus, nempe æternæ felicitatis & gloriæ præ-

Heb. 13. mium, *Exeamus*, inquit, *ad eum extra caſtra improperium Chriſti portantes; non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.* & Myſtico exemplo allato

Hebr. 11. ſcribit: *Moyſes grandis factus negauit, ſe eſſe filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æſtimans theſauro Ægyptiorum improperium Chriſti, aſpiciebat enim in remunerationem. Improperium Chriſti*, ait

Tom. 4. Hom. 26. in epiſt. ad Heb. ſanctus Chryſoſtomus, *petra enim erat Chriſtus, & quia ſuſtinuit talia, quale Chriſtus ſuſtinuit improperium, nimirum à ſuis, & propter ſimilem cauſam. pro Chriſto enim improperium ſuſtinere magis bonum putauit, quàm in delicijs*

1. Cor. 10. *eſſe. magnum ergo bonum eſt afflictio, ad quam ex faſtigio re-*

gali

Digitized by Google

gali ſeipſum proiecit. Hæc enim faciebat magna quadam proſpiciens.

Cæterùm hæc noſtrimet abiectio, & culpa noſtra carere debet & aliorũ, quantum in nobis eſt. nec enim appetere nobis licet alieno malo bonum noſtrum: nulla autem noſtra culpa accidit, cùm nos iuſtam occaſionem præbemus nullam, cur in nos incurrant ignominiæ & probra, quicquid ipſis ita volentibus in hac re peccent alij. hac lege ſi expetatur ignominia propter Chri-
ſtum & æternam gloriam, virtus eſt Humilitatis multo *Lib.4.*
maxima. *Inſtit.*
Humilitatis indicia recenſentur à Patribus. Caſſianus *cap.39.*
ſic habet: *Humilitas his indicijs comprobatur. Primò, ſi homo* Indicium
mortificatas in ſe habeat omnes voluntates. Secundò, ſi non *primum.*
ſolùm actuum ſuorum, verùm etiam cogitationũ nihi ſuum 2.
calauerit ſeniorem. Tertiò ſi nihil ſuæ diſcretioni, ſed iudicio 3.
eius vniuerſa committat, ac monita eius ſitiens libenter auſ-
cultet. Quartò ſi in omnibus ſeruet obedientiam, manſuetu- 4.
dinem, & patientiæ conſtantiam. S. Bernardus quoque au- Serm. de
ctor eſt, manſuetudinem & humilitatẽ eſſe veluti ſoro- B. *Maria*
res collectaneas. *Quintò, ſi nõ ſolùm iniuriam inferat nulli,* *ſignum*
ſed ne ab alio quidem ſibimet irrogatam doleat atque triſte- *Magnũ.*
tur. Sextò, ſi nihil agat, nihil præſumat, quod non vel commu- 5.
nis regula, vel maiorum cohortentur exempla. Septimò, ſi om- 6.
ni vilitate contentus ſit, & ad omnia ſe, quæ ſibi præbentur, 7.
velut operarium malum iudicarit indignum. Octauò, ſi ſemet 8.
ipſum cunctis inferiorem, non ſuperficie pronunciet labiorum,
ſed intimo cordis credat affectus. Nonò, ſi linguam cohibeat, vel 9.
non ſit clamoſus in voce. Decimò, ſi non ſit facilis ac promptus 10.
in riſu. *Aliud in*
Quod ſi hęc cuipiam fortaſſe recondita videantur, nec *dicium*
communia omnibus: obſeruet is ſeipſum, èxaminétque *primum.*
ad alia indicia. Primum eſt S. Auguſtini. *Quid eſt eſſe hu-* In Pſ.33.
milem? nolle laudari. Indicium
Secundum eſt eiuſdem. *Humilitas in Scripturis ſancta* *ſecũdum.*
probatur infantia. hæc eſt ſancta ſimplicitas, verbis & mori- Hom.20
bus exhibita, neque enim tecta aut obſcura poteſt eſſe humili- *lib.50.*
tas ſolida. *homil.*
Tertium S. Gregorij. *Si cor veraciter humile eſt, bona, quæ* *Indicium*
tertium.

Libr. 22. moraliũ, cap. 5. *de ſe audit, aut minimè recognoſcit, & quia falſa dicuntur, metuit, aut certè ſi adeſſe ea ſibi veraciter ſcit, eo ipſo formidat, ne ab æterna Dei retributione ſint perdita, quo hæc conſiderat hominibus diuulgata: pauetq; vehementer, ne ſpes futuri muneris in mercedem permutetur tranſitorij fauoris.*

Indicium quartum. Lib. 34. moraliũ, cap. 17. Quartum eſt eiuſdem. *Hoc autem eſſe proprium ſpecimen electorum ſolet, quòd de ſe ſemper ſentiunt infrà quàm ſunt. hinc namque ab Dauid dicitur: ſi non humiliter ſentiebam, ſed exaltaui animam meam. hinc Salomon ad ſapientiam paruulos vocat.* & plura, quæ adiungit S. Pater. Pſ. 130. Prou. 9.

Indicium quintum. Hom. 10. ſuper Ezechiel. Quintum apud eundem. *Neceſſe eſt,* inquit, *patres chariſſimi, vt in vobis hoc ſemper debeatis aſpicere, quod minùs habetis: in proximis verò hoc quod vobis amplius acceperunt.*

Indicium ſextum. Sextum ſimiliter ex S. Gregorio habetur, nimirum: *Humilitatis indicium eſt peccatum ſuum accuſare, & accuſantibus non negare.*

Lib. 22. moraliũ, cap. 14. Indicium ſeptimũ. Septimum apud eundẽ. *Vera humilitas obedientiæ bonum in maioris imperia conſequenda comitatur. & verè humilis ſeſe ad emendationem culpæ, pro qua arguitur, offert.* cui conſentaneum eſt, quod alibi tradit; *Humilem patienter ſe corrigentem audire, & humiliter correctionem admittere.*

Lib. 2. in 1. Reg. c. 3. & 4. Indicium octauum. Octauum ex S. Bernardo adfertur: *Magna & rara profectò virtus eſt, vt magna licet operantem magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus tuam, te ſolùm latere ſanctitatem, mirabilem apparere, & contemptibilem reputare. hoc ego ipſis virtutibus mirabilius iudico.*

Serm. 13. in Cant. Indicium nonum. Nonum Sanctus Chryſoſtomus; (ne hoc etiam omittatur) *humilis euadit,* ait, *qui humana contemnit, qui ſuæ conſtitutionis initia conſiderat,* adde tu & progreſſiones & peccata. Item *qui ſe cognoſcit,* cognitionis autem ſui gradus duodecim numerat alibi idem pater. *qui Deum agnoſcit.* Denique humilibus exercitationibus acquiritur, conſeruatur, & cognoſcitur humilitas. Tom. 4. Ho. 1. in 1. ad Cor. Tom. 1. Hom. 12. in Geneſ.

Et vt colophonem huic tractationi addamus, ſi me mea non fallit opinio, perfectiſſimæ Humilitatis ſignũ eſt, non ſolùm benefacere iis, qui oderunt nos, & orare pro perſequentibus nos, ſed etiam occaſiones captare bene merendi de iis, quos certò ſcimus vitæ ac nomini Tom. 1. homil.

noſtro per ſummam iniuriam inſidiari. Exemplum dedit nobis Chriſtus in ea ratione, quam ſecutus eſt agendi cum diſcipulo proditore ſuæ ſalutis & famæ eo ipſo tempore, quo ille dolos ſtruebat, & tanto flagitio totus incumbebat, vt hoc quoque ait ſanctus Auguſtinus; *Ad maximum cumulum Humilitatis accederet, quod etiam illi non dedignatus eſt pedes lauare, cuius manus iam præuidebat in ſcelere, immo & oſculari, & ex animo eum reuocandi à facinore, amicum vocare, humaniſſiméque commonefacere.*

verbis Dauid. Qui ſum ego. Tom. 1. homil. in Pſ. 115.. Tom. 5. hom. 58. de vita monach. Tract. 55. in Ioan.

Vſus exempla, ad ea quæ tertio & quarto libro continentur, accommodata.

CAPVT. XXXIX.

Meditationes de ſingulis virtutibus, tam in libro quarto quam in tertio, formentur è ſingulis capitibus, quæ de ſingulis virtutibus ſunt, ſingulæ in quatuor puncta diſtinctæ.

Primum Punctum eſt virtutis illius natura, proprietates, & vires, quæ initio cuiuſque capitis explicantur.

Secundum Punctum eſt propoſitum acquirendæ eius virtutis, attentè recogitando illa, quæ ad eam hominem mouere debent.

Tertiũ Punctũ eſt Fortitudo aduerſus tẽtationes, quæ progreſſum & exercitationem illius virtutis impediunt.

Quartum Punctum eſt Delectatio in vſu illius virtutis.

Sequatur deinde Examen, quoad indicia illa, quæ poſt vnamquamque virtutis cuiuſque explicationem afferuntur, ſeipſum quiſque diligenter exploret, quo ſcilicet modo ſe habeat in illa virtute, progrediatúrque in ea, an non, quem denique gradum illius attigerit.

Materia etiam Examinis, & quidem locuples eſt tractatio vniuerſa de ſpirituum diſcretione, à capite deci-

mo,

mo, vſque ad vigeſimum tertij libri; nec minùs locuples eſt explicatio de oratione, quæ eſt initio quarti libri, præſertim quæ de ea traduntur capite ſecundo, tertio, quarto, quinto, & poſtea vigeſimo primo, & vigeſimo-ſecundo. Quæ autem inter hæc capita ſunt interiecta, materia ſunt meditationis totius pænè Euangelicæ hiſtoriæ, cui nullus hîc ordo præſcribitur, quòd id ab aliis diligenter præſtitum ſit.

***

FINIS LIBRI QVARTI.

Digitized by Google

DE DISCIPLINA CHRISTIANÆ PERFECTIONIS LIBER V.

QVO EA TRADVNTVR, QVÆ STATVI PERFECTORUM conueniunt.

Quis ſit perfectus Vir; & quo ordine, quæ ad id pertinent, explicanda ſint.

CAPVT I.

PERFECTIO hominis eſt Deo coniungi. coniunctio autem charitate cõciliatur. Quare perfectio in charitate poſita eſt. *ſuper omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt vinculum perfectionis*, ait Apoſtolus. Col. 3. Cùm enim res quælibet tunc perfecta cenſeatur, cùm ſuo copulatur fini, finis autem hominis Deus ſit, perfici tum demum hominem neceſſe eſt, cùm perfectè Deo adhæret. *Deus* verò, vt ſcribit S. Ioannes, *charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* 1. Ioan. 4.

His conſentanea ſunt, quæ Patres tradunt. S. Auguſtinus: *Tunc quippe*, ait, *optimus eſt homo, cùm tota vita ſua pergit in incommutabilem vitam, & toto affectu inhæret illi.* Lib. 1. de doctrina Chriſt. cap. 22. Cap. 2?.

Et

Lib. 10. confeſſ. cap. 20. Et libro primo confeſſionum: *Bonus eſt qui fecit me, & ipſe eſt bonum meum.* Et alibi: *viuit anima mea de te.* S. Gregorius etiam cùm dixiſſet, *omne mandatum de ſola dilectione eſſe,* concludit, *omnia præcepta eſſe vnum in radice dilectionis.* quod eſt idem, vt ſentit S. Chryſoſtomus, ac illud, quod S. Paulus aſſerit, *charitatem eſſe vinculum perfectionis: non dixit,* inquit, *vertex, ſed quod magis eſt, quia vinculum eſt, neceſſarium magis eſt hoc, quàm illud. nam vertex quidem perfectionis eſt auctio & intentio: Vinculum verò conſeruatio eorum eſt, quæ perfectionem efficiunt tanquam radix.*

Hom. 27. in Euang. Hom. 7. ad Coloſ.

Charitatis autem perfectæ nomine intelligitur amor Dei & amor proximi tantum perfectus, quãtum in hac vita, dum ſumus, eſſe poteſt. Qua de re ſic S. Thomas: *In hac vita haberi poteſt perfectio charitatis dupliciter: vno modo, in quantũ ab affectu hominis excluditur omne illud, quod contrariatur charitati, ſicut eſt peccatum mortale, & ſine tali perfectione charitas eſſe non poteſt. Vnde eſt de neceſſitate ſalutis. Alio modo, in quantũ ab affectu hominis excluditur non ſolum illud, quod eſt charitati contrarium, ſed etiã omne illud, quod impedit, ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum: ſine qua perfectione charitas eſſe poteſt,* puta in Incipientibus & proficientibus. Et paulo pòſt: *Poteſt & circa dilectionẽ proximi duplex perfectio attendi, ſicut & circa dilectionem Dei: Vna quidem ſine qua charitas eſſe non poteſt, vt ſcilicet homo nihil habeat in affectu, quod ſit contrarium dilectioni proximi: Alia autem ſine qua charitas inueniri poteſt. quæ quidẽ attenditur tripliciter, primò quidẽ ſecundùm extenſionem dilectionis, vt ſcilicet aliquis non ſolùm diligat amicos & notos, ſed etiã extraneos, & vlteriùs inimicos. Hoc enim, vt dicit S. Auguſtinus in Enchiridio, eſt perfectorum filiorũ Dei. Secundò ſecundùm intentionem, quæ oſtenditur ex his, quæ homo propter proximum contemnit, vt ſcilicet homo contemnat non ſolùm exteriora bona propter proximum, ſed etiam afflictiones corporales, & vlteriùs mortem: ſecundùm illud Ioannis decimo quinto: Maiorem dilectionem nemo habet, quã vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Tertiò quãtum ad effectum dilectionis, vt ſcilicet homo pro proximis impendat non ſolùm temporalia beneficia, ſed etiam ſpiritua-*

2. 2. q. 184. a. 2. Primo modo. Secundo modo. Ad tertiũ Prima perfectio. Secunda perfectio. 1. Cap. 73. 2. 3.

lia,

lia, & vlterius ſelpſum: Secundùm illud Apoſtoli ſecunda ad Corinthios ſecundò: Ego autem libentiſſimè impendam, & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris.

Ex quibus intelligitur, perfectum Virum, qualẽ hic requirimus non eſſe eum qui in charitate eſt ſolùm, & qui extra peccati mortalis culpam eſt, ſed eũ qui ſimul in charitate cùm ſit, & ideo nullius peccati mortalis reus, procul etiam eſt ab omni impedimento, quo retardari poteſt eius affectus, ne omnino dirigatur in Deum. in Deum autem dirigitur etiam tunc, cùm diligitur proximus propter Deũ, & ſi ſit inimicus. *Ille enim*, ait S. Gregorius, *veraciter*, hoc eſt perfectè, *charitatem habet, qui & amicum diligit in Deo, & inimicum propter Deum.* *Hom. 27. in Euang.*

Ratio amoris huius, ea videlicet, quæ hominem ad amãdum Deum mouere debet, *Deus eſt*, inquit S. Bernardus. quod copioſius explicat Caſſianus, *Non aliter*, ait *ad illam veram perfectionem aſcendere poterimus, niſi quemadmodum nullius alterius rei, niſi noſtra ſalutis gratia prior nos ille dilexit, ita eum nos quoque nullius alterius rei, niſi ſui tantùm amoris dilexerimus obtentu. Quamobrem ſtudendum nobis eſt, vt de timore ad ſpem, de ſpe ad charitatem Dei, vel ipſarum virtutum amorem perfecto mentis conſcendamus ardore.* *Col. 11. cap. 8.*

Neque verò perfectio ita in vna charitate conſiſtit, vt ad eam aliæ etiam virtutes non pertineant, quandoquidem ſcriptum eſt; *Charitas patiens eſt, benigna eſt.* Et S. Chryſoſtomus diſertè affirmat, *Virtutes in radice charitatis, perfectionem efficere.* Sed aliud eſt aliquid maximè perfectionem efficere, ſiue quod aiunt eſſentialiter, aliud proximè, ſiue quod aiunt accidentaliter: ipſa enim charitatis affectio, qua Deo coniungimur, propriè perfectio eſt, hoc eſt vis ipſa & ratio perfectionis: aliæ autem virtutes charitatis & perfectionis adminiſtræ. propterea idem S. Chryſoſtomus alibi: *Virtutis principium & finis eſt dilectio. Hanc habet radicem, hanc materiam, hunc verticem; ſi itaque illa principium eſt ac plenitudo, quid illi poterit adæquari?* Et S. etiam Cregorius Nyſſenus, cum ad vitam perfectam indagandam de cæteris Moyſis virtutibus diſſeruiſſet, tanquam ad eam propria *1. Cor. 13. Hom. 7. ad Coloſ. Hom. 23. ad Rom. Lib. de vita Moyſis*

ratio

ratione ſpectantibus, concludit tandem *perfectionem humanæ vitæ poſitam eſſe in eo, vt à Deo cognoſcamur, & amici Dei efficiamur.* Sunt autem aliæ virtutes perfectioni adminiſtræ, tum actionum internarum exercitatione tum externarum, præſertim earum, quæ in edomandis paſſionibus corporéque rationi ſubiiciendo occupantur.

1. Igitur ſumma perfectionis Euangelicæ conſiſtit in duobus, initio quidem in optimo maximóque omnium virtutum vſu, remouendíſque impedimentis omnibus non ſolùm oppoſitis perfectioni, ſed etiam eam aliquo

2. modo remorantibus: Deinde in ipſo diuini amoris & charitatis affectu, cum Deóque ſumma quantum poſſibile eſt coniunctione. Quare ordo tractationis de perfectione poſtquam de abnegatione & virtutibus ſuprà diſſeruimus, poſtulat, vt de ratione, quam remouendis eius impedimentis aptam Dominus tradidit, agatur: deinde quomodo aliæ virtutes ſint inſtrumenta & adminicula ad perfectionem adipiſcendam; poſtea verò de ipſo charitatis affectu.

Propoſitio & ordo tractãdorum in hoc libro.

Quibus rationibus & virtutibus ex Domini & Euangelij Doctrina tollantur impedimenta proxima perfectionis.

CAPVT II.

IMPEDIMENTA perfectionis non obſcura ſunt, & explicantur à ſanctis Patribus & à Theologis. & quidem vt nihil amplius dicamus de remotioribus, ad quæ ſuperanda inſtituitur totus ſecundus liber operis huius, impedimenta proxima perfectionis ſunt affectiones hominis ad res temporales, vt S. Auguſtinus docet: *Venenum,* inquit, *charitatis eſt ſpes adipiſcendarum aut retinendarum rerum temporalium:*

Lib. 83. qq. q. 36.

Digitized by Google

ralium, Augmentum eius eſt cupiditatis diminutio: perfectio verò nulla cupiditas.

Cupiditas hæc triplex eſt. Prima boni cuiuſlibet externi. Secunda boni corporis proprij. Tertia boni propriæ libertatis & voluntatis. Has cupiditates, qui planè vicerit, nullum habet impedimentum, quo detineri poſſit, ne toto affectu rapiatur in Deum. Has autem oportere domuiſſe eum, qui ad perfectionem aſpirat, ex his, quæ dicta ſunt, perſpicuum eſt, & breuiter etiam nunc eſt oſtendendum; multa in pauca & quaſi in vnum colligendo, & ad id quod proximè ad perfectionem iuuat accommodando.

Quod ad primam attinet, certum eſt res temporales reipſa abiiciendas eſſe ei, qui in ſtatu legis Euangelicæ perfectus eſſe cupit. Etenim dicitur à Domino: *Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlis, & veni, ſequere me.* Quo loco dicunt Patres ad vnum omnes, *poni fundamentum primum primúmque gradum*, vt ait S. Thomas, *ad acquirendam perfectionem charitatis, quæ eſt voluntaria paupertas, hæc enim inchoat perfectionem, & accingit hominem*, vt loquitur S. Gregorius, *ad culmen perfectionis.* *Primum genus cupiditatũ.* *Matt. 19.* *Primus gradus.* *Lib. 2. moraliũ. c. 27.*

Proximus gradus perfectionis huius eſt exuere ſecundùm abiectionem facultatum terrenarum affectionem animi omnem ad eaſdem. contemnuntur enim opes, vt affectus deponatur. quippe *diuitiæ*, vt idem teſtatur, *veluti ſpinæ animum hominis timoribus, ſolicitudinibus, angoribus mirificè pungunt, vexant, cruentant*: cùm enim totum amorem hominis diuitis in ſeipſas conuertant, dum poſſidentur, dum dimittuntur ab eo, *quaſi eius membra præciduntur*, ait S. Auguſtinus. quæ præciſio ſine dubio, *gladius* ille eſt, *quem venit Dominus mittere in terram*, quo non ſolùm facultates noſtræ diuellautur à nobis, ſed magis etiam frangantur, & concidantur affectus, quibus illis arctiſſimè colligabamur. hic autẽ eſt, vt dicebamus, alter & quidẽ altior paupertatis & perfectionis gradus: *Non enim*, vt ait Caſſianus, *perfectio ſtatim nuditate aut priuatione omnium facultatum, ſeu dignitatũ abiectione contingit; ſed cordis puritate, hoc eſt, corde intacto à cũctis perturbationibus.* *Secundus gradus.* *Epiſt. 34.* *Col. 1. c. 6*

Tertius gradus. Magna porro fit acceſſio perfectionis ad duas ſuperiores, ſi paupertati voluntariæ addatur perpetuitas: hæc enim non modò diuitiarum amorem compeſcit, ſed omnem ſpem earundem repetendarũ prorſus extinguit.

Quartus gradus. *Lib.17. de ciui. Dei, c.4.* *Epiſt. ad Demetr.* *Ser.27. de verbis Apoſt.* *Lib.1. epi. 33.* *S.Chryſ. Acto.3.* Accedit tanquam cumulus quartus gradus, ſi voueris Deo, te perpetuo ad eius gloriam pauperem futurum. quod feciſſe, Apoſtolos S.Auguſtinus colligit ex illis S. Petri verbis: *Ecce nos reliquimus omnia*, & pleroſque ex primis illis Chriſtianis Apoſtolorum Diſcipulis factitaſſe teſtantur Patres multi, inprimis S.Hieronimus, S. Auguſtinus, S.Gregorius S.Chryſoſtomus; ex quibus fontibus deinde religioſa paupertas emanauit vniuerſa.

Lib.de bono cõiug. c.22. Quod ſi objicias Patres teſtamenti veteris ſanctos perfectoſque fuiſſe multos, & nihilominus diuites; reſpondere expeditiùs poſſumus, nos hîc tractare perfectionem Euangelicam, nõn veterem. quia tamen perfectio eadem eſt reipſa, dicamus patres illos pauperes affectu ſpirituque fuiſſe, ſicut & habitu continentes & vt ait S.Auguſt. *propter temporis differentiã non feciſſe eos, quod nos Euangelij tempore profitemur.* qui etiam & illud addit: *Quod ego nunc ago, melius illi egiſſent, ſi tunc agendum eſſet. Quod autem illi egerunt, ſic ego non agerem, etſi nunc agendum eſſet.*

1. *Opuſc.18 c.7.* Etſi Epiſcopi, quorum ſtatus perfectionis eſt, opulenti plerique ſunt, vel ideò eſt, quia perfectio conſiſtit propriè in charitate, *paupertas* autem, vt ſanctus Thomas loquitur, *non tam perfectio cenſenda eſt, quàm via ad perfectionem.* Quare qui iam ſtatum perfectionis conſcenderant non eſt quod de via adeò ſint ſoliciti, ſicut qui adhuc in via ſunt, quales ſunt Religioſi: vel ideò eſt,

2. *Lib.2. de vita contemplat. c.9.* quia Epiſcopi diſpenſatores Eccleſiaſticorum bonorum à Deo cõſtituti ſunt. *Quiſquis*, inquit ſanctus Proſper, *omnibus quæ habuit dimiſſis aut venditis, fit rei ſuæ contemptor, cùm præpoſitus fuerit factus Eccleſiæ, omnium, quæ habet Eccleſiæ, efficitur diſpenſator*, adfertque exẽplum ſancti Paulini & ſancti Hilarij Epiſcoporum.

Secũdum caput. Altera cupiditas eſt boni proprij corporis, hãc ad duo

capita reuocat S. Thomas: primum continet affectiones erga ſanguine iunctos, quicũque illi ſint, Dominus enim dicit: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & ſorores, adhuc autẽ, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* rem hanc fusè perſequitur S. Gregorius, qui poſtquam dixiſſet, aliquos contemptis terrenis facultatibus adhuc tamen in ſuorum affectionibus, tanquam in viſco inhæreſcere, addit: *Extra cognatos quiſque ac proximos debet fieri, ſi vult parenti omnium veriùs iungi: quatenus eoſdem, quos propter Deum viriliter negligit, tanto ſolidiùs diligat, quanto in eis affectum ſolubilem copulæ carnalis ignorat. Debemus quidem & temporaliter his quibus viciniùs iungimur, plus cæteris prodeſſe, quia & flamma admotis rebus incendium porrigit, ſed hoc ipſum priùs vbi naſcitur incendit. Debemus copulam terrenæ cognationis agnoſcere, ſed tamen hanc, cum curſum mentis præpedit ignorare, quatenus fidelis animus diuino ſtudio accenſus, nec ea quæ ſibi ſunt in infimis coniuncta deſpiciat, & hæc apud ſemetipſum rectè ordinans ſummorum amore tranſcendat.* Et paulò poſt: *Neque enim ſancti viri ad impendenda neceſſaria propinquos carnis non diligunt, ſed amore ſpiritualium ipſam in ſe dilectionem vincunt: quatenus ſic eam diſcretionis moderamine temperent, vt per hanc in pauco ſaltem ac minimo à recto itinere non declinent.* Eadem eſt ſententia aliorum ſanctorum Patrum, Hieronymi, Auguſtini, Bernardi, & reliquorum, quos operæpretiũ non eſt hic recẽſere, vt breuitati neceſſariæ cõſulatur.

Primum caput. *Opuſc.* 18 *c.* 8. *Luc.* 14. *Lib.* 7. *moral. c.* 17. & 18.

Huc ſpectat affectio terrena erga amicos, de hac enim idem dicendum eſt, quod de amore carnis erga conſanguineos affinéſque. De quo vniuerſo genere S. Bernardus egregiè ſcripſit: *Eſt*, inquit, *affectio, quam caro gignit, eſt, quã ratio regit, & eſt quã condit ſapiẽtia: prima eſt, quam Apoſtolus legi Dei dicit non eſſe ſubiectam, nec eſſe poſſe. Secunda, quã perhibet è regione conſentientem legi Dei, quoniam bona eſt. Nec dubium diſtare inter ſe contentioſam & conſentaneam. Longè verò tertia ab vtroque diſtat, quæ & guſtat & ſapit quoniam ſuauis eſt Dominus, primam eliminans, ſecundam remunerans, nam prima quidẽ dulcis, ſed turpis: ſecunda ſicca, ſed fortis; vltima pinguis & ſuauis eſt.*

Ser. 50. *in Cant.* *Prima affectio.* *Rom.* 1. 2.

Secundũ Aliæ autem cupiditates, quæ ſecundo capite conti-
caput. nentur, ſunt voluntatum corporis & ſenſus, etiam ſi hæ
1. Cor. 7. legitimæ nuptialéſve ſint: *Innupta enim & Virgo cogitat,*
Sol. c. 10. *quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu. & de arce*
Matt. 19. *mentis nihil eſt,* ait S. Auguſtinus, *quod hominem magis de-*
Lib. 1. *iiciat.* Quare Dominus laudat Eunuchos voluntarios.
contra *Qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum Cœlorum.* Ad quem
Iouin. locum S. Hieronymus: *Grandis fidei eſt, grandiſque virtu-*
Eſai. 56. *tis Dei templum eſſe puriſſimum: totum ſe holocauſtum offer-*
re Domino, & iuxta Apoſtolum eſſe ſanctum corpore & ſpi-
ritu. Hi ſunt Eunuchi, qui ſe lignum aridum ob ſterilitatem
Primus *putantes, audiunt per Eſaiam, quod pro filijs & filiabus locum*
gradus. *habeant in cœlis paratum. Ad hos Clemens ſucceſſor Apoſtoli*
Gen. 12. *Petri ſcribit Epiſtolas, & deinceps multi Apoſtolici, & Mar-*
tyres. & illuſtres tam ſanctitate, quàm eloquentia viri, quos
2. *ex proprijs ſcripturis noſſe perfacilè eſt.*
3. Primus igitur gradus in victoria cupiditatum harum
4. eſt nuncium remittere conſanguineis, *Exire,* inquam, *de*
Libr. de *domo & de cognatione ſua.* nec non vxori ſaltem ducen-
Virgin. dæ. Secundus gradus eſt exuere affectiones animi, qui-
cap. 4. bus parentibus, fratribus, amiciſque colligamur, maxi-
Oratione mè verò iis, quæ voluntariæ ſunt, & ad libidinem pro-
de nati- næ, coleréque perfectam corporis & animi caſtitatem.
uit. Dõ. Tertius gradus eſt perpetuitas vitæ integræ & caſtæ
In cap. 1. traductæ. Quartus eſt votum de hac ipſa re: quale vo-
Lucæ. li. tum primam emiſiſſe beatiſſimam Virginem, teſtantur
de excel. Patres. S. Auguſtinus, S. Gregorius Nyſſenus, Beda, S. An-
Virginit. ſelmus, & S. Bernardus: Idem feciſſe Apoſtolos auctor
Ser. 4. de eſt S. Epiphanius, alióſque, qui poſtea vitam monaſticam
Annunc. & religioſam ſectati ſunt.
Hære. 58. Tertium cupiditatis genus eſt, vt diximus, propriæ
Tertium libertatis & voluntatis: nam, vt inquit S. Bernardus, *nihil*
genus. *omnino, quòd propria inquinatum ſit voluntate, guſtabit is,*
qui paſcitur inter lilia. Et Caſſianus ſcribit: *Poſſe aſcendere*
ad ſummam perfectionis culmina eum, qui primitus edoctus
Ser. 71. *fuerit ſuas vincere voluntates: & ſeniores tradidiſſe, Mona-*
in Cant. *chum nec poſſe voluptatem concupiſcentiæ ſuæ refrenare, nec*
Lib. 4. de *extinguere vllatenus vel iram, vel triſtitiam, vel ſpiritum*
inſti. c. 6. *fornicationis, ſed nec humilitatem cordis veram, nec cum fra-*

tribus vnitatem perpetuam, nec firmam diuturnámque poſſe retinere concordiam, ſed nec in cœnobio quidem diutius perdurare eum, qui priùs voluntates ſuas non didicerit ſuperare.

Propria voluntas coërcetur obedientia Deo præſtita, & Homini propter Deum: de qua Dominus ait, *Qui vos audit me audit*, & de ſe ipſo dicit ipſe; *Non vt faciam voluntatem meam.* Et Apoſtolus: *Factus obediens vſque ad mortem.* Luc. 10. Ioan. 6. Philip. 2.

Primus obedientiæ gradus eſt ſubiicere ſe homini propter Deum. Secundus eſt eidem voluntatem ſententiámque animi omnem regendam committere. Tertius eſt id vſque ad mortem præſtare. Quartus ad obedientiam voto ſe obligare, quod faciunt Religioſi, & fecerunt olim religioſæ vitæ Inſtitutores omnes & propagatores, qui, vt S. Auguſtinus, ſcribit, *vitam ſuam Deo deuouerunt.* Aut vt S. Baſilius loquitur, *ſeipſos Deo deuouerunt & conſecrauerunt.* In Pſ. 75. Reg. fuſius diſputat. c. 14.

Honor quid impedimenti adferat Perfectioni.

CAPVT III.

IN bonis externis numerantur honores, præſertim mundani, qui tamen paupertate non abiiciũtur, ſicut reliqua eiuſdem generis bona & aliqui honores ſunt, qui perfectis viris aliquando deferuntur, immò etiam ab ipſis accipiuntur ad Dei gloriam, & ſalutem animarum. Quare dubitari meritò poteſt, num honor, & quis honor, ſi quis eſt, perfectioni ſit impedimento.

S. Thomas ſic habet: *Honori qui Deo & ſanctis omnibus exhibetur propter virtutem, vt dicitur in Pſalmo, Mihi autem honorificati ſunt amici tui Deus, abrenunciare non competit religioſis, qui ad perfectionem virtutis tendunt. Honori autem, qui exhibetur exteriori excellentiæ, abrenunciant ex hoc ipſo, quod ſæcularem vitam derelinquunt.* 2. 2. q. 186. Pſal. 138

Duo igitur ſunt honoris genera, primum eſt, quod vir-

tuti debetur, ſecundum, quod habetur hominibus, non ratione virtutis, ſed alia quacunque ex cauſa, nobilitate nimirum gentis, aut patriæ, opibus, poteſtate, & huiuſmodi rebus aliis, primus honor eſt virtutis, ſecundus honor eſt mundi ſiue ſeculi.

Primus honor. Honorem mundanum repugnare perfectioni Euangelicæ, perſpicuum eſt. id ſiquidem & verbo & exemplo ſuo nobis confirmat Dominus, cùm facta contentione inter diſcipulos, quis eorum videretur eſſe maior, dixit: *Lu. 22.* *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur.* (Euergetes Græcè) qui erat titulus ea tempeſtate Principes delectans, ſicut noſtra hac (celſitudo) *vos autem non ſic, ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator. Nam quis maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nónne qui recumbit? Ego autem in medio veſtrum ſum, ſicut qui miniſtrat.* & pertrita ſunt in Euangelio monita, quibus Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos, eorúmque ſectatores paſſim admodum grauiter inſtruit ad omnem abiectionem & humilitatem. Certè Chriſti imitator Paulus ſe pergere profitetur ad perfectiſſimam charitatem *2. Cor. 6.* *per infamiam & bonam famam.* Se nihil vile exiſtimare, quod cum ſalute animarum Chriſtíque gloria coniunctum, ſit, etiam ſi propterea neceſſe ſit eſſe ſe ſpectaculo *1. Cor. 4.* lo atque ludibrio hominibus, omniúmque, vt ait, *peripſema.* *Galat. 6.* hoc eſt, ſordes, & fœcem populi. Quare prædicabat: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Quamobrem qui poſtea mundo renunciarunt, vt Chriſtum ſequerentur, ſimul etiam honoribus ſe addicarunt, vitámque inſtituerunt remotiſſimam ab omni mundana pompa atque ſplendore, quod non obſcurè docet ſanctus Baſilius, cùm de renunciatione ſcribit, & poſtea cùm nouitio probando leges dat: *Num*, inquit, *paratus ſit libenter ad omne humilitatis genus deſcendere miſſa omni verecundia, ita videlicet, vt ſordidiſſima quæque artificia ſuſcipere non recuſet.* Et paulo pòſt: *maximè autem ei, qui ab ſplendido aliquo vitæ genere ad imitandum modeſtiſſimæ humilitatis Domini noſtri I E S V Chriſti exemplum feſtinat, munera quædam præſcribi debent, de numero eo-*

Reg. fuſius diſput. inter. 8. Inter. 10.

rum,

rum, quæ illi ſordida exiſtimant, qui in ciuili vita verſantur, obſeruandúmque num in ijs cum omni animi alacritate non erubeſcentem & inconfuſibilem ſe Deo operarium exhibeat.

Ad quam doctrinam illuſtrandam adfert Caſſianus exemplum nobiliſſimi cuiuſdam viri, *& ſummæ*, vt ait, *familiæ*, res viles iuſſu Abbatis vt venderet, circumferentis, ad cuius narrationis calcem hæc habet: *Nequaquam perterritus tam vilis & tam inſueti officij nouitate, nec conſiderans indignitatem rei, natalúmque ſplendorem, ac venditionis iniuriam, dum illam Chriſti humilitatem, quæ eſt vera nobilitas, per obedientiæ gratiam deſiderat obtinere.* hanc porrò humilitatem ipſe tradit fundari in expoliatione omnium facultatum & nuditate, in perfectáque abrenūciatione, qua deinde ſe ſubiiciat homo obedientiæ, ita vt nulla in eo viuat voluntas præter Abbatis mādatum. *Quod*, inquit, *non aliter obſeruari poteſt, niſi quis non ſolùm ſe mortuum huic mundo, verum etiam inſipientem iudicarit ac ſtultum, vniuerſa quæ ſibi fuerint imperata ſine vlla diſcuſſione perficiens, ſacroſancta ea credens, ac diuinitus promulgata.* Libr. 4. cap. 29. Libr. 12. cap. 32.

Hoc idem renūciationis genus, nempe honoris mundani, explicauit quoque S. Gregorius, attexens etiam tentationem, qua huiuſmodi homines poſt renunciationem vexari aliquando ſolent, remediúmque curationis. *Alius*, inquit, *contempta mundi ſuperbia, honores atque dignitates huius ſæculi decreuit vitare, vltimum appetit inter homines locum tenere, vt tāto excelſior inueniatur in permanenti gloria, quanto humilior aſpicitur in tranſeunte vita. is fortaſſe cùm ſubitò ſe à proximo deſpici agnoſcit, dedignatur, cur deſpicitur. vult quidem in loco humili, ſed tamen attendi contemptibilis non vult. hunc iam deuotio eleuat, ſed adhuc infirmitas grauat. iam ergo pro deuotione holocauſtum eſt, ſed adhuc ex infirmitate inquinatum. Hi itaque qui in eis, quæ optimè deuouerunt, aliqua infirmitate ſui culpa tanguntur, cùm per verba doctorum dicta Patrum intelligunt, & in quāta culpa iaceant agnoſcunt, ſéque ipſos pœnitentiæ lamentis afficiunt, holocauſtum in oſtio portarum lauant.* Hæc ſanctus Gregorius. Hom. 20. in Ezech.

Digitized by Google

Sed quid eſt quod rem, aliunde certiſſimam, hiſce rationibus vltra confirmemus? Quid enim certius quàm Chriſtum Dominum, in cuius imitatione & ſimilitudine omnis Chriſtiana perfectio conſiſtit; proceſſiſſe obuiã non inimicis modò, ſed ſimul etiã iniurijs, ludibrijs, blaſphemiis, execrationibus, diris, quibus eũ aduerſarij atrociſſimè, quantum in ipſis fuit, contaminarunt? An, vt diximus in capite de humilitate, non *dedit percutienti ſe maxillam?* an non *ſaturatus eſt opprobrijs?* an non *cùm pateretur, non comminabatur? tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè?* an non *coarctabatur, donec baptizaretur ſanguine,* quẽ non minùs ignominiosè exorbuerunt Iudæi, quàm ille copiosè pro nobis glorioſeque perfudit? Mortem crucis oppetẽs ſimul acerbiſſimam, ſimul pleniſſimam contumeliis.

Eodem in loco reponimus beatiſſimam Dei matrem, quam quis dubitat, quin eùm cruci aſſiſteret *Chriſtum* amãtiſſimum filium non *induerit*, hoc eſt, eius crucis & mortis ignominiam non ita libenter adamauerit, amplexatáque ſit, ac ſi *Chriſto confixa eſſet cruci?* Certè iam inde ab initio Chriſti ſpiritu imbuta & educata *prætulit virginitatem,* vt S. Bernardus ſcribit, *opprobrio ſterilitatis quia vnctio docebat eam de omnibus, ac ſermo Dei viuus & efficax antè illi factus eſt magiſter quàm filius prius inſtruxit mentem, quàm induit carnem,* ob quam cauſam cùm ſuſpicionem criminis facilè dimouere poſſet, cùm occultè dimitteretur à Ioſeph, ne ſuſpirium quidem ad ſui defenſionem emiſit.

Hom. 3. ſuper Miſſus eſt.

Denique vox illa Apoſtolica perfectorum Chriſti militum vox eſt: *Placeo mihi in contumelijs, in anguſtijs pro Chriſto.* Ergo procul eſt à Chriſti ignominioſæ gloriæ amatoribus mundani honoris appetentia: & luce clarius eſt, nihil Chriſtianæ perfectioni repugnare magis quàm ſuperbiam, ſine qua honor huiuſmodi nec deſiderari nec quæri poteſt.

2. Cor. 12.

Ad extremum qui renunciat vitæ mundanæ ac dignitati, quæ eam ſequi ſolet vel propter magnitudinem opum, vel ob aliam quamcunque ſimilem cauſam, abjicit ſine dubio omnẽ ſpem mundani honoris, ad eumque

Digitized by Google

ſibi omnem aditum & intercludit & interdicit.

Honor virtutis ab aliis ſanctus appellatur, complectitur autem quoſlibet honores & titulos, qui virtuti dantur ab hominibus: inter quos principem locum obtinet Eccleſiaſtica dignitas, ſiue ſit ſecularis ſiue regularis. In hoc autem quærendo ambitioſum eſſe apertum flagitium eſt, non ſolùm perfectis viris, ſed Chriſtianis omnibus interdictum. Sicut autem perfectioni non repugnat ita viuere itaque ſe in rebus omnibus gerere, vt vitam ex virtute traductam laus poſſit comitari, honorque virtuti debitus tribui; ſic qui perfectionem ſectatur, ita in virtutum omnium exercitatione verſari debet, vt ne minimam quidem cogitationem fluxi atque caduci honoris, quamuis iuſtè virtuti debiti ſuſcipiat. neque enim alium honorem amare aut appetere poteſt perfectus, quàm æternum, vt ex his, quæ diximus libro quarto capite trigeſimo, perſpicuum eſt. Nec qui renunciat mundanis rebus, ſancto huic honori etiam renunciat: tum quia non eſt in eius poteſtate, ſed in honorante, tum quia ſimul nuncium remitteret virtutum actionibus, quæ per ſeſe maximè laudabiles ſunt, etiamſi à nemine honerentur aut celebrentur, modò ſe attentè circumſpiciat proficiens, nec vlla vnquam ſpecie honoris abiecta ſibi non ſolùm aciem mentis perſtringi ſinat, ſed nec ad rem vel minimam honoris cauſam inchoandam moueri. *Secundus honor.*

Cæterùm ſpiritus perfectionis Euangelicæ hominem ad Chriſti humilitatem totis viribus amplectendam incitat & impellit. Quare vt Chriſtus ſe occultauit & remouit ab oculis eorum, qui eum Regem creare deliberauerant, ſic qui Chriſtum, ex animo ſequuntur, non ſolùm honores non appetunt nondum ſibi conſtitutos, ſed delatos recuſant & reſpuunt, & ne ad eos contra voluntatem aſcendere cogantur, fugam arripiunt, latebras quærunt, ſibi etiam aliqui membrum aliquod corporis amputant. quod de ſancto Marcho Euangeliſta dicitur, & certum eſt de Amonio Monaco, qui ſibi cùm præſcidiſſet auriculam, interminatus eſt ſe etiam linguam inciſurum, ſi vrgere pergerent illi qui *Pallad. Sect. 11. Niceph.*

Digitized by Google

libr. 11. *cap.* 37. 22. *quæſt.* 185. *art.* 2. *ad.* 3.

hominem ad Epiſcopatum importune vocabant: admiranda ſanè facinora, & *ſolo diuino inſtinctu*, vt ſanctus Thomas aſſerit, *excuſanda*. imitanda exempla priora, quę multa & illuſtria ſunt in hiſtorijs Sanctorum, Siluestri, Gregorii, Ambroſii, Auguſtini, Felicis Martyris, Bernardi Abbatis, Thomæ Aquinatis, Bernardini Senenſis, & aliorum multorum, quæ operæpretium eſt enumerare, quia notiſſima ſunt.

Eodem impulſi ſpiritu aliqui honores iam adeptos magno animo & nouo exemplo abiecerunt perfectionis amore. vt Epiſcopatum conſtantinopolitanum Nazianzenus, & ſummum Pontificatum S. Cæleſtinus.

Quare vt bene faciunt illi, qui à Deo per Maiores vocati tanquam Aaron, honores qui ſibi mandantur, accipiunt ad Dei gloriam & animarum vtilitatem: ſic laudandi illi ſunt maximè, qui humilitatis Chriſti amore ſuccenſi ſe totos demittunt, abiiciunt, honores non quærunt, & verò etiam contemnunt, idque toto vitæ ſuæ tẽpore profitentur, & niſi ad honorarios titulos adigantur præcipientis authoritate, ad idem ſe voti perpetui nexu obligatos volunt, qua in re præclaram habemus ſancti Thomæ doctrinam, qui ſic ſcribit: *Accipere Epiſcopatum non eſt de neceſſitate ſalutis, ſed fit neceſſarium ex ſuperioris præcepto. His autem quæ ſic ſunt neceſſaria ad ſalutem, poteſt aliquis impedimentum licitè apponere, antequam fiat præceptum.* Et paulo pòſt: *Qui votum emittit de non ſuſcipiendo Epiſcopatum, ſi per hoc intendat ſe obligare ad hoc, quod nec per obedientiam Prælati ſuperioris accipiat, illicitè vouet. Si autem intendit, ad hoc ſe obligare, vt quantum eſt de ſe Epiſcopatum non quærat nec ſuſcipiat, niſi imminente neceſſitate, licitum eſt votum, quia vouet ſe facturum id, quod hominem facere decet.* Quod ſanctus Doctor affirmat de Epiſcopatu, ſine dubio dici poteſt de quocũque alio honoris gradu, etiam regulari.

22. *quæſt.* 185. *art.* 2. *ad.* 3.

Quod ſi quæratur, an præcipienti in re hac repugnandum ſit, nemo dubitat, quin liceat anhelanti ad humilitatis Chriſti perfectionem ſe ipſum planè explicare præcipienti, non tam repugnantis ſpecie, quàm aperientis quid ſit in nomine: idque quantum & quatenus neceſſe

ed by Google

eſſe coram Domino iudicetur: denique quidlibet faciẽdum eſſe, vt procul ab honoris nomine in humilitate nos contineamus, dummodo peccatum pertinacię, quod ſine magna obedientiæ iniuria non incurritur omnino vitetur. quæ regula à ſancto Gregorio olim præſcripta eſt in hæc verba: *Tunc ante Dei oculos vera eſt humilitas, cùm ad reſpuendum hoc, quod vtiliter ſubire præcipitur, pertinax non eſt.* *Paſtor. D. P. c. 6.*

Quæ externa virtutum actiones conducant ad perfectionem acquirendam, & quomodo.

CAPVT IV.

ACTIONES virtutum ad charitatem tanquam finem referuntur. Et ſunt in vnaquaque virtute duplices, internæ & externæ, quę omnes charitati inſeruiunt: externæ quidem, quia quamuis perfectio in animo ſit, externa tamen actio excitat plerumque animũ ad agendum, & honeſtiſſima voluptate, quæ ex ipſa actione à proficiente percipitur, vegetat vim facultatis internæ actum virtutis producentis. *Ex ſubſequenti enim opere*, ait S. Gregorius, *etiam dona ſuccreſcunt.* Qua ratione roboratur & creſcit charitas. *Lib. 1. dialog. cap. 4.*

Quænam verò ſint externæ actiones, quæ ad perfectionem potiſſimùm iuuandam diuinitus ſint inſtitutæ, non eſt quòd aliunde quàm ex ſacris Scripturis ac Patribus exquiramus. Eſt autem ſcriptum apud Tobiam, Angelum de cœlo demiſſum ſic docuiſſe: *Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna.* quo loco non ſolùm eleemoſynæ corporalis mentio fit, ſed etiam ſpiritualis. Siquidem ibi cõmẽdatur ab Angelo illa miſericordia, quã vtiliter erga ſuos tribules exercuerat Tobias: quẽ certũ eſt monita ſalutis ſolitũ dare illis; nõ ſolũ corporibus cõſulere. *Tob. 12.* *Tob. 1.*

Perfectum virum fuiſſe Tobiam nemo dubitat, ſed

nec dubitandum eſt, eum non niſi adminiculis harum actionum ad perfectionem aſcendiſſe. Etenim de his loquens S. Leo ſic ſcribit: *Hæc triplex obſeruantia, dilectiſſimi, omnium virtutum comprehendit effectus. Hæc ad imaginem, & ſimilitudinem Dei peruenit, vt à Spiritu ſancto inſeparabiles faciat.* Et S. Chryſologus; *Hæc*, inquit, *vitia extingunt, virtutes iſta ſuccedunt, hæc reddunt caſta corpora, corda pura; hæc pacem membris, mentibus dant quietem; humanos iſta ſenſus ſcholam faciunt diſciplinæ: per hæc in templum Dei pectora humana conſurgunt, hæc hominem præſtant Angelum, homini Deitatis deferunt hæc honorem. Hinc eſt quòd fit horum ſuffragio* Moyſes *Deus, per hæc Elias neſcit mortem, relinquit terras, cœlos intrat, commoratur Angelis, conuiuit Deo, & terrenus hoſpes ſupernas obtinet manſiones. per iſta Ioannes fit Angelus in carne, cœleſtis in terra; & auditu, viſu, tactu, totã ſolus capit, tenet, complectitur Trinitatem.* ſimilia ſcribunt alij.

Serm. 1. de ieiunio 7. menſis. Ser. 43.

Ex his porrò intelligimus, quas ob cauſas hæ actiones tres ad perfectionem conſequendam præſtent aliis, tum quia omnium virtutum effectus comprehendant, nec ſine virtutum omnium præſidio exerceantur; tum verò quia animum hominis optimè præparent ad diuinam perfectionem accipiendam: mortificant enim paſſiones, & vitioſos habitus reuellũt. Quod ſignificat ſanctus Vir illis verbis: *Vitia extinguunt, adferunt corpori & animo puritatem. Reddunt*, inquit, *caſta corpora & corda pura.*

De ieiunio autem vniuerſaque corporis caſtigatione multa ad rem præſentem pertinentia ſcripta ſunt libro ſecundo, capite duodecimo, & libro quarto, capite trigeſimo quarto, ad quæ lectorem remitto: quem etiã hortor, vt animum ſeriò aduertat ad eam ſententiam Seraphini Firmiani, quam retulimus libro tertio, capite decimo nono, & continetur regula eius decima quarta.

Quantopere conducat ad veram abnegationem animi morborumque eius pietatis tam ſpiritualis quàm corporalis exercitatio, explicatum etiam à nobis libro quarto, cap. vigeſimo octauo.

Lib. de cura pro mort. c. 1.

Quare ſupereſt vt de externa orantis Deum actione

pona

ponamus S. Auguſtini verba, quibus quantum proſit internis orantis motibus, ſic oſtendit: *Orantes de membris ſui corporis faciunt, quod ſupplicantibus congruit, cùm genua figunt, cùm extendunt manus, vel etiam proſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt: quamuis eorũ inuiſibilis voluntas & cordis intentio Deo nota ſit, nec ille indigeat his indicijs, vt ei humanus pãdatur animus: ſed his magis ſeipſũ excitat homo ad orandum gemendúmque humiliùs atque ferventiùs. Et neſcio quomodo, cum hi motus corporis fieri niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdémque rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui vt fierent, iſta præceſſit, quia facta ſunt, creſcit.*

Ad has tres externas actiones aliæ reuocantur omnes, quæ innumeræ planè ſunt, vtiliſſimæque motionibus animi, quas virtus excitat: immo ad hoc ipſum inſtituti ſimul ſunt ſacrarum cæremoniarũ ritus; qui propterea diligentiſſimè ſeruandi & obeundi ſunt à proficiente; maximè verò ij qui ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſpectant, & ad canonicas horas, aliaſque religioſas cæremonias, quibus tenentur, qui ad inſtituta religionum vocati ſunt: ſed maius momentum ad perfectionem eſt in actibus internis virtutum, de quibus deinceps agendum breuiter eſt.

Quomodo internis virtutum actibus præparetur animus ad Charitatem.

CAPVT V.

IN charitate in qua conſiſtit Chriſtiana perfectio conſiderandi ſunt habitus ipſe infuſus, & actus vi eius ab animo productus, actus perfectior eſt, quam habitus, ſiquidem vt ait S. Thomas: *Melius eſt bene agere, quam poſſe bene agere*, & habitus finis eſt actus. quare æterna beatitudo, quæ maxima eſt 1. 2. q. 71. a. 3.

hominis perfectio, actus eſt. eo igitur maior eſt perfectio hominis, quo vehemẽtior in eo eſt charitatis actus.

Augetur autem charitatis actus, non ſolùm habitu charitatis, ſed etiam virtutibus acquiſitis, tum quia hæ comprimũt hominis prauas inclinationes & paſſiones, eneruantque ac tollunt vitioſos habitus, quibus animus in plura diſtractus ſtudia retardatur, ne totus toto conatu per actum Charitatis feratur in Deum: *Vno*, vt ait S. Hieronymus, *ædificante in nobis, & alio deſtruente*. Tum quia virtutes eædem animum incitant ad ea conſectanda bona, quæ conſonant Charitati, & quibuſdam quaſi igniculis appoſitis charitatem incendunt, cum Deoque animum coniungunt. ob id Apoſtolus: *Spiritu ambulate*, ait, hoc eſt, vt exponit S. Hieronymus, *ſpiritualibus actibus*, quos deſcribit infrà cùm eos numerat, *fructus ſpiritus* vocat. vbi etiam addit: *Cum enim anima carnalia cogitat, caro dicitur; quando verò ſpiritualia, vnus cum Deo fit ſpiritus*, per charitatẽ nimirum hiſce ſpiritualibus actibus auctam.

In Gal. 5.

Et quanquam virtutum omniũ interni actus ad hunc modum charitatem augent, creſcit nihilominus eadem charitas actibus earum virtutum, quæ acquiſitæ cùm ſint, ſimiles ſunt Theologicis, vtpote procreatæ ex earũ actibus, iiſque omnino ſimiles quamuis non pares, cùm ſint hæ naturales, illæ ſupernaturales: fieri enim non poteſt, vt qui exercet fidem, ſpem, & charitatem erga Deũ, iis ipſis actionibus, qua ratione ſunt ab homine productæ, non acquirat habilitatem & facilitatem animi maiorem ad eaſdem promptiſſimè repetendas. Hæc habilitas habitus eſt & Virtus, vt ita dicam, Theologica, ſed acquiſita, non tamẽ ſine auxilio ſupernaturali Dei. Vſus certè eius tanquam charitati propinquæ, ad charitatis incrementum maximè facit propterea quòd Theologicæ virtutes, cùm ſupernaturales ſint, hoc eſt, diuini cuiuſdam generis & ordinis, non frangunt directò Vires habituum vitioſorum, qui etiam homini Dei amico ineſſe plerumque ſolent, ſicut nec reliquarum naturalium propenſionum deprauatos motus, ſed ſubleuãt hominis animum viréſque naturæ ad actiones illas nobiliſſimas,

Digitized by Google

longéque naturã hominis ſuperantes edendas, relicta in homine difficultate naturali ad eas reuocandas cũ velit.

Hæc difficultas mollitur primùm paulatim, deinde verò extinguitur præſidio & ope aliarum virtutum, quæ exercitatione Theologicarum, in homine progignuntur. Quare ſapienter S. Thomas: *Habitus*, inquit, *moraliũ virtutum infuſarum* (quod idem de Theologicis infuſis intelligitur) *patiuntur interdum difficultatem in operando, propter aliquas diſpoſitiones contrarias ex præcedentibus actibus relictas, quæ quidem difficultas non ita accidit in virtutibus moralibus acquiſitis*, (ſicut nec in Theologicis acquiſitis) *quia per exercitium actuum, quo acquiruntur, tolluntur etiam contrariæ diſpoſitiones.* 1.2.q. 65.art. 3.ad 2.

Ecce igitur tibi, quàm neceſſaria ſit ad perfectionem acquirendam noſtrimet abnegatio continua, qua frangantur prauæ inclinationes naturæ, paſſiones ſedentur. vitioſi habitus abradantur, peruincaturque difficultas, quam tantæ rei nos ipſi ex naturæ corruptione adferimus: quantum item momentum ad perfectionem poſitum ſit in frequenti diuturnoque vſu virtutum omniũ, in obſtinata, vt ita dicam, voluntate perfectionis culmẽ Deo iuuante conſcendendi. Abnegatio enim vitia impugnat, eadem iterata & continuata etiam expugnat. dumque id præſtat, ſimul interiorem hominem virtutũ actibus excolit, eorum habitibus complet & ornat contemptu mundi ſuíque ipſius; paupertate, caſtitate, humilitate, obedientia, à rebus creatis omnibus ita animum abalienans, vt eum in Dei amorem & charitatem protinus rapiat. quod quanquam aliis verbis non obſcurè docuerat Caſſianus: *Accipe paucis ordinem ad ſummam perfectionem. Principium noſtræ ſalutis ſapientiæque ſecundùm ſcripturas timor Domini eſt. De timore Domini naſcitur compunctio ſalutaris. De compũctione cordis procedit abrenunciatio, id eſt nuditas & contemptus omnium facultatũ. De nuditate Humilitas procreatur. De Humilitate mortificatio voluntatum generatur. Mortificatione voluntatum extirpantur atque marceſcunt vitia vniuerſa. Expulſione vitiorum virtutes fructificant atque ſuccreſcunt. Pullulatione virtutum Puritas cordis acquiritur. Puritate cordis* Lib.4. Inſtit.c.43.

Apoſtolicæ charitatis perfectio poſſidetur. Frequens igitur & aſſiduus abnegationis virtutúmque vſus certa via eſt ad augendam charitatem.

Eſt autem hoc loco diligentiſſimè obſeruandum, id quod etiam ſecundo libro monuimus: *Duplici*, vt Caſſianus ſcribit, *nobis labore ſudandum in expellēdis vitijs, quàm in virtutibus acquirendis. Et hoc*, inquit, *non noſtra capimus coniectura, ſed illius ſententia perdocemur, qui ſolus opificij ſui vires rationémque cognouit. Ecce, inquit, conſtitui te hodie ſuper regna, vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. In expulſione enim noxiarum rerum quatuor eſſe neceſſaria deſignauit: id eſt, euellere, deſtruere, diſperdere, diſſipare: in perficiendis verò virtutibus, & his quæ ad iuſtitiam pertinent acquirendis, ædificare tantum. modo atque plantare. Vnde liquidò patet, difficiliùs euelli ac deſtrui corporis animæq; paſſiones, quàm ſpirituales exſtrui ædificarique virtutes.*

Coll. 14. cap. 3.

Hier. 1.

Vberior quædam & ſubtilior explicatio Abnegationis præparantis ad perfectionem.

CAPVT VI.

SED præter mortificationem paſſionum maximè ad perfectionem neceſſaria eſt occultior quædam difficiliórque propriæ voluntatis & amoris abnegatio, eáque continua: non ſolùm initio exercitationis huius, ſed etiam & multo maximè in progreſſu ipſo & complemento. quæ quidem abnegatio Dei omnipotentis Maieſtatis, poteſtatis, charitatis, voluntatiſque cognitione perfecta ita hominem Deo ſubmittat, ac propriæ ſui ipſius deſpicientiæ amātem faciat, vt nihil magis optet, nihil curet magis, quàm aſſiduè frangi voluntates ſuas, itaque concuti amorem proprium, vt, ſi fieri poſſit, conuellatur omnino. Id ego ſic explico ex doctorum piorumque hominum, qui currunt virtutis & perfectionis ſtadium, diſciplina & experimentis.

Digitized by Google

Certum eſt, nos noſtri iuris nec eſſe, ſed Dei,& voluntatem noſtram quantumcumque ſit in hominis poteſtate,diuini & ipſam iuris eſſe, & à nobis in vnius Dei voluntatis deditionem omnino redigendam: vt Deus ea totiſque nobis vtatur,noſque verſet,quomodo ei placuerit.

Quæri igitur poteſt,vtrùm expediat vt Deus,regendæ voluntatis Dux, conſolationibus an afflictionibus adhibitis eam dirigat ad perfectionem: Et reſpondetur de ſententia patrum, quos adduximus ſecundo libro, cùm ageremus de Abnegatione, ſatius eſſe,vt voluntatem Deus ad ſe trahat per ea, quæ contra voluntatem ſunt, quàm per ea,quæ voluntatem alliciunt mulcentque, & ſi ſanctiſſima illa ſint, nec à nobis expetita propter nos, ſed propter Deum ſolum; ſiue externa bona maláve ſint,qualis eſt infamia, ignominia, paupertas, contemptus,& alia huiuſmodi;ſiue interna, multóque id magis ſi interna ſint; quales ſunt deſolationes,derelictiones,tentationes grauiores, anguſtiæ cordis,tenebræ mentis,anxietates, perturbationes animi, & id genus alia,quæ vitam acerbam faciunt.In his verſari nos, & his exagitari quietem voluntatis noſtræ:melius multo eſt,quam frui contrariis bonis. Quamobrem proficiens nō ſe comparat ad quietem aut tranquillitatē, ſed ad omnia potiùs genera afflictionum internarū.in vnaque Dei voluntate pacem quietemque collocat ſuam; quantumuis magnis perturbationum fluctibus interiùs ſe iactandum præuideat. *Quæſtio.* *Reſpōdetur.*

Huius autem aſſertionis hæc eſt cauſa, quòd meriti apud Deum ratio poſita eſt maximè in abnegatione tum exiſtimationis, tum amoris proprij, ad quorum vtrumque abnegādum faciunt magis res aduerſæ,quàm ſecundæ, ſiue extrinſecus accedant, ſiue exoriantur in animo.

Ad exiſtimationem propriam comprimendam eſt neceſſaria propriæ vilitatis cognitio:quæ quamuis per mentis illuſtrationem obtineatur à Deo, & ab eo beatis mentibus concedatur; Viatorum tamē naturæ accōmodatius eſt,eam experimento nanciſci. Deus itaque qui

natura non deſtruit, ſed perficit, vult à nobis cognoſc vilitatem noſtram ipſo vſu & experientia: dum experimur ſcilicet in nobis voluntatem repugnacem, & minimè quietam, vt perſpicuè cernamus, quid ex nobis ſit in nobis, & quid in nos ex Deo permanet: ex nobis quippe eſt ſentire motus illos turbidos contrarios rationi: ex Deo autem, iis non conſentire: ex nobis eſt caligo mentis, ſiccitas cordis, afflictio; ex Deo contraria Dona, quibus illa tanquàm à ventis nubes diſpelluntur. Neque id iniuſtè vult Deus, ij enim ſumus, qui ob commiſſa facinora digni ſumus, in quos calicis, qui in manu Domini eſt, vniuerſa amaritudo & ira delapſa nos obruat, cuius tamen vix minimam guttam nobis aſpergit Deus, cùm nos affligi permittit: vt qui eā refugit, iniuſtè admodum à Dei iuſtitia ſe ſubtrahat, præ amore ſui immoderato: ij ſumus, quos quamquam ſibi Deus reconciliauit per ſanguinem filij ſui, & cōdonato adulterio ſecum iterum copulauit vt ſponſas; veli tamen patrati ſceleris extare animis corporibúſque noſtris inuſtas perpetuo, notas vexationum & calamitatum, vt intelligamus, aliter nobiſcum agi, quàm ſi incorrupti integrique vixiſſemus ſemper; iiſque malis à Deo nos affici, vt ſuper nos recognoſcamus manum Domini, qua veluti de cœlo percutimur cruciamúrque (quamuis infinitè minus quàm par eſt) indéque exurgamus ad maiorem reuerentiam erga Dei maieſtatem, timorémque maiorem, ac in bonam partem accipiamus eius etiam verbera atque flagella, quando ab eius infinita miſericordia proficiſcuntur omnia. Denique ſicut temporanea ac terrena proſperitas, ſic ſpiritualis hominis mentem obcæcat, multóque magis hæc, quàm illa, quia irrepit, nocetque occultiùs, & cùm ſit nobilioris generis, animum magis turgeſcentem reddit, & immemorem ſui nihil, veterúmque delictorum, ideóque lucifero propiorem, hæc ad configendam exiſtimationem propriam.

Ad ſuffringendos autem amoris proprij neruos, eundémque ex animo conuellendum, valent illæ eædem deſolationes & miſeriæ: cum enim ipſo experimento compertum nobis eſt, ex nobis exiſtere adeò prauas

propen

propenſiones & corruptelas, concitamur in noſtrimet odium, contemptum, nauſeam, indignationem, perſecutionem, in nóſque conuitia iactamus, & exprobramus nobis noſtra dedecora. Deinde illa voluptas, quæ ex ſpiritus dulcedine fluit, qua nobis ipſis maximè placere ſolemus, magis nutrit amorem noſtri, quàm illecebræ rerum mundanarum: eſt quippe idem in diuerſa materia vitium; idque accidit cùm Dei dona magis quàm Deum ipſum quærimus, eiúſque propterea mercenarij ſerui ſumus. Idcirco in cor hominis amariſſima quæque congerit Deus, vt ita hominem probet, aſſueſaciátque diligere Deũ propter Deum, non ſemet propter ſeipſum. Id enim adeò præpoſterum eſt, adeóque Deo diſplicet, vt interdũ permittat nos incidere in graues tentationes, ac turpiter labi: tũ vt ex illa manifeſta turpitudine cognoſcamus occultã offenſam, in qua ſumus apud ipſum, tũ vt vel ſic ablactemur à lacte noſtræ cupiditatis & volũtatis.

Quare quamuis debemus peccata, in quæ incurrimus, quatenus Deo aduerſantur, & quia peccata ſunt, immortali odio proſequi; quatenus tamẽ apta ſunt nos demittere, nobis aliiſque viles efficere, noſtram denique erga nos ipſos affectionem retundere, patienter ferenda ſunt, cùm ex illis hoc tantum bonum tanquam è tenebris lucem Deus educat. Immò actum ipſum bonũ, ſi quia nobis placet, blandíturque naturæ & exiſtimationi propriæ, à nobis expetitur, non dicam à Deo abalienare, dicam tamen, non copulare nos cum illo.

Accedit, quòd quamdiu vas humani cordis non planè purgatur fæce amoris huius, Dei donis pluſquam par eſt inhærentis, & Deum ad æmulationem prouocantis, non expedit nobis Dei dona quædam qualia ſunt interna ſolatia, immunitas à tentatione, illuſtrationes mentis & ſimilia augeri in nobis: eo enim illa veluti ſordida Deo malè olent, & homo iis lucupletatus tanquam nobilioribus phaleris conueſtitus equus aduerſus dominum calcitrat: dometur ergo priùs, & vexationibus ſubactus intelligat, nõ alia ratione vlla Dei dona à viro perfecto expectãda eſſe, niſi quia & quatenus Deus vult: illáque ſic nos Deo coniungere, promptóſque

efficere ad Deo ſeruiendum.

Summa igitur ope nitatur proficiens ad eam indifferentiam peruenire, qua non magis velit huiuſmodi dona, quæ cum honeſta etiam voluptate, quam ea, quæ cum afflictione animi diuinitus immiſſa, ſunt coniuncta, optet potiùs hæc, quàm illa: tum quòd ſint à ſuſpicione amoris priuati remotiora, tum quia opera quæ Deo per iſta præſtatur, gratuita omnino eſt, nullóque planè modo mercenaria, tum quia voluptaria & mollis via diaboli eſt, vt docuimus libro ſecundo, capite trigeſimoquinto, contrà via Dei grauis & ſeuera, tum denique quia cum illa quaſi mercede ſeruire Deo facilè quidem eſt, ſed inordinatum quid, obliquum, impurum, addo imperfectum, & quaſi monſtruoſum: quoniam qui huiuſmodi eſt, partem dat ſui Deo, reliquam ſibi retinet, nondúmque holocauſtum eſt, nec purum aurum: duobus ſeruit Dominis, in vtramque partem claudicat, Samaritanus potiùs, quàm Iſraëlita, qui Deo litat & idolo: ſimilis ex parte Racheli, quæ in terrâ promiſſionis commigrans ſecum ſimul idola paterna tranſportat: atque vt Rachelem propter idola ſecutæ ſunt vexationes, ſic proficiēs, donec ſe penitus exuat his amoris proprij deliitiis, perpetua tempeſtate diuerſarum perturbationum ſe quatiendum intelligat.

Matt. 6. 3. Reg. 18 4. Reg. 17 Gen. 31.

Quamuis autem illuſtrationibus & conſolationibus internis promptior euadat homo ad Deo ſeruiendum, qua ratione illæ, vt diximus in ſecundo libro, experi poſſunt, & verò etiam magni faciendæ ſunt; perfecto tamen viro ſatius eſt poſſe & velle ſeruire Deo ſine promptitudine, quæ inde proueniat, potiùs cùm interna contraria repugnantia & dificultate.

Prior error.

Deponendus propterea falſæ opinionis error duplex, vnus eſt meritum apud Deum conſiſtere in illa facilitate voluntatis, cùm ſub ea plerumque lateat pernicies meriti, vis amoris proprij multa, cuius expers eſt contraria difficultas, quæ id circo magna ſeges eſt magnorum meritorum, Quare Deus amantiſſimus, & qui tam bene nobis vult, excitat nos, deducit, trahitque ad ſeſe per mille ſalebras afflictionum & difficultatum nec patitur amicos

ſuos

Digitized by Google

ſuos diu eſſe ſedatos, & qui in cœlis apud ſe filios & adminiſtros habet ſibi ſumma voluptate coniunctiſſimos, quos perpetuò beata illa & inexhauſta lætitia perfundit, exigit à nobis in terris obſequia perfecta quidem, illique perquam gratiſſima, plena tamen perturbationis & doloris; perinde quaſi fortunatiſſimus Rex quiſpiam, qui quamquam innumeros habet: corporis ſtipatores miniſtróſque ſuorum ſtudiorum ad nutum paratiſſimos illique ad omnem voluntatem promptiſſimos, gratiſſimoſque, oblectat tamen ſeſe puſionis alicuius aut diſtorti hominis lentis frigidiſque obſequiis, ob hanc ſcilicet cauſam tantopere laudatur à Domino vidua Euangelica, quæ duo minuta æris ſolùm miſit in Gazophylatium.

Alter error corrigendus eſt proficienti, quo plerumque fingimus animo. quærimúſque nobis quietem quandam internam externámque, qua abiectis curis, reſtinctíſque perturbationum motibus, Deo tranquillè placidéque ſeruiamus, contrà quam res habeat, & vt ex antedictis intelligitur, contra quam velit Deus, qui vix dum hîc viuunt, tranquillat plenè animos amicorum ſuorum, ita poteſtatis ſuę vim nobis manifeſtam faciens, qua nauiculam noſtram inter tot procellas calamitatum tuto in portum valet deducere; ſimul, quia magnus poténſque eſt, nos itidem ad magna arduáque obeunda præparans: præſertim cum iteratis conflictationibus internis virtutis habitus confirmetur, *Virtus enim in infirmitate perficitur*: iiſdémque merces æterna, quæ non habitibus, ſed actibus eſt debita, plurimum augeatur & amplificetur. & hæc de ſubtiliore occultioréque abnegatione dicta ſunt breuiter.

Alter error.

2. Cor. 12

★

Digitized by Google

De duobus & proximis & maximis adminiculis perfectionis, Oratione & Contemplatione.

CAPVT VII.

DVo ſuperſunt adminicula Perfectio nis, & quidem omnium maxima: & proxima : vnum eſt oratio ad DEVM ; alterum eſt Contemplatio rerum earum, quibus perfectio ipſa perficitur. Et vt à primo ordiamur, illud certum eſt, Charitatem donum DEI eſſe,
Rom. 5. *Caritas Dei*, ait Apoſtolus, *diffuſa eſt in cordibus noſtris per SPIRITVM ſanctum, qui datus eſt nobis.* Et S. Iannes:
1. Ioan. 4. *Charitas ex DEO eſt* Et S. Auguſtinius: *In gratia eſt SPIRITVS viuificans, vnde eſt in hominibus charitas DEI &*
De gratia & li. arb. cap. 18. *proximi, niſi ex ipſo Deo?* Quod de charitate aſſeritur, dicendum ſimiliter eſt de omnibus alijs donis ad perfectionem pertinentibus, déque ipſo eorum incremento:
Iacob. 1. quia vt ait ſanctus Iacobus: *Omne datum optimum & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens à PATRE luminum.*

Quod cùm ita ſit, facilè intelligitur, quàm ſit proficienti neceſſaria oratio, vt perfectionem charitatis obti-
In Pſal. 118. Concion. 17. neat à DEO. *Cui*, inquit S. Auguſtinus, *donatur à Deo charitas DEI, & propter DEVM charitas proximi, profectò inſtanter orare debet, quo tantum ſibi augeatur hoc donum, vt non ſolùm pro illo contemnat delectationes cæteras, ſed etiam quaſlibet perferat paſsiones.* quod quàm ſtudioſè ac frequenter faceret, idemmet teſtatur in ſuis Confeſſio-
Lib. 1. Confeſſ. cap. 5. nibus crebrò. *Quis mihi*, ait, *det acquieſcere in te? Quis mihi dabit vt venias in cor meũ, & inebries illud, & obliuiſcar mala mea, & vnum bonum meum amplectar te?* Et alio lo-
Libr. 8. Confeſſ. c. 2. & 3. co: *Hei mihi quàm excelſus es in profundis, nuſquam recedis, & vix redimus ad te. Age Domine, & fac, excita, & reuoca nos: accende, & rape, flagra, & dulceſſe: iam amemus &*
Lib. 3. cap. 8. *curramus.* Denique alibi: *Da mihi te DEVS meus, redde mihi te. En amo, & ſi parum eſt, amem validiùs. Non poſſum metiri, vt ſciam quantum deſit mihi amoris ad id, quod ſatis eſt, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur, donec*

abſcon

Digitized by Google

abſcondatur in abſcondito vultus tui. Hoc tantùm ſcio, quod mihi malè eſt præter te, nō ſolùm extra me, ſed & in me ipſo: & omnis mihi copia, quæ DEVS meus non eſt, egeſtas eſt.

Nec ſolùm ad incrementum charitatis nobis eſt oratio neceſſaria, ſed etiam ad impetranda tam multa DEI auxilia, quæ ad exercendas virtutes tam multas, tam magnas, ad vincendas tentationes, ad mortificandos prauos affectus & habitus, ad progrediendum in via perfectionis, ad perſeuerandum in ſancto propoſito, nobis maximè opus ſunt. Nam. vt ait S. Auguſtinus: *Sicut oculus corporis etiam pleniſſimè ſanus, niſi candore lucis adiutus, non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſſimè iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur, rectè non poteſt viuere. Niſi Dominus*, ait Dauid, *cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Ad quam rem faciunt adeò varij & oportuni Pſalmorum affectus, quibus vt in rebus, actionibus, occaſionibúſque omnibus adſit nobis Dominus poſtulamus. *Lib. de Natura & gratia, c. 26.* *Pſ. 126.*

Adminiculum alterum cōtēplatio eſt, vt dicebamus. Nomine autem contemplationis hoc loco intelligitur attenta conſideratio rerum ſpiritualium, tam diuinarum quàm humanarum. huic enim qui vacat, vt debet mirum eſt quàm magnos in virtutibus, charitate præſertim, progreſſus faciat. Qua de re ſic S. Baſilius, cùm enim de perfecta renunciatione facienda diſſeruiſſet: *Hæc*, ait, *vbi præſtiterimus, omni cuſtodia cuſtodiendum fuerit cor noſtrum: neque patiendum, vt aſſidua de Deo cogitatio ex animis noſtris elabatur, néve eorum, quæ mirabiliter ab eo facta ſunt, memoria contaminetur per futiles & euanidas cogitationes: contráque illud agendum aſſiduè, vt ex puriſſima ac perpetua recordatione impreſſam in animis noſtris piam de Deo cogitationem, veluti indelebile aliquod ſignum, circumferamus. Siquidem hæc eſt ratio, per quam erga Deum acquiri charitas conſueuit: quæ ſimul cùm ad conficienda Dei mandata nos excitet, tum viciſſim quoque ab iiſdem ipſa ad perpetuitatem ſtabilis conſeruetur.* *Baſil. in Reg. fuſ. diſput. cap. 5.*

Contemplatio porrò quanquam induſtriam noſtram requirit, dōnum tamen eſt gratuitum diuinæ miſericordiæ. Deus enim eſt, *qui illuminat tenebras noſtras*, vt ait *Pſal. 17.* *2. Cor. 4.*

Dauid, *qui illucet in cordibus noſtris*, vt Apoſtolus ſcribit, quare & *lux* & *illuminntio noſtra* dicitur.

Contemplatio igitur & oratio ſimul miſceantur & temperentur oportet, ita, vix vt diſcerni poſſit vtra ſit, ad eum modum, quem aliquando legimus apud Patres, *Coruſcaſti*, (inquit S. Auguſtinus) *ſplenduiſti, & fugaſti cæcitatem meam: Flagraſti, & duxi ſpiritum, & anhelo tibi. Guſtaui, & eſurio, & ſitio. Tetigiſti me, & exarſi in pacẽ tuam.* Et poſt pauca: *Hei mihi Domine, miſerere mei.* Colligatio igitur ſumma eſt inter hæc tria, Orarionem, Contemplationem, Amorem, vt niſi ſimul de Contemplatione vix quicquam poſſit de Amore dici.

Aug. libr. 10. Cõfeſ. cap. 1.

Qua via diuinus Amor deinceps indagandus eſt ex Cantico Canticorum Salomonis.

CAPVT VIII.

DIuini Amoris naturam, vires, & gradus in Cantico Canticorum à Salomone SPIRITVS ſancti inſtinctu deſcribi & celebrari, certum eſt apud omnes, cui conſentaneum eſt illud, quod à Caſſiano ſcribitur, cùm de triplici Abrenunciationum genere loquitur: *Tribus*, ait, *abrenunciationibus propriè tres libri Salomonis aptantur. Nam Prouerbia primæ abrenunciationi conueniunt, quibus concupiſcentia carnalium rerum ac terrena vitia reſecantur. Secundæ abrenunciationi Eccleſiaſtes, vbi vniuerſa, quæ aguntur ſub ſole, VANITAS pronuntiantur. Tertiæ Canticum Canticorum, in quo mens viſibilia cuncta tranſcendens, verbo iam DEI cœleſtium rerum contemplatione coniungitur.*

Caſſian. collat. 3. cap. 6.

Pro certo etiam habetur à pleriſque omnibus, Sponſi & Sponſæ nominibus intelligi à Salomone DEVM aut Chriſtum, & animam hominis DEI amici. Hanc autem imperfectam initio in amore, deinceps proficientem & perfectam. Sic S. Ambroſius; *Debuimus*, inquit, *in nuptiis ſponſæ crines Calamiſtris quibuſdam ſaltem oratio-*

Ambr. li. 2. de virginib.

nis ornare, ne ſe priùs Dominico iugo timefacta ſubduceret, quàm vocata inclinaret. Sic equorum vis plauſa ſonitum diſcit amare ceruicis, ne recuſet iugum. Hoc nos magiſterium non inuenimus, ſed accepimus. Sic inſtituit myſtici carminis doctrina cœleſtis: Oſculetur me oſculo oris ſui. Totus iſte deliciarum locus ludum ſonat, plauſum excitat, amorem prouocat. Ideo, inquit, adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te retro. In odorem vnguentorum tuorum curremus. Induxit me rex in tabernaculum ſuum. Ab oſculis cœpit, vt ad tabernaculum perueniret. Atque illa tam patiens duri laboris exercitataq; virtutis, vt aperiat manu clauſtra, in agrum exeat, in caſtellis maneat; in principio tamen retro odorem currit vnguenti: mox cùm in tabernaculum venerit, vnguentum mutatura caſtellis. Origenes idem antè dixerat de ſponſæ curſu loquens: *Currit modò, quia adhuc curſu indiget & profectu.* Et alio loco: *Hæc ipſa quæ nunc nigra, in fine Cantici huius dealbata memoratur aſcendere.*

Cant. 1.

Origenes Hom. 1. in Cant. Homil. 2.

Dubitationem denique non habet, nunc profectum Sponſæ conſiſtere in renunciatione rerum terrenarum, contemptu ſui, abnegatione paſſionum, vitiorum expulſione, virtutum denique exercitatione continua, quibus gradum ſibi faciat anima ad contemplationem & amorem Dei. *Sed poteſt* (ſcribit S. Ambroſius (*hoc*) nimirum: *Oſculetur me ab oſculis oris ſui*) *ad animam deputari, quæ paſſiones corporis ſubigit, & ad virtutum officia conuertit, repugnantéſque motus ſibi obedientes efficit. Hæc igitur anima eleuans ſe à corpore, abdicatis luxuria atque delitiis, voluptatibúſque carnalibus, exuta quoque ſolicitudine ſecularium vanitatum, iamdudum infuſionem ſibi diuinæ præſentiæ & gratiam verbi ſalutaris exoptat, cùm moras eius ferre non poſſit, quaſi vulnerata charitate conuerſa ad* PATREM *vrget vt mittat ſibi Deum* VERBVM, *dicens: Oſculetur me ab oſculis oris ſui.* Sanctus Bernardus idem docet, initio Canticorum deſcribi Sponſam, etſi perfectam & ardentem amore, etſi oſculis Sponſi inhiantem; ſolicitam tamen adhuc, & anxia cura diſtentam *ſuper cuſtodia gregum ſuorum*, hoc eſt, mortificatione ſuarum paſſionum, dum ſibi illas ſtudet ſubiicere.

Ambroſ. Libr. de Iſaac capit. 4.

S. Bern. Serm. 28. in Cant.

Sed nec in contemplatione & amore perpetuò ſiſtit

Digitized by Google

ſponſa: vocatur enim à contemplando ad quærẽdas animas, earúmque procurandam ſalutem, amore videlicet impellente ac propè cogente: *Surge amica mea, ſponſa mea, & veni. Commendat*, inquit S. Bernardus, *ſponſus multam dilectionem ſuam iterando amoris voces: nam iteratio affectionis expreſſio eſt. & quod rurſum ad laborem vinearum ſolicitat dilectam, oſtendit quàm ſit de animarum ſalute ſolicitus: nam vineas animas eſſe, iam audiſtis.* Propterea idem de ſe alibi: *Patienter auellor ab infœcunda Rachelis amplexibus, vt de Lia mihi exuberent fructus profectuum veſtrorum. Minimè pigebit me intermiſſa quietis pro cura ſermonis, cùm videro in vobis germinaſſe ſemen meum, atque ex eo augeri incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Charitas enim, quæ non quærit quæ ſua ſunt, id mihi iamdudum facilè perſuaſit, nihil ſcilicet deſiderabilium meorum veſtris præferre vtilitatibus.*

Cant. 2. S. Bern. Ser. 61. in Cant.

Idem Ser. 32. in Cant.

Status quatuor Animæ DEVM diligentis, ex Cantico Canticorum & ſanctis Patribus.

CAPVT IX.

HIs quaſi fundamentis poſitis, accedendum tandem eſt ad ipſius charitatis indagationem, videndúmque quo modo vis & partes eius poſſint à nobis expeditè percipi ex his, quæ in Cantico Canticorum à Salomone traduntur, & à ſanctis Patribus explicantur.

Igitur quatuor omnino ſunt perfectiſſimi amoris & excellentiſſimæ charitatis ſtatus animæ DEVM ſingulariter diligentis, qui in eo libro deſcribuntur verbis ab humano amore artificioſſimè tranſlatis. Hi autem tanquam dies quidam noctibus, quietibus, vigilijſque diſtinguuntur. Quiete quippe contemplationem, actionem vigilia ſanctificare mos Scripturarum ſanctarum eſt: vt ſcribunt Patres in illa Geneſis verba: *Immiſit Dominus DEVS ſoporem in Adam*, ſanctus Ambroſius

Geneſ. 2. Ambroſ. Libr. 2. de Iacob. Libr. 1. Reg. 3. Libr. 4. moraliũ, cap. 30.

nimirum

nimirum, ſanctus Gregorius : & ſanctus Chryſoſtomus. Immo ſanctus Hieronymus auctor eſt, verſionem aliam habere: *Immiſit* DEVS *exſtaſim ſuper Adam.* Et hoc ipſum dormire, & ſomnum capere, quod aliquando ponitur in Canticis, contemplationem DEI eſſe, qua anima in amore DEI ſuauiſſimè conquieſcit, teſtantur ſanctus Gregorius Nyſſenus, ſanctus Bernardus, Rupertus, Abbas, & alij: ſicut & dormientem excitare ſponſam, eſſe, eam ad animas lucrandas inuitare.

Lib. 23. moraliũ, cap. 20. Chryſ. in cap. 38. Geneſis. Apud Theod. l. 3 in Cãt. S. Bern. in ſerm. 52. & 57. Rupert. lib. 5. 6. & 7.

Primus ſtatus amoris eſt actuoſæ vitæ, in quo anima affectibus nondum edomitis Deum quidem odoratur, & quaſi deguſtat, currens in odorem vnguẽtorum eius. non eo tamen ad arbitrium & voluptatem ſuam fruitur. *Et mirabar*, inquit S. Auguſtinus, *quòd iam te amabam, & inſiſtebam frui Deo meo, ſed rapiebar à te decore tuo, moxq́; diripiebar abs te pondere meo, & ruebam in iſta cum gemitu, & pondus hoc conſuetudo carnalis.* Et infrà: *Aciem figere non valui, & repercuſſa infirmitate redditus ſolitis, non mecum ferebam niſi amantem memoriam, & quaſi olfacta deſiderantem, quæ comedere non dum poſſem.*

S. Bern. Ser. 52. in Cant. Primus ſtatus. Auguſt. Lib. 7. Confeſſ. cap. 17.

Secundus ſtatus eſt vitæ contemplatricis. In hoc collocatur anima, facto ſibi ad eum gradu vitioſorum habituum demollitione, paſſionum propriarum compreſſione, & perfecta rerum omnium ſuique abnegatione: & in eo conſtituta non ſolùm ſicut in priore ſtatu Deum aliquando complectitur contemplationis & amoris actu, ſed eodem continuato aliquam diu ipſum contemplans amánſque pœnè poſſidet magna mentis tranquillitate: fitque ſuauiſſimus lectus pacifici Salomonis, & quaſi nuptiale ferculum, in quo ſponſus requieſcit ac vehitur, animam in ſe quieſcentem fouens. Hunc quoque ſtatum optaſſe ſanctum Auguſtinum, intelligimus vel ex eo loco Confeſſionum, qui ſic habet: *Noli eſſe vana anima mea, & obſurdeſcere in aure cordis tumultu vanitatis tuæ : audi & tu,* VERBVM *ipſum clamat, vt redeas, & ibi eſt locus quietis imperturbabilis, vbi non deſeritur amor, ſi ipſe non deſerat: Ecce illa diſcedunt, vt alia ſuccedant, & omnibus ſuis partibus conſtet infima vniuerſitas.*

Secundus ſtatus.

Aug. l. 4. Confeſſ. cap. 11.

Nunquid ego aliquò diſcedo, ait VERBVM DEI? *ibi fige manſionem tuam, ibi commenda quicquid inde habes anima mea, ſaltem fatigata fallaciis. veritati commenda quicquid tibi eſt à veritate, & non perdes aliquid, & refloreſcent putrida tua, & ſanabuntur omnes languores tui, & fluxa tua reformabuntur, & renouabuntur, & conſtringentur ad te, & non te deponent quò deſcendunt, ſed ſtabunt tecum, & permanebunt ad ſemper ſtantem ac permanentem* DEVM. *vt quid peruerſa ſequeris carnem tuam? ipſa te ſequatur conuerſa.*

Tertius ſtatus. Tertius ſtatus conflatur ex actione & contemplatione. In eo anima, ſic iubente ſponſo, à contemplatione diuulſa, ſe coniicit in turbam & gregem Paſtoris illius, qui propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, è ſinu PATRIS in terras deſcendit, quæſiturus magnis laboribus, & proprio ſanguine redempturus ouiculas, quæ perierant: procellam nullam acerbiſſimorum temporum, periculum nullum, pœnámve ſubterfugiens, aut dedecus, dum illas recuperaret. Hunc affectum ſponſæ exprimit ex Canticis S. Ambroſius in hunc modum: *Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis. Suprà ad hortum inuitabat hic ad agrum habentem non ſolum florum gratiam, ſed etiam triticum & hordeum, hoc eſt, ſolidiorum firmamenta virtutum, vt fructus eius aſpiciat. Requieſcamus, inquit, in caſtellis. Ad quæ Adam, cùm de Paradiſo eiectus eſſet, fuerat relegatus, in his requieſcebat, ſed terram operabatur. Qua autem ratione exire in agrum vellet, intellectus manifeſtus eſt, vt quaſi bonus Paſtor paſcat gregem ſuum, laſſos alleuet, reuocet errantes. Nam etſi iſta anima noua & vetera ſeruauit, tamen ſunt adhuc velut agni, qui lactis ſucco nutriendi ſunt.* Ergo quaſi perfecta non pro ſe, ſed *pro aliis interuenit, vt de ſinu* PATRIS *exeat, vt procedat foras tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: egrediens currat viam, vt infirmos lucretur.* Hunc ſtatum tenebat S. Auguſtinus, cùm in oratione cum DEO agebat ſic: *Domine* DEVS *meus intende orationi meæ, & miſericordia tua exaudiat deſiderium meum: quoniam non mihi ſoli æſtuat, ſed vſui vult eſſe fraternæ charitati: & vides in corde meo, quia ſic eſt, vt ſacrificem tibi famulatum cogitationis & linguæ meæ, & da quod offeram tibi.* Et paulo pòſt: *Da quod*

Ambroſ. lib. de Iſaac & Anima, cap. 8.

Cant. 7.

Geneſ. 3.

Pſal. 18.

Auguſt. lib. 11. Confeſſ. cap. 2.

Digitized by Google

amo: Amo enim,& hoc tu dediſti.

Quartus ſtatus eſt,cùm anima, vitam ſuprà humanã ac penè diuinam ſupradictis longè ſuperiorem inexplebili deſiderio appetens, tanto flagrat diuini amoris incendio, tantaque veluti zelotypia æſtuat, vt manere in carne mors illi ſit,& peregrinari à Domino alter quaſi infernus illi videatur, ſoletúrque propterea exilium ſuum, ac perferat vno ſtudio laboréque animarum lucrandarum dilectiſſimo ſponſo. De qua re ſic S. Gregorius: *Qui ſunt in ſancta Eccleſia thalami,niſi eorum corda,in quibus anima per amorem ſponſo inuiſibili iunguntur,vt eius deſiderio mens ardeat, nulla iam quæ in mundo ſunt concupiſcat,præſentis vitæ longitudinem pœnam deputet,exire feſtinet,& amoris amplexu in cœleſtis ſponſi viſione requieſcere? Mens itaque,quæ iam talis eſt,nullam præſentis ſeculi conſolationem recipit;ſed ad illam,quam diligit, medullitus ſuſpirat,feruet,anhelat,anxiatur. Vilis fit ipſa ſalus ſui corporis quia transfixa eſt vulnere amoris. Vnde & in Canticis dicitur: Vulnerata charitate ego ſum, mala autem ſalus eſt cordis,quæ dolorem huius vulneris neſcit. cùm verò anhelare iã cœleſti deſiderio & ſentire vulnus amoris cœperit,fit anima ſalubrior ex vulnere, quæ priùs ægrotabat ex ſalute. Menti autem ſponſum ſuum fortiter amanti de amore vitæ præſentis vna ſolet eſſe conſolatio, ſi per hoc, quod ipſa ab eius viſione differtur, aliorum animæ eius verbo proficiant, & ad cœleſtem ſponſum amoris facibus inardeſcant. Mœret,quia differri ſe conſpicit. Triſte eſt ei omne quod aſpicit,quia illum adhuc non videt,quem videre concupiſcit. Sed eſt, vt dixi, non parua conſolatio,ſi feruens anima differtur,& per eam multæ colliguntur,vt tardè eum cum multis videat, quem ſola videre citiùs volebat.* Hæc S. Gregorius, qui & plura ibidem in eandem ſententiam præclarè ſcribit.

Quartus ſtatus.

S. Greg. lib. 2. ſuper Ezec. Hom. 15.

Cant. 2.

Hæc,quamquam obſcurè, ſignificantur in Canticis. Primum ſtatum obtinet ſponſa, quando poſt ſomnum inter læuam & dexteram ſponſi in ſecundo capite ſuſcitatur illis verbis: *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni.* 1.

In ſecundum ſtatum intelligitur perueniſſe, quando ſomno repetito, ad nouum charitatis gradum iterum 2.

exci-

excitata, in tertio capite cum ſumma adoleſcentularu animarum admiratione audit ſponſa: *Quæ eſt iſta, q aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus m rhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pygmentarij.*

3. In tertio ſtatu eſt eadem, quando tertiò dormien denuo experrecta, in quinto capite de ſeipſa dicit: *Surr xi, vt aperirem dilecto meo.*

4. In quarto denique ſtatu collocatur ſponſa, quand ei poſt quartam quietem, ad quartum perfectiſſimæ ch ritatis gradum ſuſcitatæ, in octauo capite dicitur: *Qu eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens, innixa ſupe dilectum ſuum?*

Primus ſtatus. Primus ſtatus, ni fallor, in toto primo & ſecundo: Secundus in tertio & quarto: Tertius in quinto, ſexto, & ſeptimo; Quartus, in octauo capite Canticorum deſcribuntur & canuntur.

Sed iam res appetit, vt breuem paraphraſim proponamus vniuerſi Cantici Canticorum, qua perſpicuè appareat tota illa narrationis ſeries, & hi amoris diuini gradus quatuor diſtinctiùs explicentur.

Aperitur primus amoris diuini gradus, ſiue primus ſponſæ ſtatus, qui in primo & ſecundo Canticorum capite continentur.

CAPVT X.

Caput primũ Cãtic. *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.*

ANIMA ſponſa Chriſti Domini fieri percupida à Chriſto flagitat oſculum ſpirituale, perfectum nimirum ſenſum & guſtum dulcedinis amoriſque illius, qui ex contemplatione arctiſſimáque cum illo

Digitized by Google

coniunctione percipitur. Amores enim dulcedinéſque eius quodlibet terreni amoris humaníque ſolatij vinum longè ſuperare, certiſſimum eſt.

Oleum effuſum nomen tuum: Ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. „ „

Odorem bonitatis ſponſi, nomen exiſtimationémque eius fama celebratum inſtar alicuius ſuauiſſimi vnguẽti aut olei aromatici effuſi fragrantiæ, ſe ac cæteras animas, dulcedinis eius adhuc expertes, inuitare & ad ſponſum maximè allicere.

Trahe me poſt te, curremus in odorem vnguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum ſuper vinum: recti diligunt te. „ „ „ „ „

Proinde ſponſum rogat, vt ſe ſimul cum cæteris hæc odoris illecebra trahat & capiat: vt ſic poſt illũ currẽdo, in cellaria eius abdita penetrare, ibíque cũ cæteris exultare, lætari; dulcedines eius ſuper cuiuſcunque humanæ conſolationis vinum commemorare & celebrare poſſit, ad bonos omnes diuini amoris facibus inflammandos.

Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Hieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis: Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me Sol. Filij matris meæ pugnarũnt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui. „ „ „ „ „ „

Verùm quoniam alicui fortaſſe anima adhuc mortali & craſſo concluſa corpore videri poſſet minus idonea ac digna ad tantam cum cœleſti ſponſo familiaritatem ineundam, ait eadem, ſe quidem, corpore, quod corrumpitur aggrauante, nigram eſſe & deformatam: ſed

nigrorem hunc ſibi eſſe extrinſecus allapſum ab æſtu paſſionum ſenſus quaſi à Sole, vt ſub eo deſudantibus accidit: intus tamen ſe formoſam eſſe, vtpote inſignitam Dei ſimilitudine, capacémque diuinæ contemplationis & lumini. Non diffiteri ſe tamen, *filios matris*, hoc eſt, ſenſus, quos ſecum eduxit ex vtero carnalis parentis, aduerſum ſe quaſi arma ſumpſiſſe, adeóque inualuiſſe vt eam addixerint cuſtodiæ ac curæ rerum terrenarum, quaſi vinearum extranearum, itaque diſtraxiſſe, vt vineam animæ propriam penè videretur neglexiſſe.

« *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi*
« *paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari inci-*
« *piam poſt greges ſodalium tuorum.*

Idcirco obnixè rogat ſponſa ab ſponſo edoceri, quo modo ipſum poſſit per contemplationem inuenire, eóque inuento, ſub vmbra eius requieſcere, ac cubare tuta à meridiano calore paſſionũ ſenſus, viſciſſimque ab ipſo paſci ſuaui contemplationis & amoris paſtu: ne fortè deficiente intimæ ac ſpiritualis dulcedinis guſtu, extra ſe per ſẽſus externos poſita, vagari incipiens per imitationem poſt exempla brutorum & ſibi ſimilium, Mundo, diabolo, & Carni ſeruiat, extraneúmque cibum ſe ducta foris quærat.

« *Si ignoras te, o pulcherrima inter mu-*
« *lieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum*
« *tuorum, & paſce hædos tuos iuxta taberna-*
« *cula paſtorũ. Equitatui meo in curribus Pha-*
« *raonis aſsimilaui te amica mea. Pulchræ ſunt*
« *genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut mo-*
« *nilia. Murenulas aureas faciemus tibi ver-*
« *miculatas argento. Dum eſſet Rex in accubi-*
« *tu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.*

Annuit ſponſus optatis ſponſæ, eique viam oſtendit

inue

Digitized by Google

inueniendi ſponſum contẽplatione; iubet enim vt mente quaſi è corpore excedat, aſcendénſque ex his quæ videntur, ad ea, quæ non videntur, corporearum imaginum veſtigia perſequatur. Quam ob cauſam hunc animæ ad contemplandum egreſſum collaudans, ſponſam ait eſſe perſimilem populo Iſraëlitico ex Ægypto per rubrum mare in oppoſitum continentem penetranti nullo ſuo aut damno aut incommodo; extincto interim in eodem gurgite Pharaonis milite vniuerſo cũ curribus & equitatu, reliquoque apparatu bellico: triumphantibus Hebręis, & locupletatis infinita ſup ellectili, veſte, argento, aliaq; multa Ægyptiaca præda, ex qua ad filias magnificè ornãdas ſubſidia ſib comparauerat. Sponſam quippe genas & faciem mentis, quam inter contemplandum ad ſponſum conuertit, quàm plurimis ſpeciebus ab his quæ ſub ſenſum cadũt, acceptis, quaſi quibuſdam ſpoliis, aut mundo muliebri Ægyptiis erepto, ornatam cultamque habere. Aſcenſionem item ipſam mentis, qua veluti collum cum capite ſponſa cum ſponſo coniungitur, ex rerum creatarum formis, quibus ſibi ad creatorem ſponſum gradũ facit, quaſi torquibus aureis veſtiri ac cingi. Decumbens igitur ac quieſcẽs ſponſus res in lecto æternæ ſuæ beatitudinis ſponſam, ad ſe iam-iam meditando & contemplando aſcendentem commendans, affirmat ſimilem eſſe Nardo, quippe quæ humilis quidem ſit, vt adhuc in terra conſtituta; ſuauitatem tamen odoris ex ſe ipſa afflet talem, vt ad odoratum ſponſi recreandum ſufficiat.

Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, Oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus. Lectulus noſter floridus, ligna domorum noſtrarũ cedrina, laquearria

" *noſtra cypreſſina.*

Coniuncta ſponſa ſponſo, cōtemplationiſque & amoris actibus quaſi quibuſdam brachiis ſponſum complexa, dulciſſimis verbis ipſum alloquitur. Comparátque primo fragrantiſſimæ myrrhæ faſciculo inter vbera ſua commoranti: qua ſimilitudine cōſtituit ſibi ante mentis oculos humanitatem ſponſi paſſionis ſuæ amaritudine multa confectam, in eiuſque meditationem toto pectore incumbit. Deinde ſimilem illum dicit botro cypri, quæ arbor eſt ſuauiſſimi odoris in Engaddi prope mare mortuum, vt indicet teneri ſe ſimul contemplatione & amore beatiſſimæ Diuinitatis ſponſi, tantáque ſe ſuauitate compleri conſideratione ſuauiſſimi amoris diuini, quanto vulneratur dolore cogitatione Humanitatis doloribus mortiq́ue obnoxiæ. In qua contemplatione occupatam ſponſam ſponſus viciſſim complectens laudat eius pulchritudinem repetita laudatione, cámque ſibi ab eodem liberaliſſimè reddi intelligit, tandémque inuitari ſe ad ſeſe demittendum, collocandúmque in lectulo ſiue refertum floribus, ſiue vmbroſum, poſitum in domo cedrina atque cypreſſina, hoc eſt, in interiore parte animæ ſolidis virtutibus firmatæ, quòd non audeat ad eum in ſua maieſtate regnantem accedere.

Cap. 2. Cant. *Ego flos campi, & lilium conualium, ſicut*
" *lilium inter ſpinas. ſic amica mea inter filias.*
" *Sicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus*
" *meus inter filios; ſub vmbra illius quem de-*
" *ſiderraueram, ſedi, & fructus eius dulcis gut-*
" *turi meo. Introduxit me rex in cellam vina-*
" *riam, ordinauit in me charitatem. Fulcite me*
" *floribus, ſtipate me malis, quia amore lāgueo.*
" *Læua eius ſub capite meo & dextera illius*
" *amplexabitur me.*

Reſpondet ſponſæ votis humaniſſimus ſponſus, ſéque

tanquam

Digitized by Google

tanquam lilium vallium & florem campeſtrem in humili cordis ſponſæ cubili collocat, vbi ſe mutuis iterum colloquiis oblectant. Sponſus enim ſponſam ſimilem ſibi videri dicit roſæ inter ſpinas emicanti, ſponſa verò ſponſum malo arbori inter ſteriles ſyluas fructus multos afferenti. Inter quæ verba ſenſim ſponſus illapſus ad ſponſæ animũ, ſenſus eius planè occupat, & ecſtaſi quadam ligat ac ſuſpendit, eiúſque terrenos affectus refrigerans, cor eius & ſpiritum ſibi in amore copulat, atque quieſcenti ſub vmbra ſua veluti ſub arbore obumbrante, amoris ſui ſuauiſſima oſcula tanquam dulciſſima poma deguſtãda præbet. Vnde ſponſa dulcedine & amore ſponſi ebria facta, & cellam eius vinariam ad diuini amoris vinum hauriendum quodammodo introducta, vehementiſſimo illius feruore omnem ordinem ſeriémque amandi ſuperante capitur, eóque quaſi charitatis vexillo ſuper cordis arcem poſito, occupatur tanto caſtiſſimæ voluptatis ſenſu, vt ne præ magnitudine eius deficiat, verita, poſtulet ſe diuinarum cõſolationem oſculis, quaſi florum pomorúmve odore foueri ſuſtentaríque: quibus recreata in vita quadam inter præſentem atque futuram media, quaſi inter læuam & dexteram ſponſi, ex mentis exceſſu conſtituta, inter eius charitatis amplexus ſuauiſſimo contemplationis ſomno conſopitur.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectã, quoadúſque ipſa velit. ‹‹

Venatorum iuramento venator animarum ſponſus adiurat res omnes creatas, maximè verò homines & Angelos ciues videlicet vtriuſque Hieruſalem, ne excitent à tam ſuaui ſomno ſponſam. Cuſtos quippe eius factus, contemplatione amoréque illius oblectatus, quietem tantam incurſu rerum alienarum perturbari nullo pacto vult, *quoaduſque ipſa velit*: hoc eſt, ipſius voluntate ſe ipſam ab ſponſi amplexu diuellat.

Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in ‹‹

" *montibus, tranſiliens colles. Similis eſt Dile-*
" *ctus meus capreæ, hinnulóque ceruorum: Et*
" *ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per*
" *feneſtras, proſpiciens per cancellos.*

Hoc diuino ſopita ſomno ſponſa mundo quidem dormit, ſed peruigilat Dilecto, eius ſecreta & intima voce commonita, ac mirabili viſo oſtendi ſibi indicat vniuerſæ contemplationis progreſſus & gradus. Cernit enim ad ſe accedentem ſponſum inſtar capreæ hinnulíque ceruorum mira velocitate & incitatiſſimo curſu cœlorum montes colléſque tranſilire: nec ſe ſummam eius excellentiam clara mentis comprehenſione poſſe percipere, quòd, vt opinor, corporis ergaſtulo impediatur: poſſe tantùm eum quaſi poſt corporis parietem deliteſcentem per rimas, feneſtras, cancellóſque, vt per ſpeculum in enigmate, ſubauſcultare & attendere potiùs, quàm videre perſpicuè.

" *En dilectus meus loquitur mihi: ſurge,*
" *propera amica mea, columba mea, formoſa*
" *mea, & veni. Iam enim hyems tranſiit, imber*
" *abiit & receſſit. Flores apparuerunt in terra*
" *noſtra, tempus putationis aduenit: vox turtu-*
" *ris audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſ-*
" *ſos ſuos, vineæ florẽtes dederunt odorẽ ſuum.*
" *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni: Co-*
" *lumba mea in foraminibus petræ, in cauerna*
" *maceriæ. Oſtẽde mihi faciem tuam, ſonet vox*
" *tua in auribus meis; vox enim tua dulcis, &*
" *facies tua decora.*

Eodem arcano viſo ſponſa intuetur ſponſum inuitantem & allicientem ſe ad primum contemplationis

Digitized by Google

& ſanctę charitatis gradum. Allectat primum leniſſimis, amantiſſimiſque, mirabilémque amorem excitantibus verbis: Deinde ait ſublatam eſſe temporis inclementiam omnem, hoc eſt, omnia contemplationis impedimenta] remota. Verni temporis adeſſe ſuauitatem, hoc eſt, omnia præſidia contemplationis. Quinque internis Animæ ſenſibus paſtum paratum eſſe proprium ſingulis: oculis flores, cantum auribus, guſtui epulas, ſuaueolentes vineas olfactui: quæ ſunt ſpirituales deliciæ ac dona, quibus præparatur animus & amoris tactum & coniunctionem, quæ cum Deo fit, aditum ad eam aperiente Chriſti Domini Humanitate, vulnerum eius intima meditatione, doloríſque ad amoris plena commiſeratione. Quo loco anima, optata ſua omnia, vniuerſámque conſcientiæ ſuæ faciem ſummo cum gaudio ob oculos ſponſi proponit.

Capite nobis vulpes paruulas, quæ demòliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinetur vmbræ.

Pergit per idem viſum ſponſa videre ſponſum Angelis imperantem, vt ſuis cuſtodiis defendant ſponſam ab aſtutiis Dæmonum, qui inſtar vulpecularum virtutes veluti floreſcentes vineas demoliri conātur: vt tutò diuque poſſit ſponſi conuictu frui. Quandoquidem ille adeò libenter vnà cum ea moratur, ac ſi inter lilia ambularet: idque quamdiu eam obumbrat ſponſus, illique dies contemplationis luceſcit.

Reuertere, ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes Bethel.

Quo tempore quandoquidem illa propter corporis imbecillitatem, præſentiam tanti ſolis diutius ferre non poteſt, rogat ſponſum vt more capreæ, hinnulique ceruorum velociſſimè reuertatur *ſuper montes diuiſionis*, hoc eſt, cœlos, qui diuidunt mortales ab immortalibus.

Secundi diuini Amoris gradus, ſiue ſecundi ſponſæ ſtatus, qui in tertio & quarto capite Canticorum deſcribitur, breuis explicatio.

CAPVT XI.

Cant. cap. 3. " *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni, ſurgam, & circuibo ciuitatem, per vicos & & plateas quæram quem diligit anima mea: quæſiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: num quem diligit anima mea, vidiſtis?*

IN primo amoris ſtatu ſponſa contemplationis actu ſponſum aſſecuta, ad ſeipſam æſtu paſſionum ſuarum naturæque fragilis conditione reuocata, dum in actione vtiliter exercetur, memoria prioris contemplationis illecta, ſubinde ad ſponſi præſentiam aſpirat, quærítque illum in lectulo humanæ rationis naturalibus tenebris obuolutæ: nec inuenit, quia tenebræ eum non comprehenderunt: & multo minùs, dum vitæ neceſſitatibus ſeruiens, in eius commodis quærendis, quaſi in lectulo cõquieſcit. Quærit in exercitatione vitæ actuoſæ, ciuilis, œconomicæ, ethicæ, quæ paſſiones ipſas in primis rationi ſubiicit: nec etiam inuenit. Quęrit tertiò rem Chriſtianam gerendo, animarum nimirum curam, qua cuſtodibus vigilantibus ſociatur: nec tamen inuenit: quòd nulla prædictarum actionum contemplatio ſit.

Paululum cùm pertranſiſſem eos, inueni " quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitris meæ.

Actio

Actionis & mortificationis præſidiis adiutæ ſpõſæ minimum laborandum eſt, præſertim ſponſi deſiderio iam æſtuanti, exurgat erigátque ſe ad contemplandum ſponſum, comparandúmque ex multis contemplationibus contemplationis habitum, quo non iam tranſitione ſpõſum cernat, ſed diuturna crebráque contemplatione ac charitate ſic poſſideat, vt quamuis mole corporis impedita, ab eo abeſſe aliquando cogatur, integrum tamen illi ſit ad eum redire, cùm velit, eúmque apud ſe retinere, donec introducat illum in lectum & *cubiculum matris*, hoc eſt, ad quieſcendum in cordibus etiam mundanorum hominum, à quibus progenita eſt.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem per capreas ceruóſque camporum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. ‟

Ergo dormit ſecundò ſponſa arctiore ſanè ſomno conſopita in hoc ſecundo amoris gradu; quàm fuerat in primo. Quippe habitu contemplationis donata à ſponſo, qui propterea noua adiuratione ab ea euagationes omnes quaſi muſcas abigit, & occaſiones earum præcidit.

Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhæ et thuris, et vniuerſi pulueris pigmentarij. ‟

Indicant hæc verba, quam recta via pergat ad ſponſum anima, quæ ſecundum amoris gradum tenet, quantúmque, cùm hoc iter ingreditur, deſeratur à rebus humanis, aliíſque contemplationis impedimentis: ſed & hunc ingreſſum anteuertiſſe mortificationis myrrham, thus orationis, omnium denique virtutum ſuauitates.

En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, et ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum, propter timores ‟

" *nocturnos. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de*
" *lignis Libani: & columnas eius fecit argen-*
" *teas, reclinatorium aureum, & aſcenſum pur-*
" *pureum: media charitate conſtrauit propter fi-*
" *lias Hieruſalem. Egredimini, & videte filiæ*
" *Sion regem Salamonem in diademate, quo*
" *coronauit illum mater ſua in die deſponſatio-*
" *nis illius, & in die lætitiæ cordis eius.*

Mutuus ſponſi amor in ſponſam, ſicut enim dulci amoris ſomno conſopitur in eo ſponſa, ſic viciſſim ipſe in ea quaſi in lectulo conquieſcit. Dicitur autem lectulus ſeptus cuſtodijs Herôum ſexaginta promptiſſimorum ad pugnam propterea quòd diuinum hunc ſomnum vt conciliat Deus per verbum diuinum, ſupernaturaléſque illuſtrationes, ſic nutrit, fouet, tuetur eiuſdem diuini verbi vi, prædicatorúmque eius præſidio aduerſus diaboli fraudes, mundíque tenebricoſas acies. Sponſo ſimul inſtar vmbraculi ſiue tentorij eſt ſomnus ſponſæ, quo ſeipſum mirificè recreat: quòd id ſit de lignis Libani, virtutibus nempe ſolidioribus cōpactum: quòd habeat calumnas argenteas diuinæ doctrinæ firmitatem & perſpicuitatem: quòd operiatur purpura ſanguine nimirum Chriſti Saluatoris: quòd auro ſternatur, ſiquidem partem mediam charitate conſtrauit amore animarum pacificarum. Hoc ipſum vmbraculum ferculum pompæ ſponſo eſt, quo vehitur, quaſi triumphans, conſpicíque in eo vult ab animabus ſanctis: quas idcirco inuitat ad egrediendum à terrenis occupationibus, ad videndum eum in ſuo ferculo deportatum, coronatum ſponſæ amore corona humanitatis, qua circumdatus eſt in die deſponſationis ſeu incarnationis: eodem enim in ſomno anima per Chriſti humanitatis oſtium contemplatione ingreditur & egreditur, & paſcua amoris inuenit.

Digitized by Google

Quàm pulchra es amica mea, quam pulchra es? Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de mõte Galaad. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderũt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas: ſicut vitta coccinea labia tua & eloquium tuum dulce: ſicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera tua ſicut duo capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs. Cãt. 4.

Secundi ſponſæ ſtatus proprietates ac vires numerans ſponſus, animæ contemplantis pulchritudinẽ formámque deſcribit, adhibitis varijs elegantibúſque comparationibus. Comparat vim animæ ac ſpiritus, qua ſponſa à Deo vocata in puncto temporis rapitur in ipſum, & nulla re interpoſita ſcintillantes mentis oculos defigit in ſponſum, amabiliſſimis columbarum oculis, miri intúſque latentis candoris indicibus. Cogitatur verò ſpirituales & ſubtiliſſima conſilia, quibus anima vtitur, vt ſe ad eundem ſponſum contemplandum erigat, crinibus pulcherrimis ex capite ſuper frontem dependẽtibus: & pilo caprarum candidarum quæ ſe quaſi ſpectandas proponunt in monte Galaad, eum ornantes ſua præſentia atque albore. Meditationem ſponſæ, quæ res diuinas deguſtans eas deinde accuratiùs remandit, dentibus ouium concinnè detonſarum, & è lauacro hilariter exeuntium, quæ tamen gemellis fœtibus ſint fœcundæ: Propterea quod meditatur res diuinas ſponſa, non vt

meditationi inſiſtat ſolùm, ſed vt ex ea vberes ſanctarum actionum fructus capiat, exerceâtque fidem, quæ per dilectionem operatur. Ardentem ſponſæ orationem, quia in Dei laudem prædictis tribus rationibus incitata prorumpit, labris ad fili coccinei ſimilitudinem rubris, quibus locutio eius redditur gratioſa. Conuerſionem faciei ſponſæ ad ſponſum magna erga eum reuerentia rubore quodam miſta, qua indicatur amabiliſſimus, ac in primis ingenuus animæ ſanctæ pudor, malorum punicorum acinis fragmine quopiam diffracto apparentibus. Mentis ſponſæ in Deum erectionem recto cuipiam collo, & turri Dauid admirabili arte conſtructæ munitiſsimæ. Spiritualem denique guſtum, vbertatẽ diuini Spiritus, ſaturnitatem animæ ex ſponſi quantumcunque ænigmatico conſpectu, quæ inter contemplandum tum affectu tum mente à ſponſa percipitur, vberibus duobus, inſtar duorum hinnulorum capreæ rotundorum, amoris intelligentiæque, lacte pleniſsimis.

" *Donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ,*
" *vadam ad montem mirrhæ, & ad collem*
" *thuris.*

Quamuis anima cõtemplationis habitum ſit adepta, corpore tamen incluſa, corpore vt ſeruiat, à contemplationis actu aliquando ceſſet, neceſſe eſt: tumque ea ratione à ſponſo deſeritur. Idcirco enim dicit: Dum flagrantiſſimus eſt æſtus, & fugiunt vmbræ, hoc eſt, eo ipſo tempore quo adhuc vis diuinæ charitatis ſponſam inflammat, & fugatis terrenis illuſtrat mentem eius, vel dum illa tantiſper redit ad humanum diem ſiue vmbram noctis, ſecedam, inquit ſponſus, ad tempus in cœlos omni odorum ſuauitate abundantes.

" *Tota pulchra es amica mea, et macula*
" *nõ eſt in te. Veni de Libano ſpõſa mea, veni*
" *de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermõ, de cubilibus*

leonum,

leonum, de montibus pardorum. Vulneraſti cor meum, ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ, ſoror mea ſponſa? pulchriora ſunt vbera tua vino, & odor vnguẽtorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa; mel & lac ſub lingua tua; & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa: hortus concluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorũ fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani; myrrha & aloë cum omnibus primis vnguẽtis. Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano.

Sponſus ac ſi ſponſæ abſentiam diu ferre non poſſit, paruo interuallo ad eam reuertitur: eiúſque puritate ac forma collaudata, poſtulat vt eodem mentis candore ac robore ad ipſum redeat, alliciens eam amantiſſima inuitatione, eáque repetita, præſenti ac præſtanti amoris præmio adducto ante eius oculos horrore mundi, ad quem eſt regreſſa, vtpote difficultatibus pleni, & qui receptaculum etiam ſit leonum atque pardorum, hominũ nimirum vi & arte à ſolitudinis quiete animam reuocantium: Imprimis autem quòd corde ab ea vulneratus ſit quaſi ſagitta, vno contemplationis eius oculo, ligatúſque ab eadem vno recti amoris eius vinculo, quaſi

vno crine colli: quòd caſtiſſimi eius amores ſuauitateſque quas expertus eſt, eam ſpiritualiter amando, ſuperet omnia terrena ſolatia, illa quoque, quæ vel odorum fragrantia homines mulcent ac tenent, vel ſuæ dulcedinis vi etiam inebriant. Oſculum eius, ſiue coniunctionem ipſam charitatis fauum eſſe, ex quo diſtillat mel & lac in ore ſponſæ, hoc eſt, in ipſo eius amoris ſpiritualis actu. exitum de corpore, veluti de indumento ad contemplationem ſponſi, odorem eſſe ſuauiſſimum. ſtatum deniqueſponſæ contemplantis ſolutum omnino & vacuum rerum creaturarum cura & cogitatione, vt ſoli ſponſo vacet, hortum eſſe concluſum omni pretioſorum fructuum vbertate conſpicuum, fontem obſignatum, qui quo magis impeditur, ne effluat ad iuuandos alios, eo maiore impetu ad internarum animæ facultatum hortos irrigandos erumpit.

Tertius amoris gradus, ſiue tertius ſponſæ ſtatus, qui in quinto, ſexto, & ſeptimo Canticorum capite deſcribitur.

CAPVT XII.

Cãt. 5. *Surge Aquilo & veni Auſter, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius.*

TRanſitio eſt ad tertium amoris ſtatum, ad quem ſponſam præparat ſponſus oratione conuerſa ad Aquilonem & Auſtrum, Aquiloni imperat, vt maturet fugam, volens ſponſam ab eo ſomno excitare, quo tota in vnius ſponſi contemplatione defixa, & in eius ſolius amore conquieſcens, frigefacta & penè mortua externis actionibus cernitur. contrà, Auſtrum inuitat, vt calore ſuo virtutum ſponſæ, charitatis præſertim aromata liquefaciat, vt dilapſus eorum odor latè diffundatur in ſalutem animarum.

Veniat

Digitized by Google

Veniat dilectus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. "

Flare Auſtrum feruentioris charitatis ad ſalutem animarum quærendam, idem eſſe ac fluere ad conſolationem propriam augendam opinata ſponſa, rogat ſpõſum, vt hortum ſui cordis inuiſat, hoc eſt, nouo amoris additamento cumulet. quo viciſſim ipſe ſuauitate eius quaſi recentibus pomis paſcatur.

Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa: meſſui myrrham meam cũ aromatibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi. "

Se iam hoc functum munere reſpondet ſponſus: ac hortum cordis ingreſſum charitatis eius dulcedine ſaturatum ſæpius eſſe. nunc velle ſe, vt fructus amoris ſui proponat etiam aliis, & eos conſuetudine ac prædicatione ſua in amicos homines chariſſimóſque deriuet.

Ego dormio & cor meum vigilat. vox dilecti mei pulſantis, aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. "

Sponſa adhuc ſecundo contemplationis ſomno detenta corporis ſenſibus, Deo tamen animo vigilante, ſponſus quæritur, ſe quaſi in viam eiectum extra domũ, hoc eſt extra multorum corda manere, & in cæcitatis eorum tenebricoſis noctibus rore quodam frigoréque nocturno madentem comam & rorantes cincinnorum fimbrias gerere. quòd cœleſtis ſapientia, quæ tanquam à capite fluit, eiúſque admirabilis pulchritudo quaſi frigeat, & obſcurata deliteſcat penuria eorum hominum, quorum eſt eam exemplo verbóque illuſtrare. Obnixè

igitur

igitur & amantiſſimè obſecrat ſponſam, vt ſibi aditum aperiat in hominum animos.

" *Expoliaui me tunica mea, quo modo in-*
" *duar illa? laui pedes meos, quo modo inquina-*
" *bo illos? Dilectus meus miſit manum ſuã per*
" *foramen, & venter meus intremuit ad tactũ*
" *eius. Surrexi vt aperirem dilecto meo: manus*
" *meæ ſtillauerunt myrrham, & digiti mei ple-*
" *ni myrrha probatiſſima.*

Recuſat ſponſa, quæ corpus mente ex eo excedendo quodammodo exuerat, illud iterum induere, dum reſtituitur corporis actionibus, & quæ liberando affectus omni admiſtione terrena, quaſi pedes animi abluerat illos iterum inquinare ſordibus humanæ conſuetudinis, cum hominibus agendo. Ab hac ſententia deducitur à ſponſo inſtinctu quodam occultiore, quo is viſcera miſericordiæ eius ad commiſerandos humanos caſus flectit. Quare vehementi miſerationis affectu experrecta ſponſa, tertium ſtatum amoris ingreditur, ſurgítque à contemplatione, vt in hominum corda ſponſo adytum patefaciat actionibus & prædicationibus pœnitentiæ, quæ myrrha eſt, eáque probatiſſima.

" *Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo; at*
" *ille declinauerat atque tranſierat. Anima*
" *mea liquefacta eſt, vt locutus eſt. Quæſiui &*
" *non inueni illum: vocaui, & non reſpondit*
" *mihi. Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeũt*
" *ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt*
" *me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes*
" *murorum.*

Statuit ſponſa intermittere contemplationis actum, & impedimentum hoc ſalutis hominum quaſi peſſulum

Digitized by Google

tollere, vacat ergo aperiendo oſtio ſalutis animarum. Sed interim abiiſſe ſponſum animaduertens eius abſentiam deplorat. Commemorat vim ſuauitatis eius, eam videlicet qua intus commota ſunt viſcera eius ad commiſerationem aliorum, quærit illum, & vocat, nec ille ſe reſtituit. Quin inuentam ſe dicit, in animabus ſcilicet, quas ſponſo acquiſiuerat, à cuſtodibus luſtrantibus ciuitatem, hoc eſt, à Rectoribus mundi & tenebrarum, qui circumeunt *quærentes quem deuorent*: qui percuſſerunt eam colaphizantes eam ſtimulis carnis & grauibus tentationibus: & vulnerauerunt, allicientes ad peccati cõſenſũ: Deniq; expoliauerũt eã pallio ſuo, hoc eſt Chriſto, quo animas illas laborioſis ſuis actionibus induerat.

Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis Dilectum meum, vt indicetis ei, quia amore langueo. Qualis eſt Dilectus tuus ex dilecto ô pulcherrima mulierũ; qualis eſt Dilectus tuus ex Dilecto, quia ſic adiuraſti nos? „

Adiurat ſponſa adoleſcentulas perfectionis ſtudioſas, vt quando ab ſe diſceſſit ſponſus, ſignificent illi, ſi fortè occurrant, ſe præ nimio eius amore deficere. Supplicibus hiſce verbis excitatæ Adoleſcentulæ, pulchritudinem ſponſæ, quam antè non agnouerant, prædicantes rogant eam obnixè, vt quoniam tam grauiter ipſas adiurauit, ediſſerat, qualis tandem ſit ille ſponſus, quem præ aliis & amat, & amabilem prædicat.

Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurum optimum: Comæ eius ſicut Elathæ palmarũ, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſſima. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis. „

Labia

" *Labia eius lilia diſtilantia myrrham pri-*
" *mam. Manus illius tornatiles, aureæ, plena*
" *hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus*
" *ſaphiris. Crura illius, columbæ marmoreæ, qua*
" *fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius*
" *vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius ſua-*
" *uiſſimum, & totus deſiderabilis. Talis eſt Di-*
" *lectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filia*
" *Hieruſalem.*

Satis facit Adoleſcentularũ poſtulationi ſponſa, pingítque diuinis coloribus ſponsũ. Ex albo & rubro mixtus color diuinæ humanæque naturæ ſocietas & complexus eſt, quo anteſignanus eſt omnium Prædeſtinatorum Chriſtus: Aureum caput gratia & charitas fons reliquarum virtutum eius. Capillus pulcher & bene pexus ad ſimilitudinem multiplicis fili, quod ex palmæ theca primum erumpens nigricanti colore ſplendeſcit, cogitationes eius ſunt atque conſilia euigilantiſſima, ſaluberrima, & quæ ſua ſpecie alliciant intuentes, nigroréque diſſipatas oculorum vires & intentionem cogant in vnum ſponſum. Manſuetudo ſponſi eſt columbæ oculus & quæ eum ambit quaſi purpureus orbis, ignea amoris eius vis: ſiue dona ipſa ſpiritus ſancti, quæ Chriſto in ſunt tanquam fonti, & ex eo vt flumina in homines influunt. Genæ eius areolæ diuerſorum florum conſpiratione pulcherrimæ virtutes ſunt in Chriſti externa ſpecie, quaſi in vno conſpectu poſitæ ad conciliandum amorem, modeſtia, verecundia, ingenuitas, probitas. Labia diſtillantia myrrham diuina Chriſti eſt eloquentia & dicendi vis maxima: lilia autem, nempe purpurea propter amantiſſima amabiliſſimáque eius verba. Manus teretes & ornatæ hyacinthis actiones perfectiſſimæ, & infinito pretio pretioſiſſimæ. Venter eburneus, ſiue ebur intelligens, ſapphiris diſtinctus, cor affection Chriſti ſedes, eas ita temperans, vt omnino rationi ſub

Digitized by Google

iciat, efficiatque omni prædicatione digniſſimas. Fortitudo autem, qua nos quoque fortes Chriſtus reddit eius maximo amore nixa, ſine dubio crura & columnæ marmoreæ ſunt, fundatæ ſuper aureas baſes. Vt autem explicet admirabilem Chriſti excellentiam, qua Angelos ipſos longè ſuperat. cedro altiſſimæ ſuper altiſſimum Libanum ſitę ſimilem dicit. Denique guttur eius ſuauiſſimum vox Chriſti eſt, qua animã intus alloquens ſenſim in cor eius illabitur tanta ſuauitatis affluentia, vt ea eius amore incenſa clamet: *Totus eſt deſiderabilis.* Vel, *Totus Deſideria. Talis eſt Dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus.* Vel, *Talis eſt Amor meus, filiæ Hieruſalem.*

Quò abiit Dilectus tuus ò pulcherrima mulierum? quò declinauit Dilectus, & quæremus eum tecum? "

Verbis ſponſæ de ſponſo adeò eleganter ſuauiterque colloquentis ita captæ atque incenſæ ſunt ſponſi amore fideles animæ, vt ſolicitè quærãt ex ea, vt ediſſerat, quonam ille diuerterit: ſe enim ſolicitudinis eum quærendæ ſocias eſſe velle.

Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in liliis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. " *Cãt. 6.*

Quibus ilico reſpondet ſponſa, ſe adhuc inter homines ad eorum ſalutem commorante, ad cordis ſui hortulum ſponſum eſſe reuerſum, ac ſe rationem adinueniſſe, qua etiam inter hominum turbas ipſa ſpõſo & ſibi viciſſim ſponſus mutuo poſſet amore coniungi. In hoc enim amoris ſtatu, quamuis initio, cùm à cõtẽplatione diſceditur, internum illud diuinæ præſentiæ ſolatium æſtuſque amoris deferueſcat: progreſſu tamen temporis ac laboris propter ſpõſum ſuſcepti inuenit: facilè anima etiam inter homines tempus vacandi Deo, eoque ſumma cum animi ſuauitate perfruendi.

" *Pulchra es amica mea, ſuauis & decora*
" *ſicut Hieruſalem, terribilis vt caſtrorũ acies*
" *ordinata.*

In hoc ſtatu ſponſus laudat fidelem animam, dicitque ipſam adeò pulchram nobilémque eſſe ac Therſa & Hieruſalem Regum Iſrael Iuda Regias principéſque ciuitates, eiúſque oculorum coniectum adeò vehementem eſſe atque violentum, vt eorum acies ei ita formidoloſa ſit ac acies militum ad dimicandum inſtructa. Proinde ſequitur:

" *Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me*
" *auolare fecerunt.*

Hoc eſt, deiice paululum oculos tuos à me: eorum enim acerrimam vim ferre non valens, ab ea in cuius, ait, vultu alioquin oculi mei habitant, oculos abſtinere compellor, tantiſper dum reſpiro.

" *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ appa-*
" *ruerunt de Galaad. Dentes tui ſicut grex*
" *ouium, quæ aſcenderunt de lauacro; omnes*
" *gemellis fœtibus, & ſterilis nõ eſt in eis, ſicut*
" *cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque ocul-*
" *tis tuis.*

Laudat ſponſam ſimiliter ad laudationem primi ſtatus pulchritudine, vt oculorum, ſic capillorum, dentium, genarum, quæ quid ſinificent, capite ſecundo expoſuimus, & in calce huius adhuc dicemus.

" *Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta con-*
" *cubinæ, & adoleſcentularum non eſt nume-*
" *rus. Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna*
" *eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ.*

Sermonem paucis concludens affirmat animas in ſe-

cundo

cundo contemplationis ſtatu eſſe veluti reginas vxoréſque multas: in primo verò ſtatu, qui actuoſus eſt, tanquam concubinas plures: Incipientes, quæ quaſi adoleſcentulæ ad nullum adhuc perfectionis ſtatum peruenerunt, ad perfectionem tamen aſpirare cœperunt, innumerabiles eſſe. Animam autem, quæ tertium hunc ſtatum actione & contemplatione conflatum tenet, vnam eſſe veluti columbam, pulcherrimam, perfectiſſimam, vnicéque à ſe dilectam.

Viderunt eam filiæ, & beatiſſimam prædicauerunt; reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.

Prærogatiuam & excellentiam ſponſæ agnitam eſſe ait atque laudatam in aliis animabus, quæ multis rebus ea inferiores ſunt.

Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Deſcendi in hortum meum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Neſciui, anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.

Propter dignitatem autem, qua ſponſa eminet inter alias animas, affirmat ſponſus, illam ſicut auroræ ſtellam inter alias ſtellas emicare. Et quidem ob actionis perfectionem, qua prædita eſt, extare inter eas ſicut Lunam: At propter contemplationis lucem inſtar ſolis maximo fulgore compleri. Propter vitam denique, quæ ex vtroque gradu conſtat, ſimilē eſſe dicit militiæ caſtrorū,

nimirum cœleſtis exercitus, quæ innumeris radiis, quaſi tot amoris iaculis, ſponſo traiecto terrorem iniecerit. Idque ex eo confirmat, quòd cùm aliquando ad ſponſam tanquam ad hortum nucum pomorúmque animi gratia diuertiſſet ſponſus, ſtatim ac in eam oculos intendit, ita eius aſpectu ardẽtem amorem ſpirante perculſus & conſternatus animo eſt, ac ſi in expeditiſſimas nobiliſſimi exercitus in ipſum ruẽtis quadrigas & acies ex inopinato incidiſſet. Id porrò intelligens ſponſa declinat ad tempus ſponſi præſentiam. quod ille minimè ferens, terque quaterque eam ad ſe ſuauiſſimè reuocat.

“ *Quid videbis in Sunamite, niſi choros ca-*
“ *ſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in*
“ *calceamentis filia Principis? Iunctura fæmo-*
“ *rum tuorum ſicut monilia, quæ fabricata ſunt*
“ *manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornati-*
“ *lis, nunquam indigens poculis. Venter tuus*
“ *ſicut aceruus tritici, vallatus liliјs. Duo vbe-*
“ *ra tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Col-*
“ *lum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut*
“ *piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ*
“ *multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani,*
“ *quæ reſpicit contra Damaſcum. Caput tuum*
“ *vt Carmelus, & comæ capitis tui ſicut purpu-*
“ *ra Regis iuncta canalibus. Quàm pulchra es*
“ *& quàm decora chariſſima in delitijs. Statura*
“ *tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.*
“ *Dixi, aſcendam in palmam, & apprehen-*
“ *dam fructus eius, & erunt vbera tua ſicut*
“ *botri vineæ, & odor oris tui ſicut malorum.*

Digitized by Google

Guttur tuum ſicut vinum optimum dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.

Sponſa reuertente, mirificè illius aſpectu delectatus ſponſus, pulchritudinem perfectionis, quam in hoc gradu tertio obtinet, à pedibus ad caput vſque non ſine magno myſtici cuiuſdam ordinis Sacramento, miris quibuſdam laudibus præconiiſque extollit, ſuas in ea delicias omnes poſitas affirmans, ſéque eius virtutibus admirabilibus clariſſimíſque inter ſe concinentibus captum. Pedes greſſúſque officia ſunt virtutum externa, quibus virtutes internæ nituntur, præcipuè verò humilitas, lenitas, manſuetudo, quæ perfectam animam amabilem reddunt, & principis filiæ nomine, hoc eſt, animo excelſo ac generoſo, dignam. Iuncturæ femorum ſicut monilia, fortitudo Chriſtiana eſt inſtar artificiati monilis teres atque perfecta. Vmbilicus & venter tẽperantia: Vbera Iuſtitia, liberalitas, Collum & oculi, oratio & contemplatio amoris pleniſſima: Naſus grauitas & prudentia: Caput gratia & charitas. Capilli purpurei cogitationes ſunt amoris, à quo deriuantur, colore diffuſæ. Admiratus propterea ſponſus tantam pulchritudinem, ſponſam ſibi in ſancto amore ac in delitiis eſſe commemorat, ſimúlque ſtructuram virtutum antedictarum adeò excelſam eſſe & altam, vt ſibi etiam cum labore multo tanquam in proceram palmam aſcendendum in eam omnino ſit, ad colligendos guſtandóſque ſuauiſſimos earum fructus. Denique ſermones ſponſæ de rebus ſpiritualibus ac diuinis vbertimos eſſe, dulciſſimos, efficaciſſimos, nec dignos ſolùm qui ſumma gratia à ſponſo excipiantur, ſed etiam quos ille aſſiduè animo repetat ac ruminetur.

Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius, veni Dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Manè ſurgamus ad

" *vineas. Videamus ſi floruit vinea, ſi flores*
" *fructus parturiunt: ſi floruerunt mala punica:*
" *ibi dabo tibi vbera mea. Mandragoræ dede-*
" *runt odorem. In portis noſtris omnia poma:*
" *noua & vetera, Dilecte mi, ſeruaui tibi.*

Sponſa ſtatim Dilecto in amore reſpondẽs, ſe totam, & quæ ſua ſunt omnia, cum ſumma animi demiſſione ſponſo committit, inuitans eum ad ſolitudinem cordis ſui, vt in ea tempeſtiue, hoc eſt opportune & magna cum vigilantia ſimul cum ſponſa colluſtret vineam animæ, num flores bonorum deſideriorum fructus edant actionum ſanctarum: num magna ſit ſpes, vt eſſe debet, maioris in dies progreſſionis in via perfectionis: quo modo creſcant amor Dei & proximi, duo vbera ſponſæ, quibus ſuauiſſimè paſcitur ſponſus: an latè fundatur euangelicæ caſtitatis odor. Hæc omnia, ait ſponſa, domi noſtræ tibi condita ſeruo ô ſponſe: *Noua*, inquam, *& vetera*, hoc eſt, Quicquid mihi nouis gratię muneribus abs te donatum eſt, & deinceps quotidie datur: & quicquid item antiquo tuo beneficio abs te mihi inſitũ fuerat à natura.

Quarti amoris gradus, ſiue quarti ſponſæ ſtatus, qui in octauo Canticorum capite deſcribitur, explicatio.

CAPVT XIII.

Cãt.8." *Quis mihi det te fratrem meum ſugen-*
" *tem vbera matris meæ, vt inueniam te foris,*
" *& deoſculer te, & me iam nemo deſpiciat?*
" *Apprehendam te, & ducam in domum ma-*
" *tris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum*

Digitized by Google

ex vino condito, & muſtum malorum grana- ,,
torum meorum. Leua eius ſub capite meo, & ,,
dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos ,,
filiæ Hieruſalem, ne ſuſcitetis neque euigilare ,,
faciatis dilectam, donec ipſa velit. ,,

SPONSA à tertio amoris & perfectionis ſtatu ad quartum ſtatum ſummúque charitatis gradum contendit; vt ſicut ante in tertio à Dei contemplatione miſeratione compulſa ad ſubleuandos homines deſcenderat: ſic nunc ab hominũ ſalute procurata ad Deum iterum contemplandum amoreque poſſidendum reuertatur. Siquidem in Canticis vterque progreſſus continetur: ille nimirum, quo anima recta ad Deum proficiſcitur, Deoque ſe iungit, & is, quo cum eadem à Deo ad homines deflexiſſet, rurſus ab hominibus redit ad Deũ. Primus eſt veluti motus rectus, quo anima Deum diligens ad Deum aſcendit vi contemplationis. Secũdus eſt quaſi circulus, cuius exordiũ Deus eſt: Dei enim amore excurrit ab eo anima ad homines: terminus Deus idem, ad quem eiuſdem amoris vi recurrit ab hominibus. Primus perficitur duobus prioribus amoribus & perfectionis gradibus. Secundus, poſterioribus duobus. Initium prioris progreſſionis primus gradus eſt, finis ſecundus; poſterioris initium tertius eſt, quartus finis.

Primus progreſſus.
Secundus progreſſus.

Sponſa igitur in tertio gradu poſita, poſt multos exantlatoſque labores in ope hominibus ferenda, poſtque vberes fructus ex ea exercitatione collectos, ad quartum amoris gradum, æternam in quo remunerationem & requiem expetendam, accenditur. Libertatem namque filiorum Dei ardentiſſime appetens, ſimulque vinculis carnis exolui, & eſſe cum Chriſto, non ampliùs inuitat ad amplexus, vt ſub vmbris occultatum, aut quaſi præ pudore velatum ſponſum, ſed omni ſuſpicionis timore ſublato, palam & coram Angelis Dei,

caſtiſſimè vt fratrem amplecti oſculaŕique percupit, aſſerens tunc ſibi beati complexus & amoris vinculis tenendum eum ac fruendum, introducendumq́ue in ſanctam domum cœleſtis Hieruſalem matris noſtræ: ibíque hauſturam ſe ex eo rectam rationem illum perfectè amandi amoribúſque illius inſeruiendi, viciſſimq́ue illi amorem ſuum quaſi præſtantiſſimi vini & iucundiſſimæ potionis poculum propinaturam. Ad hanc igitur libertatis ſpem exardeſcens ſponſa caput mentis tollens ſuper ſiniſtram manum vitæ præſentis, & propinquam iam-iam æternæ vitæ dexteram arripiens, quaſi inter ſponſi amplexus placidiſſimè conquieſcit, vt propterea res creatas aut alias animas adiuret ſponſus, ne eam ab hoc ſpirituali ſomno vlla vitæ mortalis illecebra audeant excitare.

„ *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deli-*
„ *ciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?*

In hoc ſomno ſponſa quartum tenet perfectionis gradum, in eóque duce cupiditate ac deſiderio cæleſtis patriæ ab huius mundi deſerto in paradiſum deliciarum domicilium penetrans, non ſolùm rerum corporearum incurrentibus imaginibus, ſed ea etiam ſolicitudine liberata, qua in lucrandis hominibus tertius ſtatus occupatur, ita quieſcit, vt cum ſumma cæterarum ſpiritualium animarum admiratione, præ nouo quodam amoris æſtu ſuper dilectum ſuum quiete dulciſſima ſeipſam declinans, in cœleſtis patriæ ac ſempiternæ lucis ſplendore peruigilet.

„ *Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta*
„ *eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. Po-*
„ *ne me vt ſignaculum ſuper brachium tuum:*
„ *quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut in-*
„ *fernus æmulatio, lampades eius, lampades*
„ *ignis atque flammarum. Aquæ multæ non*

potue

potuerunt extinguere charitatem, nec flumi- «
na obruent illam: ſi dederit homo omnem «
ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi «
nihil deſpiciet eam. «

Ordinem commemorat ſui progreſſus ſponſa. Primò 1.
ait, ſe conciliaſſe ſibi ſponſum, & quaſi excitaſſe ad
amorem ſuum in primo contemplationis ſtatu, occultè
tamen, & ſub arboris vmbra; ſit hæc meditatio crucis &
paſſionis Chriſti. Secundò excitauit illum ſibi ſub ea- 2.
dem vmbra, ſiue, vt alij legunt, *deſtruxi* illum, contem-
plans quomodo ipſamet ſponſa cauſa fuit, cur per mor-
tem excinderetur filius Dei ſponſus eius Chriſtus fa-
ctus homo, & in eius paſsionis, mortis, & multo maxi-
mè amoris contemplatione conquieſcens ad ſecundum
perfectionis gradum peruenit. In tertio autem ſtatu af- 3.
firmat ſe genuiſſe illum magno cum dolore in viſceri-
bus earum animarum, ad quarum ſalutem magno ſtu-
dio & labore ob amorem ſponſi incubuerat. Nunc au-
tem aſpirare ſe iam tandem ad quartum amoris & per- 4.
fectionis ſtatum, in quo eam inter cor & brachium ve-
luti ſignaculum firmum ac minimè mutabile conſtitu-
tam arctiſsimè complectatur ſponſus, atque deinceps
ſemper in corde & in oculis habeat. Ita ſiquidem Zelo-
typiæ in animo eius creuiſſe flammam, vt eius violen-
tia, mortis inferni que vires inexpugnabiles ſuperet, eun-
démque ignem nec vexationum afflictionúmque aquis
extingui, nec vlla conſolationum terrenarum aut facul-
tatum quanta vis copia obrui poſſe.

Soror noſtra parua, & vbera non habet: «
quid faciemus ſorori noſtræ in die quando al- «
loquenda eſt? ſi murus eſt, ædificemus ſuper «
eam propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, «
compingamus illud tabulis cedrinis. Ego mu- «
rus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta «

" *ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

Magna penuria in terris eorum hominum eſt, qui infirmam multitudinem regant, eíque vberibus miſerationis & amoris lac verbi præbeant: qui etiam illi ſint vice turris, & propugnaculi aduerſus ſpiritales inimicos: ob quam cauſam deſiderium cœleſtis patriæ, quo ſponſa exardeſcit, ſæpenumero propter hominum ſalutem à ſponſo differtur, dum animas, quæ intra ſecundi contemplationis ſtatus murum, quaſi intra amœniſſimi pomœrij clauſtra concluduntur, promoueat ad tertij ſtatus vbera miſericordiæ, induenda, in ſalute hominum curanda, muniendáque contemplationis illius mœnia hiſce actuoſæ vitæ muneribus quaſi propugnaculis, iiſque argenteis, quòd argenti ſonitum reddant acutum diuina concionatorum verba, dum pertinent vſque ad intimas animorum cogitationes & voluntates: alias item animas, quæ primi ſtatus ſunt, quarum idcirco oſtium patet adhuc rebus creatis, quòd nundum ſibi planè comparauerint contemplationis habitum, quo illud tanquam tabula cedrina occluditur, ad perfectiorem hunc ſtatum prouehat. Hac igitur ſponſione facta tantiſper iuuandi animas, dum ſponſo ſit factum ſatis, aſſerit ſponſa ſe murum, vbera, & turrim alijs animabus euaſiſſe, ſeque eam pene in hac re pacem adeptam eſſe, quam ex ea quam optabat felicitate eſſet aſſecuta, atque ita in Dei voluntate prorſus acquieſcit.

" *Vinea fuit pacifico in ea quæ habet popu-*
" *los: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro*
" *fructu eius mille argenteos. vinea mea coram*
" *me eſt. mille tui pacifice, & ducenti his qui*
" *cuſtodiunt fructus eius. Quæ habitas in hor-*
" *tis, amici auſcultant: fac me audire vocem*
" *tuam.*

Ex his verbis intelligitur, Deum regem pacificum vineam multitudinis populorum animabus perfectoribus,

quæ ſponſæ ſunt, excolendam cuſtodiendámque committere:non ſolùm vt hominum ad ſalutem redeuntiũ fructum milleſimum Deo referant, ſed vt etiam ſibi ducenteſimum colligant:dúmque ſuam aliorúmque ſalutem curant, *duplici honore, vt qui bene præſunt, digni* habeantur. Nunc autem vineam ſibi curæ eſſe fatetur Deus, ſeque illi cuſtodes præficere, non minùs tamen ſibi cordi eſſe ſponſam: quare ad ſponſam Eccleſiarum in hortulis commorantem conuerſus, hortatur eam, vt ſiquidem amici, hoc eſt fideles populi, eam auſcultent, dũ paſcuntur ab ea verbo, & eius præcepto obtemperant, velle ſe tamen vocem quoque eius audire, in oratione nimirum ac contemplationis feruore.

Fuge dilecte mi, & aſsimilare capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum.

Ad extremum ſponſa, vel amoris vim ſponſique præſentiam ferre non valens, vel vt ſignificet vniuerſum hoc amoris canticum ita plenum eſſe altiſſimis Sacramentis, vt ea omnem humanam intelligentiam longè ſuperent, ad fugam capeſſendam ſponſum hortatur; idque tanta velocitate, quanta id facerent cœleſtes mentes: fugam autem non in quemcunque locum ſed ſuper montes aromatum, qui ſunt cœleſtes orbes, in quibus beati ſpiritus omnium virtutum odore fragrantes vt ratione præditi montes excellunt etiam ea capacitate & perſpicacia, quæ par eſt tantis myſteriis.

Hæc adumbrate ex Cantico Canticorum: nunc ex Patribus diſtinctè & copioſè quoad poſſumus eadem illuſtremus.

Comparatio Actionis & Contemplationis.

CAPVT XIV.

DOctrinam Chriſtianæ perfectionis ex ſacrorum librorum fontibus hauſerunt Patres, vberiùs etiam explicarunt.

Primum. Ac primò illud ponunt, actionem antecedere debere contemplationi perfectæ. Actionis autem nomine accipienda eſt hoc loco, prauorum affectuum, cogitationum non ſolùm iniuſtarum & turpium, ſed etiam inutilium, animæ & vitæ vniuerſæ mortificatio, diuinorum præceptorum executio, & virtutum exercitatio. Sic ſæpe ſanctus Baſilius, ibi præſertim, vbi docet, qua ratione aperire nobis aditum debeamus ad perpetuam de Deo cogitationem, quæ ſanè vel contemplatio eſt, vel contemplationi vnicè inſeruit. (*Baſil. ſerm. de Baptiſ. Et conſt. monaſt.*)

Secundũ. Ob hanc deinde rationem illud tanquam conſequens ſubiiciunt iidem Patres, vitam quæ in actione eſt, priorem eſſe ea, quæ in contemplatione verſatur. Sic S. Gregorius: *Duæ ſunt*, inquit, *ſanctorum prædicatorum vitæ, actiua ſcilicet & contemplatiua, ſed actiua prior eſt tempore quàm contemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem.* (*Hom. 3. in ezec.*) Et ſanctus Bernardus: *Quid eſt quod intrantem IESVM Martha excipit, diſcurrit, & miniſtrat; Maria verò ſecus pedes ſedens ingreſſi, in eius verbum cor ſuſpendit? niſi quia prius eſt actio, poſtea verò contemplatio?* (*S. Bern. ſer. 3. in Aſſump. B. Mariæ virginis.*) Hoc idem adeò inculcat Caſſianus, vt ſine hac affectuum actuoſa compreſſione, ingentique vitæ puritate obtineri poſſe ſacrarum Scripturarum intelligentiam neget, quod vel intelligendum eſt ad eum modum, quem antè ſcripſerat S. Athanaſius, ad ſcripturarum nimirum ſanctitatem capeſſendam, non magis dignè præparari hominis animũ, quàm conſcientiæ puritate & vitæ ſanctimonia: Tunc enim diuinè de Deo philoſophamur, cùm Deum glorificamus & portamus in corpore noſtro: vel dicendum (quod non obſcurè ipſemet indicat) loqui Caſſianum de donis SPIRITVS, qui *Scientia, Intellectus*, & *Sapientia* nominantur. (*Caſſian. collat. 1. & 14. Libr. de Incarn. Verbi.*) S. Auguſt. certè de dono intellectus diſſerens affirmat, non niſi *mundis corde* congruere, & conſtans eſt magnorum Theologorum ſententia, SPIRITVS ſancti dona non niſi hominibus ſanctis Deíque amicis dari. (*Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini, cap. 9.*)

Tertium. Tertiò ſtatuunt Patres, actionem longè diuturniorem contemplatione eſſe oportere, non ſolum antè, ſed in ipſo etiam contemplationis vſu, ita ac ſi ſeptenario

in ſex & vnum diſpertito ſex partibus actioni tributis, ſeptimam ſolam contemplationi relinqueremus. *Seruus Hebræus*, inquit S. Gregorius, *emptus ſex annis ſeruire præcipitur, ita vt in ſeptimo liber exeat gratis. Quid enim per ſenarium numerum niſi actiuæ vitæ perfectio deſignatur? Quid per ſeptenarium, niſi contemplatiuæ vitæ exprimitur? Sex ergo annis ſeruit, & ſeptimo egreditur liber, qui per actiuam vitam, quam perfectè exhibuerit, ad contemplatiuæ vitæ libertatem tranſit.* Et adhuc explicatiùs alibi: *Cum ab actiua vita ad contemplatiuam ſurgimus, quia diu mens ſtare in contemplatione non valet, ſed omne quod de æternitate per ſpeculum & in ænigmate conſpicitur, quaſi furtim hoc & per tranſitum videt, ipſa ſua infirmitate, ab immenſitate tantæ celſitudinis animus repulſus, in ſemetipſo relabitur, & neceſſe eſt, vt ad actiuam redeat, ſeq; ipſum continuè in vſu bonæ operationis exerceat, ſicque fit, vt ipſis ſuis bonis actibus ad ſuperiora rurſus in contemplationem ſurgat.* S. Greg. hom. 3. in Ezec. Hom. 5. in Ezec.

Aſſerunt quartò iidem, meritis contemplationem actioni præſtare. *Quia*, ait S. Gregorius, *contemplatiua vita minor quidem tempore, ſed meritò maior eſt quàm actiua, ſacri Euangelij verbis oſtenditur, in quo duæ mulieres diuerſa egiſſe referuntur. Martha cura non reprehenditur, Maria verò etiam laudatur, quia magna ſunt actiuæ vitæ merita, ſed contemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem gaudia meliùs ex fine conualeſcunt.* Quartũ Lib. 6. moraliũ. cap. 28. Lucæ 10.

Quintò, contemplatio de Patrum ſententia præmium eſt actionis: nec tamen eam quærentibus aut procurantibus ſemper datur. idque duas ob cauſas. Prior eſt, quia ad eam aſpirant aliqui nonnunquam non planè domitis terrenis affectibus, nec in virtutibus exercitati. *En forèt appetis & ipſe* (ſcribit S. Bernardus) *contemplationis quietem, & bene facis, tantùm ne obliuiſcaris flores, quibus lectulum ſponſæ legis aſperſum. Ergo cura & tu tuum ſimiliter circumdare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tanquam flore fructum, ſanctum otium præuenire: alioquin delicato ſatis otio dormitare voles, ſi non exercitatus quieſcere appetas, & Liæ fœcunditate neglecta, ſolis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & præpoſterus or-* Quintũ. Prima cauſa. Ser. 46. in Cant.

Primum.

Ac primò illud ponunt, actionem antecedere debere contemplationi perfectæ. Actionis autem nomine accipienda eſt hoc loco, prauorum affectuum, cogitationum non ſolùm iniuſtarum & turpium, ſed etiam inutilium, animæ & vitæ vniuerſæ mortificatio, diuinorum præceptorum executio, & virtutum exercitatio. Sic ſæpe ſanctus Baſilius, ibi præſertim, vbi docet, qua ratione aperire nobis aditum debeamus ad perpetuam de Deo cogitationem, quæ ſanè vel contemplatio eſt, vel contemplationi vnicè inſeruit.

Baſil. ſerm. de Baptiſ. Et conſt. monaſt.

Secundũ.

Ob hanc deinde rationem illud tanquam conſequens ſubiiciunt iidem Patres, vitam quæ in actione eſt, priorem eſſe ea, quæ in contemplatione verſatur. Sic S. Gregorius: *Duæ ſunt*, inquit, *ſanctorum prædicatorum vitæ, actiua ſcilicet & contemplatiua, ſed actiua prior eſt tempore quàm contemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem.* Et ſanctus Bernardus: *Quid eſt quod intrantem IESVM Martha excipit, diſcurrit, & miniſtrat; Maria verò ſecus pedes ſedens ingreſſi, in eius verbum cor ſuſpendit? niſi quia prius eſt actio, poſtea verò contemplatio?* Hoc idem adeò inculcat Caſſianus, vt ſine hac affectuum actuoſa compreſſione, ingentique vitæ puritate obtineri poſſe ſacrarum Scripturarum intelligentiam neget, quod vel intelligendum eſt ad eum modum, quem antè ſcripſerat S. Athanaſius, ad ſcripturarum nimirum ſanctitatem capeſſendam, non magis dignè præparari hominis animũ, quàm conſcientiæ puritate & vitæ ſanctimonia: Tunc enim diuinè de Deo philoſophamur, cùm Deum glorificamus & portamus in corpore noſtro: vel dicendum (quod non obſcurè ipſemet indicat) loqui Caſſianum de donis SPIRITVS, qui *Scientia, Intellectus, & Sapientia* nominantur. S. Auguſt. certè de dono intellectus diſſerens affirmat, non niſi *mundis corde* congruere, & conſtans eſt magnorum Theologorum ſententia, SPIRITVS ſancti dona non niſi hominibus ſanctis Deique amicis dari.

Hom. 3. in ezec.

S. Bern. ſer. 3. in Aſſump. B. Mariæ virginis.

Caſſian. collat. 1. & 14.

Libr. de Incarn. Verbi.

Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini, cap. 9.

Tertium.

Tertiò ſtatuunt Patres, actionem longè diuturniorem contemplatione eſſe oportere, non ſolum antè, ſed in ipſo etiam contemplationis vſu, ita ac ſi ſeptenario

in ſex & vnum diſpertito ſex partibus actioni tributis, ſeptimam ſolam contemplationi relinqueremus. *Seruus Hebræus*, inquit S.Gregorius, *emptus ſex annis ſeruire præcipitur, ita vt in ſeptimo liber exeat gratis. Quid enim per ſenarium numerum niſi actiua vita perfectio deſignatur? Quid per ſeptenarium, niſi contemplatiua vita exprimitur? Sex ergo annis ſeruit, & ſeptimo egreditur liber, qui per actiuam vitam, quam perfectè exhibuerit, ad contemplatiua vitæ libertatem tranſit.* Et adhuc explicatiùs alibi: *Cum ab actiua vita ad contemplatiuam ſurgimus, quia diu mens ſtare in contemplatione non valet, ſed omne quod de æternitate per ſpeculum & in ænigmate conſpicitur, quaſi furtim hoc & per tranſitum videt, ipſa ſua infirmitate, ab immenſitate tantæ celſitudinis animus repulſus, in ſemetipſo relabitur, & neceſſe eſt, vt ad actiuam redeat, ſeq; ipſum continuè in vſu bonæ operationis exerceat, ſicque fit, vt ipſis ſuis bonis actibus ad ſuperiora rurſus in contemplationem ſurgat.* S.Greg. hom.3. in Ezec. Hom.5. in Ezec.

Aſſerunt quartò iidem, meritis contemplationem actioni præſtare. *Quia*, ait S.Gregorius, *contemplatiua vita minor quidem tempore, ſed meritò maior eſt quàm actiua, ſacri Euangelij verbis oſtenditur, in quo duæ mulieres diuerſa egiſſe referuntur. Marthæ cura non reprehenditur, Maria verò etiam laudatur, quia magna ſunt actiuæ vitæ merita, ſed contemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem gaudia meliùs ex fine conualeſcunt.* Quartũ. Lib.6. moraliũ. cap.28. Lucæ 10.

Quintò, contemplatio de Patrum ſententia præmium eſt actionis: nec tamen eam quærentibus aut procurantibus ſemper datur. ídque duas ob cauſas. Prior eſt, quia ad eam aſpirant aliqui nonnunquam non planè domitis terrenis affectibus, nec in virtutibus exercitati. *En forèt appetis & ipſe* (ſcribit S.Bernardus) *contemplationis quietem, & bene facis, tantùm ne obliuiſcaris flores, quibus lectulum ſponſæ legis aſperſum. Ergo cura & tu tuum ſimiliter circumdare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tanquam flore fructum, ſanctum otium præuenire: alioquin delicato ſatis otio dormitare voles, ſi non exercitatus quieſcere appetas, & Liæ fœcunditate neglecta, ſolis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & præpoſterus or-* Quintũ. Prima cauſa. Ser.46. in Cant.

do eſt

do eſt ante meritum exigere præmium, & ante laborem ſumere cibum, cum dicat Apoſtolus: Qui non laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi, inquit, vt ſcias niſi obedientia mandatorum contemplationis guſtum penitus non deberi.

2. Theſ. 3

Eſ. 118.

Secunda cauſa.

Poſterior cauſa eſt, quia inepti nonnulli natura ſunt ad contemplationem, non item ad virtutum actuoſarũ exercitationem: quare hi arcendi ſunt, vt S. Gregorius monet à contemplatione, in qua non ſine erroris periculo verſari poſſunt, & continendi intra fines actionis, in cuius muneribus fructuosè occupantur.

Lib. 6. moraliũ, cap. 26. Hom. 3. in Ezec.

Ex his eſt & aliud S. Gregorij dictum, actionem ad ſalutem nobis adultis eſſe neceſſariam: neque enim carere poſſumus vſu virtutum, contemplatione poſſumus. *Quandiu* ait, *inter proximos viuimus, quamuis vtraque ex dono ſit gratiæ, vna nobis in neceſſitate eſt, altera in voluntate. Quis enim cognoſcens Deum ad eius regnum ingreditur, niſi priùs bene operetur? Sine contemplatiua ergo vita intrare poſſunt ad cœleſtem patriam, qui bona, quæ poſſunt, operari non negligunt. Sine actiua autem intrare non poſſunt, ſi negligunt bona operari, quæ poſſunt. Illa ergo in neceſſitate eſt, hæc in voluntate, illa in ſeruitute, hæc in libertate.*

Denique intelligat hîc proficiens, ſicut ineptum natura ad contemplationem accedere ſuperuacaneum eſt, ſic in ea velle verſari eum, qui non antè diuque in excolenda virtute, & ſe ipſo peruincendo laborauerit, præpoſterùm & omnino inutile ac noxium. Et quia de actione hoc nomine accepta à principio ſecundi libri huius operis ad hunc vſque locum ſcriptum eſt ſatis, finem facio, ſi priùs, vt clauſulam tractationis, verba hîc S. Gregorij adſcripſero, quæ ſic habent: *Quiſquis ergo iam in ſe contumelias carnis edomuit, ſupereſt vt mentem per ſtudia ſancta operationis exerceat: & quiſquis iam mentem per ſancta opera dilatat, ſupereſt vt hanc vſque ad ſecreta intima contemplationis extendat.*

Lib. 6. moraliũ, cap. 25.

Digitized by Google

De duplici genere actionis, & de ea vita, quæ ex actione & contemplatione conflatur.

CAPVT XV.

SED & alia adhuc ratione vſurpatur à Patribus nomen actionis, pro exercitatione, nimirum ſanctæ prædicationis & functionibus eorum miniſteriorum, quæ ad proximos iuuandos in rebus præſertim ſpiritualibus neceſſariæ ſunt. Sit *Rector*, ait ſanctus Gregorius, *actione præcipuus*. Et alibi: *Actiua vita eſt, panem eſurienti tribuere, verbo Sapientiæ neſcientem docere*. Hęc actio contemplationi iuncta efficit aliud genus vitæ, quod quia componitur ex vtraque, à pleriſque mixta vita dicitur: qua ſimul vtilitati hominum incumbitur, & Deo ſuo tempore vacatur. Atque vt contemplatio præſtat actioni, ſic vita mixta dignitate vtramque ſuperat. *In Paſt. Par. 2. cap. 1. Et hom. 14. in Ezechiel.*

In actione hac verſari poteſt homo dupliciter: vel cũ nulla aut exigua deprauatarum affectionum mortificatione, expers item contemplationis, aut penè expers: vel contrà planè domitis perturbationibus animi, & factis iam in virtute progreſſionibus magnis.

Non deſunt, qui rudes adhuc & tyrones in vtroque exercitationis genere, mortificationis nempe & contemplationis, operam nauant animabus iuuandis, & vt videtur, non inutilem: qui etiam audent ſe iis, qui ſeuocant ſe ab omni negotio contemplandi gratia, præferre, quòd ipſi orent aliquando, agantque cum Deo ſicut illi, homines etiam à peccatis ad virtutem vocent, quod nõ faciunt illi. Ideóque nobiliſſimum illud vitæ genus ex actione & contemplatione coniunctum teneant, quod ipſam per ſe contemplationem antecellit.

Verùm hi falluntur maximè: nec rem huius præſtantiſſimæ viuendi rationis, ſed nomen vſurpant. ſtudium ſanè tradendæ doctrinæ ſacræ populo de Auguſtini ſententia, à quo nec ſanctus Thomas diſſentit, ad contemplationis ſtatum aliquo modo pertinet, ſed nec hoc, nec *Ser. 27. de verbis Domini. 2.2.181. artic. 3.*

Digitized by Google

qualecumque orationis ſtudium ſatis ſunt, vt obtineatur ille perfectiſſimus ſtatus contemplatione ſuperior: nec enim qui in hoc eſt conſtitutus, ad animarum lucra deſcendit ex actione ſtudióve prædicto, ſed ex continua mortificatione altiſſimáque contemplatione vi diuinæ maximique amoris ex his quaſi fontibus deriuati. quæ ſententia ſanctorum Patrum eſt conſtantiſſima.

Libr.6. moraliũ, cap.25. Sanctus Gregorius vbi dixiſſet, eũ, qui carne domita ſanctæ operationis ſtudia exercuit, antequam doceat alios, debere ſe ad ſecreta intimæ contemplationis extendere, addit: *Neque enim perfectus prædicator eſt, qui vel propter contemplationis ſtudium operanda negligit, vel propter operationis inſtantiam contemplanda poſtponit.* Gen.23. *Hinc eſt enim quòd Abraham coniugem mortuam in ſepulchro duplici ſepelit; quia nimirum perfectus quiſque prædicator extinctã à præſentis vitæ deſideriis animam ſuam ſub bonæ operationis tegmine & contemplationis abſcondit, vt à carnali concupiſcentia ſub actiua contemplatiuaq; vita quaſi inſenſibilis lateat, quæ priùs mundi deſideria ſentiens mortaliter viuebat.* Luca 6. *Hinc eſt, quòd humani generis Redemptor per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis ſtudium in monte pernoctat: vt perfectus videlicet prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam vitam amore ſpeculationis funditus deſerant, nec contemplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant: ſed quieti contemplantes ſorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. Speculando quippe in Dei amorem ſurgitur, ſed prædicando ad proximi vtilitatem redditur.* Luca 12. Et paulò pòſt: *Quem implet charitas, incendit: vnde & in Euangelio veritas dicit: ignem veni mittere in terram.* Lib.4. de doctrina Chriſt. cap.14. Idem antè tradiderat ſanctus Auguſtinus, præcipiens vt *prædicator priùs ad Deum leuet animam ſitientem, vt bibat, quàm eructet, & priùs impleat, quàm fundat.* Lib.19. de ciuit. Dei. cap.19. Et diſtinctiùs alibi: *Ex tribus*, inquit, *illis vitæ generibus, otioſo, actuoſo, & ex vtroque compoſito, quãuis ſalua fide quiſque poſſit in quolibet eorum vitam ducere, & ad ſempiterna præmia peruenire: intereſt tamen quid amore teneat veritatis, & quid officio charitatis impendat. Nec ſic quiſque debet eſſe otioſus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi, nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat.* I

otio non iners vacatio delectare debet, ſed aut inquiſitio, aut inuentio veritatis, vt in ea quiſque proficiat, & quod inuenerit, alteri non inuideat.

Sed vtrumque genus vitæ, quod miſtum aut eſt, aut videri poteſt, imperfectum aut perfectum aptiſſimè deſcribens S. Bernardus, pulchrè illius temeritatem & pericula, huius emolumenta perfectionémque commemorat. Sic enim habet: *Sed ſanè cauendum in his, aut dare quod nobis accepimus; aut quod erogandum accepimus, retinere. Rem profectò proximi retines tibi, ſi verbi cauſa plenus virtutibus cùm ſis, foriſque nihilominus donis ſcientiæ & eloquentiæ adornatus, metu fortè aut ſegnitie, aut minus diſcreta humilitate verbum bonum, quod poſſet prodeſſe multis inutili, immò & damnabili ligas ſilentio. Certè maledictus quòd frumenta abſcondis in populis. Rurſum quod tuum eſt ſpargis, & perdis, ſi priuſquam infundaris tu totus, ſemiplenus feſtines effundere, contra legem arans in primogenito bouis, & ouis primogenitum tundens. Nimirum vita atque ſalute, quam alteri das, te ipſum fraudas, dum ſana vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno inficeris, & letali apoſtemate turgens interis. Quamobrem ſi ſapis, concham te exhibebis, & non canalem. Hic ſiquidem penè ſimul & recipit & refundit, illa verò donec impleatur expectat, & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat, ſciens maledictum, qui partem ſuam facit deteriorem.* Adhibet ad hoc idem confirmandos diuerſos Scripturæ locos: Salomonis: *Stultus profert totum ſpiritum ſuum ſimul: Miſerere animæ tuæ placens Deo: Noli nimium eſſe iuſtus.* Matthæi: *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Apoſtoli: *Non quòd alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æquo effundere, benigna prudenſque charitas affluere conſueuit, non affluere. Fili mi ne pereffluas, ait Salomon. Et Apoſtolus: Propterea debemus intendere his, quæ dicuntur, ne fortè pereffluamus. Quid enim? Túne Paulo ſanctior? Sapientior Salomone? Alioqui nec mihi ſedet ditari ex te exinanito. Si enim tu tibi nequam, cui bonus eris? De cumulo, ſi vales, adiuua me: ſin autem, parcito tibi.* Alibi etiam acriter reprehendit eos, qui antequam ad veritatis lucem per pu-

Ser. 18. in Cant.

Deut. 15.

Eccl. 30.
Matt. 25.
Prou. 19.
2. Cor. 8.

Hebr. 2.

Prou. 3.

Eccl. 14.

ritatem perueniant, prædicant.

Ser. in Cant. 62. Hæc ſanctus Bernardus, qui poſtquam his locis exagitauit eos, qui audaciores ſunt ad Apoſtolica miniſteria, quàm par eſt, & vires eorum ſpirituales ſuppetunt, alio deinde loco docet, qua ratione qui ſeſe in contemplatione poſt mortificationem exercuerunt, ad iungendis Chriſto hominibus alacriter inuigilare debeant, *Hoc ſiquidem vera & caſta contemplatio habet, vt mentem, quam diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo & deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligant, vt otium contemplationis pro ſtudio prædicationis libentiſſimè intermittat, & rurſum potita votis aliquatenus, in hac parte tanto ardentiùs redeat in idipſum, quanto ſe fructuoſiùs intermiſiſſe meminerit; & item ſumpto contemplationis guſtu, valentiùs ad conquirenda lucra, ſolita alacritate recurrat.* *Serm. in Cant. 57.*

2. 2. q. 188 art. 6. Sanctus Thomas etiam illud in primis opus doctrinæ & prædicationis commendat, quod ex plenitudine contemplationis deriuatur.

Quod ſi qui hunc ſtatum obtinet, fortaſſe dubitat, quando, contemplatione intermiſſa, actioni aut cõtemplationi operam dare debeat; is intelligat, non ſolùm contemplatorem, ſed rudem etiam hominem & inexercitatum, cùm proximi ſpiritualis neceſſitas poſtulat, poſthabitis omnibus rebus occupationibúſque in eo inſtituendo & excolendo, quacumque ratione poſſit, ſtrenuè ſe laborare debere: *Vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo.* Idque multo magis præſtet oportet is, cui cura animarum commiſſa eſt, non ſolùm cùm neceſſe eſt, ſed etiam ſuo tempore aſſiduè. *Clama,* inquit Iſaias, *ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe,* ait S. Gregorius, *officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter ſequitur, clamando gradiatur.* Et hæc quidem neceſſitas & ipſa quædam eſt officij, licet non à charitate ſeiuncta, quando apud S. Auguſtinum ſcriptum eſt: *Negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis.* Extra verò hos caſus neceſſitatis, S. Bernardus regulam huius deliberationis ſtatuit eſſe orationem. Sic enim ait: *Vnicum in huiuſmodi remedium*

Eccl. 17.
Iſaiæ 40.
2. part. Paſtoral. cap. 4.
Lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 19.

ſeu

ſeu refugium oratio eſt, & frequens gemitus ad Deum, vt quid, quando, & quatenus nos facere velit, aſſiduè nobis demonſtrare dignetur. Serm. in Cant. 57.

Habent præterea religioſi homines perfugium aliud non minùs tutum, maiorum ſuorum conſilium iuſſionémve, quibus cùm explorata planè eſt tam doctrina quàm vita noſtra, nihil eſt cur in huiuſmodi rebus, cùm imperantur, non promptiſſimè obtemperemus.

Sic igitur indubitatum, eos, qui ſine mortificatione & contemplatione ſe dant actuoſæ vitæ ad ſalutem animarum (nihil dico de neceſſitate aut hominum aut officiorum) non eſſe in eo perfectiſſimo ſtatu, quem ipſi putant, ſibique eos in re hac tam diu lenocinari, ac fucum facere, quamdiu non elaborauerint pro viribus continua ſui victoria, & recta contemplandi ratione, eum tandem gradum re attingere, cuius interim nomine ſeſe oblectant.

Sit etiam certum, actuoſam vitam duplicem eſſe; vnam imperfectam, quæ primo ſtatui ſponſæ à nobis ex 1. Canticis explicato reſpondit, alteram perfectam, & alio- 2. quin miſta dicitur, quæ eadem eſt cùm tertio ſtatu eiuſdem ſponſæ. Supereſt nunc de ipſa contemplatione agere, quæ in priore actione prægustatur tantum, habetur autem in poſteriore, cuius ipſa fons & caput eſt, & ſecundus amoris ſtatus eſt apud Salomonem.

De contemplatione.

CAPVT XVI.

ANtiquiſſimum eſſe contemplationis vſum, intelligitur ex Scripturis ſacris, in quibus præter *ſoporem immiſſum à Domino*, quem *exſtaſim* fuiſſe, dubitandum non eſt; Legimus Iſaac inclinato iam die egreſſum in agrum *ad meditandum.* Geneſ. 2. Gen. 24. Et vt de aliis taceam, Dauid certè potuiſſe ſe totum in contemplandis perſpiciendiſque diuinis rebus, legibus

ſi dici poteſt, Angelorum, (mortificationem mortem hominum dixerat) *vt præſentium memoria excedens, rerum ſe inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, ſed & ſimilitudinibus exuat, ſitque ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt puritatis ſimilitudo Talis, vt opinor, exceſſus aut tantùm aut maximè contemplatio dicitur. Rerum enim cupiditatibus viuendo non teneri, humana virtutis eſt: corporum verò ſimilitudinibus ſpeculando non inuolui, Angelica puritatis eſt: vtrumque tamen diuini muneris eſt: vtrumque excedere, vtrumque te ipſum trāſcendere eſt. Sed longè vnum alterum, Beatus qui dicere poteſt: Ecce elongaui fugiens, &* Pſal. 54. *manſi in ſolitudine. Non fuit contentus exire, niſi & longè ſe faceret, vt poſſet quieſcere. Tranſiliſti carnis oblectamenta, vt minimè iam obedias concupiſcentiis eius, nec tenearis illecebris: profeciſti, ſeparaſti te, ſed nondum elōgaſti, niſi & irruentia vndique phantaſmata corporearum ſimilitudinum tranſuolare mentis puritate præualeas.*

Lib. 6. moral. cap. 17. Sanctus Gregorius in eadem eſt ſententia: *Qui*, inquit, *culmen perfectionis apprehendere nituntur, cùm contemplationis arcem tenere deſiderant, priùs ſe in campo operis per exercitium probent*. Et paulo pòſt: *Ac deinde perpendant, ſi cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quod ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt: vel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigunt: ſi incircumſcriptum lumen videre cupientes, cunctas circumſcriptionis ſua imagines deprimunt: & in eo quod ſuper ſe contingere appetunt, vincunt quod ſunt.*

2. 2. q. 180. ar. 5. ad 2. Sanctus Thomas huiuſmodi ſanctorum Patrum dicta exponit: *Contemplatio humana, ſecundum ſtatum, præſentis vita, non poteſt eſſe abſque phantaſmatibus: quia connaturale eſt homini, vt ſpecies intelligibiles in phantaſmatibus videat. Tamen intellectualis cognitio non ſiſti in phantaſmatibus, ſed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis. Et hoc non ſolùm in cognitione naturali, ſed etiam in eis quæ per reuelationem cognoſcimus. Dicit enim Dionyſius, quòd Angelorum hierarchias manifeſtat nobis diuina charitas in quibuſdam Symbolis figuratis, in cuius virtute reſtituimur in ſimplum radium, id eſt, in ſimplicem cognitionem intelligibilis veritatis. Et ſic intelligendum eſt, quod S. Gregorius dicit,* Libr. de cœleſti. hierarchia, c. 2.

Digitized by Google

quòd contemplantes corporalium rerum vmbras non ſecum trahunt, quia videlicet in eis non ſiſtit eorum contemplatio: ſed potiùs in conſideratione intelligibilis veritatis.

His conſentanea ſunt, quæ ſcribit S. Iſidorus: *Tria eſſe genera viſionum, per oculos corporis, per ſpiritum imaginarium, & per intuitum mentis. In hoc autem poſtremo genere ſupremum locum tenet Raptus & Ecſtaſis, quæ vt ſomnia diuinitus immiſſa, diuinaq; allocutiones, per imagines fieri aliquando poſſunt: ſic certum eſt ſæpenumero accidere hominibus à ſenſibus ſimulacriſque corporeis penitus abſtractis. Ait enim Apoſtolus: Siue mẽte excedimus: Deo Deus autem proprie imagine creata caret, quare multo magis corporea, quanquam negandum non eſt, in imagine etiam creata atque corporea diuinum aliquid aliquando Deo reuelante conſpici, quòd ſine illa nequaquam cerneretur. Neque enim, ait ſanctus Greg. omnipotens Deus iam in ſua charitate conſpicitur, ſed quiddam ſub illa ſpeculatur anima, vnde refota proficiat, & pòſt ad viſionis eius gloriam pertingat.* *Lib. 7. Etymologiarum, Cap. 8.* *2. Cor. 5.*

De primo genere contemplationis, quæ verſatur circa DEI maieſtatem.

CAPVT XVII.

DE rebus iis, circa quas verſari contemplatio debet, diſſerens ſanctus Bernardus, tria ſtatuit genera cõtemplationis: Primum, Perfectorum: Alterum, minùs perfectorum aut proficientiũ: Tertium eorum, qui à duobus ſuperioribus gradibus adhuc abſunt, ſint incipientes. *Ser. 62. in Cant.*

Primum dicit eſſe de Regis ipſius, hoc eſt, Dei maieſtate, æternitate, dignitate, atque de hoc ſimul docens quanta humilitate, puritate, & reuerentia tanta contemplatio ſubeunda ſit, ſic pergit: *Ne verearis illud, quod Scriptura minatur ſcrutatoribus maieſtatis, tantum affert purum & ſimplicem oculũ, non opprimeris à gloria, ſed admit-* *Primum genus.* *Prou. 25.*

" *ſum coram eo quaſi pacem reperiens.*

Magna penuria in terris eorum hominum eſt, qui infirmam multitudinem regant, eíque vberibus miſeratio nis & amoris lac verbi præbeant: qui etiam illi ſint vice turris, & propugnaculi aduerſus ſpiritales inimicos: ob quam cauſam deſiderium cœleſtis patriæ, quo ſponſa exardeſcit, ſæpenumero propter hominum ſalutem à ſponſo differtur, dum animas, quæ intra ſecundi contemplationis ſtatus murum, quaſi intra amœniſſimi pomœrij clauſtra concluduntur, promoueat ad tertij ſtatus vbera miſericordiæ, induenda, in ſalute hominum curanda, muniendáque contemplationis illius mœnia hiſce actuoſæ vitæ muneribus quaſi propugnaculis, iíſque argenteis, quòd argenti ſonitum reddant acutum diuina concionatorum verba, dum pertinent vſque ad intimas animorum cogitationes & voluntates: alias item animas, quæ primi ſtatus ſunt, quarum idcirco oſtium patet adhuc rebus creatis, quòd nundum ſibi planè compararauerint contemplationis habitum, quo illud tanquam tabula cedrina occluditur, ad perfectiorem hunc ſtatum prouehat. Hac igitur ſponſione facta tantiſper iuuandi animas, dum ſponſo ſit factum ſatis, aſſerit ſponſa ſe murum, vbera, & turrim alijs animabus euaſiſſe, ſeque eam pene in hac re pacem adeptam eſſe, quam ex ea quam optabat felicitate eſſet aſſecuta, atque ita in Dei voluntate prorſus acquieſcit.

" *Vinea fuit pacifico in ea quæ habet popu-*
" *los: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro*
" *fructu eius mille argenteos. vinea mea coram*
" *me eſt. mille tui pacifice, & ducenti his qui*
" *cuſtodiunt fructus eius. Quæ habitas in hor-*
" *tis, amici auſcultant; fac me audire vocem*
" *tuam.*

Ex his verbis intelligitur, Deum regem pacificum vineam multitudinis populorum animabus perfectoribus,

quæ ſponſæ ſunt, excolendam cuſtodiendámque committere:non ſolùm vt hominum ad ſalutem redeuntiū fructum milleſimum Deo referant, ſed vt etiam ſibi ducenteſimum colligant:dúmque ſuam aliorúmque ſalutem curant, *duplici honore, vt qui bene præſunt, digni* habeantur. Nunc autem vineam ſibi curæ eſſe fatetur Deus,ſeque illi cuſtodes præficere,non minùs tamen ſibi cordi eſſe ſponſam:quare ad ſponſam Eccleſiarum in hortulis commorantem conuerſus, hortatur eam, vt ſiquidem amici,hoc eſt fideles populi,eam auſcultent,dū paſcuntur ab ea verbo, & eius præcepto obtemperant, velle ſe tamen vocem quoque eius audire, in oratione nimirum ac contemplationis feruore.

Fuge dilecte mi, & aſsimilare capreæ hinnulóque ceruorum ſuper montes aromatum. ‹‹

Ad extremum ſponſa, vel amoris vim ſponſique præſentiam ferre non valens, vel vt ſignificet vniuerſum hoc amoris canticum ita plenum eſſe altiſſimis Sacramentis, vt ea omnem humanam intelligentiam longè ſuperent,ad fugam capeſſendam ſponſum hortatur; idque tanta velocitate, quanta id facerent cœleſtes mentes:fugam autem non in quemcunque locum ſed ſuper montes aromatum, qui ſunt cœleſtes orbes, in quibus beati ſpiritus omnium virtutum odore fragrantes vt ratione præditi montes excellunt etiam ea capacitate & perſpicacia,quæ par eſt tantis myſteriis.

Hæc adumbrate ex Cantico Canticorum: nunc ex Patribus diſtinctè & copiosè quoad poſſumus eadem illuſtremus.

Comparatio Actionis & Contemplationis.

CAPVT XIV.

DOctrinam Chriſtianæ perfectionis ex ſacrorum librorum fontibus hauſerunt Patres, vberiùs etiam explicarunt.

Primum. Ac primò illud ponunt, actionem antecedere debere contemplationi perfectæ. Actionis autem nomine accipienda eſt hoc loco, prauorum affectuum, cogitationum non ſolùm iniuſtarum & turpium, ſed etiam inutilium, animæ & vitæ vniuerſæ mortificatio, diuinorum præceptorum executio, & virtutum exercitatio. Sic ſæpe ſanctus Baſilius, ibi præſertim, vbi docet, qua ratione aperire nobis aditum debeamus ad perpetuam de Deo cogitationem, quæ ſanè vel contemplatio eſt, vel contemplationi vnicè inſeruit. *Baſil. ſerm. de Baptiſ. Et conſt. monaſt.*

Secundũ. Ob hanc deinde rationem illud tanquam conſequens ſubiiciunt iidem Patres, vitam quæ in actione eſt, priorem eſſe ea, quæ in contemplatione verſatur. Sic S. Gregorius: *Duæ ſunt*, inquit, *ſanctorum prædicatorum vitæ, actiua ſcilicet & contemplatiua, ſed actiua prior eſt tempore quàm contemplatiua, quia ex bono opere tenditur ad contemplationem.* Et ſanctus Bernardus: *Quid eſt quod intrantem IESVM Martha excipit, diſcurrit, & miniſtrat; Maria verò ſecus pedes ſedens ingreſſi, in eius verbum cor ſuſpendit? niſi quia prius eſt actio, poſtea verò contemplatio?* Hoc idem adeò inculcat Caſſianus, vt ſine hac affectuum actuoſa compreſſione, ingentique vitæ puritate obtineri poſſe ſacrarum Scripturarum intelligentiam neget, quod vel intelligendum eſt ad eum modum, quem antè ſcripſerat S. Athanaſius, ad ſcripturarum nimirum ſanctitatem capeſſendam, non magis dignè præparari hominis animũ, quàm conſcientiæ puritate & vitæ ſanctimonia: Tunc enim diuinè de Deo philoſophamur, cùm Deum glorificamus & portamus in corpore noſtro: vel dicendum (quod non obſcurè ipſemet indicat) loqui Caſſianum de donis SPIRITVS, qui *Scientia, Intellectus, & Sapientia* nominantur. S. Auguſt. certè de dono intellectus diſſerens affirmat, non niſi *mundis corde* congruere, & conſtans eſt magnorum Theologorum ſententia, SPIRITVS ſancti dona non niſi hominibus ſanctis Deique amicis dari. *Hom. 3. in ezec. S. Bern. ſer. 3. in Aſſump. B. Mariæ virginis. Caſſian. collat. 1. & 14. Libr. de Incarn. Verbi. Auguſt. lib. 1. de ſerm. Domini, cap. 9.*

Tertium. Tertiò ſtatuunt Patres, actionem longè diuturniorem contemplatione eſſe oportere, non ſolùm antè, ſed in ipſo etiam contemplationis vſu, ita ac ſi ſeptenario

Digitized by Google

in ſex & vnum diſpertito ſex partibus actioni tributis, ſeptimam ſolam contemplationi relinqueremus. *Seruus Hebræus*, inquit S. Gregorius, *emptus ſex annis ſeruire præcipitur, ita vt in ſeptimo liber exeat gratis. Quid enim per ſenarium numerum niſi actiua vitæ perfectio deſignatur? Quid per ſeptenarium, niſi contemplatiua vita exprimitur? Sex ergo annis ſeruit, & ſeptimo egreditur liber, qui per actiuam vitam, quam perfectè exhibuerit, ad contemplatiuæ vitæ libertatem tranſit.* Et adhuc explicatiùs alibi: *Cum ab actiua vita ad contemplatiuam ſurgimus, quia diu mens ſtare in contemplatione non valet, ſed omne quod de æternitate per ſpeculum & in ænigmate conſpicitur, quaſi furtim hoc & per tranſitum videt, ipſa ſua infirmitate, ab immenſitate tantæ celſitudinis animus repulſus, in ſemetipſo relabitur, & neceſſe eſt, vt ad actiuam redeat, ſeq; ipſum continuè in vſu bonæ operationis exerceat, ſicque fit, vt ipſis ſuis bonis actibus ad ſuperiora rurſus in contemplationem ſurgat.* S. Greg. hom. 3. in Ezec. Hom. 5. in Ezec.

Aſſerunt quartò iidem, meritis contemplationem actioni præſtare. *Quia*, ait S. Gregorius, *contemplatiua vita minor quidem tempore, ſed meritò maior eſt quàm actiua, ſacri Euangelij verbis oſtenditur, in quo duæ mulieres diuerſa egiſſe referuntur. Martha cura non reprehenditur, Maria verò etiam laudatur, quia magna ſunt actiuæ vitæ merita, ſed contemplatiuæ potiora. Vnde nec auferri vnquam Mariæ pars dicitur, quia actiuæ vitæ opera cum corpore tranſeunt, contemplatiuæ autem gaudia meliùs ex fine conualeſcunt.* *Quartũ.* *Lib. 6. moraliũ. cap. 28. Lucæ 10.*

Quintò, contemplatio de Patrum ſententia præmium eſt actionis: nec tamen eam quærentibus aut procurantibus ſemper datur. ídque duas ob cauſas. Prior eſt, quia ad eam aſpirant aliqui nonnunquam non planè domitis terrenis affectibus, nec in virtutibus exercitati. *En forè tappetis & ipſe* (ſcribit S. Bernardus) *contemplationis quietem, & bene facis, tantùm ne obliuiſcaris flores, quibus lectulum ſponſæ legis aſperſum. Ergo cura & tu tuum ſimiliter circumdare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tanquam flore fructum, ſanctum otium præuenire: alioquin delicato ſatis otio dormitare voles, ſi non exercitatus quieſcere appetas, & Liæ fœcunditate neglecta, ſolis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & præpoſterus or-* *Quintũ.* *Prima cauſa.* *Ser. 46. in Cant.*

do eſt ante meritum exigere præmium, & ante laborem ſumere cibum; cum dicat Apoſtolus: Qui non laborat, non manducet. A mandatis tuis intellexi, inquit, vt ſcias niſi obedientia mandatorum contemplationis guſtum penitus non deberi.

2. Theſ. 3 Eſ. 118.

Secunda cauſa.

Poſterior cauſa eſt, quia inepti nonnulli natura ſunt ad contemplationem, non item ad virtutum actuoſarũ exercitationem: quare hi arcendi ſunt, vt S. Gregorius monet à contemplatione, in qua non ſine erroris periculo verſari poſſunt, & continendi intra fines actionis, in cuius muneribus fructuosè occupantur.

Lib. 6. moraliũ, cap. 26. Hom. 3. in Ezec.

Ex his eſt & aliud S. Gregorij dictum, actionem ad ſalutem nobis adultis eſſe neceſſariam: neque enim carere poſſumus vſu virtutum, contemplatione poſſumus. *Quandiu* ait, *inter proximos viuimus, quamuis vtraque ex dono ſit gratiæ, vnà nobis in neceſſitate eſt, altera in voluntate. Quis enim cognoſcens Deum ad eius regnum ingreditur, niſi priùs bene operetur? Sine contemplatiua ergo vita intrare poſſunt ad cœleſtem patriam, qui bona, quæ poſſunt, operari non negligunt. Sine actiua autem intrare non poſſunt, ſi negligunt bona operari, quæ poſſunt. Illa ergo in neceſſitate eſt, hæc in voluntate, illa in ſeruitute, hæc in libertate.*

Denique intelligat hîc proficiens, ſicut ineptum natura ad contemplationem accedere ſuperuacaneum eſt, ſit in ea velle verſari eum, qui non antè diuque in excolenda virtute, & ſe ipſo peruincendo laborauerit, præpoſterùm & omnino inutile ac noxium. Et quia de actione hoc nomine accepta à principio ſecundi libri huius operis ad hunc vſque locum ſcriptum eſt ſatis, finem facio, ſi priùs, vt clauſulam tractationis, verba hîc S. Gregorij adſcripſero, quæ ſic habent: *Quiſquis ergo iam in ſe contumelias carnis edomuit, ſupereſt vt mentem per ſtudia ſancta operationis exerceat: & quiſquis iam mentem per ſancta opera dilatat, ſupereſt vt hanc vſque ad ſecreta intima contemplationis extendat.*

Lib. 6. moraliũ, cap. 25.

Digitized by Google

De duplici genere actionis, & de ea vita, quæ ex actione & contemplatione conflatur.

CAPVT XV.

SED & alia adhuc ratione vſurpatur à Patribus nomen actionis, pro exercitatione, nimirum ſanctæ prædicationis & functionibus eorum miniſteriorum, quæ ad proximos iuuandos in rebus præſertim ſpiritualibus neceſſariæ ſunt. Sit *Rector*, ait ſanctus Gregorius, *actione præcipuus*. Et alibi: *Actiua vita eſt, panem eſurienti tribuere, verbo Sapientiæ neſcientem docere.* Hęc actio contemplationi iuncta efficit aliud genus vitæ, quod quia componitur ex vtraque, à pleriſque mixta vita dicitur: qua ſimul vtilitati hominum incumbitur, & Deo ſuo tempore vacatur. Atque vt contemplatio præſtat actioni, ſic vita mixta dignitate vtramque ſuperat. *In Paſt. Par. 2. cap. 1. Et hom. 14. in Ezechiel.*

In actione hac verſari poteſt homo dupliciter: vel cũ nulla aut exigua deprauatarum affectionum mortificatione, expers item contemplationis, aut penè expers: vel contrà planè domitis perturbationibus animi, & factis iam in virtute progreſſionibus magnis.

Non deſunt, qui rudes adhuc & tyrones in vtroque exercitationis genere, mortificationis nempe & contemplationis, operam nauant animabus iuuandis, & vt videtur, non inutilem: qui etiam audent ſe iis, qui ſeuocant ſe ab omni negotio contemplandi gratia, præferre, quòd ipſi orent aliquando, agantque cum Deo ſicut illi, homines etiam à peccatis ad virtutem vocent, quod nõ faciunt illi. Ideóque nobiliſſimum illud vitæ genus ex actione & contemplatione coniunctum teneant, quod ipſam per ſe contemplationem antecellit.

Verùm hi falluntur maximè: nec rem huius præſtantiſſimæ viuendi rationis, ſed nomen vſurpant. ſtudium ſanè tradendæ doctrinæ ſacræ populo de Auguſtini ſententia, à quo nec ſanctus Thomas diſſentit, ad contemplationis ſtatum aliquo modo pertinet, ſed nec hoc, nec *Ser. 27. de verbis Domini. 2. 2. 181. artic. 3.*

qualecumque orationis ſtudium ſatis ſunt, vt obtineatur ille perfectiſſimus ſtatus contemplatione ſuperior: nec enim qui in hoc eſt conſtitutus, ad animarum lucra deſcendit ex actione ſtudióve prædicto, ſed ex continua mortificatione altiſſimáque contemplatione vi diuini maximique amoris ex his quaſi fontibus deriuati. quæ ſententia ſanctorum Patrum eſt conſtantiſſima.

Libr.6. moraliũ, cap.25.

Sanctus Gregorius vbi dixiſſet, eũ, qui carne domita ſanctæ operationis ſtudia exercuit, antequam doceat alios, debere ſe ad ſecreta intimæ contemplationis extendere, addit: *Neque enim perfectus prædicator eſt, qui vel propter contemplationis ſtudium operanda negligit, vel propter operationis inſtantiam contemplanda poſtponit.*

Gen.23.

Hinc eſt enim quòd Abraham coniugem mortuam in ſepulchro duplici ſepelit; quia nimirum perfectus quiſque prædicator extinctã à præſentis vitæ deſiderijs animam ſuam ſub bonæ operationis tegmine & contemplationis abſcondit, vt à carnali concupiſcentia ſub actiua contemplatiuaq; vita quaſi inſenſibilis lateat, quæ priùs mundi deſideria ſentiens mortaliter viuebat.

Luca 6.

Hinc eſt, quòd humani generis Redemptor per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis ſtudium in monte pernoctat: vt perfectus videlicet prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam vitam amore ſpeculationis funditus deſerant, nec contemplationis gaudia penitus operationis nimietate contemnant: ſed quieti contemplantes ſorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. Speculando quippe in Dei amorem ſurgitur, ſed prædicando ad proximi vtilitatem redditur.

Luca 12.

Et pauló pòſt: *Quem implet charitas, incendit: vnde & in Euangelio veritas dicit: ignem veni mittere in terram.*

Lib.4. de doctrina Chriſt. cap.14.

Idem anté tradiderat ſanctus Auguſtinus, præcipiens vt *prædicator priùs ad Deum leuet animam ſitientem, vt bibat, quàm eructet, & priùs impleat, quàm fundat.*

Lib.19. de ciuit. Dei. cap.19.

Et diſtinctiùs alibi: *Ex tribus*, inquit, *illis vitæ generibus, otioſo, actuoſo, & ex vtroque compoſito, quãuis ſalua fide quiſque poſſit in quolibet eorum vitam ducere, & ad ſempiterna præmia peruenire: intereſt tamen quid amore teneat veritatis, & quid officio charitatis impendat. Nec ſic quiſque debet eſſe otioſus, vt in eodem otio vtilitatem non cogitet proximi, nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat. In*

otio non iners vacatio delectare debet, ſed aut inquiſitio, aut inuentio veritatis, vt in ea quiſque proficiat, & quod inuenerit, alteri non inuideat.

Sed vtrumque genus vitæ, quod miſtum aut eſt, aut videri poteſt, imperfectum aut perfectum aptiſſimè deſcribens S. Bernardus, pulchrè illius temeritatem & pericula, huius emolumenta perfectionémque commemorat. Sic enim habet: *Sed ſanè cauendum in his, aut dare quod nobis accepimus; aut quod erogandum accepimus, retinere. Rem profectò proximi retines tibi, ſi verbi cauſa plenus virtutibus cùm ſis, foriſque nihilominus donis ſcientiæ & eloquentiæ adornatus, metu fortè aut ſegnitie, aut minus diſcreta humilitate verbum bonum, quod poſſet prodeſſe multis inutili, immò & damnabili ligas ſilentio. Certè maledictus quòd frumenta abſcondis in populis. Rurſum quod tuum eſt ſpargis, & perdis, ſi priuſquam infundaris tu totus, ſemiplenus feſtines effundere, contra legem arans in primogenito bonis, & ouis primogenitum tundens. Nimirum vita atque ſalute, quam alteri das, te ipſum fraudas, dum ſana vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrenæ cupiditatis veneno inficeris, & lætali apoſtemate turgens interis. Quamobrem ſi ſapis, concham te exhibebis, & non canalem. Hic ſiquidem penè ſimul & recipit & refundit, illa verò donec impleatur expectat, & ſic quod ſuperabundat, ſine ſuo damno communicat, ſciens maledictum, qui partem ſuam facit deteriorem.* Adhibet ad hoc idem confirmandos diuerſos Scripturæ locos: Salomonis: *Stultus profert totum ſpiritum ſuum ſimul: Miſerere animæ tuæ placens* Deo: *Noli nimium eſſe iuſtus.* Matthæi: *Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potiùs ad vendentes, & emite vobis.* Apoſtoli: *Non quòd alijs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio, ſed ex æquato effundere, benigna prudenſque charitas affluere conſueuit, non effluere. Fili mi ne pereffluas, ait Salomon. Et Apoſtolus: Propterea debemus intendere his, quæ dicuntur, ne fortè pereffluamus. Quid enim? Túne Paulo ſanctior? Sapientior Salomone? Alioqui nec mihi ſedet ditari ex te exinanito. Si enim tu tibi nequam, cui bonus eris? De cumulo, ſi vales, adiuua me: ſin autem, parcito tibi.* Alibi etiam acriter reprehendit eos, qui antequam ad veritatis lucem per pu-

Ser. 18. in Cant.
Deut. 15.
Eccl. 30.
Matt. 25.
Prou. 19.
2. Cor. 8.
Hebr. 2.
Prou. 3.
Eccl. 14.

Digitized by Google

ritatem perueniant, prædicant.

Ser. in Cant. 62.

Hæc ſanctus Bernardus, qui poſtquam his locis exagitauit eos, qui audaciores ſunt ad Apoſtolica miniſteria, quàm par eſt, & vires eorum ſpirituales ſuppetunt, alio deinde loco docet, qua ratione qui ſeſe in contemplatione poſt mortificationem exercuerunt, ad iungendis Chriſto hominibus alacriter inuigilare debeant, *Hoc ſiquidem vera & caſta contemplatio habet, vt mentem, quam diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo & deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligant, vt otium contemplationis pro ſtudio prædicationis libentiſſimè intermittat, & rurſum potita votis aliquatenus, in hac parte tanto ardentiùs redeat in idipſum, quanto ſe fructuoſiùs intermiſiſſe meminerit; & item ſumpto contemplationis guſtu, valentiùs ad conquirenda lucra, ſolita alacritate recurrat.*

Serm. in Cant. 57.

2. 2. q. 188 art. 6.

Sanctus Thomas etiam illud in primis opus doctrinæ & prædicationis commendat, quod ex plenitudine contemplationis deriuatur.

Quod ſi qui hunc ſtatum obtinet, fortaſſe dubitat, quando, contemplatione intermiſſa, actioni aut cõtemplationi operam dare debeat; is intelligat, non ſolùm contemplatorem, ſed rudem etiam hominem & inexercitatum, cùm proximi ſpiritualis neceſſitas poſtulat, poſthabitis omnibus rebus occupationibúſque in eo inſtituendo & excolendo, quacumque ratione poſſit, ſtrenuè ſe laborare debere: *Vnicuique enim mandauit Deus de proximo ſuo.* Idque multo magis præſtet oportet is, cui cura animarum commiſſa eſt, non ſolùm cùm neceſſe eſt, ſed etiam ſuo tempore aſſiduè. *Clama*, inquit Iſaias, *ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe*, ait S. Gregorius, *officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit, vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter ſequitur, clamando gradiatur.* Et hæc quidem neceſſitas & ipſa quædam eſt officij, licet non à charitate ſeiuncta, quando apud S. Auguſtinum ſcriptum eſt: *Negotium iuſtum ſuſcipit neceſſitas charitatis.* Extra verò hos caſus neceſſitatis, S. Bernardus regulam huius deliberationis ſtatuit eſſe orationem. Sic enim ait: *Vnicum in huiuſmodi remedium*

Eccl. 17.

Iſaiæ 40.

2. part. Paſtoral. cap. 4.

Lib. 19. de ciuitate Dei, cap. 19.

ſeu

ſeu refugium oratio eſt, & frequens gemitus ad Deum, vt quid, quando, & quatenus nos facere velit, aſſiduè nobis demonſtrare dignetur. *Serm. in Cant. 57.*

Habent prætereà religioſi homines perfugium aliud non minùs tutum, maiorum ſuorum conſilium iuſſionémve, quibus cùm explorata planè eſt tam doctrina quàm vita noſtra, nihil eſt cur in huiuſmodi rebus, cùm imperantur, non promptiſſimè obtemperemus.

Sic igitur indubitatum, eos, qui ſine mortificatione & contemplatione ſe dant actuoſæ vitæ ad ſalutem animarum (nihil dico de neceſſitate aut hominum aut officiorum) non eſſe in eo perfectiſſimo ſtatu, quem ipſi putant, ſibique eos in re hac tam diu lenocinari, ac fucum facere, quamdiu non elaborauerint pro viribus continua ſui victoria, & recta contemplandi ratione, eum tandem gradum re attingere, cuius interim nomine ſeſe oblectant.

Sit etiam certum, actuoſam vitam duplicem eſſe; vnam imperfectam, quæ primo ſtatui ſponſæ à nobis ex 1.
Canticis explicato reſpondit, alteram perfectam, & alio- 2.
quin miſta dicitur, quæ eadem eſt cùm tertio ſtatu eiuſdem ſponſæ. Supereſt nunc de ipſa contemplatione agere, quæ in priore actione prægustatur tantum, habetur autem in poſteriore, cuius ipſa fons & caput eſt, & ſecundus amoris ſtatus eſt apud Salomonem.

De contemplatione.

CAPVT XVI.

ANtiquiſſimum eſſe contemplationis vſum, intelligitur ex Scripturis ſacris, in quibus preter *ſoporem immiſſum à Domino*, quem *exſtaſim* fuiſſe, dubitandum non eſt; Legimus Iſaac inclinato iam die egreſſum in agrum *ad meditandum*. Et vt de aliis taceam, Dauid certè potuiſſe ſe totum in contemplandis perſpiciendiſque diuinis rebus, legibus *Geneſ. 2.* *Gen. 24.*

præſertim ac mandatis Dei, perſpicuum eſt in Pſalmis. Qui etiam cum Deo agens canit: *Manè aſtabo tibi, & videbo.* Vel vt legit S. Auguſtinus, *Contemplabor*, Immò, *Vnam*, ait, *petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt contempler* (ſic idem legit) *delectationem Domini.*

Pſal. 5. *In Pſal. 26.*

Dominum Ieſum contemplationi noctibus in primis operam dediſſe, ſuprà retulimus ex S. Gregorio. Apoſtolos non minùs contemplatores, quàm prædicatores fuiſſe, ex Actis Apoſtolorum apparet manifeſtè, & ex epiſtolis S. Pauli, qui etiam de ſe ſuiſque ſimilibus ſcribit: *Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, quæ autem non videntur æterna.*

Cor. 42.

Patres omnes communi conſenſu ſtatuunt, in Eccleſia Chriſtiana duas eſſe vitas, Lia & Rachele primùm, deinde Martha & Maria diuino conſilio adumbratas actiuam & contemplatiuam nominant, illam ab actione, hanc à contemplatione.

Luc. 10.

Richardus de S. Victore; *Vt poſſimus*, inquit, *commodiùs capere, quæ de contemplatione dicenda ſunt, debemus primò, quid ipſa ſit, definiendo, quærere, & quomodo differat à cogitatione vel meditatione.* Et poſtea: *Cogitatio per deuia quaque lento pede ſine reſpectu perueniontis paſſim huc illúcque vagatur. Meditatio per ardua ſæpè & aſpera ad directionis finem cum magna animi induſtria nititur. Contemplatio libero volatu quocumque eam fert impetus, mira agilitate circumfertur.* Et paulò poſt: *Contemplatio eſt perſpicax & liber animi contuitus in res perſpiciendas vſquequaque diffuſus. Meditatio verò eſt ſtudioſa mentis intentio circa aliquid inueſtigandum diligenter inſiſtens; vel eſt prouidus animi obtutus in veritatis inquiſitione vehementer occupatus. Cogitatio autem eſt improuidus animi obtutus ad euagationem pronus.*

Lib. 1. de contempl. c. 3. & 4.

Sanctus Thomas ſic exponit, *Cogitatio, ſecundùm Richardum, videtur pertinere ad multorum inſpectionem, ex quibus aliquis colligere intendit vnam ſimplicem veritatem. Vnde ſub cogitatione comprehendi poſſunt & perceptiones ſenſuum ad cognoſcendum aliquos effectus, & imagina-*

2. 2. q. 180. ar. 3. ad 1.

tiones

tiones & diſcurſus rationis circa diuerſa ſigna, vel quæcumque perducentia in cognitionem veritatis latentis: quamuis ſecundùm Auguſtinum decimoquarto de Trinitate, cogitatio dici poſſit omnis actualis operatio intellectus. Meditatio verò pertinere videtur ad proceſſum rationis ex principijs aliquibus pertingentibus ad veritatis alicuius contemplationem, & ad idem pertinet conſideratio ſecundùm Bernardũ, quamuis ſecundùm Philoſophum, omnis operatio intellectus, conſideratio dicatur, ſed contemplatio pertinet ad ipſum ſimplicem intuitum veritatis. Hæc S. Thomas. *Lib.14. c.7.* *Lib.3. de Anima.*

Ex his facilè conſtat, quàm longè abſint à vera contemplatione illi, qui etiam ſine mentis euagatione multa animo voluunt, ex vno in aliud continuò dilabentes. Et quàm propriè, de Richardi ſententia, hi cogitantes potiùs, quàm meditantes vel contemplantes dici poſſint.

Sed quia naturaliter & circa res naturales occupatis accipere hæc poſſunt omnia illud hîc intelligendum eſt, in Euangelicam contemplationem iiſdem gradibus nixam ad eadem omnia conuenire, & ſimul alia plura longéque præſtantiora. Primò enim eſt hęc Dei donum: 1.
Reuela, inquit Dauid, *oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua*. Et: *Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam. Deus* denique *illuminatio mea*, qui & propterea: *Pater luminum* à S. Iacobo appellatur. *Pſal.118.* *Ibidem.* *Pſal. 26.* *Iacob.1.*

Eſt deinde donum Dei contemplatio, vel quoniam Deus menti imprimit ſpecies ſpirituales, per quas intelligantur res, quæ imaginibus illis adumbrantur, non ſine phantaſmatibus tamen: vel quia abſque phantaſmatibus vllis diuino ac ſupernaturali lumine illuſtrata mens infixa hæret rei quam contemplatur. Quamobrem, quod poſt explicandum eſt, Patres Dei gratiam contemplationi præſentem agnoſcunt. 2.

Tertiò, vera contemplatio ita altè aſcendit, vt infrà ſe relictis corporeis ſimilitudinibus, in ſinum conuolet æternæ veritatis. Affero aliqua teſtimonia ſanctorum, & quidem præcipua: neque enim neceſſe eſt omnia. 3.

Sanctus Bernardus: *Moriatur anima mea morte etiam* *Ser. 52 in Cant.*

ſi dici poteſt, Angelorum, (mortificationem mortem hominum dixerat) *vt præſentium memoria excedens, rerum ſe inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, ſed & ſimilitudinibus exuat, ſitque ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt puritatis ſimilitudo. Talis, vt opinor, exceſſus aut tantum aut maximè contemplatio dicitur. Rerum enim cupiditatibus viuendo non teneri, humanæ virtutis eſt: corporum verò ſimilitudinibus ſpeculando non inuolui, Angelicæ puritatis eſt: vtrumque tamen diuini muneris eſt: vtrumque excedere, vtrumque te ipſum trãſcendere eſt. Sed longè vnum alterum. Beatus qui dicere poteſt: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Non fuit contentus exire, niſi & longè ſe faceret, vt poſſet quieſcere. Tranſiliſti carnis oblectamenta, vt minimè iam obedias concupiſcentiis eius, nec tenearis illecebris: profeciſti, ſeparaſti te, ſed nondum elõgaſti, niſi & irruentia vndique phantaſmata corporearum ſimilitudinum tranſuolare mentis puritate præualeas.*

Pſal. 54.

Sanctus Gregorius in eadem eſt ſententia: *Qui*, inquit, *culmen perfectionis apprehendere nituntur, cùm contemplationis arcem tenere deſiderant, priùs ſe in campo operis per exercitium probent*. Et paulo pòſt: *Ac deinde perpendant, ſi cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quod ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt: vel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigunt: ſi incircumſcriptum lumen videre cupientes, cunctas circumſcriptionis ſuæ imagines deprimunt: & in eo quod ſuper ſe contingere appetunt, vincunt quod ſunt.*

Lib. 6. moral. cap. 17.

Sanctus Thomas huiuſmodi ſanctorum Patrum dicta exponit: *Contemplatio humana, ſecundum ſtatum, præſentis vitæ, non poteſt eſſe abſque phantaſmatibus: quia connaturale eſt homini, vt ſpecies intelligibiles in phantaſmatibus videat. Tamen intellectualis cognitio non ſiſti in phantaſmatibus, ſed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis. Et hoc non ſolùm in cognitione naturali, ſed etiam in eis quæ per reuelationem cognoſcimus. Dicit enim Dionyſius, quòd Angelorum hierarchias manifeſtat nobis diuina charitas in quibuſdam Symbolis figuratis, in cuius virtute reſtituimur in ſimplum radium, id eſt, in ſimplicem cognitionẽm intelligibilis veritatis. Et ſic intelligendum eſt, quod S. Gregorius dicit,*

2. 2. q. 180. ar. 5. ad 2.

Libr. de cœleſti. hierarchia, c. 1.

quòd contemplantes corporalium rerum umbras non ſecum trahunt, quia videlicet in eis non ſiſtit eorum contemplatio: ſed potiùs in conſideratione intelligibilis veritatis.

His conſentanea ſunt, quæ ſcribit S. Iſidorus: *Tria eſſe genera viſionum, per oculos corporis, per ſpiritum imaginarium, & per intuitum mentis. In hoc autem poſtremo genere ſupremum locum tenet Raptus & Ecſtaſis, quæ vt ſomnia diuinitus immiſſa, diuinæq́; allocutiones, per imagines fieri aliquando poſſunt: ſic certum eſt ſæpenumero accidere hominibus à ſenſibus ſimulacriſque corporeis penitus abſtractis. Ait enim Apoſtolus: Siue mẽte excedimus: Deo Deus autem propriè imagine creata caret, quare multo magis corporea, quanquam negandum non eſt, in imagine etiam creata atque corporea diuinum aliquid aliquando Deo reuelante conſpici, quod ſine illa nequaquam cerneretur. Neque enim, ait ſanctus Greg. omnipotens Deus iam in ſua charitate conſpicitur; ſed quiddam ſub illa ſpeculatur anima, vnde refota proficiat, & pòſt ad viſionis eius gloriam pertingat.* *Lib. 7. Etymologiarum, Cap. 8.* *2. Cor. 5.*

De primo genere contemplationis, quæ verſatur circa DEI maieſtatem.

CAPVT XVII.

DE rebus iis, circa quas verſari contemplatio debet, diſſerens ſanctus Bernardus, tria ſtatuit genera cõtemplationis: Primum, Perfectorum: Alterum, minùs perfectorum aut proficientiũ: Tertium eorum, qui à duobus ſuperioribus gradibus adhuc abſunt, ſint incipientes. *Ser. 62. in Cant.*

Primum dicit eſſe de Regis ipſius, hoc eſt, Dei maieſtate, æternitate, dignitate, atque de hoc ſimul docens quanta humilitate, puritate, & reuerentia tanta contemplatio ſubeunda ſit, ſic pergit: *Ne verearis illud, quod Scriptura minatur ſcrutatoribus maieſtatis, tantum affert purum & ſimplicem oculũ, non opprimeris à gloria, ſed admit-* *Primum genus.* *Prou. 15.*

teris niſi non Dei,ſed tuam quæſieris gloriam.Hac excuſſa ſecuri ſcrutemur in petra, quâ theſauri abſconditi ſapientiæ & ſcientiæ ſunt. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo, & requieſcam? Eccleſia columba non opprimitur, quia non ſeruiatrix maieſtatis eſt,ſed voluntatis:nam quod maieſtati attinet, interdum quidem & in ipſam intendere audet: ſed quaſi admirans, non quaſi ſcrutans. Sed etſi quando per exceſſum rapi in illam contingat, digitus Dei eſt iſte dignanter leuans hominem, non hominis temeritas inſolenter Dei alta peruadens. Cum enim Apoſtolus raptum ſe commemoret, vt auſum excuſet, quiſnam alter præſumat mortalium, huic ſe diuinæ Maieſtatis horrendo ſcrutinio proprijs intricare conatibus, & importunus contemplator pauenda irruere in arcana? ergo formidoloſa ſcrutatio Maieſtatis: at voluntatis, tam tuta quàm pia. Quid ni tota diligentia ſcrutando inſtem Sacramento gloriæ voluntatis, cui mihi parendum per omnia ſcio?

Pſal.54.

2 Cor.12.

Item ſanctus Bernardus materiam contemplationis huius latiſſimè tractat ad Eugenium ſcribens. Ego de plurimis pauca delibo. *Quid eſt*, ait, *Deus? Non ſanè occurrit melius, quàm, QVI EST, QVI EST, miſit me ad vos. Qui item Deus? ſine quo nihil eſt. Quid eſt Deus? Principium. Quid eſt Deus? Cui ſæcula nec acceſſerunt nec deceſſerunt, nec coæterna tamen. Quid eſt Deus? ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Ipſe vbi? Incomprehenſibilis eſt Deus, Antequam mundus fieret, præter ipſum nihil erat. ergo in ſeipſo erat. Quid eſt Deus? quo nihil melius cogiti poteſt. Deus Trinitas eſt, Deus trium ſingula perſonarum. Quid eſt ergo Deus? quod ad vniuerſum ſpectat, finis: quod ad electionem, ſalus: quod ad ſe, ipſe nouit. Quid eſt Deus? voluntas omnipotens, beneuolentiſſima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, creans mentes ad ſe participandum, viuificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iuſtificans ad promerendum, accendens ad zelum, fœcundans ad fructum, dirigens ad æquitatem, formans ad beneuolentiam, moderans ad ſapientiam, roborans ad virtutem, viſitans ad conſolationem, illuminans ad cognitionem, perpetuans ad imortalitatem, implens ad felicitatem, circundans ad ſecuritatẽ. Quid eſt Deus? Non minus*

Lib.5.de Conſid. ad Eugenium.
Exod.3.

Rom.11.

pœna peruerſorũ, quàm humiliũ gloria. Quid eſt Deus? Longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundũ. Lõgitudo æternitas, latitudo charitas, ſublimitas potentia. profundum ſapientia. Timore & amore affecta anima, velut quibuſdam duobus brachijs ſuis comprehendit, amplectitur, ſtringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. Cant. 3. *Et timor quidem ſublimi profundo, amor lato longoque reſpondet.*

Poſſunt ad eandem rationem recenſeri à contemplatore ordine certo omnia diuina attributa, in quibus meditãdo occupetur vel ſcholaſtico modo, vt exempli gratia, Deus eſt ens neceſſarium, & à ſe; & ideo præter ipſum non eſt aliud, quare eſt vnus. Item quia eſt ipſum ens aut eſſe, eſt ſubſtantia infinitè perfecta, ac ideo maximè perfectus, immò infinitę perfectionis; quare ſimpliciſſimus, immutabilis, æternus, immenſus, incomprehenſibilis, vbique præſens, ob eandem ſummam perfectionem, vita viuens intellectuali & feliciſſima, omnia ſciens: libertate præditus voluntatis, quod ſpectat ad res, quæ extra ipſum ſunt, potens quicquid vult facere, immo & omnipotens, prædeſtinans ad ſalutem æternam, quos elegit per gratiam, reprobans ad ſempiternam pœnam, quos culpa condemnat, & ſimilia: vel certè proponendo ante mentis oculos que de Deo vno & trino, Patre, Filio, & Spiritu ſancto ex ſacris literis intelligimus, & Symbolis Apoſtolicis & œcumenicis continentur, præſertim verò S. Athanaſij Symbolo: vel denique ipſaſmet ſanctæ Scripturæ ſententias, quibus de Deo eiúſque natura, proprietatibus ac virtutibus agitur, eruere, in eíſque recogitandis attentè piéque verſari.

Porrò duplex eſt vſus contemplationis huius, dupléxque ratio. Primúm quippe exercetur à perfectis hominibus, vt mente & animo in Deum eiúſque Maieſtatem ſumma cum reuerentia intueantur, in eáque conquieſcant per ſe, nihil præterea quærentes. *Quis dabit mihi pẽnas*, aiebat Dauid, *ſicut colũba, & volabo, & requieſcam?* Et: *Guſtate & videte. Oſtende*, petebat Moyſes, *faciem tuam mihi.* Et iterum Dauid: *Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Vacate & videte quoniam ego ſum Deus.* Comparatur hic contemplationis actus auium

Primus vſus.
Pſal. 54.
Pſal. 33.
Exod. 33.
Pſal. 26.
Pſal. 45.

volatui, quo ſe in aëre quaſi immobiles ſiſtunt ad optatæ alicuius rei aſpectum. Quare S. Gregorius: *Quid per pennas animalium niſi contemplationes poſſumus ſentire Sanctorum, quibus ad ſumma tranſuolat, & terrena deſerentes, ſeſe in cœleſtibus librant?* Libr. 6. moraliũ. cap. 28.

Secundus vſus. Deinde verò cōtẽplatione hac vtuntur homines ſancti, non ſolùm vt contemplentur Deum, ſed vt per contemplationem afficiantur à Deo, hauriãtque ex immenſo illo Diuinitatis Oceano aquas æternæ ſalutis. Ad quem modum cōformandam eſſe ſuam contemplationem à monachis Caſſianus opinari videtur: *Cum arena*, inquit, *maris, vndarúmque numerum dimẽſum ei cognitúmque pauidi cogitamus*, & alia. Sed perſpicuè ſanctus Bernardus, cùm de primo vſu dixiſſet: *Prima & maxima contemplatio eſt admiratio Maieſtatis: Hæc requirit cor purgatum, vt à vitÿ liberum atque exoneratum peccatis facilè ad ſuperna leuet, interdum quoque vel per aliquas morulas ſtupore & ecſtaſi ſuſpenſum teneat admirantem*: Addit de ſecundo vſu: *Secunda autem neceſſaria eſt huic: eſt enim intuens iudicia Dei ſanè pauido aſpectu dum vehementiùs concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ad ſapientiam, humilitatem ſeruat. Tertia contemplatio occupatur, vel potiùs otiatur circa memoriam beneficiorum, & ne dimittat ingratum, ſolicitus memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit Propheta loquens ad Dominum: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Eructatio, gratiarum actio eſt. Quarta quæ retro ſunt obliniſcens in ſola requieſcit expectatione promiſſorum, quæ cùm ſit meditatio æternitatis, (ſi quidem quæ promittuntur, æterna ſunt) longanimitatem alit, & perſeuerantiæ dat vigorẽ.* Concludit, quatuor hæc reſpondere longitudini, latitudini, ſublimitati, & profundo, quæ Apoſtolus de Deo cogitanda proponit.

Collat. 1. Cap. 15. Eccli. 1. Libr. 5. de cōſiderat. in fine. Prima contemplatio. 2. 3. Pſ. 144. 4. Philip. 3. 1. Cor. 4.

Quod ſi quæras, Quemnam terminum habeat contemplatio illa omnium maxima de Deo, quàm ve in hac vita de Diuina Maieſtate cognitionem aſſequi poſſit contemplando mortalis homo: Aio S. Auguſtinum & alios pleroſque Patres exiſtimaſſe, diuino munere ſanctum Paulum adeò altè ſublatum, vt Diuinam Eſſentiam

S. *Aug.* lib. 12. *ſuper. Gen. cap.* 27. & 28. *Ep.* 112.

attigerit

attigerit mente: quod quia illi accidit in raptu, ſanctus Thomas explicat ſic: *In hac vita poteſt eſſe aliquis actualiter, vno modo ſecundum actum, in quantum ſcilicet actualiter vtitur ſenſibus corporis, & ſic nullo modo contemplatio præſentis vitæ poteſt pertingere ad videndum Dei Eſſentiã. Alio modo poteſt eſſe aliquis in hac vita potentialiter, & nõ ſecundùm actum, in quantum anima eius eſt mortali corpori coniuncta vt forma, ita tamen, vt non vtatur corporis ſenſibus, aut etiam imaginatione, ſicut accidit in raptu, & ſic poteſt contemplatio huius vitæ pertingere ad viſionem Diuinæ Eſſentiæ. Vnde ſupremus gradus contemplationis præſentis vitæ eſt, qualem habuit Paulus in raptu, ſecundùm quem fuit medio modo ſe habens inter ſtatum præſentis vitæ & futuræ.*

ad Paulinam. cap. 12. 2. 2. quaſtion. 180 artic. 5. *Primo modo.* *Secundo modo.*

Cæterùm extra raptum, & in ſtatu contemplantium communi ſic habet S. Gregorius: *Quandiu in hac mortali carne viuitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipſo incircumſcripto luminis radio mentis oculos infigat. Neque enim omnipotens Deus iam in ſua claritate conſpicitur: ſed quiddam ſub illa ſpeculatur anima, vnde refota proficiat, & poſt ad eius viſionis gloriam pertingat.* Et pòſt: *Ea quæ ſub ipſo erant implebant templum. Quia quicquid de illo modò conſpicitur, adhuc non eſt ipſe, ſed ſub ipſo eſt. Sic Iacob Angelum vidit, & vidiſſe Deum fatetur: quia cùm miniſteria eius conſpicimus, iam multum eſt quod ſuper noſmetipſos leuamur. Notandum verò eſt, quod dicitur: Implebant templum: quoniam etſi Angelus apparet, infirmæ tamen mentis deſiderio ſatisfacit, vt ſi adhuc maius non poteſt, iam tamen minus quòd videt, admiretur.* Hæc S. Gregorius, quibus hæc ſubeſt ſententia. Quod ſi quando intelligimus Deum tanquam rem aliquam, quæ ſub ſenſum cadat, vt lucem, nubem, & ſimile quid, non exiſtimemus Deum eſſe notionem illam, ſimulachrúmve mentis, quod phãtaſiæ obiicitur, ſed potiùs quod res eſt: ibi duas eſſe animi notiones, vnam rei illius corporeæ, quàm phantaſiæ comprehendimus & reuoluimus, aliam indiſtinctam & quaſi reſpicientem Deum, quem apprehendimus animo, vt ſimilem rei illi corporeæ, quam præſentem mente verſamus, ad eum modum, quo cùm

Hom. 14. in Ezec.

Gen. 33.

cogitamus Deum eſſe ſolem, ilico apprehendimus admirabilem Dei ſapientiam, poteſtatem, charitatem, vim effectricem omnium rerum, non quidem notione ſolis, ſed ipſiuſmet Dei, confuſè tamen apprehenſi & cum reſpectu ſimilitudinis ſeu analogiæ ad lucem, calorem, & vim ſolis.

Sed hæc ſcholaſtica ſunt, illud noſtrum, quod quicquid ſit de imagine illa mentis, certè diuinũ illud, quod nobis in ea elucet, menti, vt S. Gregorius ait, *ſatisfacit*; & in eius contemplatione quietis internæ guſtus contingitur.

De ſecundo & tertio genere contemplationis cœleſtis gloriæ, & Chriſti crucifixi: quibus addita ſunt & alia duo, mundi & hominis.

CAPVT XVIII.

Secundũ genus.

ALTERVM contemplationis genus, ait S. Bernardus, eſſe de ſtatu, & felicitate, & gloria ciuitatis ſupernæ, quo vel actu vel otio ingens illa cœleſtium ciuium occupata ſit multitudo, & perfectis quidem, qui rimari ac penetrare arcana ſapientiæ & puritate cõſcientiæ audent, & intelligentiæ acumine poſſunt, habitare Deum in foraminibus petræ, in qua difficiliùs cauatur, nempe in Dei Maieſtate. *De reliquo*, inquit, *in cauernis maceriæ, vt qui in petra per ſemetipſos fodere aut non ſufficiunt, aut non præſumunt, in maceria fodiant, contenti vel gloriam Sanctorum mente intueri.*

Cant. 2.

Primus gradus. Ser. 37. de Sãctis.

Primus huius contemplationis gradus eſt conſiderare quæ ibi nõ ſunt calamitates & mala. S. Auguſtinus: *Vbi non eſt paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, nemo læditur, iraſcitur nemo inuidet nemo: Cupiditas nulla exardeſcit, nullum cibi deſiderium, nullius honoris aut poteſtatis pulſat ambitio, nullus ibi Diaboli metus, inſidiæ Dæmonum nullæ, terror gehennæ procul, ibi mors neque corporis erit neque animæ.*

Digitized by Google

Secundus gradus eſt, contemplari quæ ibi ſint bona. *Partes beatitudinis*, ſcribit S. Anſelmus, *ſunt pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, longæuitas, ſapientia, amicitia, cõcordia, honor, poteſtas, ſecuritas, gaudium: ſeptem priores, ad corporis; ſeptem poſteriores, ad animæ pertinent beatitudinem.* Secũdus gradus. Lib. de Similitudinibus, cap. 48.

Tertius gradus eſt Sanctorum Angelorúmque ſocietas. *Verũ*, ait S. Auguſtinus, *ſuper hæc omnia eſt conſociari Angelorum & Archangelorum cœtibus, Thronis etiam & Dominationibus, Principatibus & Poteſtatibus, omniúmque cœleſtium ſupernarúmque Virtutum contuberniis perfrui, & intueri agmina Sanctorum ſplendidiùs ſideribus micantia, Patriarcharum fide fulgentia. Prophetarum ſpe lætantia, Apoſtolorum in duodecim tribubus Iſraël orbem iudicantia, Martyrum purpureis victoriæ coronis lucentia, Virginúmque choros candentia ſerta geſtantes inſpicere.* Tertius gradus. S. Aug. loco citato.

Quartus ſupremúſque huiuſce contemplationis gradus eſt in ipſiſmet Angelicis ordinibus Sanctorúmque choris diuina, quæ in iis illucent, attributa conſiderare. Facit hoc latè ſanctus Bernardus. *Cernere*, inquit, *eſt in his, qui Seraphim appellantur, quomodo amet, qui vnde amet, non habet. In Cherubin, qui plenitudo ſcientiæ dicitur, Deum ſcientiarum Dominum eſſe, qui ſolus neſciat ignorantiam, totus ſit lux. In thronis, quàm non ſuſpectus omnis innocentiæ iudex ſedeat in his. In Dominationibus, quanta ſit Dominus maieſtatis, cuius nutu imperium conſtat. In Principatibus, principium ex quo omnia. In Poteſtatibus, quàm poteſtatiuè idem Princeps qui regit, protegat, contrarias poteſtates arcens & propulſans. In virtutibus vnam vbique æqualiter præſto eſſe virtutem, per quam omnia, viuificam, efficacem, inuiſibilem, immobiléмque, omnia tamen mouentem vtiliter, tenentem fortiter. Quæ cum in minus vſitata effecta apud mortales eruperit, miracula ſiue prodigia vocant. Poſtremò in Angelis & Archangelis veritatem atque experientiam vocis illius: Quoniam ipſi cura eſt de nobis: qui talium nos & tantorum non deſinit iucundare viſitationibus, inſtruere reuelationibus, ſuggeſtionibus commonere, ſedulitate fouere.* Et poſt multa præclariſſimè in eundem ſenſum explicata: *Deus* inquit, *amat vt charitas, nouit vt veritas, ſedet vt æquitas,* Quartus gradus. Lib. 5. de conſid. 1. Reg. 2. 1. Pet. 5.

dominatur vt maieſtas, regit vt principium, tuetur vt ſalus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, aſſiſtit vt pietas.

Poteſt etiam (vt huic gradui accedat cumulus) ſi velit contemplator, diuina attributa, in beatiſſima Dei Matre, immo & in ſacroſancta Chriſti Domini humanitate ad eandem rationem inueſtigare eo excellentiore conſideratione, quo tanto Angelorum omnium Ordinibus præſtat ſanctiſſima Virgo, & ipſam Virginem tam longè antecellit ſacratiſſima Humanitas Chriſti, Filij Dei.

Tertium genus. *Ser. 62. in Cant.*

Tertium denique genus contemplationis ſubiicit S. Bernardus in hæc verba: *Si cui ne hoc quidem poſſibile ſit, huic ſanè proponet IESVM & hunc crucifixum, vt & ipſe abſque ſuo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit. Nec verendum quòd patiatur repulſam, qui & vocatur, vt intret. Ingredere, inquit, in petram, abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius.* (*Iſaiæ 2.*) *Infirma adhuc & inerti animæ, quæ iuxta quod in Euãgelio quidam de ſemetipſo confitetur,* (*Luc. 16.*) *fodere non valet, mendicare erubeſcit, foſſa oſtenditur humus, vbi lateat, donec cõualeſcat, & proficiat, vt poſſit & ipſa per ſe ſibi cauare foramina in petra, per quæ intret ad interiora. Verbi animi vtique vigore & puritate.*

Quartũ genus. *Pſ. 142.*

Sed his addi poſſunt alia genera contemplationis. Quartum nimirum, & eſt rerum creatarum conſideratio: *Meditatus ſum*, ait Dauid, *in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.* Et quia vt S. Auguſtinus docet, (*Lib. de vera Religione cap. 29.*) *ne in conſideratione creaturarũ vana & peritura curioſitas exerceatur, gradus ex iis ad immortalia & ſemper manentia faciendus eſt*, ideo adiungit Propheta: *Expandi manus meas ad te.* Hæc contemplatio eſt valde vtilis; Siquidem *inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas*, (*Rom. 1.*) & res creatæ gloriam Dei prædicant; *Cœli enim enarrant gloriam Dei.* (*Pſal. 18.*)

Lib. 11. Confeſſ. cap. 4.

Multæ autem ſunt rationes, quibus contemplator aſcendit ad Deum à creaturis: ſed illa præſtãtiſſima, qua vſus eſt S. Auguſtinus cum Deo agens; *Tu Domine feciſti ea, qui pulcher es: pulchra ſunt enim, qui bonus es, bona ſunt*

enim, qui es, ſunt enim. Nec ita pulchra ſunt, nec ita bona ſunt, nec ita ſunt, ſicut tu conditor eorum, cui comparata nec pulchra ſunt, nec bona ſunt. nec ſunt: Scimus hæc, gratias tibi, & ſcientia noſtra ſcientiæ tuæ comparata ignorantia eſt. Legatur etiam Richardus de S. Victore. *Lib. 3. de Contemplat. c. 7. 8. & 9.*

Quintum etiam accedat genus contemplationis, ex conſideratione noſtrimet. Nam rectè ſcriptum eſt apud eundem Richardum: *Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus eſt ad videndū ſeipſum.* Et poſtea: *Præcipuum & principale ſpeculum ad videndum Deum eſt animus rationalis.* Sic enim *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Vbi quæſo, quàm in eius imagine cognitionis veſtigia expreſſiùs impreſſa repeṙiuntur? *Mirabilis,* ait Dauid, *facta eſt ſcientia tua ex me,* Et: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Certè S. Auguſtinus ait: *Per ipſam animam meam aſcendam ad illum*: nempe anima ſpiritus eſt, & ſpiritus eſt Deus. Anima intelligens eſt, & Deus ſumma ſapientia. Anima memorans eſt rerum antiquiſſimarum, & Deus æternus eſt. Anima libere vult, & amat: & Deus ſumma libertas, ſummus amor & charitas. Anima corpus adminiſtrat, Deus mundum. Quid dixerim de donis ſupernaturalibus, quibus exornantur à Deo amicorum eius animæ? ſpeculum denique ad videndum Deum eſt anima. Sed ait Richardus: *Illud verus Ioſeph tenere, tergere, & indeſinenter inſpicere debet. Tenere, ne deorſum corruens terræ per amorem inhæreat: tergere, ne inanium cogitationum puluere ſordeſcat; inſpicere, ne ad inania ſtudia intentionis ſuæ oculum reflectat.*

Quintum genus. *Lib. de Præparat. c. 61. & 62.* *Pſ. 138.* *Pſal. 4.* *Lib. 10. Confeſſ. cap. 7.* *Ibidem.*

De

De iis quæ cum contemplatione coniuncta ſunt: qua ratione ad eam perueniatur.

CAPVT XIX.

POſtquam de ipſa contemplatione, vt potuimus, deſeruimus, ea explicare oportet, quæ contemplationem vel antecedunt, vel comitantur, vel cõſequuntur. Ex quo etiam conſtabit qua ratione ad eam præparandus ſit hominis animus, & in ea continendus

Et quidem quod ſpectat ad ea, quæ antecedunt, non repeto, quæ ſcripſi tertio libro, capite vigeſimo primo de impedimentis orationis, præſertim de ſenſu egente, & culpa mordente.

2. 2. q. 180. artic. 2.

Vniuersè igitur loquendo: *Duo ſunt*, inquit S. Thomas *quæ impediunt actum contemplationis: Vehementia paſſionum per quam abſtrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad ſenſibilia, & tumultus exteriores occupationum.* Hinc conficit S. Doctor, virtutes morales neceſſarias ad contemplandum, quippe, quæ tollant exuberantiam paſſionum, & ſedent exteriorum occupationum tumultus. Et propterea S. Gregorius: *Neceſſe eſt, vt perfectus quiſque prius in virtutibus mentem exerceat, atque hanc poſtmodum in horreum quietis condat.*

Primum antecedens.

Lib. 6. moral. cap. 28.

Collat. 1. cap. 15.

Exod. 33.

Illæ autem virtutes præcipuè contemplatori ſunt exercendæ ſtrenuè, quæ terrenos omnes affectus extinguunt: quia vt explicat Caſſianus: *Non poteris*, ait Dominus, *videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet, ſcilicet mundo huic affectibúſque terrenis.* Illæ item virtutes quæ animum ſeuocant à negotiis, quæ negotia numerata à S. Bonauentura ſunt: *Res vel communes, vel propriæ; externa ipſa quæ, etiam quæ hominibus præſtita, cùm ſatis ſit eo tempore homines animo & affectione charitatis amplecti: ea denique omnia, quæ ad nos ipſos pertinent, etiam ſi ad id corpus ipſum eiúſque neceſſitatem ſpectent.*

Vt autem intelligamus, quàm exquiſitam perfectámque eſſe oporteat affectionum compreſſionem, legatur quæ tanquam normam, ad quam ſe diſcutere debeant

con

contemplationis ſtudioſi, ſcribit ſanctus Gregorius, *Si nulla*, inquit, *iam mala proximis irrogant; ſi irrogata à proximis æquanimiter portant: ſi obiectis temporalibus bonis nequaquam mens lætitia ſoluitur, ſi ſubtractis non nimio mœrore ſauciatur.* De rerum autem externarum turba incurſionéque abigenda ſic ſubiungit: *Si cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quòd ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt.* Et paulò poſt: *In abundantia ſepulchrum ingreditur, qui poſt congeſta vitæ præſentis opera, mutabilitati ſuæ planè mortuus, in ſecreto veri luminis occultatur: Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.*

Lib. 6. moral. c. 27. — *Cap. 29.* — *Pſal. 30.*

Hæc omnia ſecundo loco ſequitur magna ſpiritus contentio, & perfecta ſui victoria in colligendo corde, & excitanda vehementi conſtantique omnium virium animi ac mentis attentione ad eam rem, quam conſiderandam ſuſcipimus. Sic habet ſanctus Gregorius: *Eſt in contemplatiua vita magna mentis contentio, cùm ſeſe ad cœleſtia erigit, cùm in rebus ſpiritualibus animum tendit, cùm tranſgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cùm ſeſe anguſtat, vt dilatet.* Hæc autem comparatur potiſſimùm duabus rationibus, examine conſcientiæ diligentiſſimo, & diuini iudicij commemoratione.

Secũdum antecedens. — *Hom. 14. in Ezechielem.*

Examen autem proprium ſit oportet cogitationum, animum auocando *non ſolùm à turpibus, ſed etiam à ludicris & inutilibus imaginibus*, vt S. Baſilius docuit, vt ſicut otioſa verba, ſic etiam otioſa cogitata vitemus. Sit quotidianum, & ſi fieri poſſit, continuum, quo dicere poſſit proficiens: *Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ſtans totis noctibus.* Sit exquiſitum: *Cùm ijs quæ feceris pridie, conferto*, inquit idem S. Baſilius, *& cum ijs etiam quæ cogitaueris.* Sit ſeuerum, ac ſi non contra te, ſed aduerſus inimicum exerceretur. Nihil enim mentem obſcurat magis, efficitque ne ſeipſam perſpiciat, quàm amor proprius: hunc iugulamus cum in nos ipſos tanquam in aduerſarios inuehimur. Quod monuit S. Gregorius his verbis: *Ille veraciter ſe ante ſe ponit, qui ſe in ipſius actibus tanquam aliũ attendit.*

1. Conſtit. monaſt. c. 5. — *Iſaia 21.* — *Hom. de Abdicat. rerum.* — *Homil. 4. in Ezech.*

Nam multa ſunt peccata, quæ committimus; ſed idcirco grauia nobis non videntur, quia priuato nos amore diligentes, clauſis nobis oculis in noſtra deceptione blandimur: & ſcimus quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus. Et

Serm. 68. in Cant.

S.Bernardus: *In eo ſe quiſque iudicet profeciſſe, non cùm non inuenerit quod reprehendat, ſed cùm quod inuenerit, reprehendet*. Sit indefeſſum: nec enim induſtria hæc intermitti à contemplatore debet nec durare ad exiguum tempus, ſed ad mortem vſque. *Tunc te non fruſtra ſcrutatus es*

Ibidem.

ait S Bernardus, *ſi rurſum opus eſſe ſcrutinio aduertiſti: & toties non te feſellit inquiſitio tua, quoties iterandam putaueris*.

Epiſt. ad Fratres de monte Dei.

Et vniuersè de tota re diſſerens alibi ſic habet: *Diſcito tibi præeſſe & vitam ordinare, mores componere, temetipſum iudicare, & temetipſum accuſare, ſæpe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iuſtitia, ſtet rea & temetipſum accuſans conſcientia. Nemo te plus diligit, nemo fidelius iudicabit. Manè præteritæ noctis fac à temetipſo exactionem, & venturæ diei tu tibi indicito canonem; veſpere præteritæ diei rationem exige, & ſuperuenientis noctis fac indictionem; ſic diſtrictò nunquam aliunde laſciuire vacabit.*

2.

De diuini autem iudicij memoria hoc dictum modò ſit, mundos eſſe oculos Domini ne malum videant, quòd ſcilicet ea Deus deteſtetur, & nihilominus eum ita accuratè illa ſi peruestigare, vt dicat, quid næui ſit aut latentis maculæ in actionibus bonis, illud etiam ſeuerè ſe vindicaturum.

Tertium antecedens.

Tertium, quod antecedit contemplationem, amor Dei eſt: ſiquidem contemplatiuæ vitæ S. Gregorius proprium eſſe dicit, vt nihil iam agere debeat, *ſed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem ſui creatoris inardeſcere*.

Hom. 14. in Ezech.

2.2.q.180 art.1.

Amor enim Dei, vt S Thomas explicat, *mouet intellectum amantis ad contemplandum Deum quem amat, eiúſque pulchritudinem inſpiciendam.*

Quæ comitetur.

Quæ verò comitantur contemplationem, multa ſunt & magna, & quæ nemo nouit, niſi qui accipit. Hîc tamen adſcribo, quæ à Patribus accepimus, vtpote rem experris. Et quidem quod attinet ad actum intellectus, qui per ſe contemplatio eſt, dubitandum non eſt, hunc à

Deo eſſe, qui Sol noſter eſt, & *parens luminum.* Quamquam enim actus hic à mente ſit, & mentis partus; eius tamen initium, progreſſus, & exitus in mente diuinitus eſt. *Spiritus*, ait S. Auguſtinus, *meditatione atque contemplatione ad Deum aſcendit, Deus verò reuelatione atque diuina inſpiratione ad eum deſcendit. Meditatio ſiquidem, eſt occulta veritatis ſtudioſa inueſtigatio: contemplatio, perſpicua veritatis iucunda admiratio. Illam namque diuina illuminat reuelatio, vt veritatem cognoſcat: iſtam verò diuina inſpiratio inflammat, vt illam diligat.* — *Iacob. 1.* — *Lib. de ſpiritu & anima, c. 32.*

Primus igitur gradus, qui coniunctus eſt diuinæ illuſtrationi mentis, quæ contemplationem efficit, eſt ipſe contuitus Dei aut diuinæ veritatis. 1.

Hunc proximè comitatur actus amoris Dei, qui liberaliter adeò atque amanter homini in amoris domicilium thalamúmque ſponſi benignè recepto ſe videndum præbet, eúmque ad ſe amandum allicit, amoriſque ſuauitate paſcit ac detinet. *Cùm duo ſint*, ait S Bernardus, *beatæ contemplationis exceſſus, in intellectu vnus, & alter in affectu; vnus in lumine, & alter in feruore: vnus in cognitione, & alter in deuotione: prius ſanè affectus, & pectus amore calens, & ſanctæ deuotionis infuſio, etiam & vehementis ſpiritus repletus zelo, non planè aliunde, quàm è cella vinaria reportantur; & cuicumque cum horum copia ſurgere ab oratione donatur, poteſt in veritate loqui, quia introduxit me rex in cellam vinariam.* Ob hanc cauſam Caſſianus iungit contemplationi, *inhærere Deo.* Et idem S. Bernardus alibi docet, contemplationem fieri *ex condeſcenſione verbi Dei ad humanam naturam per gratiam & exaltationem humanæ ad ipſum verbum per diuinum amorem.* — 2. — *Serm. in Cant. 49* — *Cant. 2. collat. 1. c. 3.* — *Bernar. Serm. par. in 52*

Interiicitur contemplationi & amori quaſi intermedia admiratio diuinæ benignitatis, reuerētia tantæ maieſtatis, timórque filiorum Dei proprius, vt intelligitur ex dictis eorundem ſanctorum Patrum, Auguſtini præſertim & Bernardi. 3.

Sed quod expetendam maximè optabilémque reddit contemplationem, eſt incredibilis quædam ac diuina voluptas, quæ, vt neceſſe eſt, ex ea notitia eóque amore percipitur à contemplatore. *Contemplatiua vita*, ait — *De Spiritu, &c. cap. 32.* — *Lib. 5. de Conſid.*

& cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus. Item: *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum. Nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus.* Ex eodem amore ſunt voces illę, *Firmamentum meum, refugium meum, patientia mea, ſpes mea, fortitudo mea, miſericordia mea, expectatio, exultatio, gloria, ſalus, Deus auxilij mei, pars mea,* & ſimilia.

Pſal. 70. *Pſal. 61.*

Secundus amor Dei

Sed hic amor longè eſt inferior altero amore, quo Deum boneuolentia quaſi complectimur, non propter nos, aut commodum noſtrum, ſed propter ipſummet, eiuſque gloriam: *Etiamſi occiderit me, in ipſum ſperabo*, ait Iob. Sed & hoc, vtpote perfecto, exarcerunt primi Euangelicæ perfectionis propagatores: quorum ſunt illa: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſit anathema, maranatha.*

Iob 13. *Rom. 9.* *Suprà 8.* *1. Cor. vl.*

Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. *Priora bona.* *Poſteriora.* 1.

Duo porrò ſunt genera bonorum, quæ Deo propter ſeipſum optare & velle poſſumus: quædam, vt aiunt Theologi, in ipſo, quædam ad ipſum. Priora ſunt, eſſe, viuere, poteſtas, ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & alia eiuſmodi, quæ nihil ſunt aliud quàm ipſemet Deus. Poſteriora ſunt, honor, gloria, regnum, obedientia, ac denique optare vt omnia in eius groriam fiant. Illa Deo volumus, contẽplatione nos oblectando, quòd ea Deus habeat, illis ditiſſimus ſit talis, inquam, ſit, qualis eſt: *Vacate*, inquit, *& videte quoniam ego ſum Deus: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum*, ait Dauid. Et Salomon *Exultabimus & lætabimur in te.* Hunc nos inuitat diuina ſcriptura, cùm Deum per ſe conſiderandum proponit: *Ego ſum qui ſum. Qui eſt, miſit me ad vos Dominus ipſe eſt Deus, Deus deorum Dominus. Ego Dominus, & non mutor.* Circumfertur, & à quibuſdam etiam adfertur dictũ quoddã S. Aug exultãtis in Deũ, quod ſanè à quoũque, ſit, ex huiuſmodi amoris fonte promanat. *Ego*, inquit, *Dominus, Auguſtinus ſum, tu Deus. Sed ſi, quod nec eſt, & eſſe nequit, ego Deus eſſem, & tu Auguſtinus, vellẽ omnino commutatis perſonis, ego eſſe Auguſtinus, vt tu Deus eſſes.*

Pſal. 45. *Pſal. 82.* *Cant. 1.* *Exod. 3.* *3. Re. 18.* *Pſal. 99.* *Pſal. 83.* *Malac. 3.*

Hæc autem bona quæ dicuntur ad ipſum, Deo volu-

mus per amorem non ſolùm oblectatione,ſed etiam deſiderio, quo optamus Deo ſimilia illis quæ in Apocalypſi Deo precantur beati: *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum.* Huc pertinent tres priores petitiones Dominicæ orationis: *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra*: Hymnus angelicus: *Gloria in excelſis Deo.* Oratio Dauidis: *Venite adoremus Dominũ: procidamus ante Deum. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam & honorem: Omnis terra adoret te & pſallat tibi.* Nec optamus ſolùm hæc bona Deo, ſed gaudemus cùm adſunt: cùm abſunt, dolemus & angimur, & quantum in nobis eſt, curamus vt adſint, pugnamus aduerſus eos, qui hæc Deo vel negant, vel non tribuunt, vel ne ab aliis tribuantur, efficiunt. *Tabeſcere me fecit zelus meus*, ait Dauid, *quia obliti ſunt verba tua inimici mei. In quo* (Euangelio Chriſti) *laboro vſque ad vincula*, ait Apoſtolus: qui etiam viros Apoſtolicos, *Adiutores Dei* nominat: Et ipſemet Deus ſalutem hominum, ſalutẽ appellat ſuam. *Vt ſis, ait, ſalus mea vſque ad extremum terræ.*

Apoc. 5. *Mat. 6.* *Luc. 2.* *Pſal. 94.* *Pſal. 18.* *Pſal. 65.* *Pſal. 118.* *2. Tim. 3.* *1. Cor. 3.* *Iſaia. 49.*

De proprietatibus diuini amoris,

CAPVT XXI.

PROPRIETATES diuini amoris ſunt planè diuinæ: à Theologis accipiemus de more, quæ hîc ſcribemus.

Prima proprietas à S. Dionyſio Areopagita traditur; *Amor eſt virtus vnionem faciens.* Sic exponitur à S. Thoma: Amor facit vnionem, vel *effectiuè*, vt amor cõcupiſcentiæ mouẽs ad deſiderandum & amandum præſentiã amati quaſi ſibi conuenientis, & ad ſe pertinentis: vel *formaliter*, vt amor amicitiæ, qui eſt talis vnio vel nexus. Vnde Aug. dicit, quod *amor eſt quaſi*

Prima. *Libr. de diuinis nominibus. c. 4.* 1. 2. q. 27. a. 2.

volatui, quo ſe in aëre quaſi immobiles ſiſtunt ad optatæ alicuius rei aſpectum. Quare S. Gregorius: *Quid per pennas animalium niſi contemplationes poſſumus ſentire Sanctorum, quibus ad ſumma tranſuolat, & terrena deſerentes, ſeſe in cœleſtibus librant?*

Libr.6. moraliũ. cap.28.

Secundus vſus.

Deinde verò cōtēplatione hac vtuntur homines ſancti, non ſolùm vt contemplentur Deum, ſed vt per contemplationem afficiantur à Deo, hauriātque ex immenſo illo Diuinitatis Oceano aquas æternæ ſalutis. Ad quem modum cōformandam eſſe ſuam contemplationem à monachis Caſſianus opinari videtur: *Cum arena,* inquit, *maris, vndarúmque numerum dimẽſum ei cognitúmque pauidi cogitamus*, & alia. Sed perſpicuè ſanctus Bernardus, cùm de primo vſu dixiſſet: *Prima & maxima contemplatio eſt admiratio Maieſtatis: Hæc requirit cor purgatum, vt à vitijs liberum atque exoneratum peccatis facilè ad ſuperna leuet, interdum quoque vel per aliquas morulas ſtupore & ecſtaſi ſuſpenſum teneat admirantem:* Addit de ſecundo vſu: *Secunda autem neceſſaria eſt huic: eſt enim intuens iudicia Dei ſanè pauido aſpectu dum vehementiùs concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ad ſapientiam, humilitatem ſeruat. Tertia contemplatio occupatur, vel potiùs otiatur circa memoriam beneficiorum, & ne dimittat ingratum, ſolicitus memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit Propheta loquens ad Dominum: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Eructatio, gratiarum actio eſt. Quarta quæ retro ſunt obliuiſcens in ſola requieſcit expectatione promiſſorum, quæ cùm ſit meditatio æternitatis, (ſi quidem quæ promittuntur, æterna ſunt) longanimitatem alit, & perſeuerantiæ dat vigorẽ.* Concludit, quatuor hæc reſpondere longitudini, latitudini, ſublimitati, & profundo, quæ Apoſtolus de Deo cogitanda proponit.

Collat.1. Cap.15.
Eccli.1.
Libr.5. de cōſiderat. in fine.
Prima contemplatio.
2.
3.
Pſ.144.
4.
Philip.3.
1.*Cor.4.*

Quod ſi quæras, Quemnam terminum habeat contemplatio illa omnium maxima de Deo, quàm vt in hac vita de Diuina Maieſtate cognitionem aſſequi poſſit contemplando mortalis homo: Aio S. Auguſtinum & alios pleroſque Patres exiſtimaſſe, diuino munere ſanctum Paulum adeò altè ſublatum, vt Diuinam Eſſentiam

S. Aug. lib.12. ſuper.Gen. cap.27. & 28.
Ep.112.

attigerit

attigerit mente: quod quia illi accidit in raptu, ſanctus Thomas explicat ſic: *In hac vita poteſt eſſe aliquis dupliciter, vno modo ſecundum actum, in quantum ſcilicet actualiter vtitur ſenſibus corporis, & ſic nullo modo contemplatio præſentis vitæ poteſt pertingere ad videndum Dei Eſſentiã. Alio modo poteſt eſſe aliquis in hac vita potentialiter, & nõ ſecundùm actum, in quantum anima eius eſt mortali corpori coniuncta vt forma, ita tamen, vt non vtatur corporis ſenſibus, aut etiam imaginatione, ſicut accidit in raptu, & ſic poteſt contemplatio huius vitæ pertingere ad viſionem Diuinæ Eſſentiæ. Vnde ſupremus gradus contemplationis præſentis vitæ eſt, qualem habuit Paulus in raptu, ſecundùm quem fuit medio modo ſe habens inter ſtatum præſentis vitæ & futuræ.* ad Paulinam. cap. 12. 2. 2. quæſtion. 180 artic. 5. Primo modo. Secundo modo.

Cæterùm extra raptum, & in ſtatu contemplantium communi ſic habet S. Gregorius: *Quandiu in hac mortali carne viuitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipſo incircumſcripto luminis radio mentis oculos infigat. Neque enim omnipotens Deus iam in ſua claritate conſpicitur: ſed quiddam ſub illa ſpeculatur anima, vnde refota proficiat, & poſt ad eius viſionis gloriam pertingat.* Et pòſt: *Ea quæ ſub ipſo erant implebant templum. Quia quicquid de illo modò conſpicitur, adhuc non eſt ipſe, ſed ſub ipſo eſt. Sic Iacob Angelum vidit, & vidiſſe Deum fatetur: quia cùm miniſteria eius conſpicimus, iam multum eſt quod ſuper noſmetipſos leuamur. Notandum verò eſt, quod dicitur: Implebant templum: quoniam etſi Angelus apparet, infirmæ tamen mentis deſiderio ſatisfacit, vt ſi adhuc maius non poteſt, iam tamen minus quòd videt, admiretur.* Hæc S. Gregorius, quibus hæc ſubeſt ſententia. Quod ſi quando intelligimus Deum tanquam rem aliquam, quæ ſub ſenſum cadat, vt lucem, nubem, & ſimile quid, non exiſtimemus Deum eſſe notionem illam, ſimulachrúmve mentis, quod phãtaſiæ obiicitur, ſed potiùs quod res eſt: ibi duas eſſe animi notiones, vnam rei illius corporeæ, quàm phantaſiæ comprehendimus & reuoluimus, aliam indiſtinctam & quaſi reſpicientem Deum, quem apprehendimus animo, vt ſimilem rei illi corporeæ, quam præſentem mente verſamus, ad eum modum, quo cùm Hom. 14. in Ezec. Gen. 33.

cogitamus Deum eſſe ſolem, ilico apprehendimus admirabilem Dei ſapientiam,poteſtatem,charitatem, vim effectricem omnium rerum,non quidem notione ſolis, ſed ipſiuſmet Dei,confusè tamen apprehenſi & cum reſpectu ſimilitudinis ſeu analogiæ ad lucem, calorem,& vim ſolis.

Sed hæc ſcholaſtica ſunt, illud noſtrum, quod quicquid ſit de imagine illa mentis,certè diuinũ illud,quod nobis in ea elucet,menti,vt S.Gregorius ait,*ſatisfacit*; & in eius contemplatione quietis internæ guſtus contingitur.

De ſecundo & tertio genere contemplationis cœleſtis gloriæ,& Chriſti crucifixi:quibus addita ſunt & alia duo,mundi & hominis.

CAPVT XVIII.

Secundũ genus. ALTERVM contemplationis genus, ait S.Bernardus, eſſe de ſtatu, & felicitate, & gloria ciuitatis ſupernæ, quo vel actu vel otio ingens illa cœleſtium ciuium occupata ſit multitudo, & perfectis quidem, qui rimari ac penetrare arcana ſapientiæ & puritate cõſcientiæ audent, & intelligentiæ acumine poſſunt, habitare Deum in foraminibus petræ, in qua difficiliùs cauatur,nempe in Dei Maieſtate. *Cant. 2.* *De reliquo*, inquit,*in cauernis maceriæ, vt qui in petra per ſemetipſos fodere aut non ſufficiunt,aut non præſumunt, in maceria fodiant, contenti vel gloriam Sanctorum mente intueri.*

Primus gradus. *Ser. 37. de Sãctis.* Primus huius contemplationis gradus eſt conſiderare quæ ibi nõ ſunt calamitates & mala. S.Auguſtinus: *Vbi non eſt paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, nemo læditur, iraſcitur nemo inuidet nemo: Cupiditas nulla exardeſcit,nullum ibi deſiderium,nullius honoris aut poteſtatis pulſat ambitio, nullus ibi Diaboli metus, inſidiæ Dæmonum nullæ,terror gehennæ procul, ibi mors neque corporis erit neque animæ.*

Secundus gradus eſt, contemplari quæ ibi ſint bona. *Partes beatitudinis*, ſcribit S. Anſelmus, *ſunt pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, longæuitas, ſapientia, amicitia, cõcordia, honor, poteſtas, ſecuritas, gaudium: ſeptem priores, ad corporis; ſeptem poſteriores, ad animæ pertinent beatitudinem.* *Secũdus gradus. Lib. de Similitudinibus, cap. 48.*

Tertius gradus eſt Sanctorum Angelorúmque ſocietas. *Verũ*, ait S. Auguſtinus, *ſuper hæc omnia eſt conſociari Angelorum & Archangelorum cœtibus, Thronis etiam & Dominationibus, Principatibus & Poteſtatibus, omniúmque cœleſtium ſupernarúmque Virtutum contuberniis perfrui, & intueri agmina Sanctorum ſplendidiùs ſideribus micantia, Patriarcharum fide fulgentia, Prophetarum ſpe lætantia, Apoſtolorum in duodecim tribubus Iſraël orbem iudicantia, Martyrum purpureis victoriæ coronis lucentia, Virginúmque choros candentia ſerta geſtantes inſpicere.* *Tertius gradus. S. Aug. loco citato.*

Quartus ſupremúſque huiuſce contemplationis gradus eſt in ipſiſmet Angelicis ordinibus Sanctorúmque choris diuina, quæ in iis illucent, attributa conſiderare. Facit hoc latè ſanctus Bernardus. *Cernere*, inquit, *eſt in his, qui Seraphim appellantur, quomodo amet, qui vnde amet, non habet. In Cherubin, qui plenitudo ſcientiæ dicitur, Deum ſcientiarum Dominum eſſe, qui ſolus neſciat ignorantiam, totus ſit lux. In thronis, quàm non ſuſpectus omnis innocentiæ iudex ſedeat in his. In Dominationibus, quanta ſit Dominus maieſtatis, cuius nutu imperium conſtat. In Principatibus, principium ex quo omnia. In Poteſtatibus, quàm poteſtatiuè idem Princeps qui regit, protegat, contrarias poteſtates arcens & propulſans. In virtutibus vnam vbique æqualiter præſto eſſe virtutem, per quam omnia, viuificam, efficacem, inuiſibilem, immobilémque, omnia tamen mouentem vtiliter, tenentem fortiter. Quæ cum in minus vſitata effecta apud mortales eruperit, miracula ſiue prodigia vocant. Poſtremò in Angelis & Archangelis veritatem atque experientiam vocis illius: Quoniam ipſi cura eſt de nobis: qui talium nos & tantorum non deſinit iucundare viſitationibus, inſtruere reuelationibus, ſuggeſtionibus commonere, ſedulitate fouere.* Et poſt multa præclariſſimè in eundem ſenſum explicata: *Deus* inquit, *amat vt charitas, nouit vt veritas, ſedet vt æquitas,* *Quartus gradus. Lib. 5. de conſid.* *1. Reg. 2.* *1. Pet. 5.*

domina ur vt maieſtas, regit vt principium, uetur vt ſalu operatur vt virtus, reuelat vt lux, aſſiſtit vt pietas.

Poteſt etiam (vt huic gradui accedat cumulus) ſi vel contemplator, diuina attributa, in beatiſſima Dei Matre, immo & in ſacroſancta Chriſti Domini humanitate ad eandem rationem inueſtigare eo excellentior conſideratione, quo tanto Angelorum omnium Ordinibus præſtat ſanctiſſima Virgo, & ipſam Virginem tan longè antecellit ſacratiſſima Humanitas Chriſti, Fil Dei.

Tertium genus. *Ser.62. in Cant.* Tertium denique genus contemplationis ſubiicit S Bernardus in hæc verba: *Si cui ne hoc quidem poſſibile ſi huic ſanè proponet IESVM & hunc crucifixum, vt & ip abſque ſuo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus no laborauit. Nec verendum quòd patiatur repulſam, qui & vo catur, vt intret. Ingredere, inquit, in petram, abſcondere i* *Iſaiæ 2.* *foſſa humo à facie timoris Domini, & à gloria maieſtat eius. Infirma adhuc & inerti animæ, quæ iuxta quod in Eua* *Luc.16.* *gelio quidam de ſemetipſo confitetur, fodere non valet, men dicare erubeſcit, foſſa oſtenditur humus, vbi lateat; donec cō ualeſcat, & proficiat, vt poſſit & ipſa per ſe ſibi cauare fora mina in petra, per quæ intret ad interiora. Verbi animi vt que vigore & puritate.*

Quartū genus. Sed his addi poſſunt alia genera contemplationis Quartum nimirum, & eſt rerum creatarum conſidera *Pſ.142.* tio: *Meditatus ſum*, ait Dauid, *in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.* Et quia vt S. Augu *Lib. de vera Religione cap.29.* ſtinus docet, *ne in conſideratione creaturarū vana & per tura curioſitas exerceatur, gradus ex iis ad immortalia & ſemper manentia faciendus eſt, ideo adiungit Propheta: Ex pandi manus meas ad te.* Hæc contemplatio eſt valde vti lis; Siquidem *inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea qu* *Rom.1.* *facta ſunt intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eiu virtus & diuinitas*, & res creatæ gloriam Dei prædicant *Pſal.18.* *Cœli enim enarrant gloriam Dei.*

Multæ autem ſunt rationes, quibus contemplato aſcendit ad Deum à creaturis: ſed illa præſtātiſſima, qua *Lib.11. Confeſſ. cap.4.* vſus eſt S. Auguſtinus cum Deo agens; *Tu Domine feciſt ea, qui pulcher es: pulchra ſunt enim, qui bonus es, bona ſun*

enim, qui es, ſunt enim. Nec ita pulchra ſunt, nec ita bona ſunt, nec ita ſunt, ſicut tu conditor eorum, cui comparata nec pulchra ſunt, nec bona ſunt. nec ſunt: Scimus hæc, gratias tibi, & ſcientia noſtra ſcientiæ tuæ comparata ignorantia eſt. Legatur etiam Richardus de S. Victore. *Lib. 3. de Contemplat. c. 7. 8. & 9.*

Quintum etiam accedat genus contemplationis, ex conſideratione noſtrimet. Nam rectè ſcriptum eſt apud eundem Richardum: *Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus eſt ad videndũ ſeipſum.* Et poſtea: *Præcipuum & principale ſpeculum ad videndum Deum eſt animus rationalis.* Sic enim *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Vbi quæſo, quàm in eius imagine cognitionis veſtigia expreſſiùs impreſſa reperiuntur? *Mirabilis*, ait Dauid, *facta eſt ſcientia tua ex me*, Et: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Certè S. Auguſtinus ait: *Per ipſam animam meam aſcendam ad illum*: nempe anima ſpiritus eſt, & ſpiritus eſt Deus. Anima intelligens eſt, & Deus ſumma ſapientia. Anima memorans eſt rerum antiquiſſimarum, & Deus æternus eſt. Anima libere vult, & amat: & Deus ſumma libertas, ſummus amor & charitas. Anima corpus adminiſtrat, Deus mundum. Quid dixerim de donis ſupernaturalibus, quibus exornantur à Deo amicorum eius animæ? ſpeculum denique ad videndum Deum eſt anima. Sed ait Richardus: *Illud verus Ioſeph tenere, tergere, & indeſinenter inſpicere debet. Tenere, ne deorſum corruens terræ per amorem inhæreat: tergere, ne inanium cogitationum puluere ſordeſcat; inſpicere, ne ad inania ſtudia intentionis ſuæ oculum reflectat.*

Quintum genus. *Lib. de Præparat. c. 61. & 62.* *Pſ. 138.* *Pſal. 4.* *Lib. 10. Confeſſ. cap. 7.* *Ibidem.*

De

De iis quæ cum contemplatione coniuncta ſunt: qua ratione ad eam perueniatur.

CAPVT XIX.

POſtquam de ipſa contemplatione, vt potuimus, deſeruimus, ea explicare oportet, quæ contemplationem vel antecedunt, vel comitantur, vel cõſequuntur. Ex quo etiam conſtabit, qua ratione ad eam præparandus ſit hominis animus, & in ea continendus.

Et quidem quod ſpectat ad ea, quæ antecedunt, non repeto, quæ ſcripſi tertio libro, capite vigeſimo primo de impedimentis orationis, præſertim de ſenſu egente, & culpa mordente.

2. 2. q. 180. artic. 2. Vniuersè igitur loquendo: *Duo ſunt*, inquit S. Thomas *quæ impediunt actum contemplationis: Vehementia paßionum per quam abſtrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad ſenſibilia, & tumultus exteriores occupationum.* Hinc conficit S. Doctor, virtutes morales neceſſarias ad contemplandum, quippe, quæ tollant exuberantiam paſſionum, & ſedent exteriorum occupationum tumultus. Et propterea S. Gregorius: *Neceſſe eſt, vt perfectus quiſque priùs in virtutibus mentem exerceat, atque hanc poſtmodum in horreum quietis condat.*

Primum antecedens.

Lib. 6. moral. cap. 28.

Illæ autem virtutes præcipuè contemplatori ſunt exercendæ ſtrenuè, quæ terrenos omnes affectus extinguunt: quia vt explicat Caſſianus: *Non poteris*, ait Dominus, *videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet, ſcilicet mundo huic affectibúſque terrenis.* Illæ item virtutes quæ animum ſeuocant à negotiis, quæ negotia numerata à S. Bonauentura ſunt: *Res vel communes, vel propriæ; externa obſequia, etiam quæ hominibus præſtita, cùm ſatis ſit eo tempore homines animo & affectione charitatis amplecti: ea denique omnia, quæ ad nos ipſos pertinent, etiam ſi ad id corpus ipſum eiúſque neceſſitatem ſpectent.*

Collat. 1. cap. 15. Exod. 33.

Vt autem intelligamus, quàm exquiſitam perfectámque eſſe oporteat affectionum compreſſionem, legãtur quæ tanquam normam, ad quam ſe diſcutere debeant

contemplationis ſtudioſi, ſcribit ſanctus Gregorius, *Si nulla*, inquit, *iam mala proximis irrogant; ſi irrogata à proximis æquanimiter portant: ſi obiectis temporalibus bonis nequaquam mens lætitia ſoluitur, ſi ſubtractis non nimio mœrore ſauciatur.* De rerum autem externarum turba incurſionéque abigenda ſic ſubiungit: *Si cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quòd ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt.* Et paulò poſt: *In abundantia ſepulchrum ingreditur, qui poſt congeſta vitæ præſentis opera, mutabilitati ſuæ planè mortuus, in ſecreto veri luminis occultatur: Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.* *Lib. 6. moral. c. 27.* *Cap. 29.* *Pſal. 30.*

Hæc omnia ſecundo loco ſequitur magna ſpiritus contentio, & perfecta ſui victoria in colligendo corde, & excitanda vehementi conſtantique omnium virium animi ac mentis attentione ad eam rem, quam conſiderandam ſuſcipimus. Sic habet ſanctus Gregorius: *Eſt in contemplatiua vita magna mentis contentio, cùm ſeſe ad cœleſtia erigit, cùm in rebus ſpiritualibus animum tendit, cùm tranſgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cùm ſeſe anguſtat, vt dilatet.* Hæc autem comparatur potiſſimùm duabus rationibus, examine conſcientiæ diligentiſſimo, & diuini iudicij commemoratione. *Secũdum antecedens.* *Hom. 14. in Ezechielem.*

Examen autem proprium ſit oportet cogitationum, animum auocando *non ſolùm à turpibus, ſed etiam à ludicris & inutilibus imaginibus*, vt S. Baſilius docuit, vt ſicut otioſa verba, ſic etiam otioſa cogitata vitemus. Sit quotidianum, & ſi fieri poſſit, continuum, quo dicere poſſit proficiens: *Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ſtans totis noctibus.* Sit exquiſitum: *Cùm ijs quæ feceris pridie, conferto*, inquit idem S. Baſilius, *& cum ijs etiam quæ cogitaueris.* Sit ſeuerum, ac ſi non contra te, ſed aduerſus inimicum exerceretur. Nihil enim mentem obſcurat magis, efficitque ne ſeipſam perſpiciat, quàm amor proprius: hunc iugulamus cum in nos ipſos tanquam in aduerſarios inuehimur. Quod monuit S. Gregorius his verbis: *Ille veraciter ſe ante ſe ponit, qui ſe in ipſius actibus tanquam aliũ attendit.* *1. Conſtit. monaſt. c. 5.* *Iſaiæ 21.* *Hom. de Abdicat. rerum.* *Homil. 4. in Ezech.*

ſi dici poteſt, Angelorum, (mortificationem mortem hominum dixerat) *vt præſentium memoria excedens, rerum ſe inferiorum corporearumque non modo cupiditatibus, ſed & ſimilitudinibus exuat, ſitque ei pura cum illis conuerſatio, cum quibus eſt puritatis ſimilitudo. Talis, vt opinor, exceſſus aut tantùm aut maximè contemplatio dicitur. Rerum enim cupiditatibus viuendo non teneri, humanæ virtutis eſt: corporum verò ſimilitudinibus ſpeculando non inuolui, Angelicæ puritatis eſt: vtrumque tamen diuini muneris eſt: vtrumque excedere, vtrumque te ipſum trãſcendere eſt. Sed longè vnum alterum. Beatus qui dicere poteſt: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Non fuit contentus exire, niſi & longè ſe faceret, vt poſſet quieſcere. Tranſiliſti carnis oblectamenta, vt minimè iam obedias concupiſcentiis eius, nec tenearis illecebris: profeciſti, ſeparaſti te, ſed nondum elõgaſti, niſi & irruentia vndique phantaſmata corporearum ſimilitudinum tranſuolare mentis puritate praualeas.*

Pſal. 54.

Sanctus Gregorius in eadem eſt ſententia: *Qui*, inquit, *culmen perfectionis apprehendere nituntur, cùm contemplationis arcem tenere deſiderant, priùs ſe in campo operis per exercitium probent.* Et paulo pòſt: *Ac deinde perpendant, ſi cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quod ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt: vel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigunt: ſi incircumſcriptum lumen videre cupientes, cunctas circumſcriptionis ſuæ imagines deprimunt: & in eo quod ſuper ſe contingere appetunt, vincunt quod ſunt.*

Lib. 6. moral. cap. 17.

Sanctus Thomas huiuſmodi ſanctorum Patrum dicta exponit: *Contemplatio humana, ſecundum ſtatum, præſentis vitæ, non poteſt eſſe abſque phantaſmatibus: quia connaturale eſt homini, vt ſpecies intelligibiles in phantaſmatibus videat. Tamen intellectualis cognitio non ſiſti in phantaſmatibus, ſed in eis contemplatur puritatem intelligibilis veritatis. Et hoc non ſolùm in cognitione naturali, ſed etiam in eis quæ per reuelationem cognoſcimus. Dicit enim Dionyſius, quòd Angelorum hierarchias manifeſtat nobis diuina charitas in quibuſdam Symbolis figuratis, in cuius virtute reſtituimur in ſimplum radium, id eſt, in ſimplicem cognitionem intelligibilis veritatis. Et ſic intelligendum eſt, quod S. Gregorius dicit,*

2. 2. q. 180. ar. 5. ad 2.

Libr. de cœleſti. hierarchia, c. 2.

quòd contemplantes corporalium rerum vmbras non ſecum trahunt, quia videlicet in eis non ſiſtit eorum contemplatio: ſed potiùs in conſideratione intelligibilis veritatis.

His conſentanea ſunt, quæ ſcribit S. Iſidorus: *Tria eſſe genera viſionum, per oculos corporis, per ſpiritum imaginarium, & per intuitum mentis. In hoc autem poſtremo genere ſupremum locum tenet Raptus & Ecſtaſis, quæ vt ſomnia diuinitus immiſſa, diuinaq; allocutiones, per imagines fieri aliquando poſſunt: ſic certum eſt ſæpenumero accidere hominibus à ſenſibus ſimulacriſque corporeis penitus abſtractis. Ait enim Apoſtolus: Siue mẽte excedimus: Deo Deus autem proprie imagine creata caret, quare multo magis corporea, quanquam negandum non eſt, in imagine etiam creata atque corporea diuinum aliquid aliquando Deo reuelante conſpici, quod ſine illa nequaquam cerneretur Neque enim, ait ſanctus Greg. omnipotens Deus iam in ſua charitate conſpicitur, ſed quiddam ſub illa ſpeculatur anima, vnde refota proficiat, & pòſt ad viſionis eius gloriam pertingat.*

Lib. 7. Etymologiarum, Cap. 8.

2. Cor. 5.

De primo genere contemplationis, quæ verſatur circa DEI maieſtatem.

CAPVT XVII.

DE rebus iis, circa quas verſari contemplatio debet, diſſerens ſanctus Bernardus, tria ſtatuit genera cõtemplationis: Primum, Perfectorum: Alterum, minùs perfectorum aut proficientiũ: Tertium eorum, qui à duobus ſuperioribus gradibus adhuc abſunt, ſint incipientes.

Ser. 62. in Cant.

Primum dicit eſſe de Regis ipſius, hoc eſt, Dei maieſtate, æternitate, dignitate, atque de hoc ſimul docens quanta humilitate, puritate, & reuerentia tanta contemplatio ſubeunda ſit, ſic pergit: *Ne verearis illud, quod Scriptura minatur ſcrutatoribus maieſtatis, tantum affert purum & ſimplicem oculũ, non opprimeris à gloria, ſed admit-*

Primum genus.

Prou. 25.

teris niſi non Dei,ſed tuam quæſieris gloriam.Hac excuſſa ſecuri ſcrutemur in petra, qua theſauri abſconditi ſapientia & ſcientia ſunt. Pſal.54. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ,& volabo, & requieſcam? Eccleſia columba non opprimitur, quia non ſeruiatrix maieſtatis eſt,ſed voluntatis:nam quod maieſtati attinet, interdum quidem & in ipſam intendere audet: ſed quaſi admirans, non quaſi ſcrutans. Sed etſi quando per exceſſum rapi in illam contingat, digitus Dei eſt iſte dignanter leuans hominem, non hominis temeritas inſolenter Dei alta peruadens.* 2 Cor.12. *Cum enim Apoſtolus raptum ſe commemoret, vt auſum excuſet, quiſnam alter præſumat mortalium, huic ſe diuinæ Maieſtatis horrendo ſcrutinio proprijs intricare conatibus, & importunus contemplator pauenda irruere in arcana? ergo formidoloſa ſcrutatio Maieſtatis: at voluntatis, tam tuta quàm pia. Quid ni tota diligentia ſcrutando inſtem Sacramento gloriæ voluntatis, cui mihi parendum per omnia ſcio?*

Lib.5.de Conſid. ad Eugenium. Item ſanctus Bernardus materiam contemplationis huius latiſſimè tractat ad Eugenium ſcribens. Ego de plurimis pauca delibo. *Quid eſt,*ait, *Deus? Non ſanè occurrit melius,quàm, QVI EST, QVI EST, miſit me ad vos.* Exod.3. *Qui item Deus? ſine quo nihil eſt. Quid eſt Deus? Principium. Quid eſt Deus? Cui ſæcula nec acceſſerunt nec deceſſerunt,nec coæterna tamen. Quid eſt Deus? ex quo omnia,per quem omnia,in quo omnia.* Rom.11. *Ipſe vbi? Incomprehenſibilis eſt Deus, Antequam mundus fieret, præter ipſum nihil erat.ergo in ſeipſo erat. Quid eſt Deus? quo nihil melius cogiti poteſt. Deus Trinitas eſt, Deus trium ſingula perſonarum. Quid eſt ergo Deus? quod ad vniuerſum ſpectat,finis: quod ad electionem,ſalus:quod ad ſe,ipſe nouit. Quid eſt Deus? voluntas omnipotens, beneuolentiſsima virtus, lumen æternum,incommutabilis ratio, ſumma beatitudo, creans mentes ad ſe participandum, viuificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum,dilatans ad capiendum,iuſtificans ad promerendum, accendens ad zelum,fœcundans ad fructum,dirigens ad æquitatem, formans ad beneuolentiam, moderans ad ſapientiam, roborans ad virtutem,viſitans ad conſolationem, illuminans ad cognitionem,perpetuans ad imortalitatem,implens ad felicitatem,circundans ad ſecuritatē. Quid eſt Deus? Non minus*

pœna peruerſorũ, quàm humiliũ gloria. Quid eſt Deus? Longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundũ. Lõgitudo æternitas, latitudo charitas, ſublimitas potentia. profundum ſapientia. Timore & amore affecta anima, velut quibuſdam duobus brachijs ſuis comprehendit, amplectitur, ſtringit, tenet, & ait: Tenui eum, nec dimittam. Et timor quidem ſublimi profundo, amor lato longoque reſpondet. *Cant. 3.*

Poſſunt ad eandem rationem recenſeri à contemplatore ordine certo omnia diuina attributa, in quibus meditãdo occupetur vel ſcholaſtico modo, vt exempli gratia, Deus eſt ens neceſſarium, & à ſe; & ideo præter ipſum non eſt aliud, quare eſt vnus. Item quia eſt ipſum ens aut eſſe, eſt ſubſtantia infinitè perfecta, ac ideo maximè perfectus, immò infinitę perfectionis; quare ſimpliciſſimus, immutabilis, æternus, immenſus, incomprehenſibilis, vbique præſens, ob eandem ſummam perfectionem, vita viuens intellectuali & feliciſſima, omnia ſciens: libertate præditus voluntatis, quod ſpectat ad res, quæ extra ipſum ſunt, potens quicquid vult facere, immo & omnipotens, prædeſtinans ad ſalutem æternam, quos elegit per gratiam, reprobans ad ſempiternam pœnam, quos culpa condemnat, & ſimilia: vel certè proponendo ante mentis oculos que de Deo vno & trino, Patre, Filio, & Spiritu ſancto ex ſacris literis intelligimus, & Symbolis Apoſtolicis & œcumenicis continentur, præſertim verò S. Athanaſij Symbolo: vel denique ipſaſmet ſanctæ Scripturæ ſententias, quibus de Deo eiúſque natura, proprietatibus ac virtutibus agitur, eruere, in eíſque recogitandis attentè piéque verſari.

Porrò duplex eſt vſus contemplationis huius, dupléxque ratio. Primúm quippe exercetur à perfectis hominibus, vt mente & animo in Deum eiúſque Maieſtatem ſumma cum reuerentia intueantur, in eáque conquieſcant per ſe, nihil præterea quærentes. *Quis dabit mihi pẽnas*, aiebat Dauid, *ſicut colũba, & volabo, & requieſcam?* Et: *Guſtate & videte. Oſtende*, petebat Moyſes, *faciem tuam mihi.* Et iterum Dauid: *Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram. Vacate & videte quoniam ego ſum Deus.* Comparatur hic contemplationis actus auium *Primus vſus.* *Pſal. 54.* *Pſal. 33.* *Exod. 33.* *Pſal. 26.* *Pſal. 46.*

volatui, quo ſe in aëre quaſi immobiles ſiſtunt ad optatæ alicuius rei aſpectum. Quare S. Gregorius: *Quid per pennas animalium niſi contemplationes poſſumus ſentire Sanctorum, quibus ad ſumma tranſuolat, & terrena deſerentes, ſeſe in cœleſtibus librant?*

Libr. 6. moraliũ. cap. 28.

Secundus vſus.

Deinde verò cõtẽplatione hac vtuntur homines ſancti, non ſolùm vt contemplentur Deum, ſed vt per contemplationem afficiantur à Deo, hauriãtque ex immenſo illo Diuinitatis Oceano aquas æternæ ſalutis. Ad quem modum cõformandam eſſe ſuam contemplationem à monachis Caſſianus opinari videtur: *Cum arena*, inquit, *maris, vndarúmque numerum dimẽſum ei cognitúmque pauidi cogitamus*, & alia. Sed perſpicuè ſanctus Bernardus, cùm de primo vſu dixiſſet: *Prima & maxima contemplatio eſt admiratio Maieſtatis: Hæc requirit cor purgatum, vt à vitij liberum atque exoneratum peccatis facilè ad ſuperna leuet, interdum quoque vel per aliquas morulas ſtupore & ecſtaſi ſuſpenſum teneat admirantem*: Addit de ſecundo vſu: *Secunda autem neceſſaria eſt huic: eſt enim intuens iudicia Dei ſanè pauido aſpectu dum vehementiùs concutit intuentem, fugat vitia, fundat virtutes, initiat ad ſapientiam, humilitatem ſeruat. Tertia contemplatio occupatur, vel potiùs otiatur circa memoriam beneficiorum, & ne dimittat ingratum, ſolicitus memorantem ad amorem benefactoris. De talibus dicit Propheta loquens ad Dominum: Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt. Eructatio, gratiarum actio eſt. Quarta quæ retro ſunt obliuiſcens in ſola requieſcit expectatione promiſſorum, quæ cùm ſit meditatio æternitatis, (ſi quidem quæ promittuntur, æterna ſunt) longanimitatem alit, & perſeuerantiæ dat vigorẽ.* Concludit, quatuor hæc reſpondere longitudini, latitudini, ſublimitati, & profundo, quæ Apoſtolus de Deo cogitanda proponit.

Collat. 1. Cap. 15. Eccli. 1. Libr. 5. de cõſiderat. in fine.
Prima contemplatio.
2.
3.
Pſ. 144.
4.
Philip. 3. 1. Cor. 4.

Quod ſi quæras, Quemnam terminum habeat contemplatio illa omnium maxima de Deo, quàmve in hac vita de Diuina Maieſtate cognitionem aſſequi poſſit contemplando mortalis homo: Aio S. Auguſtinum & alios pleroſque Patres exiſtimaſſe, diuino munere ſanctum Paulum adeò altè ſublatum, vt Diuinam Eſſentiam

S. Aug. lib. 12. ſuper. Gen. cap. 27. & 28. Ep. 112.

attigerit

Digitized by Google

actigerit mente: quod quia illi accidit in raptu, ſanctus Thomas explicat ſic: *In hac vita poteſt eſſe aliquis dupliciter, vno modo ſecundum actum, in quantum ſcilicet actualiter vtitur ſenſibus corporis, & ſic nullo modo contemplatio præſentis vitæ poteſt pertingere ad videndum Dei Eſſentiã. Alio modo poteſt eſſe aliquis in hac vita potentialiter, & nõ ſecundùm actum, in quantum anima eius eſt mortali corpori coniuncta vt forma, ita tamen, vt non vtatur corporis ſenſibus, aut etiam imaginatione, ſicut accidit in raptu, & ſic poteſt contemplatio huius vitæ pertingere ad viſionem Diuinæ Eſſentiæ. Vnde ſupremus gradus contemplationis præſentis vitæ eſt, qualem habuit Paulus in raptu, ſecundùm quem fuit medio modo ſe habens inter ſtatum præſentis vitæ & futuræ.* *ad Paulinam. cap. 12. 2. 2. quaſtion. 180 artic. 5. Primo modo. Secundo modo.*

Cæterùm extra raptum, & in ſtatu contemplantium communi ſic habet S. Gregorius: *Quandiu in hac mortali carne viuitur, nullus ita in contemplationis virtute proficit, vt in ipſo incircumſcripto luminis radio mentis oculos infigat. Neque enim omnipotens Deus iam in ſua claritate conſpicitur: ſed quiddam ſub illa ſpeculatur anima, vnde refota proficiat, & poſt ad eius viſionis gloriam pertingat.* Et pòſt: *Ea quæ ſub ipſo erant implebant templum. Quia quicquid de illo modò conſpicitur, adhuc non eſt ipſe, ſed ſub ipſo eſt. Sic Iacob Angelum vidit, & vidiſſe Deum fatetur: quia cùm miniſteria eius conſpicimus, iam multum eſt quod ſuper noſmetipſos leuamur. Notandum verò eſt, quod dicitur: Implebant templum: quoniam etſi Angelus apparet, infirmæ tamen mentis deſiderio ſatisfacit, vt ſi adhuc maius non poteſt, iam tamen minus quòd videt, admiretur.* Hæc S. Gregorius, quibus hæc ſubeſt ſententia. Quod ſi quando intelligimus Deum tanquam rem aliquam, quæ ſub ſenſum cadat, vt lucem, nubem, & ſimile quid, non exiſtimemus Deum eſſe notionem illam, ſimulachrúmve mentis, quod phãtaſiæ obiicitur, ſed potiùs quod res eſt: ibi duas eſſe animi notiones, vnam rei illius corporeæ, quàm phantaſiæ comprehendimus & reuoluimus, aliam indiſtinctam & quaſi reſpicientem Deum, quem apprehendimus animo, vt ſimilem rei illi corporeæ, quam præſentem mente verſamus, ad eum modum, quo cùm *Hom. 14. in Ezec.* *Gen. 33.*

cogi

cogitamus Deum eſſe ſolem, ilico apprehendimus admirabilem Dei ſapientiam, poteſtatem, charitatem, vim effectricem omnium rerum, non quidem notione ſolis, ſed ipſiuſmet Dei, confuſè tamen apprehenſi, & cum reſpectu ſimilitudinis ſeu analogiæ ad lucem, calorem, & vim ſolis.

Sed hæc ſcholaſtica ſunt, illud noſtrum, quod quicquid ſit de imagine illa mentis, certè diuinū illud, quod nobis in ea elucet, menti, vt S. Gregorius ait, *ſatisfacit*; & in eius contemplatione quietis internæ guſtus contingitur.

De ſecundo & tertio genere contemplationis cœleſtis gloriæ, & Chriſti crucifixi: quibus addita ſunt & alia duo, mundi & hominis.

CAPVT XVIII.

Secundū genus.

ALTERVM contemplationis genus, ait S. Bernardus, eſſe de ſtatu, & felicitate, & gloria ciuitatis ſupernæ, quo vel actu vel otio ingens illa cœleſtium ciuium occupata ſit multitudo, & perfectis quidem, qui rimari ac penetrare arcana ſapientiæ & puritate cōſcientiæ audent, & intelligentiæ acumine poſſunt, habitare Deum in foraminibus petræ, in qua difficiliùs cauatur, nempe in Dei Maieſtate. *De reliquo*, inquit, *in cauernis maceriæ, vt qui in petra per ſemetipſos fodere aut non ſufficiunt, aut non præſumunt, in maceria fodiant, contenti vel gloriam Sanctorum mente intueri.* *Cant. 2.*

Primus gradus. Ser. 37. de Sāctis.

Primus huius contemplationis gradus eſt conſiderare quæ ibi nō ſunt calamitates & mala. S. Auguſtinus: *Vbi non eſt paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, nemo læditur, iraſcitur nemo inuidet nemo: Cupiditas nulla exardeſcit, nullum cibi deſiderium, nullius honoris aut poteſtatis pulſat ambitio, nullus ibi Diaboli metus, inſidiæ Dæmonum nullæ, terror gehennæ procul, ibi mors neque corporis erit neque animæ.*

Digitized by Google

Secundus gradus eſt, contemplari quæ ibi ſint bona. *Partes beatitudinis*, ſcribit S. Anſelmus, *ſunt pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, ſanitas, voluptas, longæuitas, ſapientia, amicitia, cõcordia, honor, poteſtas, ſecuritas, gaudium: ſeptem priores, ad corporis; ſeptem poſteriores, ad animæ pertinent beatitudinem.* *Secũdus gradus.* *Lib. de Similitudinibus, cap. 48.*

Tertius gradus eſt Sanctorum Angelorúmque ſocietas. *Verũ*, ait S. Auguſtinus, *ſuper hæc omnia eſt conſociari Angelorum & Archangelorum cœtibus, Thronis etiam & Dominationibus, Principatibus & Poteſtatibus, omniúmque cœleſtium ſupernarúmque Virtutum contuberniis perfrui, & intueri agmina Sanctorum ſplendidiùs ſideribus micantia, Patriarcharum fide fulgentia. Prophetarum ſpe lætantia, Apoſtolorum in duodecim tribubus Iſraël orbem iudicantia, Martyrum purpureis victoriæ coronis lucentia, Virginúmque choros candentia ſerta geſtantes inſpicere.* *Tertius gradus.* *S. Aug. loco citato.*

Quartus supremúſque huiuſce contemplationis gradus eſt in ipſiſmet Angelicis ordinibus Sanctorúmque choris diuina, quæ in iis illucent, attributa conſiderare. Facit hoc latè ſanctus Bernardus. *Cernere*, inquit, *eſt in his, qui Seraphim appellantur, quomodo amet, qui vnde amet, non habet. In Cherubin, qui plenitudo ſcientiæ dicitur, Deum ſcientiarum Dominum eſſe, qui ſolus neſciat ignorantiam, totus ſit lux. In thronis, quàm non ſuſpectus omnis innocentiæ iudex ſedeat in his. In Dominationibus, quanta ſit Dominus maieſtatis, cuius nutu imperium conſtat. In Principatibus, principium ex quo omnia. In Poteſtatibus, quàm poteſtatiuè idem Princeps qui regit, protegat, contrarias poteſtates arcens & propulſans. In virtutibus vnam vbique æqualiter præſto eſſe virtutem, per quam omnia, viuificam, efficacem, inuiſibilem, immobiléṁque, omnia tamen mouentem vtiliter, tenentem fortiter. Quæ cum in minus vſitata effecta apud mortales eruperit, miracula ſiue prodigia vocant. Poſtremò in Angelis & Archangelis veritatem atque experientiam vocis illius: Quoniam ipſi cura eſt de nobis: qui talium nos & tantorum non deſinit iucundare viſitationibus, inſtruere reuelationibus, ſuggeſtionibus commonere, ſedulitate fouere.* Et poſt multa præclariſſimè in eundem ſenſum explicata: *Deus* inquit, *amat vt charitas, nouit vt veritas, ſedet vt æquitas,* *Quartus gradus.* *Lib. 5. de conſid.* *1. Reg. 2.* *1. Pet. 5.*

domi

dominatur vt maieſtas, regit vt principium, tuetur vt ſalus operatur vt virtus, reuelat vt lux, aſſiſtit vt pietas.

Poteſt etiam (vt huic gradui accedat cumulus) ſi veli contemplator, diuina attributa, in beatiſſima Dei Matre, immo & in ſacroſancta Chriſti Domini humanitate ad eandem rationem inueſtigare eo excellentiore conſideratione, quo tanto Angelorum omnium Ordinibus præſtat ſanctiſſima Virgo, & ipſam Virginem tam longè antecellit ſacratiſſima Humanitas Chriſti, Fili Dei.

Tertium genus. *Ser.62. in Cant.* Tertium denique genus contemplationis ſubiicit S. Bernardus in hæc verba: *Si cui ne hoc quidem poſſibile ſit, huic ſanè proponet IESVM & hunc crucifixum, vt & ipſe abſque ſuo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit. Nec verendum quòd patiatur repulſam, qui & vocatur, vt intret. Ingredere, inquit, in petram, abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius.* *Iſaiæ 2.* *Infirma adhuc & inerti animæ, quæ iuxta quod in Euãgelio quidam de ſemetipſo confitetur, fodere non valet, mendicare erubeſcit,* *Luc.16.* *foſſa oſtenditur humus, vbi lateat; donec cõualeſcat, & proficiat, vt poſſit & ipſa per ſe ſibi cauare foramina in petra, per quæ intret ad interiora. Verbi animi vtique vigore & puritate.*

Quartũ genus. Sed his addi poſſunt alia genera contemplationis. Quartum nimirum, & eſt rerum creatarum conſideratio: *Meditatus ſum,* ait Dauid, *in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.* *Pſ.142.* Et quia vt S. Auguſtinus docet, *ne in conſideratione creaturarũ vana & peritura curioſitas exerceatur, gradus ex iis ad immortalia & ſemper manentia faciendus eſt,* *Lib. de vera Religione cap.29.* *ideo adiungit Propheta: Expandi manus meas ad te.* Hæc contemplatio eſt valde vtilis; Siquidem *inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas,* *Rom.1.* & res creatæ gloriam Dei prædicant; *Cœli enim enarrant gloriam Dei.* *Pſal.18.*

Multæ autem ſunt rationes, quibus contemplator aſcendit ad Deum à creaturis: ſed illa præſtãtiſſima, qua vſus eſt S. Auguſtinus cum Deo agens; *Tu Domine feciſti ea, qui pulcher es: pulchra ſunt enim, qui bonus es, bona ſunt* *Lib.11. Confeſſ. cap.4.*

enim,

enim, qui es, ſunt enim. Nec ita pulchra ſunt, nec ita bona ſunt, nec ita ſunt, ſicut tu conditor eorum, cui comparata nec pulchra ſunt, nec bona ſunt, nec ſunt: Scimus hæc, gratias tibi, & ſcientia noſtra ſcientiæ tuæ comparata ignorantia eſt. Legatur etiam Richardus de S. Victore. *Lib. 3. de Contemplat. c. 7. 8. & 9.*

Quintum etiam accedat genus contemplationis, ex conſideratione noſtrimet. Nam rectè ſcriptum eſt apud eundem Richardum: *Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus eſt ad videndũ ſeipſum.* Et poſtea: *Præcipuum & principale ſpeculum ad videndum Deum eſt animus rationalis.* Sic enim *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Vbi quæſo, quàm in eius imagine cognitionis veſtigia expreſſiùs impreſſa reperiuntur? *Mirabilis*, ait Dauid, *facta eſt ſcientia tua ex me*, Et: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Certè S. Auguſtinus ait: *Per ipſam animam meam aſcendam ad illum*: nempe anima ſpiritus eſt, & ſpiritus eſt Deus. Anima intelligens eſt, & Deus ſumma ſapientia. Anima memorans eſt rerum antiquiſſimarum, & Deus æternus eſt. Anima libere vult, & amat: & Deus ſumma libertas, ſummus amor & charitas. Anima corpus adminiſtrat, Deus mundum. Quid dixerim de donis ſupernaturalibus, quibus exornantur à Deo amicorum eius animæ? ſpeculum denique ad videndum Deum eſt anima. Sed ait Richardus: *Illud verus Ioſeph tenere, tergere, & indeſinenter inſpicere debet. Tenere, ne deorſum corruens terræ per amorem inhæreat: tergere, ne inanium cogitationum puluere ſordeſcat; inſpicere, ne ad inania ſtudia intentionis ſuæ oculum reflectat.*

Quintum genus. *Lib. de Præparat. c. 61. & 62.* *Pſ. 138.* *Pſal. 4.* *Lib. 10. Confeſſ. cap. 7.* *Ibidem.*

contemplationis ſtudioſi, ſcribit ſanctus Gregorius, *Si nulla*, inquit, *iam mala proximis irrogant; ſi irrogata à proximis æquanimiter portant: ſi obiectis temporalibus bonis nequaquam mens lætitia ſoluitur, ſi ſubtractis non nimio mœrore ſauciatur.* De rerum autem externarum turba incurſionéque abigenda ſic ſubiungit: *Si cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quòd ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt.* Et paulò poſt: *In abundantia ſepulchrum ingreditur, qui poſt congeſta vitæ præſentis opera, mutabilitati ſuæ planè mortuus, in ſecreto veri luminis occultatur: Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.*

Lib. 6. moral. c. 27.

Cap. 29.

Pſal. 30.

Hæc omnia ſecundo loco ſequitur magna ſpiritus contentio, & perfecta ſui victoria in colligendo corde, & excitanda vehementi conſtantique omnium virium animi ac mentis attentione ad eam rem, quam conſiderandam ſuſcipimus. Sic habet ſanctus Gregorius: *Eſt in contemplatiua vita magna mentis contentio, cùm ſeſe ad cœleſtia erigit, cùm in rebus ſpiritualibus animum tendit, cùm tranſgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cùm ſeſe anguſtat, vt dilatet.* Hæc autem comparatur potiſſimùm duabus rationibus, examine conſcientiæ diligentiſſimo, & diuini iudicij commemoratione.

Secũdum antecedens.

Hom. 14. in Ezechielem.

Examen autem proprium fit oportet cogitationum, animum auocando *non ſolùm à turpibus, ſed etiam à ludicris & inutilibus imaginibus*, vt S. Baſilius docuit, vt ſicut otioſa verba, ſic etiam otioſa cogitata vitemus. Sit quotidianum, & ſi fieri poſſit, continuum, quo dicere poſſit proficiens: *Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ſtans totis noctibus.* Sit exquiſitum: *Cùm iis quæ feceris pridie, conſerto*, inquit idem S. Baſilius, *& cum iis etiam quæ cogitaueris.* Sit ſeuerum, ac ſi non contra te, ſed aduerſus inimicum exerceretur. Nihil enim mentem obſcurat magis, efficitque ne ſeipſam perſpiciat, quàm amor proprius: hunc iugulamus cum in nos ipſos tanquam in aduerſarios inuehimur. Quod monuit S. Gregorius his verbis: *Ille veraciter ſe ante ſe ponit, qui ſe in ipſius actibus tanquam aliũ attendit*

1. Conſtit. monaſt. c. 5.

Iſaia 21.

Hom. de Abdicat. rerum.

Homil. 4. in Ezech.

Nam multa ſunt peccata, quæ committimus; ſed idcirco grauia nobis non videntur, quia priuato nos amore diligentes, clauſis nobis oculis in noſtra deceptione blandimur: & ſcimus quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus. Et
Serm. 68. in Cant. S. Bernardus: *In eo ſe quiſque iudicet profeciſſe, non cùm non inuenerit quod reprehendat, ſed cùm quod inuenerit, reprehendet.* Sit indefeſſum: nec enim induſtria hæc intermitti à contemplatore debet nec durare ad exiguum tempus, ſed ad mortem vſque. *Tunc te non fruſtra ſcrutatus es*
Ibidem. ait S Bernardus, *ſi rurſum opus eſſe ſcrutinio aduertiſti: & toties non te fefellit inquiſitio tua, quoties iterandam putaueris.*
Epiſt. ad Fratres de monte Dei. Et vniuerſè de tota re diſſerens alibi ſic habet: *Diſcito tibi præeſſe & vitam ordinare, mores componere, temetipſum iudicare, & temetipſum accuſare, ſæpe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iuſtitia, ſtet rea & temetipſum accuſans conſcientia. Nemo te plus diligit, nemo fidelius iudicabit. Manè præteritæ noctis fac à temetipſo exactionem, & venturæ diei tu tibi indicito canonem; veſpere præteritæ diei rationem exige, & ſuperuenientis noctis fac indictionem; ſic diſtrictò nunquam aliunde laſciuire vacabit.*

2. De diuini autem iudicij memoria hoc dictum modò ſit, mundos eſſe oculos Domini ne malum videant, quòd ſcilicet ea Deus deteſtetur; & nihilominus eum ita accuratè illa ſi perueſtigare, vt dicat, quid næui ſit aut latentis maculæ in actionibus bonis, illud etiam ſeuerè ſe vindicaturum.

Tertium antecedens. Tertium, quod antecedit contemplationem, amor Dei eſt: ſiquidem contemplatiuæ vitæ S. Gregorius proprium eſſe dicit, vt nihil iam agere debeat, *ſed calcatis*
Hom. 14. in Ezech. *curis omnibus, ad videndam faciem ſui creatoris inardeſcere.* Amor enim Dei, vt S. Thomas explicat, *mouet intel-*
2.2.q.180 art. 1. *lectum amantis ad contemplandum Deum quem amat, eiúſque pulchritudinem inſpiciendam.*

Quæ verò comitantur contemplationem, multa ſunt
Quæ comitetur. & magna, & quæ nemo nouit, niſi qui accipit. Hîc tamen adſcribo, quæ à Patribus accepimus, vtpote rem expertis. Et quidem quod attinet ad actum intellectus, qui per ſe contemplatio eſt, dubitandum non eſt, hunc à

Deo

Digitized by Google

Deo eſſe, qui Sol noſter eſt, & *parens luminum*. Quamquam enim actus hic à mente ſit, & mentis partus; eius tamen initium, progreſſus, & exitus in mente diuinitus eſt. *Spiritus*, ait S. Auguſtinus, *meditatione atque contemplatione ad Deum aſcendit, Deus verò reuelatione atque diuina inſpiratione ad eum deſcendit. Meditatio ſiquidem, eſt occultæ veritatis ſtudioſa inueſtigatio: contemplatio, perſpicuæ veritatis iucunda admiratio. Illam namque diuina illuminat reuelatio, vt veritatem cognoſcat: iſtam verò diuina inſpiratio inflammat, vt illam diligat.* Iacob. 1. Lib. de ſpiritu & anima, c. 32.

Primus igitur gradus, qui coniunctus eſt diuinæ illuſtrationi mentis, quæ contemplationem efficit, eſt ipſe contuitus Dei aut diuinæ veritatis. 1.

Hunc proximè comitatur actus amoris Dei, qui liberaliter adeò atque amanter homini in amoris domicilium thalamúmque ſponſi benignè recepto ſe videndum præbet, cúmque ad ſe amandum allicit, amoriſque ſuauitate paſcit ac detinet. *Cùm duo ſint*, ait S Bernardus, *beatæ contemplationis exceſſus, in intellectu vnius, & alter in affectu; vnus in lumine, & alter in feruore: vnus in cognitione, & alter in deuotione: prius ſanè affectus, & pectus amore calens, & ſanctæ deuotionis infuſio, etiam & vehementis ſpiritus repletus zelo, non planè aliunde, quàm è cella vinaria reportantur; & cuicumque cum horum copia ſurgere ab oratione donatur, poteſt in veritate loqui, quia introduxit me rex in cellam vinariam.* Ob hanc cauſam Caſſianus iungit contemplationi, *inhærere Deo*. Et idem S. Bernardus alibi docet, contemplationem fieri *ex condeſcenſione verbi Dei ad humanam naturam per gratiam & exaltationem humanæ ad ipſum verbum per diuinum amorem.* 2. Serm. in Cant. 49 Cant. 2. collat. 1. c. 3. Bernar. Serm. par. in 52

Interiicitur contemplationi & amori quaſi intermedia admiratio diuinæ benignitatis, reuerētia tantæ maieſtatis, timórque filiorum Dei proprius, vt intelligitur ex dictis eorundem ſanctorum Patrum, Auguſtini præſertim & Bernardi. 3. De Spiritu, &c. cap. 32.

Sed quod expetendam maximè optabilémque reddit contemplationem, eſt incredibilis quædam ac diuina voluptas, quæ, vt neceſſe eſt, ex ea notitia eóque amore percipitur à contemplatore. *Contemplatiua vita*, ait Lib. 5. de Conſid.

Hom.14. in Ezech. S.Gregorius, *amabilis valdè dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animum rapit, cœleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui, oſtendit; ſpiritalia mentis oculis patefacit, corporalia abſcondit.* Idcirco in Scripturis ſacris ebrietati ſobriiſſimæ & placidiſſimo ſomno comparatur, in quo aſcendit anima congreſſum colloquiúmque cùm Deo, immò & ad caſtiſſimos amplexus admittitur, præſtátque Oſeæ 2 ei Deus, quod pollicetur: *Ducam eum in ſolitudinem, & Pſal. 84. ibi loquar ad cor eius.* Et viciſſim reſpondetur illi: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Eſt autem hoc colloquium, & quaſi conuictus, vt planè ſpiritualis, ſic omnino inexplicabilis. Certum eſt illud, quod de hac Dei & animæ lingua ſcribit S. Bernar-Ser.44. in Cant. dus: *Verbi quidem lingua, fauor dignationis eius; animæ verò, deuotionis feruor.* In hoc etiam accidunt homini aliquando ecſtaſes & raptus. Huius ſunt multi variique gradus, prout quiſque propria ratione in Deum à Deo ſubleuatur, aſcendítve altiùs.

Quæ ſequuntur. 1. Inter ea quæ contemplationem ſequuntur, primum potiſſimumque locum amor obtinet. *Amoris enim paſtum* In Ezec. Homil.5. ait S.Gregorius, *de pabulo cõtemplatæ veritatis accipit contemplatiuus.*

2. Sed illuſtris eſt mortificatio paſſionum, ac totius veteris hominis, quam efficit contemplatio, *Excedente* Ser.52. in Cant. *anima,* ait S.Bernardus, *etſi non vita, certè vitæ ſenſu, neceſſe etiam, vt nec vitæ tentatio ſentiatur. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo, & requieſcam? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadam laqueos mortis, vt non ſentiam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta: vt non obſtupeſcam ad ſenſum libidinis, ad æſtum auaritiæ, ad iracundiæ & impatientiæ ſtimulos, ad angores ſolicitudinum, & moleſtias curarum. Moriatur anima mea morte iuſtorum, vt nulla illã illaqueet fraus, nulla oblectet iniquitas. Bona mors, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius.*

3. Sed perutilis Eccleſiæ & Deo gratiſſimus contemplationis fructus eſt animarum zelus, quo *in hac cella vinaria,* vt auctor eſt S.Bernardus, *inceditur animus contemplantis,* zelus inquam, vt diſcretione regendus, ſic ad actuoſam vitam animarumque lucra vehementer con-

Digitized by Google

citans. Qua de re ſic ſcribit ſanctus Gregorius: *Sicut bonus ordo viuendi eſt, vt ab actiua in contemplatiuam tendantur; ita plerumque vtiliter à contemplatiua animus ad actiuam reflectitur, vt per hoc quòd contemplatiua mentem accenderit, perfectiùs actiua teneatur. Debet ergo nos actiua ad contemplatiuam tranſmittere, & aliquando tamen ex eo, quod introrſus mente conſpeximus, ad actiuam melius contemplata reuocare.* Et ſanctus Bernardus: *Hoc vera & caſta contemplatio habet, vt mentem quam diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo & deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligant, vt otium contemplationis pro ſtudio prædicationis libentiſſimè intermittat*, &c. Et hic tertius eſt ſponſæ ſtatus, quem ſuperiùs deſcribebamus: ſicut contemplatio ſola per ſe ſine relapſione ad actionem, ſecundus.

Hom. 14. in Ezech.

Ser. 57. in Cant.

De natura diuini amoris, & partibus.

CAPVT XX.

CHARITATEM ſic deſcripſit S. Auguſtinus: *Charitas eſt virtus coniungens nos Deo, qua ipſum diligimus.* De hac nunc breuiter agendum, quando de contemplatione ſatis eſt dictum.

Lib. de Moribus, Eccl. c. 11.

Duplex autem eſt dilectio ſiue amor, vt Philoſophis placuit, concupiſcentiæ, vt vocant, & beneuolentiæ. Amor concupiſcentiæ eſt, cùm, vt ait Cicero: *Amicitiam ad fructum noſtrum referimus, non ad illius commoda, quem diligimus. Prata, & arua, & pecudum & greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex eis capiuntur hominum charitas & amicitia gratuita eſt.* Hæc ille. Eſt autem hic poſterior amor beneuolentiæ, quo ſic amamus aliquem, vt ei bene aut bonum velimus propter ipſum.

Ariſt. lib. 8. Ethic. c. 23.
Primus amor.
Lib. 1. de Natura Deorum.
Secundus amor.

Deum amamus amore concupiſcentiæ, cùm dicimus cum Dauid: *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor, & ſperabo in eum: protector meus,*

Primus amor Dei
Pſal. 17.

& cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus. Item: *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum. Nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus.* Ex eodem amore ſunt voces illę, *Firmamentum meum, refugium meum, patientia mea, ſpes mea, fortitudo mea, miſericordia mea, expectatio, exultatio, gloria, ſalus, Deus auxilij mei, pars mea,* & ſimilia.

Pſal. 70.
Pſal. 61.

Secundus amor Dei

Sed hic amor longè eſt inferior altero amore, quo Deum beneuolentia quaſi complectimur, non propter nos, aut commodum noſtrum, ſed propter ipſummet, eiuſque gloriam: *Etiamſi occiderit me, in ipſum ſperabo,* ait Iob. Sed & hoc, vtpote perfecto, exarcerunt primi Euangelicæ perfectionis propagatores: quorum ſunt illa: *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſit anathema, maranatha.*

Iob 13.
Rom. 9.
Suprà 8.
1. Cor. vl.

Duo porrò ſunt genera bonorum, quæ Deo propter ſeipſum optare & velle poſſumus: quædam, vt aiunt Theologi, in ipſo, quædam ad ipſum. Priora ſunt, eſſe, viuere, poteſtas, ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & alia eiuſmodi, quæ nihil ſunt aliud quàm ipſemet Deus. Poſteriora ſunt, honor, gloria, regnum, obedientia, ac denique optare vt omnia in eius groriam fiant.

Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1.
Priora bona.
Poſteriora.
1.

Illa Deo volumus, contẽplatione nos oblectando, quòd ea Deus habeat, illis ditiſſimus ſit talis, inquam, ſit, qualis eſt: *Vacate,* inquit, *& videte quoniam ego ſum Deus: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum,* ait Dauid. Et Salomon *Exultabimus & lætabimur in te.* Hunc nos inuitat diuina ſcriptura, cùm Deum per ſe conſiderandum proponit: *Ego ſum qui ſum. Qui eſt, miſit me ad vos Dominus ipſe eſt Deus, Deus deorum Dominus. Ego Dominus, & non mutor.* Circumfertur, & à quibuſdam etiam adfertur dictũ quoddã S. Aug exultãtis in Deũ, quod ſanè à quoũque, ſit, ex huiuſmodi amoris fonte promanat. *Ego,* inquit, *Dominus, Auguſtinus ſum, tu Deus. Sed ſi, quod nec eſt, & eſſe nequit, ego Deus eſſem, & tu Auguſtinus, vellẽ omnino commutatis perſonis, ego eſſe Auguſtinus, vt tu Deus eſſes.*

Pſal. 45.
Pſal. 82.
Cant. 1.
Exod. 3.
3. Re. 18.
Pſal. 99.
Pſal. 83.
Malac. 3.

Hæc autem bona quæ dicuntur ad ipſum, Deo volu-

Digitized by Google

mus per amorem non ſolùm oblectatione,ſed etiam deſiderio, quo optamus Deo ſimilia illis quæ in Apocalypſi Deo precantur beati: *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorum.* Huc pertinent tres priores petitiones Dominicæ orationis: *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in terra*: Hymnus angelicus: *Gloria in excelſis Deo.* Oratio Dauidis: *Venite adoremus Dominũ: procidamus ante Deum. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriam & honorem: Omnis terra adoret te & pſallat tibi.* Nec optamus ſolùm hæc bona Deo, ſed gaudemus cùm adſunt: cùm abſunt, dolemus & angimur, & quantum in nobis eſt, curamus vt adſint, pugnamus aduerſus eos, qui hæc Deo vel negant, vel non tribuunt, vel ne ab aliis tribuantur, efficiunt. *Tabeſcere me fecit zelus meus*, ait Dauid, *quia obliti ſunt verba tua inimici mei. In quo* (Euangelio Chriſti) *laboro vſque ad vincula*, ait Apoſtolus: qui etiam viros Apoſtolicos, *Adiutores Dei* nominat: Et ipſemet Deus ſalutem hominum, ſalutẽ appellat ſuam. *Vt ſis*, ait, *ſalus mea vſque ad extremum terræ.*

Apoc.5. *Mat. 6.* *Luc.2.* *Pſal. 94.* *Pſal. 18.* *Pſal.65.* *Pſal.118.* *2.Tim.3.* *1.Cor.3.* *Iſaiæ.49.*

De proprietatibus diuini amoris,

CAPVT XXI.

PROPRIETATES diuini amoris ſunt planè diuinæ: à Theologis accipiemus de amore, quæ hîc ſcribemus.

Prima proprietas à S. Dionyſio Areopagita traditur; *Amor eſt virtus vnionem faciens.* Sic exponitur à S. Thoma: Amor facit vnionem, vel *effectiuè*, vt amor cõcupiſcentiæ mouẽs ad deſiderandum & amandum præſentiã amati quaſi ſibi conuenientis, & ad ſe pertinentis: vel *formaliter*, vt amor amicitiæ, qui eſt talis vnio vel nexus. Vnde Aug. dicit, quod *amor eſt quaſi*

Prima. *Libr. de diuinis nominibus.c.4.* 1. 2. q. 27.a.2.

Libr. 8. de Trinitate cap. 10.

iunctura quadam duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem ſcilicet & quod amatur. Quod enim dicit (*copulans*) refert ad vnionem affectus, ſine qua non eſt amor; quod verò dicit (*copulare intendens*) pertinet ad vnionem realem. Vtramque amoris rationem & vim exprimit Dauid: priorem quidem illis verbis: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* poſteriorem verò ſequentibus: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Sic S. Auguſtinus: *Quis mihi dabit, vt venias in cor meum, & inebries illud, vt obliuiſcar mala mea, & vnum bonum meum amplectar te? Noli abſcondere faciem tuam. Moriarne moriar, vt eam videam.*

Pſal. 42.

Libr. 1. Confeſſ. cap. 5.

Secunda proprietas.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

Gulielmus Abbas ſancti Theodorici in libello de Amore.

Secunda amoris diuini proprietas eſt mutua inhæſio quo ſe mutuò amant & redamant Deus & homo, ſibíque viciſſim bona volunt & procurrant. *Deus enim*, inquit S. Ioannes, *Charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* hoc tamen diſcrimine, quòd ipſe *prior*, vt idem ait, *dilexit nos*: quod in hominum amicitia rarò accidit. *Hæc eſt*, inquit quidam vir ſanctus, *iuſtitia filiorum hominum: Ama me, quia amo te: Rarus autem eſt, qui dicere poſſit: Amo te, vt ames me. Hoc tu feciſti Domine: quia ſicut clamat & prædicat ſeruus amoris tui, Prior dilexiſti nos. Et ſic planè ſic eſt: Prior amaſti nos, vt amaremus te: non quòd egeres amari à nobis: ſed quia quod nos feciſti, eſſe non poteramus, niſi amando te.* Hæc ille.

Tertia proprietas.

Libr. de Diuinis nomin. cap. 4.

Tertia amoris diuini proprietas eſt Ecſtaſis. eſt enim vt idem ſcribit S. Dionyſius: *Ecſtaſim faciens diuinus amor*, non quidem amor concupiſcentiæ, nam cùm hic bonum proprium quærat ſemper, nũquam animum extra ſe ponit: Amor autem amicitiæ, cum hominem rapiat in rem amatam per ſe, eius vt bonum non ſibi, ſed illi velit, extra ſe, nempe in re quæ amatur, affectum hominis collocat. Quare obliuionem ſui parit verus amor, efficítque tanquã germanus charitatis filius, vt non quærat homo quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV Chriſti. Sed S. Dionyſius diuiniorem ecſtaſim diuino amori tribuit: cùm enim dixiſſet, illum ecſtaſim facere, addit: *Amatores ſui iuris eſſe non ſinit, ſed in ea quæ amant, penitus transfert. Idcirco &*

Digitized by Google

Paulus ille magnus cum diuino amore flagraret, exceſſiuè illius virtutis particeps factus: Viuo, inquit, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: tanquam verus amator mẽtis exceſſum patiens. Audebimus & id loqui, quod ipſe quoque auctor omnium pro amatoria bonitatis magnitudine extra ſe ſit, ad omnia quæ ſunt pertingendo multiplicis prouidentiæ ratione. Hæc ſanctus Pater. Verùm Dei ecſtaſim ab amore eius in nos profectam eſſe ex filij Dei incarnatione, & humanæ naturæ aſſumptione, planè manifeſtum eſt. *Exinaniuit enim ſemetipſum pro nobis, formam ſerui accipiens.* Galat. 2. Philip. 2.

Quarta proprietas diuini amoris eſt cogitare aſſiduè, & in oculis mentis habere Deum, & ita ſanè fieri neceſſe eſt ex eo, quod diximus, amorem nexum eſſe animorum: nõ enim nectit animos, ſi non iungit cogitationes. Et idcirco affectum Deo iungit homo per amorem, quia copulat mentem per cogitationem. Quamuis Dei amor piam de Deo inquiſitionem ita accendit & acuit, vt non niſi de Deo homo cogitare poſſit: immo eius intima quæque penetrare contendat: ſimiliter ad Spiritum ſanctum, qui *amor Dei eſt*, *& ſcrutatur profunda Dei.* Huiuſmodi amanti occurrit Deus non modò inter orandum, ſed etiam in actionibus externis. Res ipſæ creatæ inſtar ſpeculi illi ſunt, in quibus Deum intueatur. *Integer quippe amator Dei*, ait Richardus de ſancto Victore, *quocunque ſe vertit, familiarem habet admonitionem amoris, rebus his pro ſpeculis vtitur, & in omne quod cernit, ſui amatoris ſibi reſultat memoria. Aſpicit cuncta quæ condidit, & quo condiderit fine, & in his non tam admirabilis, quàm amabilis ſibi occurrit: atque ex arrha dilectionis quam præcontulit, ſapienter æſtimat, quanta reſeruauit in dotem. Caſtus profectò columbinúſque oculus amor eſt, qui in rebus humano vſui conceſſis nulla libidine figitur, ſed in tranſitoriis contemplatur æternum.* *Quarta proprietas.* 1. Cor. 2. *De gradibus charit. c. 3.*

Quinta proprietas, Diuinus amor cognitio Dei eſt: neque enim, vt ita dicam, poteſt Deus non ſe cognoſcendum præbere amico adeò ardenter id expetenti, & quantum in ipſo eſt curanti. *Amor ipſe*, ait ſanctus Gregorius, *notitia eſt*. Et ſanctus Auguſtinus loquẽs de Dei luce inacceſſibili: *Qui nouit*, ait, *veritatem, nouit eam, &* *Quinta proprietas.* Hom. 27. in Euãg. Lib. 7. cõfeſſ. ca. 10

De gradibus ad diuinum amorem per diuina beneficia.

CAPVT XXII.

Pſal. 24. Prou. 3.

GRADVS diuini amoris inueſtigaturi, precamur Deũ, vt nobis *vias ſuas demonſtret, & ſemitas ſuas nos edoceat*: ſunt enim *viæ eius pulchræ*, ſed ipſi ſoli notæ, qui eas ſolus ſibi parat & ſternit. Quis enim mortalium Deo non reuelante intellexit vnquã, quomodo primùm ingreſſus in animam Dominus, eam ſibi iungat & copulet per amorem, quáve deinde ratione ſibi ſemel coniũctam deinceps in amore cõtineat, exerceat, promoueat? Nempe ſponſus eſt, qui ſolus nuptialem thalamũ ſubit, ſibique *ſecretum ſuum ſeruat*. Et ſi qui ſic amatur homo id experientia percipit, ſibi ſolus ſcit, non nobis, quia *nemo nouit, niſi qui accipit*. Conandum tamen ex amicis ſponſi, ex ſanctis inquam Patribus aliquid explorare & accipere; quod ſi non explicet eam vim amoris, quam ſolus Deus intelligit, adumbret certè: & qui nondum ex diuino fonte haurientes qualis ſit diuinus amor ignoramus, ad eius experientiam hac quaſi prægustatione accendamur.

Iſaiæ 24.

Apoc. 2.

Primus gradus.

1. Cor. 3.

Lib. de Diligendo Deo, qui ſecundus eſt meditationum S. Auguſt. cap. 3.

Apud Patres igitur ſcriptum eſt, primum gradum ad diuinum amorem nobis eſſe creatam naturam: *Omnia veſtra ſunt*, ait Apoſtolus, *ſuperiora ſcilicet*, (vt ſcribit aut Auguſtinus, aut alius pius certè & eruditus Auctor) *ſiue æqualia ſiue inferiora. Superiora quidem noſtra ſunt ad perfruendum, vt Deus Trinitas, Aequalia noſtra ſunt ad conuiuendum, ſcilicet Angeli, qui etſi modò ſint ſuperiores, in futuro erunt æquales. Et inferiora noſtra ſunt, quæ ad vſum nobis ſunt. Ipſiq; Angeli in quibuſdam Scripturæ locis nobis inſeruire dicuntur, dum propter nos in miniſterium mittuntur, vt ait Apoſtolus: ſed & ipſe Rex Angelorum voluit miniſtrare, non miniſtrari.* Sanctus Chryſoſtomus eandem rem multis explicat: *Vides*, inquit, *Deum propter te cœlum extendiſſe, accendiſſe ſolem, fundaſſe terram, & maria fudiſſe, &*

Luc 10. Hebr. 1. Mat. 20.

aër

aëra pandiſſe, & lunæ diſpoſuiſſe curſus,&c.

S. Bernardus ponderanda cenſet inter tam multa tria inprimis diuina beneficia, quæ in corpus humanum per res creatas deriuat Deus: *Quis alius*, ait, *adminiſtrat cibum omni veſcenti, cernenti lucem, ſpiranti flatum: ſtultum eſt velle enumerare, quæ innumera ſunt, ſatis ad exemplum præcipua protuliſſe, panem, ſolem, & aërem.* *Hom. 13. in cap. 4. Actor. De diligēdo Deo.*

Hic iubet diuinus amor, vt res creatas quidem diligamus vt Dei dona; ſed diligamus magis Deum donatorē. *Si iſta diligis*, ait S. Auguſtinus: *vt ſubiecta dilige, vt famulantia dilige, vt arrham ſponſi, vt munera amici, vt beneficia domini, ſic tamen, vt memineris, ſemper quod illi debeas, nec iſta propter ſe, ſed iſta propter illum: nec iſta cum illo, ſed iſta propter illum, & per iſta illum, & ſuper iſta diligas illum.*

Secundus gradus ad diuinum amorem nos ipſi ſumus. & vt de corpore nihil dicam: *Quærat*, ait S. Bernardus, *homo eminentiora bona ſua in ea parte ſui, qua præeminet ſibi, hoc eſt in anima, quæ ſunt dignitas, ſcientia, virtus. Dignitatem in homine liberum arbitrium dico: in quo ei nimirum datum eſt, cæteris non ſolùm præeminere, ſed & præſidere animantibus: Scientiam verò, qua eandem in ſe dignitatem agnoſcat, non à ſe tamen. Porrò virtutem, qua ſubinde ipſum, à quo eſt, & inquirat non ſegniter, & teneat fortiter, cùm inuenerit.* Creſcet autem hic amor in nobis conſideratione S. Auguſtini: *Cogita ô anima, quòd aliquando non fueris, & vt eſſe inciperes, hoc Dei dono acceperis. Dedit autem non ſolum eſſe, ſed pulchrum eſſe. Adhuc aliquid plus dedit, nos ad ſimilitudinem ſuam traxit, accepiſti autem hoc per dilectionem: non melius quàm per dilectionem rependi poteſt.* *Secundus gradus. De diligendo Deo.* *Cap. 6.*

Sed his quæ naturaliter percipi poſſunt etiam ad amorem Dei excitari poteſt infidelis; non ita iis quæ ſequũtur, quæ ad fideles ſolùm pertinere poſſunt.

Tertius gradus ad diuinum amorem eſt Chriſtus Dominus. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Superioribus beneficiis inducuntur homines ad diuinum amorem, at hoc vno non inducuntur ſolùm, ſed trahuntur ac penè coguntur. Hoc certè facto nil potuit Deus, vt ipſe ait, *facere vineæ, quod ipſe non fecerit. Norunt fideles*, ait S. Bernardus, *quàm omnino neceſſariū* *Tertius gradus.* *Iſaiæ 5* *Lib. de diligendo Deo.*

dominatur vt maieſtas, regit vt principium, tuetur vt ſalus, operatur vt virtus, reuelat vt lux, aſſiſtit vt pietas.

Poteſt etiam (vt huic gradui accedat cumulus) ſi velit contemplator, diuina attributa, in beatiſſima Dei Matre, immo & in ſacroſancta Chriſti Domini humanitate ad eandem rationem inueſtigare eo excellentiore conſideratione, quo tanto Angelorum omnium Ordinibus præſtat ſanctiſſima Virgo, & ipſam Virginem tam longè antecellit ſacratiſſima Humanitas Chriſti, Filij Dei.

Tertium genus. Ser.62. in Cant.

Tertium denique genus contemplationis ſubiicit S. Bernardus in hæc verba: *Si cui ne hoc quidem poſſibile ſit, huic ſanè proponet IESVM & hunc crucifixum, vt & ipſe abſque ſuo labore habitet in foraminibus petræ, in quibus non laborauit. Nec verendum quòd patiatur repulſam, qui & vocatur, vt intret. Ingredere, inquit, in petram, abſcondere in foſſa humo à facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius.* (Iſaiæ 2.) *Infirma adhuc & inerti animæ, quæ iuxta quod in Euãgelio quidam de ſemetipſo confitetur,* (Luc.16.) *fodere non valet, mendicare erubeſcit, foſſa oſtenditur humus, vbi lateat, donec cõualeſcat, & proficiat, vt poſſit & ipſa per ſe ſibi cauare foramina in petra, per quæ intret ad interiora. Verbi animi vtique vigore & puritate.*

Quartũ genus. Pſ.142. Lib. de vera Religione cap.29. Rom.1. Pſal.18.

Sed his addi poſſunt alia genera contemplationis. Quartum nimirum, & eſt rerum creatarum conſideratio: *Meditatus ſum*, ait Dauid, *in omnibus operibus tuis, & in factis manuum tuarum meditabar.* Et quia vt S. Auguſtinus docet, *ne in conſideratione creaturarũ vana & peritura curioſitas exerceatur, gradus ex iis ad immortalia & ſemper manentia faciendus eſt, ideo adiungit Propheta: Expandi manus meas ad te.* Hæc contemplatio eſt valde vtilis; Siquidem *inuiſibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas*, & res creatæ gloriam Dei prædicant; *Cœli enim enarrant gloriam Dei.*

Lib.11. Confeſſ. cap.4.

Multæ autem ſunt rationes, quibus contemplator aſcendit ad Deum à creaturis: ſed illa præſtãtiſſima, qua vſus eſt S. Auguſtinus cum Deo agens; *Tu Domine feciſti ea, qui pulcher es: pulchra ſunt enim, qui bonus es, bona ſunt*

enim,

enim, qui es, ſunt enim. Nec ita pulchra ſunt, nec ita bona ſunt, nec ita ſunt, ſicut tu conditor eorum, cui comparata nec pulchra ſunt, nec bona ſunt, nec ſunt: Scimus hæc, gratias tibi, & ſcientia noſtra ſcientia tua comparata ignorantia eſt. Legatur etiam Richardus de S. Victore. *Lib. 3. de Contemplat. c. 7. 8. & 9.*

Quintum etiam accedat genus contemplationis, ex conſideratione noſtrimet. Nam rectè ſcriptum eſt apud eundem Richardum: *Fruſtra cordis oculum erigit ad videndum Deum, qui nondum idoneus eſt ad videndũ ſeipſum.* Et poſtea: *Præcipuum & principale ſpeculum ad videndum Deum eſt animus rationalis.* Sic enim *Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Vbi quæſo, quàm in eius imagine cognitionis veſtigia expreſſiùs impreſſa repeiiuntur? *Mirabilis,* ait Dauid, *facta eſt ſcientia tua ex me*, Et: *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* Certè S. Auguſtinus ait: *Per ipſam animam meam aſcendam ad illum*: nempe anima ſpiritus eſt, & ſpiritus eſt Deus. Anima intelligens eſt, & Deus ſumma ſapientia. Anima memorans eſt rerum antiquiſſimarum, & Deus æternus eſt. Anima libere vult, & amat: & Deus ſumma libertas, ſummus amor & charitas. Anima corpus adminiſtrat, Deus mundum. Quid dixerim de donis ſupernaturalibus, quibus exornantur à Deo amicorum eius animæ? ſpeculum denique ad videndum Deum eſt anima. Sed ait Richardus: *Illud verus Ioſeph tenere, tergere, & indeſinenter inſpicere debet. Tenere, ne deorſum corruens terræ per amorem inhæreat: tergere, ne inanium cogitationum puluere ſordeſcat; inſpicere, ne ad inania ſtudia intentionis ſuæ oculum reflectat.*

Quintum genus. *Lib. de Præparat. c. 61. & 62.* *Pſ. 138.* *Pſal. 4.* *Lib. 10. Confeſſ. cap. 7.* *Ibidem.*

De

contemplationis ſtudioſi, ſcribit ſanctus Gregorius, *Si nulla*, inquit, *iam mala proximis irrogant; ſi irrogata à proximis æquanimiter portant: ſi obiectis temporalibus bonis nequaquam mens lætitia ſoluitur, ſi ſubtractis non nimio mœrore ſauciatur.* De rerum autem externarum turba incurſionéque abigenda ſic ſubiungit: *Si cùm ad ſemetipſos introrſus redeunt, in eo quòd ſpiritualia rimantur, nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt.* Et paulò poſt: *In abundantia ſepulchrum ingreditur, qui poſt congeſta vitæ præſentis opera, mutabilitati ſuæ planè mortuus, in ſecreto veri luminis occultatur; Vnde & per Pſalmiſtam dicitur: Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum.* Lib. 6. moral. c. 27. Cap. 29. Pſal. 30.

Hæc omnia ſecundo loco ſequitur magna ſpiritus contentio, & perfecta ſui victoria in colligendo corde, & excitanda vehementi conſtantique omnium virium animi ac mentis attentione ad eam rem, quam conſiderandam ſuſcipimus. Sic habet ſanctus Gregorius: *Eſt in contemplatiua vita magna mentis contentio, cùm ſeſe ad cœleſtia erigit, cùm in rebus ſpiritualibus animum tendit, cùm tranſgredi nititur omne quod corporaliter videtur, cùm ſeſe anguſtat, vt dilatet.* Hæc autem comparatur potiſſimùm duabus rationibus, examine conſcientiæ diligentiſſimo, & diuini iudicij commemoratione. Secũdum antecedens. Hom. 14. in Ezechielem.

Examen autem proprium ſit oportet cogitationum, animum auocando *non ſolùm à turpibus, ſed etiam à ludicris & inutilibus imaginibus*, vt S. Baſilius docuit, vt ſicut otioſa verba, ſic etiam otioſa cogitata vitemus. Sit quotidianum, & ſi fieri poſſit, continuum, quo dicere poſſit proficiens: *Super ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem, & ſuper cuſtodiam meam ſtans totis noctibus.* Sit exquiſitum: *Cùm iis quæ feceris pridie, conferto*, inquit idem S. Baſilius, *& cum iis etiam quæ cogitaueris.* Sit ſeuerum, ac ſi non contra te, ſed aduerſus inimicum exerceretur. Nihil enim mentem obſcurat magis, efficitque ne ſeipſam perſpiciat, quàm amor proprius: hunc iugulamus cum in nos ipſos tanquam in aduerſarios inuehimur. Quod monuit S. Gregorius his verbis: *Ille veraciter ſe ante ſe ponit, qui ſe in ipſius actibus tanquam aliũ attendit.* 1. Conſtit. monaſt. c. 5. Iſaiæ 21. Hom. de Abdicat. rerum. Homil. 4. in Ezech.

Nam multa ſunt peccata, quæ committimus; ſed idcirco grauia nobis non videntur, quia priuato nos amore diligentes, clauſis nobis oculis in noſtra deceptione blandimur: & ſcimus quia vehementer claudit oculum cordis amor priuatus. Et S. Bernardus: *In eo ſe quiſque iudicet profeciſſe, non cùm non inuenerit quod reprehendat, ſed cùm quod inuenerit, reprehendet.* Sit indefeſſum: nec enim induſtria hæc intermitti à contemplatore debet nec durare ad exiguum tempus, ſed ad mortem vſque. *Tunc te non fruſtra ſcrutatus es* ait S Bernardus, *ſi rurſum opus eſſe ſcrutinio aduertiſti: & toties non te fefellit inquiſitio tua, quoties iterandam putaueris.* Et vniuersè de tota re diſſerens alibi ſic habet: *Diſcito tibi præeſſe & vitam ordinare, mores componere, temetipſum iudicare, & temetipſum accuſare, ſæpe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iuſtitia, ſtet rea & temetipſum accuſans conſcientia. Nemo te plus diligit, nemo fideliùs iudicabit. Manè præteritæ noctis fac à temetipſo exactionem, & venturæ diei tu tibi indicito canonem; veſpere præteritæ diei rationem exige, & ſuperuenientis noctis fac indictionem; ſic diſtricto nunquam aliunde laſciuire vacabit.*

Serm. 68. in Cant.

Ibidem.

Epiſt. ad Fratres de monte Dei.

De diuini autem iudicij memoria hoc dictum modò ſit, mundos eſſe oculos Domini ne malum videant, quòd ſcilicet ea Deus deteſtetur; & nihilominus eum ita accuratè illa ſi perueſtigare, vt dicat, quid næui ſit aut latentis maculæ in actionibus bonis, illud etiam ſeuerè ſe vindicaturum.

Tertium antecedens.

Tertium, quod antecedit contemplationem, amor Dei eſt: ſiquidem contemplatiuæ vitæ S. Gregorius proprium eſſe dicit, vt nihil iam agere debeat, *ſed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem ſui creatoris inardeſcere.* Amor enim Dei, vt S. Thomas explicat, *mouet intellectum amantis ad contemplandum Deum quem amat, eiúſque pulchritudinem inſpiciendam.*

Hom. 14. in Ezech.

2. 2. q. 180 art. 1.

Quæ comitetur.

Quæ verò comitantur contemplationem, multa ſunt & magna, & quæ nemo nouit, niſi qui accipit. Hìc tamen adſcribo, quæ à Patribus accepimus, vtpote rem experteis. Et quidem quod attinet ad actum intellectus, qui per ſe contemplatio eſt, dubitandum non eſt, hunc à

Deo

Deo eſſe, qui Sol noſter eſt, & *parens luminum.* Quam- *Iacob. 1.*
quam enim actus hic à mente ſit, & mentis partus; eius tamen initium, progreſſus, & exitus in mente diuinitus eſt. *Spiritus*, ait S. Auguſtinus, *meditatione atque contem-* *Lib. de*
platione ad Deum aſcendit, Deus verò reuelatione atque di- *ſpiritu &*
uina inſpiratione ad eum deſcendit. Meditatio ſiquidem, eſt *anima,*
occulta veritatis ſtudioſa inueſtigatio: contemplatio, perſpicua *c.32.*
veritatis iucunda admiratio. Illam namque diuina illuminat reuelatio, vt veritatem cognoſcat: iſtam verò diuina inſpiratio inflammat, vt illam diligat.

Primus igitur gradus, qui coniunctus eſt diuinæ il- 1.
luſtrationi mentis, quæ contemplationem efficit, eſt ipſe contuitus Dei aut diuinæ veritatis.

Hunc proximè comitatur actus amoris Dei, qui libe- 2.
raliter adeò atque amanter homini in amoris domicilium thalamúmque ſponſi benignè recepto ſe videndum præbet, eúmque ad ſe amandum allicit, amoriſque ſuauitate paſcit ac detinet. *Cùm duo ſint*, ait S Bernardus, *Serm. in*
beatæ contemplationis exceſſus, in intellectu vnius, & alter *Cant. 49*
in affectu: vnus in lumine, & alter in feruore: vnus in cognitione, & alter in deuotione: prius ſanè affectus, & pectus amore calens, & ſanctæ deuotionis infuſio, etiam & vehementis ſpiritus repletus zelo, non planè aliunde, quàm è cella vinaria reportantur; & cuicumque cum horum copia ſurgere ab oratione donatur, poteſt in veritate loqui, quia introduxit
me rex in cellam vinariam. Ob hanc cauſam Caſſianus *Cant. 2.*
iungit contemplationi, *inhærere Deo.* Et idem S. Bernar- *collat. 1.*
dus alibi docet, contemplationem fieri *ex condeſcenſione* *c. 3.*
verbi Dei ad humanam naturam per gratiam & exaltatio- *Bernar.*
nem humanæ ad ipſum verbum per diuinum amorem. *Serm.*

Interiicitur contemplationi & amori quaſi intermedia *par. in 52*
admiratio diuinæ benignitatis, reuerẽtia tantæ maieſtatis, timórque filiorum Dei proprius, vt intelligitur ex dictis eorundem ſanctorum Patrum, Auguſtini præ- 3.
ſertim & Bernardi. *De Spiri-*

Sed quod expetendam maximè optabilémque reddit *tu, &c.*
contemplationem, eſt incredibilis quædam ac diuina *cap. 32.*
voluptas, quæ, vt neceſſe eſt, ex ea notitia eóque amo- *Lib. 5. de*
re percipitur à contemplatore. *Contemplatiua vita*, ait *Conſid.*

Digitized by Google

Hom.14. in Ezech. S.Gregorius, *amabilis valdè dulcedo eſt, quæ ſuper ſemetipſam animum rapit, cœleſtia aperit, terrena autem debere eſſe contemptui, oſtendit; ſpiritalia mentis oculis pateſacit, corporalia abſcondit.* Idcirco in Scripturis ſacris ebrietati ſobriiſſimæ & placidiſſimo ſomno comparatur, in quo aſcendit anima congreſſum colloquiúmque cùm Deo, immò & ad caſtiſſimos amplexus admittitur, præſtátque ei Deus, quod pollicetur: *Oſeæ 2* *Ducam eam in ſolitudinem, & ibi loquar ad cor eius.* *Pſal. 84.* Et viciſſim reſpondetur illi: *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.*

Eſt autem hoc colloquium, & quaſi conuictus, vt planè ſpiritualis, ſic omnino inexplicabilis. Certum eſt illud, quod de hac Dei & animæ lingua ſcribit S. Bernardus: *Ser.44. in Cant.* *Verbi quidem lingua, fauor dignationis eius; anima verò, deuotionis feruor.* In hoc etiam accidunt homini aliquando ecſtaſes & raptus. Huius ſunt multi variique gradus, prout quiſque propria ratione in Deum à Deo ſubleuatur, aſcendítve altiùs.

Quæ ſequuntur. 1. Inter ea quæ contemplationem ſequuntur, primum potiſſimumque locum amor obtinet. *Amoris enim paſtum* ait S.Gregorius, *In Ezec. Homil.5.* *de pabulo cõtemplatæ veritatis accipit contemplatiuus.*

2. Sed illuſtris eſt mortificatio paſſionum, ac totius veteris hominis, quam efficit contemplatio, *Excedente anima*, ait S.Bernardus, *Ser.52. in Cant.* *etſi non vita, certè vitæ ſenſu, neceſſe etiam, vt nec vitæ tentatio ſentiatur. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo, & requieſcam? Vtinam hac morte ego frequenter cadam, vt euadam laqueos mortis, vt non ſentiam vitæ luxuriantis mortifera blandimenta: vt non obſtupeſcam ad ſenſum libidinis, ad æſtum auaritiæ, ad iracundiæ & impatientiæ ſtimulos, ad angores ſolicitudinum, & moleſtias curarum. Moriatur anima mea morte iuſtorum, vt nulla illã illaqueet fraus, nulla oblectet iniquitas. Bona mors, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius.*

3. Sed perutilis Eccleſiæ & Deo gratiſſimus contemplationis fructus eſt animarum zelus, quo *in hac cella vinaria*, vt auctor eſt S.Bernardus, *incenditur animus contemplantis*, zelus inquam, vt diſcretione regendus, ſic ad actuoſam vitam animarumque lucra vehementer con-

Digitized by Google

citans. Qua de re ſic ſcribit ſanctus Gregorius: *Sicut bonus ordo viuendi eſt, vt ab actiua in contemplatiuam tendantur; ita plerumque vtiliter à contemplatiua animus ad actiuam reflectitur, vt per hoc quòd contemplatiua mentem accenderit, perfectiùs actiua teneatur. Debet ergo nos actiua ad contemplatiuam tranſmittere, & aliquando tamen ex eo, quod introrſus mente conſpeximus, ad actiuam melius contemplata reuocare.* Et ſanctus Bernardus: *Hoc vera & caſta contemplatio habet, vt mentem quam diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo & deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligant, vt otium contemplationis pro ſtudio prædicationis libentiſſimè intermittat*, &c. Et hic tertius eſt ſponſæ ſtatus, quem ſuperiùs deſcribebamus: ſicut contemplatio ſola per ſe ſine relapſione ad actionem, ſecundus.

Hom. 14. in Ezech.

Ser. 57. in Cant.

De natura diuini amoris, & partibus.

CAPVT XX.

CHARITATEM ſic deſcripſit S. Auguſtinus: *Charitas eſt virtus coniungens nos Deo, qua ipſum diligimus.* De hac nunc breuiter agendum, quando de contemplatione ſatis eſt dictum.

Lib. de Moribus, Eccl. c. 11.

Duplex autem eſt dilectio ſiue amor, vt Philoſophis placuit, concupiſcentiæ, vt vocant, & beneuolentiæ. Amor concupiſcentiæ eſt, cùm, vt ait Cicero: *Amicitiam ad fructum noſtrum referimus, non ad illius commoda, quem diligimus. Prata, & arua, & pecudum & greges diliguntur iſto modo, quòd fructus ex eis capiuntur hominum charitas & amicitia gratuita eſt.* Hæc ille. Eſt autem hic poſterior amor beneuolentiæ, quo ſic amamus aliquem, vt ei bene aut bonum velimus propter ipſum.

Ariſt. lib. 8. Ethic. c. 23. Primus amor. Lib. 1. de Natura Deorum. Secundus amor.

Deum amamus amore concupiſcentiæ, cùm dicimus cum Dauid: *Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor, & ſperabo in eum: protector meus,*

Primus amor Dei Pſal. 17.

& cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus. Item: *Nonne Deo ſubiecta erit anima mea? Ab ipſo enim ſalutare meum. Nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus, ſuſceptor meus.* Ex eodem
Pſal. 70. dem amore ſunt voces illę, *Firmamentum meum, refugium*
Pſal. 61. *meum, patientia mea, ſpes mea, fortitudo mea, miſericordia mea, expectatio, exultatio, gloria, ſalus, Deus auxilij mei, pars mea,* & ſimilia.

Secundus amor Dei. Sed hic amor longè eſt inferior altero amore, quo Deum beneuolentia quaſi complectimur, non propter nos, aut commodum noſtrum, ſed propter ipſummet,
Iob 13. eiuſque gloriam: *Etiamſi occiderit me, in ipſum ſperabo,* ait Iob. Sed & hoc, vtpote perfecto, exarcerunt primi Euangelicæ perfectionis propagatores: quorum ſunt illa:
Rom. 9. *Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis.*
Suprà 8. *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? Si quis non amat*
1. Cor. vl. *Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſit anathema, maranatha.*

Caiet. 2. 2. q. 13. art. 1. Duo porrò ſunt genera bonorum, quæ Deo propter ſeipſum optare & velle poſſumus: quædam, vt aiunt Theologi, in ipſo, quædam ad ipſum. Priora ſunt, eſſe,
Priora bona. viuere, poteſtas, ſapientia, bonitas, iuſtitia, miſericordia, & alia eiuſmodi, quæ nihil ſunt aliud quàm ipſemet
Poſteriora. Deus. Poſteriora ſunt, honor, gloria, regnum, obedientia, ac denique optare vt omnia in eius gloriam fiant.
1. Illa Deo volumus, contẽplatione nos oblectando, quòd ea Deus habeat, illis ditiſſimus ſit talis, inquam, ſit, qualis eſt: *Vacate,* inquit, *& videte quoniam ego ſum Deus: Cor*
Pſal. 45. *meum & caro mea exultauerunt in Deum,* ait Dauid. Et
Pſal. 82. Salomon *Exultabimus & lætabimur in te.* Hunc nos inui-
Cant. 1. tat diuina ſcriptura, cùm Deum per ſe conſiderandum proponit: *Ego ſum qui ſum. Qui eſt, miſit me ad vos Domi-*
Exod. 3. *nus ipſe eſt Deus, Deus deorum Dominus. Ego Dominus, &*
3. Re. 18. *non mutor.* Circumfertur, & à quibuſdam etiam adfertur
Pſal. 99. dictũ quoddã S. Aug exultãtis in Deũ, quod ſanè à quo-
Pſal. 83. ũque, fit, ex huiuſmodi amoris fonte promanat. *Ego,* in-
Malac. 3. quit, *Dominus, Auguſtinus ſum, tu Deus. Sed ſi, quod nec eſt, & eſſe nequit, ego Deus eſſem, & tu Auguſtinus, vellẽ omnino commutatis perſonis, ego eſſe Auguſtinus, vt tu Deus eſſes.*

Hæc autem bona quæ dicuntur ad ipſum, Deo volu-

Digitized by Google

mus per amorem non ſolùm oblectatione, ſed etiam deſiderio, quo optamus Deo ſimilia illis quæ in Apocalypſi Deo precantur beati: *Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro* *Apoc.5.* *in ſecula ſeculorum.* Huc pertinent tres priores petitiones Dominicæ orationis: *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo & in ter-* *Mat. 6.* *ra*: Hymnus angelicus: *Gloria in excelſis Deo.* Oratio Dauidis: *Venite adoremus Dominũ: procidamus ante Deum. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Af-* *Luc.2.* *ferte Domino gloriam & honorem: Omnis terra adoret te &* *Pſal. 94.* *pſallat tibi.* Nec optamus ſolùm hæc bona Deo, ſed gau- *Pſal. 18.* demus cùm adſunt: cùm abſunt, dolemus & angimur, & *Pſal.65.* quantum in nobis eſt, curamus vt adſint, pugnamus aduerſus eos, qui hæc Deo vel negant, vel non tribuunt, vel ne ab aliis tribuantur, efficiunt. *Tabeſcere me fecit zelus meus*, ait Dauid, *quia obliti ſunt verba tua inimici mei. In quo* (Euangelio Chriſti) *laboro vſque ad vincula*, ait *Pſal.118.* Apoſtolus: qui etiam viros Apoſtolicos, *Adiutores Dei* *2.Tim.2.* nominat: Et ipſemet Deus ſalutem hominum, ſalutẽ appellat ſuam. *Vt ſis, ait, ſalus mea vſque ad extremum terræ.* *1. Cor. 3.* *Iſaia.49.*

De proprietatibus diuini amoris,

CAPVT XXI.

PROPRIETATES diuini amoris ſunt planè diuinæ: à Theologis accipiemus de more, quæ hîc ſcribemus.

Prima proprietas à S. Dionyſio Areopa- *Prima:* gita traditur; *Amor eſt virtus vnionem fa-* *Libr. de* *ciens.* Sic exponitur à S. Thoma: Amor facit vnionem, vel *diuinis* *effectiuè*, vt amor cõcupiſcentiæ mouẽs ad deſiderandum *nomini-* & amandum præſentiã amati quaſi ſibi conuenientis, & *bus.c.4.* ad ſe pertinentis: vel *formaliter*, vt amor amicitiæ, qui eſt *1. 2. q.* talis vnio vel nexus. Vnde Aug. dicit, quod *amor eſt quaſi* *27.a.2.*

iunctura quadam duo aliqua copulans, vel copulare appetens, amantem ſcilicet & quod amatur. Quod enim dicit (*copulans*) refert ad vnionem affectus, ſine qua non eſt amor; quod verò dicit (*copulare intendens*) pertinet ad vnionem realem. Vtramque amoris rationem & vim exprimit Dauid: priorem quidem illis verbis: *Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus.* poſteriorem verò ſequentibus: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Sic S. Auguſtinus: *Quis mihi dabit, vt venias in cor meum, & inebries illud, vt obliuiſcar mala mea, & vnum bonum meum amplectar te? Noli abſcondere faciem tuam. Moriarne moriar, vt eam videam.*

Libr. 8. de Trinitate cap. 10.

Pſal. 42.

Libr. 1. Confeſſ. cap. 5.

Secunda amoris diuini proprietas eſt mutua inhæſio quo ſe mutuò amant & redamant Deus & homo, ſibique viciſſim bona volunt & procurant. *Deus enim*, inquit S. Ioannes, *Charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* hoc tamen diſcrimine, quòd ipſe *prior*, vt idem ait, *dilexit nos*: quod in hominum amicitia raro accidit. *Hæc eſt*, inquit quidam vir ſanctus, *iuſtitia filiorum hominum: Ama me, quia amo te: Rarus autem eſt, qui dicere poſſit: Amo te, vt ames me. Hoc tu feciſti Domine: quia ſicut clamat & prædicat ſeruus amoris tui, Prior dilexiſti nos. Et ſic planè ſic eſt: Prior amaſti nos, vt amaremus te: non quòd egeres amari à nobis: ſed quia quod nos feciſti, eſſe non poteramus, niſi amando te.* Hæc ille.

Secunda proprietas.

1. Ioan. 4.

Ibidem.

Gulielmus Abbas ſancti Theodorici in libello de Amore.

Tertia amoris diuini proprietas eſt Ecſtaſis. eſt enim vt idem ſcribit S. Dionyſius: *Ecſtaſim faciens diuinus amor,* non quidem amor concupiſcentiæ, nam cùm hic bonum proprium quærat ſemper, nũquam animum extra ſe ponit: Amor autem amicitiæ, cum hominem rapiat in rem amatam per ſe, eius vt bonum non ſibi, ſed illi velit, extra ſe, nempe in re quæ amatur, affectum hominis collocat. Quare obliuionem ſui parit verus amor, efficítque tanquã germanus charitatis filius, vt non quærat homo quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV Chriſti. Sed S. Dionyſius diuiniorem ecſtaſim diuino amori tribuit: cùm enim dixiſſet, illum ecſtaſim facere, addit: *Amatores ſui iuris eſſe non ſinit, ſed in ea quæ amant, penitus transfert. Idcirco &*

Tertia proprietas.

Libr. de Diuinis nomin. cap. 4.

Digitized by Google

Paulus ille magnus cum diuino amore flagraret, exceſſiuè illius virtutis particeps factus: Viuo, inquit, iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: tanquam verus amator mẽtis exceſſum patiens. Audebimus & id loqui, quod ipſe quoque auctor omnium pro amatoria bonitatis magnitudine extra ſe ſit, ad omnia quæ ſunt pertingendo multiplicis prouidentiæ ratione. Hæc ſanctus Pater. Verùm Dei ecſtaſim ab amore eius in nos profectam eſſe ex filij Dei incarnatione, & humanæ naturæ aſſumptione, planè manifeſtum eſt. *Exinaniuit enim ſemetipſum pro nobis, formam ſerui accipiens.* Galat. 2. Philip. 2.

Quarta proprietas diuini amoris eſt cogitare aſſiduè, & in oculis mentis habere Deum, & ita ſanè fieri neceſſe eſt ex eo, quod diximus, amorem nexum eſſe animorum: nõ enim nectit animos, ſi non iungit cogitationes. Et idcirco affectum Deo iungit homo per amorem, quia copulat mentem per cogitationem. Quamuis Dei amor piam de Deo inquiſitionem ita accendit & acuit, vt non niſi de Deo homo cogitare poſſit: immo eius intima quæque penetrare contendat: ſimiliter ad Spiritum ſanctum, qui *amor Dei eſt*, *& ſcrutatur profunda Dei.* Huiuſmodi amanti occurrit Deus non modò inter orandum, ſed etiam in actionibus externis. Res ipſæ creatæ inſtar ſpeculi illi ſunt, in quibus Deum intueatur. *Integer quippe amator Dei*, ait Richardus de ſancto Victore, *quocunque ſe vertit, familiarem habet admonitionem amoris, rebus his pro ſpeculis vtitur, & in omne quod cernit, ſui amatoris ſibi reſultat memoria. Aſpicit cuncta quæ condidit, & quo condiderit fine, & in his non tam admirabilis, quàm amabilis ſibi occurrit: atque ex arrha dilectionis quam præcontulit, ſapienter æſtimat, quanta reſeruauit in dotem. Caſtus profectò columbinúſque oculus amor eſt, qui in rebus humano vſui conceſſis nulla libidine figitur, ſed in tranſitoriis contemplatur æternum.* *Quarta proprietas.* 1. Cor. 2. *De gradibus charit. c. 3.*

Quinta proprietas, Diuinus amor cognitio Dei eſt: neque enim, vt ita dicam, poteſt Deus non ſe cognoſcendum præbere amico adeò ardenter id expetenti, & quantum in ipſo eſt curanti. *Amor ipſe*, ait ſanctus Gregorius, *notitia eſt*. Et ſanctus Auguſtinus loquẽs de Dei luce inacceſſibili: *Qui nouit*, ait, *veritatem, nouit eam, &* *Quinta proprietas.* *Hom. 27. in Euãg.* *Lib. 7. cõfeſſ. ca. 10*

qui nouit eam, nouit æternitatem. Charitas nouit eam. Et alibi rationem huius rei dedit ſic: *Amor vehemens non poteſt non videre quem amat: quia amor oculus eſt, & amare videre eſt.* Quo modo id accidat, explicant hoc modo quidam. Amor guſtatus quidam eſt ſpiritus, igitur cognitio eſt ſpiritualis: ſicut ſenſus guſtatus & ipſe cognitio quædam ſenſus eſt. Hanc ob cauſam dicitur à Dauid: *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* hæc eſt illa ſuauitas & vnctio Spiritus: de qua ſcriptum eſt: *Vnctio eius docebit vos de omnibus.* hæc ſapientia iuſtorum, quam idcirco ſanctus Bernardus definit *ſaporem boni.* Quare hæc cognitio tantum præſtat illi mentis intelligentiæ, quæ ſine amore eſt, quantum ſapientia ſcientiæ. Hæc itẽ adeò nobilis & alta cognitio eſt, vt ſcripſerit illuſtris Doctor: *Inter omnia Dei opera, nullum plus notificat Deũ, & agnoſcere facit illum, ſuámque bonitatem, quam iſta delectatio: qua cum placẽtia ſpirituali recipitur in anima, cum ipſe Deus eam ſecretè viſitat poſtquam ſe profundè humiliauerit ante eius Maieſtatem.* Qua de re S. Ambroſius: *Anima iuſta ſponſa eſt verbi. Hæc ſi deſideret, ſi cupiat, ſi oret, & oret aſſiduè, & oret ſine vlla diſceptatione, & tota intendat in verbum, ſubitò vocem ſibi videtur eius audire quem non videt, & intimo ſenſu odorem diuinitatis eius agnoſcit. quod patiuntur plerumque qui bene credunt. Replentur ſubitò nares animæ ſpirituali gratia, & ſentit ſibi præſentia eius flatum aſpirare quem quærit, & dicit. Ecce iſte eſt, quem requiro, ipſe quem deſidero.* Ex quo fit, vt plerumque maximè antecellat cognitione Dei animus illiteratus: ſed amore Dei flagrans homines alioquin doctiſſimos, ſed Dei amore deſtitutos, aut ſolùm tinctos. Hæc eſt illa Theologia myſtica, quæ ab Dei amantiſſimo Apoſtolo Paulo tradita, diſcipulo Dionyſio explicata deinceps ab eo eſt doctiſſimo illo de Theologia myſtica libro: quam alij plures poſtea & commẽtarijs & præceptis amplificauerunt.

Citatur à Richardo, cap. 3. de gradibus charitatis,
Pſal. 33.
1. Ioan. 2.
Serm. 85. in Cant.
Gulielmus Pariſien. citat. Gerſon. de monte cõtemplat. cap. 8.
Ambroſ. ſerm. 6. in Pſ. 118.

Sexta proprietas: Diuinus amor fortis eſt. Eſt enim, ait Salomõ, *fortis vt mors dilectio.* ſuperat quippe omnia, à re nulla ipſe ſuperatur. Et res creatas quidem ab Dei amore vinci, facilè cernitur in hominibus mundum &

Sexta proprietas. Cant. 8.

Digitized by Google

eius opes contemnentibus propter Deum, nec mundum ſolùm, ſed ſe ipſos, & qua nihil carius, vitam. Sed permirum illud eſt, amorem diuinum vincere etiam Deum ipſum. *Quæſiui*, inquit Deus apud Ezechielem, *de eis virum. qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra ne diſſiparem eam, & non inueni. Quærit Deus*, ait Richardus, *qui ſibi ſe opponat irato, cuius projectò proprium eſt miſereri, peregrinum vlciſci. Charitas igitur ſua fortitudine extentam Dei manum, ne feriat, continet.* Ezec. 22. Cap. 2. de gradibus charitatis.

Septima proprietas eſt: Ita paſcit animam diuinus amor, vt non ſatiet tamen. tanta quippe ſuauitate complet pij amatoris mẽtem cùm adeſt, vt cùm abeſt, quod accidit relabente ad corpus & ad actiones animo, ſolatium ille inueniat nullum niſi in Deo, quẽ diligit. Quare, inquit Propheta, *Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus ſum.* Nihil aliud igitur cogitat, nil quærit aliud, niſi Deum, & hunc quo plus inuenit, plus optat. *Et qui edunt me*, ait, *adhuc eſurient. Non poſſum metiri*, inquit S. Auguſtinus, *vt ſciam quantum deſit mihi amoris ad id, quod ſatis eſt, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur, donec abſcondatur in abſcondito vultus tui. Hoc tantùm ſcio quia malè mihi eſt præter te, non ſolùm extra me, ſed & in me ipſo: & omnis mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt.* Septima proprietas. Pſal. 76. Eccle. 24. Lib. 13. Confeſſ. cap. 8.

Non deſunt aliæ & quidem præſtantes proprietates amoris diuini; ſed non eſt neceſſe ſingulas percurrere præcipuas explicanti: & ex his palàm eſt, Dei amorem mentem, quam tenet, planè occupare, voluntatem quidem vnione, inhæſione, ecſtaſi; intelligentiam inquiſitione & cognitione; Appetitum verò fortitudine & deſiderio, viciſſimque animum amore Dei incenſum poſſe, quantum fas eſt mortali, quaſi vicem referre auctori ſancti amoris, eum ſuper omnia diligendo toto corde, tota mente, tota anima, tota virtute, omnibuſque viribus ſuis.

De gradibus ad diuinum amorem per diuina beneficia.

CAPVT XXII.

Pſal. 24. *Prou. 3.* GRADVS diuini amoris inueſtigaturi, precamur Deũ, vt nobis *vias ſuas demonſtret, & ſemitas ſuas nos edoceat*. ſunt enim *viæ eius pulchræ*, ſed ipſi ſoli notæ, qui eas ſolus ſibi parat & ſternit. Quis enim mortalium Deo non reuelante intellexit vnquã, quomodo primùm ingreſſus in animam Dominus, eam ſibi iungat & copulet per amorem, quâve deinde ratione ſibi ſemel coniũctam deinceps in amore cõtineat, exerceat, promoueat? Nempe ſponſus eſt, qui ſolus nuptialem thalamũ ſubit, *Iſaiæ 24.* ſibique *ſecretum ſuum ſeruat*. Et ſi qui ſic amatur homo id experientia percipit, ſibi ſolus ſcit, non nobis, quia *Apoc. 2.* *nemo nouit, niſi qui accipit*. Conandum tamen ex amicis ſponſi, ex ſanctis inquam Patribus aliquid explorare & accipere; quod ſi non explicet eam vim amoris, quam ſolus Deus intelligit, adumbret certè: & qui nondum ex diuino fonte haurientes qualis ſit diuinus amor ignoramus, ad eius experientiam hac quaſi prægustatione accendamur.

Primus gradus. Apud Patres igitur ſcriptum eſt, primum gradum ad diuinum amorem nobis eſſe creatam naturam: *Omnia* *1. Cor. 3.* *veſtra ſunt*, ait Apoſtolus, *ſuperiora ſcilicet*, (vt ſcribit aut *Lib. de Diligendo Deo, qui ſecundus eſt meditationum S. Auguſt. cap. 3.* Auguſtinus, aut alius pius certè & eruditus Auctor) *ſiue æqualia ſiue inferiora. Superiora quidem noſtra ſunt ad perfruendum, vt Deus Trinitas, Aequalia noſtra ſunt ad conuiuendum, ſcilicet Angeli, qui etſi modò ſint ſuperiores, in futuro erunt æquales. Et inferiora noſtra ſunt, quæ ad vſum nobis ſunt. Ipſiq́ue Angeli in quibuſdam Scripturæ locis nobis inſeruire dicuntur, dum propter nos in miniſterium mittuntur, vt ait Apoſtolus: ſed & ipſe Rex Angelorum voluit miniſtrare, non miniſtrari.* Sanctus Chryſoſtomus eandem rem *Luc 10.* *Hebr. 1.* *Mat. 20.* multis explicat: *Vides*, inquit, *Deum propter te cœlum extendiſſe, accendiſſe ſolem, fundaſſe terram, & maria fudiſſe, &*

aëra pandiſſe, & lunæ diſpoſuiſſe curſus, &c.

S. Bernardus ponderanda cenſet inter tam multa tria inprimis diuina beneficia, quæ in corpus humanum per res creatas deriuat Deus: *Quis alius*, ait, *adminiſtrat cibum omni veſcenti, cernenti lucem, ſpiranti flatum: ſtultum eſt velle enumerare, quæ innumera ſunt, ſatis ad exemplum præcipua protuliſſe, panem, ſolem, & aërem.* Hom. 13. in cap. 4. Actor. De diligẽdo Deo.

Hic iubet diuinus amor, vt res creatas quidem diligamus vt Dei dona; ſed diligamus magis Deum donatorẽ. *Si iſta diligis*, ait S Auguſtinus: *vt ſubiecta dilige, vt famulantia dilige, vt arrham ſponſi, vt munera amici, vt beneficia domini, ſic tamen, vt memineris, ſemper quod illi debeas, nec iſta propter ſe, ſed iſta propter illum: nec iſta cum illo, ſed iſta propter illum, & per iſta illum, & ſuper iſta diligas illum.*

Secundus gradus ad diuinum amorem nos ipſi ſumus. & vt de corpore nihil dicam: *Quærat*, ait S. Bernardus, *homo eminentiora bona ſua in ea parte ſui, qua præeminet ſibi, hoc eſt in anima, quæ ſunt dignitas, ſcientia, virtus. Dignitatem in homine liberum arbitrium dico: in quo ei nimirum datum eſt, cæteris non ſolùm præeminere, ſed & præſidere animantibus: Scientiam verò, qua eandem in ſe dignitatem agnoſcat, non à ſe tamen. Porrò virtutem, qua ſubinde ipſum, à quo eſt, & inquirat non ſegniter, & teneat fortiter, cum inuenerit.* Creſcet autem hic amor in nobis conſideratione S. Auguſtini: *Cogita ô anima, quòd aliquando non fueris, & vt eſſe inciperes, hoc Dei dono acceperis. Dedit autem non ſolùm eſſe, ſed pulchrum eſſe. Adhuc aliquid plus dedit, nos ad ſimilitudinem ſuam traxit, accepiſti autem hoc per dilectionem: non melius quàm per dilectionem rependi poteſt.* Secundus gradus. De diligendo Deo. Cap. 6.

Sed his quæ naturaliter percipi poſſunt etiam ad amorem Dei excitari poteſt infidelis; non ita iis quæ ſequũtur, quæ ad fideles ſolùm pertinere poſſunt.

Tertius gradus ad diuinum amorem eſt Chriſtus Dominus. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Superioribus beneficiis inducuntur homines ad diuinum amorem, at hoc vno non inducuntur ſolùm, ſed trahuntur ac penè coguntur. Hoc certè facto nil potuit Deus, vt ipſe ait, *facere vineæ, quod ipſe non fecerit. Norunt fideles*, ait S. Bernardus, *quàm omnino neceſſariũ* Tertius gradus. Iſaia 5 Lib. de diligendo Deo.

habeant IESVM, & hunc crucifixum, dum admirantes &
amplexantes ſupereminentem charitatem Dei in ipſo, id vel
tantillum quod ſunt, in tanta dilectionis & dignitatis vicem
non rependere confunduntur. Facilè proinde plus diligũt, qui
Luca 7. *ſe amplius dilectos intelligunt. Cui autem minus donatum*
eſt, minus diligit. Iudæus ſanè ſiue Paganus nunquam tali-
bus aculeis incitatur amoris, quales Eccleſia experitur, quæ
Cant. 2. *ait: Vulnerata charitate ego ſum. Et rurſum: Fulcite me flo-*
Ibidem. *ribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. Cernit Regem*
Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua. Cer-
nit vnicum Patris crucem ſibi baiulantem. Cernit cæſum &
conſputum Dominum maieſtatis, cernit auctorem vitæ &
gloriæ confixum clauis, percuſſum lancea, opprobriis ſaturatũ,
tandem illam dilectam animam ſuam ponere pro amicis ſuis.
Cernit hæc, & ſuam magis ipſius animam gladius amoris
tranſuerberat. Pergit deinde S. Bernardus in numerandis
reliquis partibus extremæ Chriſti mortis, ſepulturæ, re-
ſurrectionis, aſcenſionis, miſſionis Spiritus ſancti, & re-
ditus ad iudicium, quæ id ſimul omnia faciunt, vt iis fa-
cibus noſter amor non ſolum accendatur, ſed totus in
Chriſtum & Patrem, qui miſit illum, rapiatur.

Huic tanto amoris diuini incitamento ſubiiciuntur
innũmeri alij amoris eiuſdem gradus & ſtimuli, & ab
eo quaſi ignes ab ardenti fornace in nos emicant; hos
breuiter percurro.

1. Vocatio ad fidem & gratiam Chriſti. O *anima*, inquit
Cap. 7. S. Auguſtinus, *quot & quales in comparatione tui abiecti*
ſunt, qui hanc quæ tibi data eſt gratiam conſequi non potue-
runt. Elegit te, & prælegit te ſponſus tuus, amator tuus,
Rom. 11. *Deus tuus, redemptor tuus; hoc autem gratis: Alioquin gra-*
Suprà 5. *tia iam non eſt gratia, vt inquit Apoſtolus: immo cùm inimi-*
ci eſſemus.

2. Ornamenta virtutum omnium Theologicarum &
moralium. *Hoc etiam ad dilectionem pertinere ſcias*, (ſubii-
cit idem) *quod habet anima vnde te ornare poſſis, nempe*
virtutes, & virtutis actiones. Accedit, quod hæc eadem quo-
ties per peccatum abiicis vel amittis, concedit, inquit, *iterum*
atque iterum, ſi volueris, reparare, videlicet per pœniten-
tiam.

Cogni

Cognitio Dei & noſtri maior quàm aliis multis hominibus data ſit,& perſeuerantia in via mandatorum eius. *Quando cecidi*, ait idem, *erexiſti me: quando ſteti, tenuiſti me. Tu dediſti mihi veriùs agnoſcere te, puriùs diligere te, ſynceriùs credere in te, ardētiùs ſequi te.* O *Domine Deus meus, dulcedo vitæ meæ, lumen oculorum meorum; Quid retribuam tibi pro omnibus, quæ retribuiſti mihi?* 3. Cap.8. Pſ.115.

Singularis ergà vnumquemque noſtrûm cura & prouidentia Dei. *Si fas eſt dicere*, (ſcribit idem) *nihil aliud agit Deus, niſi vt meæ ſaluti prouideat, & cum ita, totum ad ſalutem meam occupatum video, quaſi omnium oblitus ſit, & mihi ſoli vacare velit.* 4.

Viſitatio Dei interior. *Sed ô anima* (pergit idem Sanctus) *quid illud dulce eſt, quod in eius recordatione me tangere ſolet? ſubitò tota innouor, & immutor, & bene mihi eſſe incipit vltrà quàm dicere ſufficiam, exhilaratur conſcientia, in obliuionem venit præteritorum malorum miſeria: exultat animus, clareſcit intellectus, cor illuminatur, deſiderio iucundatur: amore intus teneo, & quid illud ſit neſcio. Et cum illud retinere ſemper laboro, luctatur delectabiliter anima, ne recedat ab eo, quod ſemper amplecti deſiderat. Numquid ille eſt dilectus? verè ille eſt Dominus meus, qui viſitat me, ſed venit inuiſibiliter, venit occultus, venit vt tangat me, non vt videatur à me, venit vt admoneat, non vt ſe totum infundat in me, ſed vt guſtandum præbeat ſe.* 5.

Præſeruatio à peccatis, *Gratiæ tuæ deputo*, ait S. Auguſtinus, *& quæcunque non feci mala.* Et libro antè dicto: *Sicut in multa peccata decidi, ſic in multo plura, niſi me conſeruaſſes, cecidiſſem. Tribus autem modis à peccato me memini conſeruatum, occaſionis ſubtractione, reſiſtendi data virtute, affectionis ſanitate.* 6. Lib.2. Confeſſ. cap.7. Cap.12.

Merita bonorum operum, & vitæ æternæ ſpes, *Poſthac*, ait, *dedit mihi Deus gratiam promerendi bona vitæ æternæ, quam in tribus maximè poſitam arbitror, In odio præteritorum malorum, In contemptu præſentium bonorum, In deſiderio futurorum. Addidit ſpem eadem obtinendi. Tria conſidero, in quibus ea poſita eſt, charitatem adoptionis, veritatem promiſſionis, poteſtatem redditionis.* 7.

Vocatio ad vitam ſpiritualem & perfectam per 8.

tribulationes & conſolationes. *Magna* (ait idem) *gratia fuit, quòd me Deus à ſe fugientem perſecutus eſt, timenti blanditus, quòd erexit in ſpem totius deſperatum, quòd ſuis obruit beneficijs ingratum, quòd guſtu interioris dulcedinis immundis aſſuetum delectationibus attraxit & illexit, quòd*
Cap.15. *indiſſolubilia malæ delectationis vincula dirupit, & abſtractum ſeculo benignè ſuſcepit. Adhuc anima, illa, quibus tibi ſola conſcia es, diuinæ bonitatis inſpice munera, quam iucunda facie abrenunciãti ſæculo tibi Chriſtus occultus occurrit? quas eſurienti delitias præparauit? quas miſerationum ſuarum diuitias & abſconditos inſpirauit affectus? quo te charitatis poculo delectauit?* Vide tu reliqua.

9. Cap.16. Mors Chriſti filij Dei. Ante diximus datum, ſed nondum ad mortem. *Quod me plus omnibus accendit* (ſcribit S Auguſtinus) *urget, monet, & promouet ad te diligendum, ſuper omnia, inquam amabilẽ te mihi reddidit, ô bone IESV, ignominioſiſſima & amara mors eſt quam ſuſtinuiſti opus noſtræ redemptionis. Hoc ſolum, vel hoc omnino totam vitam noſtram, totum laborem noſtrum, totum obſequium noſtrum, amorem denique noſtrum facilè ſibi vendicat: totum hoc, inquam, eſt, quod deuotionem noſtram & excitat meliùs, & quærit ſuauiùs, & auget ampliùs.*

10. Cap. 17. Promiſſiones Dei. *Magna*, ait, *dedit, ſed maiora promiſit. Promiſit à labore requiem, à ſeruitute libertatem, à timore ſecuritatem, à mœrore conſolationem, à morte reſurrectionem à reſurrectione ſummum, plenum, & indeficiens gaudium, denique promiſit nobis ſeipſum.*

11. Cognitio denique æternæ felicitatis etiam in hac vita, *Amemus vnum bonum, in quo ſunt omnia bona:* Concludit idem pius auctor.

De gradibus amoris Dei erga homines, eiúſque mirabilibus effectibus.

CAPVT XXIII.

HACTENVS de iis, quibus quaſi gradibus ad Deum amandum conſcendendum nobis eſt, nunc agendum breuiter de amore, quo Deus amando ad nos quodam modo deſcendit.

Æternus eſt amor Dei in nos. *Dilexit enim nos*, ait Apoſtolus, *ante mundi conſtitutionem.* *Epheſ.* 1.

Conſtans. *In Charitate enim perpetua*, inquit, *dilexi te.* 2. *Hiere.* 31.

Actuoſus, quandoquidem Deum diuina eius bonitas & amor adduxit ad creandum mundum, & in mundo angelos & homines. Item ad conſeruanda ea, quæ producta ab illo fuerant, hominem in primis: Denique ad regēdum mundum: hominem verò ſingulari etiam prouidentia gubernandum. 3.

Induſtrius: Non enim Dei amor Deum mouet ad hominis curam quamcumque gerendam, ſed illi, vt ita dicam, iniicit induſtriam, ſtruit ſolicitudinem, efficitque vt ſit verus ac germanus amicus, qui vt amicum iuuet, ſe ad illius ingenium naturámque accommodat, Sic enim habet Salomon de diuina Sapientia, quæ huius amicitiæ inuentrix & conciliatrix eſt: *Quoniam dignos ſeipſa circuit quærens, & in vijs oſtendit ſe illis hilariter; & in omni prouidentia occurrit illis.* 4. *Sap.* 6.

Patiens. *Diſſimulat enim Deus peccata hominum propter pœnitentiam*, & redeuntibus ad ſe per pœnitentiam libenter peccata condonat, & obuiam amantiſſimè procedit. 5. *Infrà* 11.

Habens perfectiones omnium amorum. Paſtoris: *Dominus enim*, ait Dauid, *regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.* Opificis: *Ipſe enim fecit nos.* Domini: *Ego enim ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Legiſlatoris: *Notas enim nobis fecit vias vitæ, & ambulabunt recti cum vultu eius: cuius lumen ſignatum eſt ſuper nos.* Patris: *Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te,* (vel *genuit ad ſimilitudinem ſuam*) *& fecit & creauit te*? Matris: *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? etſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.* Sponſi: *Et ſponſabo te mihi in ſempiternum.* 6. *Pſal.* 22. *Pſal.* 99. *Pſal.* 115. *Pſal.* 3. *Pſal.* 4. *Deu.* 32. *Iſaiæ* 49. *Oſeæ* 2.

Efficax. *Dedit enim nobis Filium: Pro nobis omnibus tradidit illum.* Dedit Sacramenta & ſacrificium Euchariſtiæ, in quo re continetur, & offertur ipſe vnicus & virtus Dei Filius factus homo. Dedit gratiam & virtutes, Vicarium Chriſti in terris conſtituit, cum poteſtate in Eccleſia dimittendi peccata: Paſtores item & Doctores, 7. *Iſaiæ* 9. *Rom.* 8.

Dictauit ſcripturam ſacram;dedit præcepta ſalutis,conſilia perfectionis : reliquit futurorum quorundam certam fidem & prædictionem,præſertim ſtatus futuræ vitæ: vocat & portat ad ſalutem electos.

8. Vehemens,ardens, feruens, ardoréſque mirabiles gignens in nobis, quibus tranſcendit & extinguit omnem alium amorem , etiam prolis,etiam coniugis,etiam noſtrimet. Qua de re egregiè Richardus de S.Victore:qui huius , quam appellat violentam charitatem , quatuor gradus diſtinguit, his ferè verbis: *Charitas vulnerat,ligat,languidum facit,in defectum adducit:Vulnerat.Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa. Ligat: In funiculis Adam traham eos,in vinculis charitatis. Languidum facit: Annunciate ei,quia amore langueo. In defectum adducit: Defecit in ſalutare tuum anima mea.*

Tractatu de 4 gradibus violentæ charitatis.
Cant.4.
Oſea 1.
Cant.5.
Pſal.118.

Primus gradus.

Sic explicat primum gradum; *Nónne tibi corde percuſſus videtur,quando igneus ille amoris aculeus mentem hominis medullitus penetrat , affectúmque tranſuerberat interim, vt deſiderij ſui æſtus cohibere vel diſſimulare omnino non valeat. Deſiderio ardet,feruet affectu,æſtuat,anhelat,profundè ingemiſcens, & longa ſuſpiria trahens.hæc tibi animæ vulneratæ certa ſigna ſint gemitus atque ſuſpiria,vultus pallens atque tabeſcens. Hic tamen gradus interpolationem recipit, & incumbentium negotiorum curis & ſolicitudinibus cedit. Febricitantiũ itaque more qui hoc typo vexãtur nunc acriùs vruntur,nunc occupationum ſuarum occaſione aliquantulum recreantur. Sed iterum poſt modicam interpolationem æſtuãs, ardor feruentior redditur,animúmque iam fractum acriùs incendit,& vehementiùs vrit.*

Secundus gradus.

Secundum ſic: *Sæpe itaque recedens , ſempérque ſeipſo maior radiens, paulatim animum emollit , viréſque effringit, atque exhaurit , donec planè animum ſibi ſubigat atque ſubſternat,iugíque ſui memoria totum occupet , totum implicet, totum obliget,ita vt hoc ei excidere aut aliud cogitare non poſſit,& iam de primo gradu ad ſecundum tranſit. Nónne ligatus eſt animus, quando hoc vnum obliuiſci aut aliud meditari non poteſt , quicquid agat , quicquid dicat, hoc ſemper mente reuoluitur , perennique memoria retinetur, hoc dormiens ſomniat , hoc vigilans , omni hora retractat. Hic gra-*

dus ,non

dus, non ſicut ille ſuperior, aliquam interpolationem recipit; ſed acutæ febris more, continuo ardore animum vrit, iugique deſiderij ſui æſtu incendit, nec die nec nocte animam quieſcere ſinit.

Tertium ſic proſequitur: *Summus eſt ſecundus ſed non ſolus. In tertio itaque violentæ charitatis gradu nihil omnino ſatisfacere poteſt præter vnum, ſicut & nihil ſapere, niſi propter vnum. Vnum amat, vnum diligit, vnum ſitit, vnum concupiſcit, ſolum eſt, in quo reficitur, ſolum, ex quo ſatiatur. Quis affectus huius tyrannidem dignè deſcribat? quomodo omne deſiderium expellit, omne ſtudium excludit. In ſecundo gradu alienis negotijs per actionem vtique occupari poteſt, ſed per cogitationem non poteſt; quia eius, quod diligit, omnino obliuiſci non poteſt. In hoc autem gradu mens tabida, & amoris nimietate languida, ſicut non poteſt alia meditari, ſic nec poteſt aliena operari. Ille ligat in cogitatione, iſte eneruat in actione. Illo gradu manus & pedes adhuc liberos habemus & febricitantis more huc atque illuc extendere atque iactare poſſumus quia pro diſcretionis arbitrio adhuc eos extendere & in bono exercere & poſſumus & debemus. In hoc autem gradu amoris nimietas, ad languoris ſimilitudinem, manus ac pedes eneruat, vt deinceps mẽs nihil prorſus pro arbitrio agat.* *Tertius gradus.*

Quartus (pergit Richardus) *violentæ charitatis gradus eſt, quando æſtuantis animi deſiderio iam omnino nihil ſatisfacere poteſt. Hic gradus quia humanæ poſſibilitatis metas ſemel exceſſit, creſcendi, vt cæteri, terminum neſcit, quia ſemper inuenit, quod adhuc concupiſcere poſſit. Quicquid agat, quicquid ſibi fiat, deſiderium ardentis animæ non ſatiat, ſitit, & bibit, bibendo tamen ſitim ſuam non extinguit; ſed quo amplius bibit, eo amplius & ſitit. Hic eſt ille gradus, qui defectum adducit, qui de remedio iam deſperare facit: Et ſic deſperatus æger, qui quaſi præmortuis membris iacet, iam vlterius quid agat, vel ab alio expectare debeat, non habet. Vltimum iam ſpiritum trahit, & quid circa ſe agatur, vel quid ſibi fiat, nec attendit, nec aduertit. In hoc gradu verum eſt illud: Fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Addit his alia multa idem auctor, & interea explicat latè quomodo in quarto gradu anima concipit Chriſto filios, eidémque parturit cum Apoſtolo: & ambulabat *Quartus gradus.* *Cant. 8.* *Gal. 4.* *Rom. 9.*

in dilectione, animam ſuam tradit ſicut Chriſtus pro fratribus, & cum Paulo optat pro iiſdem anathema eſſe à Domino, vt fratres Domino lucretur.

Quare diuinus amor non ita languefacit, aut in defectum adducit, vt voluntatem debilitet, ſed potiùs etiam in medio dolore ac deſiderio ſponſi eam roborat ad explendam omnem Dei voluntatem in rebus etiam difficillimis, qualis eſt animarum ſalus. *Si enim adhuc*, dicebat ſanctiſſimus vir Martinus, *populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.* Et hic eſt quartus ſponſæ ſtatus, quem ſuperiùs ex Canticis exprimebamus: illa inquam conformitas voluntatis humanæ cum voluntate diuina, quæ vel ipſa eſt amoris perfectio, vel perfecti amoris ſingularis proprietas, de qua nunc aliqua dicenda ſunt.

De conformitate noſtræ voluntatis cum diuina, déque proxima ad eam præparatione.

CAPVT XXIV.

SVPREMVS amicitiæ humanæ gradus eſt amicorum eſſe idem velle & idem nolle. Hunc etiam ſummum eſſe in amicitia Dei & hominis, perſpicuum eſt per ſe, & aſſeritur à Patribus.

Lib. 10. Confeſ. c.16. Sanctus Auguſtinus ait, hominem ſic affectum eſſe optimum Dei miniſtrum: *Optimus miniſter tuus eſt, qui non magis intuetur hoc à te audire quod ipſe voluerit: ſed potiùs hoc velle, quod à te audierit.* *Colla. 11. c. 8.* Caſſianus videtur eam appellare *tranſmigrationem in affectum boni ipſius.* Siquidem vt S. Dionyſius ſcribit, *De diuinis nominibus. c. 4. par. 1.* *dimouet de ſtatu diuinus amor, nec ſuos eſſe amantes patitur.*

Sed nullus conformitatem hanc voluntatum in diuina amicitia vberiùs explicat aut magis celebrat, quàm S. Bernardus, ex quo ea, quæ ille variis locis ſcribit, colligentes, ſic diſponere viſum eſt.

Homi. 3. ſuper Miſſus eſt. Primò enim per conformitatem voluntatum affirmat Deum propria ratione in bonis exiſtere, & ab eis

capi,

capi. *Deus*, inquit, *à rationalibus omnibus capi poteſt per cognitionem; ſed à bonis tantùm capitur etiam per amorem. In ſolis ergo bonis ita eſt, vt etiam ſit cum ipſis propter concordiam voluntatis. Nam dum ſuas voluntates iuſtitiæ ſubdunt, vt Deũ non dedeceat velle quod ipſi volũt, per hoc, quod ab eius volũtate non diſſentiunt, Deũ ſibi ſpecialiter iungunt.*

Tres deinde ex doctrina & ſententia eiuſdem Patris ſtatui poſſe videntur conformitatis huius gradus. *Primus gradus. Conformitas.*

Primus conformitatis gradus eſt conſpiratio duarum voluntatum humanæ & diuinæ in vnam, qua ſibi mutuò in omnibus ſumméque conſentiunt Deus & homo: ex hac exiſtunt in hominis animo diuini planè effectus, maxima nimirum communicatio familiaritáſque cum Deo, atque adeò ſpirituales nuptiæ: mira voluptas, quâ perfunditur anima; æſtus denique tantus diuini amoris, vt eo abſorbeantur omnes aliæ animæ etiam vehementes altéq; defixę affectiones. Sic habet S. Bernardus: *Talis conformitas maritat animam Verbo, cum cui videlicet ſimilis eſt per naturam, ſimilem nihilominus ipſe ſe exhibet per voluntatem, diligens ſicut dilecta eſt. Ergo ſi perfectè diligit, nupſit. Quid hac conformitate iucundius? Quid optabilius charitate? qua fit vt humano magiſterio non contenta per temet ô anima fiducialiter accedens ad Verbum, Verbo conſtanter inhæreas, Verbum familiariter percunteris, conſuléſque de omni re, quantum intellectu capax, tantum audax deſiderio. Verè ſpiritualis ſanctique connubij contractus eſt iſte. Parum dixi, contractus, complexus eſt. Complexus planè vbi idem velle & nolle idem vnum facit ſpiritum de duobus. Nec verendum, ne diſparitas perſonarum claudicare faciat conuenientiam voluntatum, quia amor reuerentiam neſcit. Ab amando quippe amor, non ab honorando nominatur. Honoret ſanè qui horret, qui ſtupet, qui metuit, qui miratur. Vacant hæc omnia penes amantem. Amor ſibi abundat, amor vbi venerit; cæteros in ſe omnes traducit & captiuat affectus. Propterea quæ amat, amat, & aliud nouit nihil. Ipſe qui honori meritò, meritò ſtupori & miraculo eſt, amari tamẽ plus amat. Sponſus & ſponſa ſunt. Quam quæris aliam inter ſponſos neceſſitudinem vel connexionem, præter amari & amare? Hic nexus vincit etiam quod natura arctiùs vinxit, vinculum* *Ser. 38. in Cant.*

parentum ad filios. Et cùm declaraſſet, alios affectus ſine amore Deo gratos non eſſe, addit: *Is* (nempe amor) *per ſe ſufficit, is per ſe placet, & propter ſe: Ipſe meritũ, ipſe præmium ſibi eſt amor, præter ſe non requirit cauſam, non fructum. Fructus eius vſus eius. Amo quia amo. Amo, vt amem. Magna res amor, ſi tamen ad ſuum recurrat principium, ſi ſuæ origini redditus, ſi refuſus ſuo fonti, ſemper ex eo ſumat, vnde iugiter fluat.*

Quod ſi obiicias ſancto Bernardo non pares in hac amicitia voluntates eſſe poſſe, quòd diuina humanam tanto interuallo ſuperet, quamuis dici poſſet, hîc tantam
Cic. de Amicitia. eſſe Dei dignationem, vt ſe, *qui ſuperior eſt, amando quaſi parem faciat* homini, *quod maximum in amicitia* exiſtimatur à ſapientibus: nihilominus reſpondet ſanctus Pater: *Non planè pari vbertate fluunt amans & amor, anima & verbum, ſponſa & ſponſus, Creator & creatura, non magis quàm ſitiens & fons. Quid ergo? Peribit propter hoc, & ex toto euacuabitur nupturæ votum, deſiderium ſuſpirantis, amantis ardor, præſumentis fiducia, quia non valet ex æquo currere*
1. Ioan. 4. *cum gigante, dulcedine cum melle contendere, lenitate cum agno, candore cum lilio, charitate cum ſole, charitate cum eo, qui charitas eſt? Non. Nam etſi minus diligit creatura, quoniam minor eſt, tamen ſi ex tota ſe diligit, nihil deeſt vbi totum eſt. Propterea dixi, ſic amare nupſiſſe eſt: quoniam non poteſt ſic diligere, & parũ dilecta eſſe, vt in conſenſu duorum integrum ſtet perfectúmque connubium, niſi quis dubitet, animam à Verbo & priùs amari & plus: prorſus & præuenitur amando & vincitur. Felix qui meruit præueniri in tanta benedictione dulcedinis. Felix, qui tantæ ſuauitatis complexum experiri donatum eſt. Quod non eſt aliud, quàm amor ſanctus & caſtus, amor ſuauis & dulcis, amor tantæ ſecuritatis, quãtæ & ſinceritatis: amor mutuus, intimus, validúſque, qui non in carne vna, ſed vno planè in ſpiritu duos iungat, duos faciat,*
1. Cor. 6. *iam non duos, ſed vnum, Paulo ita dicente: Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt.*

Secundus gradus. Vniformitas. Secundus conformitatis gradus eſt, cùm humana voluntas non ſolùm vult quod Deus vult, aut non vult, quod nec Deus vult, ſed propter hoc ipſum ſolum velle Dei vult, quod vult & non vult, quod non vult propter

idem Dei non velle, quod eſt idem ac moueri ad volendum & non volendum propter diuinam voluntatem ſolùm, atque adeò propter Deum ipſum, & nullam prorſus ob aliam quamcunque cauſam, etiamſi nos maximè & intimè tangat.

Hoc autem explicatur dupliciter. Primo quidem, quia amat tunc homo ipſum Deum allectus ad amandum ſolùm ab ipſo Deo, ſeu ab amore Dei, vt vocant, obiectiuo, nec aliud quærens quàm amare, quandoquidem hoc ipſum Deo ſummè placere intelligit. *Amo quia amo*, ait ſanctus Bernardus, *& amo vt amem.* In quam ſententiã ſcriptũ etiam fuerat à S. Auguſtino: *Quid mihi ſũ ipſe, vt amari te iubeas à me, & ni faciã iraſcaris mihi & mineris ingẽtes miſerias? Paruáne ipſa eſt miſeria, ſi nõ amẽ te*

Primo modo.

Ibidem.

Libr. 1. confeſſ. cap. 5.

Deinde verò intelligitur velle nos Dei voluntatem propter ipſam volũtatem, quæ id vult nos velle: *Oportet*, dicit idem, *in eundem nos affectum quandocunque tranſire, vt quomodo Deus omnia eſſe voluit propter ſemetipſum, ſic nos quoque nec nos ipſos nec aliud aliquid fuiſſe vel eſſe velimus, niſi æquè propter ipſum, ob ſolam videlicet ipſius voluntatem, non noſtram voluptatem.*

2.

Libr. de diligendo Deo.

Tertius gradus conformitatis huius & quidem maximus eſt, ita ſe per amorem in Deum transfundere, ita totius voluntatis ſuæ niſu ac pondere in immenſum Oceanum amabiliſſimæ & amantiſſimæ Dei voluntatis immergere, ita denique per ſummam conſtantiſſimamque duarum voluntatum coniunctionem eandem in Dei beneplacito rebus in omnibus perpetuoque acquieſcere, vt illi nullum omnino bonum nulla omnino vita quantumlibet beatiſſima potior ſit quàm Deus, nihil ſcire, cogitare, ac velle nihil, immo nec eſſe, & viuere niſi Dei placitum & voluntas. *Sic affici*, ait ſanctus Bernardus, *Deificari eſt*, quo etiam nomine vtitur ſanctus Nazianzenus. quare & quidam hanc appellant *Deiformitatem*. Explicat idem hoc modo: *Quo modo ſtilla aqua modica multo infuſa vino, deficere à ſe tota videtur, dum & ſaporem vini induit & colorem: & quo modo ferrum ignitum & candens, igni ſimillimum fit priſtina propriáque forma exutum: & quomodo ſolis luce perfuſus aër, in*

Tertius gradus Deiformitas.

Libr. de diligendo Deo. Orat. 21.

eandem transformatur luminis charitatem, adeò vt non tam illuminatus quàm ipſum lumen eſſe videatur: ſic omnen tunc in ſanctis humanam affectionem quodam ineffabili modo neceſſe erit à ſeipſa liqueſcere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem. Et quanquam ſanctus Bernardus dicit in mortali vita id vix accidere: *Putamus tamen,* ait *hanc gratiam vel ex parte ſanctos Martyres aſſecutos in illis adhuc victorioſis corporibus conſtitutos. Magna vis prorſus amoris illas animas introrſum rapuerat, qua ita ſua corpora foris exponere & tormenta contemnere valuerunt.*

Quoniam verò in arcana hac communicatione mutuò ſibi reſpondent voluntates ambæ, altera in altera ſumma amoris ſuauitate quieſcens: ideo ſancti Patres comparant mutuum hunc amorem mutuæ actioni, qua Deus ſeipſo paſcit hominem, homini ore interno, voluntate videlicet, ſe manducandum præbens: & viciſſim ah homine paſcitur Deus, dum homo per amorem in eius voluntatem quaſi in eos eius ſe totum ingerit. Quod ſignificat ſanctus Auguſtinus, cùm in contemplatione poſitus intelligit quàm adhuc longè abſit ab hoc perfectionis gradu, Deo ad eius cor ita loquente: *Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me: nec tu me in te mutabis ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* Sed expreſsè ſanctus Bernardus: *Deus cùm paſcit, paſcitur: & paſcitur cum paſcit, ſimul nos ſuo gaudio ſpirituali reficiens, & de noſtro æquè ſpirituali profectu gaudens.* Et paulo pòſt: *Mandor, cùm arguor: glutior, cùm inſtituor: decoquor, cùm immutor: digeror, cùm transformor: vnior, cùm conformor. Nolite mirari hoc: & manducat nos, & manducatur à nobis, quo arctiùs illi adſtringamur. Non ſanè alias perfectè vnimur illi. Nam ſi manduco & non manducor, videbitur in me eſſe illi, ſed nondum in illo ego. Quòd ſi manducor quidem nec manduco, me in ſe habere ille, ſed non etiam in me eſſe videbitur.* Adfert ſimilitudinem Filij Dei, qui eſt in Patre, & Pater eſt in Filio, & ideo vnùm ſunt. Et concludit, *Sic igitur anima, cui adhærere Deo bonum, non antè ſe exiſtimet ipſi perfectè vnitatem, niſi cùm & illum in ſe & ſe in illo manentem perſenſerit.*

Libr. 7. Confeſſ. cap. 10.
Ser. 71. in Cant.
Ioan. 10.
Pſal. 72.

Digitized by Google

Ad diuinam hanc & ſummam hominis cum Deo coniunctionem tribus præparationibus opus eſt.

Prima præparatio eſt renunciatio omnium rerum, etiam ſupernaturalium, quæ ad nos quoquo modo pertinent, aut poſſunt pertinere præ ſolius Dei eiúſque voluntatis amore & deſiderio, quam aliqui vocant *expropriationem*. Abdicatio certè eſt omnis amoris concupiſcentiæ etiam circa res ſpirituales: non quòd hæ amandæ non ſint & expetendæ, ſed quòd illis Dei voluntas longè anteponenda eſt: nec illæ optandæ vllo modo ſunt, niſi ad normam vnius voluntatis Dei. *Minus enim te amat*, ait S. Auguſtinus, *qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat*: Et certum eſt, cùm ſiſtit amor in rebus alijs, quæ Deus non ſunt, amari potiùs illas, aut nos in illis, quàm Deum. *Quoniam Scriptura loquitur*, ait S. Berdus, *Deum omnia feciſſe propter ſemetipſum, erit profectò, vt factura ſeſe quodammodo conformet & concordet auctori.* Et paulo pòſt: *Delectabit ſanè non tam noſtra vel ſopita neceſſitas, vel ſortita felicitas, quàm quòd eius in nobis vel de nobis voluntas adimpleta videbitur. O pura & defœcata intentio voluntatis, eo certè defœcatior & purior, quo in ea de proprio nil iam admixtum relinquitur: eo ſuauior & dulcior, quo totum diuinum eſt, quod ſentitur.*

Prima præparatio. Expropriatio.

Lib. 10. confeſſ. cap. 29.

Libr. de diligendo Deo.

Prou. 16.

Secunda præparatio eſt altiſſima quædam ſui ipſius deſpectio, qua quòd ex nobis nihil ſimus agnoſcimus, & verò etiam vt ſit Deus omnia in omnibus, nos ex nobis nihil eſſe, vehementiſſimè volumus, & nihil ab hominibus Angeliſque haberi non minùs vehementer optamus. Hanc appellāt aliqui annihilationem aut annullationem voluntariam. *Intelligamus*, ait S. Nazianzenus, *nos nihil eſſe, ſi cum illa prima & vera ſapientia conferamur, eámque ob rem ad ipſum vnum tendamus, nec quicquam aliud quæramus, quàm vt promanantibus illinc radijs colluſtremur*, Et Tertulianus (libro tertio contra Marcionem) verbum Pſalmi (Pſal. 21.) *abiectio plebis* legit aut vertit *nullificamen*.

Secunda præparatio. Annihilatio.

1. Cor. 15.

Orat. 17.

Hæc affectio conciliatur & creatur in nobis diuinitus ex cognitione quòd nihil fuimus, anteqā eſſemus. Quòd in nihilū nullo negotio relaberemur, niſi diuina

manu continuò ſuſtineremur. Quòd ſi conferamus nos ipſos cum tam multis alijs rebus creatis: exiles ſumus, minuti homunciones, ac propè nihil: ſi cum rebus ſempiternis, fumum nos eſſe ac vmbram, puncto temporis euaneſcentem. Megis tamen attenta conſideratione peccatorum & miſeriarum, quibus, obruimur. Quod præclarè ſanctus Bernardus: *Si animam*, inquit, *prout in ſe eſt, & ex ſe, iuxta rei veritatem intueor, nihil de ea veriùs ſentire poſſum, quàm ad nihilum eſſe redactam. Quid modò neceſſe eſt ſingulas eius miſerias enumerare, quàm ſit onerata peccatis, offuſa tenebris, irretita illecebris, pruriens concupiſcentiis, obnoxia paſſionibus, impleta illuſionibus, prona ſemper ad malum, in vitium omne procliuis, poſtremò totius confuſionis & ignominiæ impleta. Nimirum ſi ipſæ quoque iuſtitiæ noſtræ omnes ad lumen veritatis inſpectæ, velut pannus menſtruatæ inueniuntur, iniuſtitiæ deinceps quales reputabuntur? Si lumen quod in nobis eſt tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Facile eſt cuique noſtrum, ſi ſua meliùs vniuerſa & ſine diſſimulatione veſtiget, & iudicet ſine acceptione perſonæ, atteſtari per omnia Apoſtolicæ veritati, & liberè proclamare: Qui ſe putat aliquid eſſe cùm nihil ſit, ipſe ſe ſeducit. Quid eſt homo, quia magnificas eum, (ait fidelis & deuota confeſſio) aut apponis erga eum cor tuum? Quid? ſine dubio vanitati ſimilis eſt homo, ad nihilum redactus eſt homo, nihil eſt homo.* Huc ſpectant fortaſſe illa S. Auguſtini in oratione verba: *Et reuerberaſti infirmitatem aſpectus mei radians in me vehementer, & contremui amore & horrore, & inueni longè me eſſe à te in regione diſſimilitudinis.*

Serm. 5. in Dedicat. Eccleſiæ. — Iſaiæ 64. — Matt. 6. — Galat. 6. — Iob 7. — Pſal. 38. — Libr. 7. Confeſſ. cap. 10.

De hac affectione & gradu ad diuinum amorem, qui in ea eſt, ſic alibi docet S. Bernardus: *Quando huiuſmodi experitur affectum, vt diuino inebriatus amore animus, oblitus ſui, factúsque ſibi ipſi tanquam vas perditum, totus pergat in Deum, & adhærens Deo vnus cum eo ſpiritus fiat, & dicat: Defecit caro mea & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: Beatum dixerim & ſanctum, cui tale aliquid in hac mortali vita, rarò interdum, aut vel ſemel, & hoc ipſum raptim, atque vnius vix momenti ſpatio experiri donatum eſt. Te enim quodammodo perdere tanquam qui nó ſis, &*

Libr. de diligendo Deo. — 1. Cor. 6. — Pſal. 72. — Tertia prepara-

Digitized by Google

omnino nō ſentire te ipſum, & à temetipſo exinaniri, & penè annullari, cœleſtis eſt cōuerſationis, non humanæ affectionis. tio. Deſiderium Dei.

Tertia præparatio eſt deſiderium Dei, animæ in hūc finem à Deo inſpiratum. *Inuoco te in animam meā*, ait S. Auguſt. *quam præparas ad capiendum te ex deſiderio, quod inſpiras ei.* Qua de re etiam S. Bernardus nonnulla ſcribit: *Si ſermo*, inquit, *venit gratus & placidus, quatenus pulſo faſtidio, cum deſiderio audiatur: iam non modò venire ſponſus, ſed & accelerare, id eſt, cum deſiderio venire credendus eſt. Illius namque deſiderium tuum creat: & quod tu eius properas ſermonem admittere, inde eſt, quòd ipſe feſtinat intrare. Non enim nos eum, ſed ipſe (inquit) prior dilexit nos.* Ex quo etiam intelligimus quantum momentum ſit in lectione aut auditione verbi diuini ad deſiderium hoc excitandum, & ſponſo aduentanti animam præparandam.

Lib. 13. Confeſſ. cap. 1.

Ser. 57. in Cant.

1. Ioan. 4.

Exempla quædam ex ſanctis Patribus ad vſum contemplationis & amoris Dei.

CAPVT XXV.

QVanquam vſus contemplationis & amoris Dei donum Dei eſt; Ipſe enim eſt *qui traxit nos, ipſe qui facit vtraque vnū*: & is ipſe vſus *datum optimum eſt, & donū perfectum deſcendens à Patre luminum.* Nihilominus operæpretium eſt, ad acuendam induſtriam, quā ad hāc rem adferre etiam debemus, ex ſanctis Patribus aliqua exercitationis huius exēpla ponere, ad quæ quiſque pro ratione doni, quod diuinitus acceperit, poſſit ſe tanquā ad normam quoquo modo dirigere. *Non enim ſe cōmunicat Deus*, vt ſcribit S Bernardus, *vniformiter omnibus: oportet nāque pro varijs animæ deſiderijs diuinæ guſtū præſentiæ variari, & infuſum ſapore ſupernæ dulcedinis diuerſa appetentis animi aliter atque aliter oblectare palatum.* Idque oſtendit vel ex vno Cantico Canticorum, in quo Deus aliquando inſtar verecundi ſponſi ſanctæ animæ

Epheſ. 2. Iacob. 1.

Ser 31. in Cant.

ſecretos petit amplexus, & oſculis delectatur: aliquando in oleo & vnguentis medicum exhibet propter adoleſcentulas teneras, & infirmas animas fomentis & medicamentis egentes: aliquando quaſi viator quiſpiam itinerantibus ſponſæ ſimul atque adoleſcentulis ſeſe aſſociat, & eas poſt ſe currere facit quadam vnguentorum ſuaueolentia tractas. Aliquando denique occurrit quaſi prædiues paterfamilias, immo quaſi Rex magnificus & potens, qui ſponſæ pauperis videtur erigere puſillanimitatem, prouocare cupiditatem, demonſtrans illi omnia deſiderabilia gloriæ ſuæ, diuitias torcularium ac promptuariorum, hortorum, & agrorum copias, eam etiam introducens in ipſa ſecreta cubiculi. *Atque ita non ceſſat*, inquit, *ſiue hoc, ſiue illo modo interno iugiter apparere conſpectui quærentium ſe.*

Primum exemplũ. Igitur aliquando obiicit ſe Deus homini vt magiſter, ſpecie pulcherrima animum illuſtrans, & infinitæ altitudinis atque diſtantiæ, qua eum ſuperat cognitione, erudiens ad omnem ſubmiſſionem & reuerentiam.

Lib. 7. Confeſſ. cap. 10. Exemplum ſit cõtemplatio S. Auguſtini ab eo ſumpta in hæc verba: *Intraui in intima mea duce te. Intraui, & vidi qualicunque oculo animæ meæ, ſupra eundem oculum animæ meæ, ſupra mentem meam lucem Domini incommutabilem, non hanc vulgarem & conſpicuam omni carni, nec quaſi ex eodem genere. Grandior erat, tanquam ſi iſta multo multóque clariùs clareſceret, totúmque occuparet magnitudine: non hoc illa erat, ſed aliud, aliud valde ab iſtis omnibus. Nec ita erat ſupra mentem meam, ſicut oleum ſuper aquam, nec ſicut cælum ſuper terram: ſed ſuperior, quia ipſe fecit me, & ego inferior, quia factus ſum ab ea. Qui nouit veritatem, nouit eam: & qui nouit eam, nouit æternitatem. Charitas nouit eam, O æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas. Tu es Deus meus, tibi ſuſpiro die ac nocte, cùm te primùm cognoui, tu aſſumpſiſti me, vt viderem eſſe, quod viderem, & nondum me eſſe, qui viderem: & reuerberaſti infirmitatem aſpectus mei, radians in me vehementer, & contremui amore & horrore, & inueni longè me eſſe à te in regione diſſimilitudinis, tanquam audirem vocem tuam de excelſo: Ci-*

bus

Digitized by Google

bus ſum grandium, creſce, & manducabis me: nec tu me in te mutabis ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me. Et cognoui quoniam pro iniquitate erudiſti hominẽ, & tabeſcere feciſti ſicut araneam animam meam, & dixi: Numquid nihil eſt veritas, quoniam neque per finita neque per infinita locorum ſpatia diffuſa eſt? Et clamaſti de longinquo, Immo verò ego ſum qui ſum: & audiui, ſicut auditur in corde, & non erat prorſus vnde dubitarem. Pſal. 38. Exod. 3.

Aliquando vt moueat admirationem, vti Rex magnificentiſſimus, explicat Deus immenſas opes Eſſentiæ ſuæ, & ſe quaſi Oceanum maximarum infinitarúmque perfectionum ſuarum homini contemplandum præbet. Hac contemplatione tenebatur Apoſtolus, cùm exclamauit: O *altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei.* Sed eam explanat S. Auguſtinus, vno quidem loco, cùm dicit: *Tanquam ſi mare eſſet vbique & vndique per immenſa ſpatia infinitum, & haberet intra ſe ſpongiam quamlibet magnam, ſed finitam, tamen plena eſſet vndique ſpongia illa ex omni ſua parte ex immenſo mari: ſic creaturam tuam finitã te infinito plenam putabam & dicebam: Ecce Deus, ecce quæ creauit Deus, & bonus eſt Deus, atque his validiſſimè longiſſiméque præſtantior.* Alio verò loco ſic idem: *Quid eſt Deus meus, quid rogo, niſi Dominus Deus? ſumme, optime, potentiſſime, omnipotentiſſime, miſericordiſſime, & iuſtiſſime, ſecretiſſime, & præſentiſſime, pulcherrime, & fortiſſime, ſtabilis, & incomprehenſibilis, immutabilis, mutans omnia, nunquam nouus, nunquam vetus, innouans omnia, & in vetuſtatẽ perducens ſuperbos, & neſciunt, ſemper agens, ſemper quietus, colligens, & non egens, portans, & implens, & protegens, creans, & nutriens, & perficiens, quærens, cùm nihil deſit tibi: Amas, nec æſtuas: zelas, & ſecurus es: pœnitet, & non doles: iraſceris, & tranquillus es: opera mutas, nec mutas conſilium: recipis quod inuenis, & nunquam amiſiſti. Nunquam inops, & gaudes lucris: nunquam auarus, & vſuras exigis: ſupererogatur tibi, vt debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens: donas debita nihil perdens. Et quid dicimus, Deus meus, vita mea, dulcedo mea ſancta: Aut quid dicit aliquis, cum de te dicit; & væ tacentibus de te, quoniam loquaces muti ſunt. Quis mihi det acquieſcere* Secũdum exemplũ Rom. 11. Lib. 7. Confeſſ. cap. 5. Lib. 1. Confeſſ. cap. 4. & 5.

in te? Quis mihi det, vt venias in cor meum, & inebries illud?

Tertium exemplũ. Tertiò induit nonnunquam Dominus ſponſi perſonam,& ad intimam conſuetudinem ſpiritualemque cõplexum ſolicitat amore ardentem animam. Qualis eſt illa, quæ initio Canticorum ſic loquitur: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Quo loco ſic S.Gregorius: *Os ſponſi inſpiratio Chriſti: Oſculum oris, dulcis amor inſpirationis. Dicit ergo ſponſa deſiderio æſtuans, & in amplexum ſponſi ſui inardeſcens: Oſculetur me oſculo oris ſui. Ac ſi diceret: Ille quem ſuper omnia, immo ſolum diligo, veniat: qui dulcedine ſua inſpirationis me tangat: quia cum eius oſculum ſentio, ſubita mutatione me derelinquo, & in eius ſimilitudinem illico liquefacta transformor. Faſtidit quippe ſancta mens omnia, quæ per corpus ſentit, & in illa ſpiritualia tota tranſmutari concupiſcit: & dum iſta obſtrepunt, in illa fugit, ſeque abſcondere, ne hæc ſentiat, appetit. Ideóque oſculum ſponſi quærit, quia ſi ille gratiſſimi amoris vinculo hanc non trahit: hæc vi ſua moleſtiſſima grauedinis detenta, quo modo ſe ad illum conferat, omnino non inuenit.*

In Cant. cap.1.

Hæc eſt illa dulcedo ſpiritus, illa, inquam, inexplicabilis & mira ſuauitas animi, quam expertus S.Auguſtinus, ſæpe dicit eſſe *principium futuræ æternæq; beatitudinis*: ad cuius guſtum quomodo cum matre peruenerit,

Lib.9. Confeſſ. cap.10. ſic exponit ipſe: *Frigentes nos*, inquit, *ardentiore affectu in idipſum perambulauimus gradatim cuncta corporalia, & ipſum cœlum, & adhuc aſcendebamus interiùs cogitando & loquendo te, & mirando opera tua: & venimus in mentes noſtras, & tranſcendimus eas, vt attingeremus regionem vbertatis indeficientis, vbi paſcis Iſrael in æternum veritatis pabulo, & vbi vita ſapientia eſt, & dum loquimur, & inhiamus illi, attingimus eam modicè toto ictu cordis, & ſuſpirauimus, & reliquimus ibi religatas primitias ſpiritus, & remeauimus ad ſtrepitum oris noſtri, vbi verbum & incipitur & finitur. Dicebamus ergo: Si cui ſileãt tumultus carnis, ſileant phantaſiæ terræ, & aquarum, & aëris, ſileãt & poli, & ipſa ſibi anima ſileat, & tranſeat ſe, non ſe cogitando, ſileant ſomnia, & imaginariæ reuelationes, omnis lingua, & omne ſignum, & quicquid tranſeundo fit. ſi cui ſileat omnino, & lo-*

quæ

quatur per ſe ſolus qui fecit ea, non per ea, ſed per ſeipſum, vt audiamus verbum eius non per linguam carnis, neque per vocem Angeli, neque per ſonitum nubis, neque per ænigma ſimilitudinis, ſed ipſum, quem in his amamus, ipſum ſine his audiamus. ſicut nunc extendimus nos, & rapida cogitatione attingimus æternam ſapientiam ſuper omnia manentem. ſi continuetur hoc, & ſubtrahantur alia viſiones longè imparis generis, & hæc vna rapiat, & abſorbeat, & recondat in interiora gaudia ſpectatorem ſuum, vt talis ſit ſempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiæ, cui ſuſpirauimus. Nónne hoc eſt: Intra in gaudium Domini tui? *Mat. 25.*

Quoniam verò hoc quod S Auguſtinus inſinuat, contemplatorem fieri quaſi participem cuiuſdam beatitudinis, appoſitè à S Gregorio declaratur, viſum eſt hîc eius verba adſcribere: *Prius*, inquit, *à mentis acie exurente triſtitia interpoſita malorũ caligo detergitur, & tunc reſplendente raptim coruſcatione incircumſcripti luminis illuſtratur. Quo vtcunque conſpectu in gaudio cuiuſdam ſeneritatis abſorbetur: & quaſi poſt defectum vitæ præſentis vltra ſe rapta, in quadam nouitate aliquo modo recreatur. Ibi mens ex immenſo fonte infuſione ſuperioris aſpergitur: ibi non ſe ſufficere ad id quod rapta eſt contemplatur: & veritatem ſentiendo videt, quia quanta eſt ipſa veritas, non videt. Cui veritati tanto magis ſe longè exiſtimat, quanto magis appropinquat quia niſi illam vtcunque conſpiceret, nequaquam eam conſpicere ſe non poſſe ſentiret. Adniſus ergo animi dum in illam intenditur, immenſitatis eius coruſcante circumſtantia reuerberatur. Ipſa quippe cuncta implens, cuncta circumſtat: & idcirco mens noſtra nequaquam ſe ad comprehendendam incircumſcriptam circumſtantiam dilatat: quia eam inopia ſuæ circumſcriptionis anguſtat. Vnde ad ſemetipſam citius labitur: & proſpectis quaſi quibuſdam veritatis veſtigiis ad ſua ima reuocatur. Hæc ipſa tamen per contemplationem facta non ſolida & permanens viſio: ſed vt ita dixerim quaſi quædam viſionis imitatio Dei facies dicitur.* Hæc ille. *Lib. 24. moral. cap. 6.*

Interdum etiam Deus recognoſci vult tanquam Zelator animæ ſibi deſponſæ, qui valde ſolicitus ſit, ne ea, quam tantopere amat, potiatur vnquam præter ipſum *Quartũ exemplũ.*

quiſ

quiſpiam, qui non ſit ipſe. Quare vt induſtrij ſolent eſſe Zelotipi, ſic Deus ea prouidentia animam gubernat, vt quando corporis pondere reuocata non poteſt diu ſponſo per amorem cohærere, iis ſubinde malis miſeriiſque prematur, quibus nullum aut remedium aut alleuamentum inueniatur aliud, quàm amoris repetitio.

Immittit igitur Deus quandoque in animam faſtidium magnum domeſticarum & internarum tenebrarum, quibus in hac mortali vita penè obruta abſtrahitur continenter à ſponſi ſuauiſſima conſuetudine, vt eo ſtimulata ſuſpiret ad cœleſtem lucem, *Habitaui*, dicebat

Pſal. 119. Dauid, *cum habitantibus Cedar.* Et S. Bernardus inducit

Ser. 23. in Cant. ſponſum ſic ſuſpirantem: *O verè meridies plenitudo feruoris & lucis, ſolis ſtatio, vmbrarum exterminatio deſiccatio paludum, fœtorum depulſio. O perenne ſolſtitium, quando iam inclinabitur dies. O lumen meridianum, ô vernalis temperies, ô æſtiua venuſtas, & autumnalis vbertas. Hunc locum tãta charitatis, & pacis, & plenitudinis indica mihi, vt quemadmodum Iacob, Moyſes, Iſaias, Paulus, ita ego quoque te in lumine tuo & in decore tuo per mentis exceſſum merear contemplari præſentem vberiùs, quieſcentem ſecuriùs.*

Quintum exemplū. Adiungit Deus te præcedentem ſtimulum & alium non minus excitantem animam ad amorem, tædium nimirum non ſolùm ignorantiæ, ſed errorum, aliarúmque animi perturbationum, quibus animus, dum hîc viuimus aſſiduè vexatur & laceratur. O clamat, S. Bernardus,

Ser. 11. in Cant. *veritas, charitas, æternitas: ô beata & beatificans Trinitas, ad te mea miſera Trinitas miſerabiliter ſuſpirat, quoniam à te infeliciter exulat. Diſcedens à te quantis ſe intricauit erroribus, doloribus, timoribus. Heu me qualem pro te commutauimus Trinitatem.*

Pſal. 57. *Cor meum conturbatum eſt, & inde dolor: dereliquit me virtus mea, & inde pauor: & lumen o-*

Pſal. 41. *culorum meorum non eſt mecum, & inde error. En, quàm diſſimilem Trinitatem ô anima mea Trinitas exulans offendiſti. Veruntamen quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: cùm error videlicet à ratione, à voluntate dolor, atque à memoria timor omnis receſſerit: & ſucceſſerit illa, quam ſperamus, mira ſerenitas, plena ſuauitas, æterna ſecuritas.* Primum illud

facie

faciet veritas Deus: ſecundum, charitas Deus: Tertium, ſumma poteſtas Deus. Vt ſit Deus omnia in omnibus: Ratione excipiente lucem inextinguibilem, voluntate pacem imperturbabilem conſequente, memoria fonti indeficienti æternaliter inhærente. *1. Cor. 15*

Denique ipſa exilij præſentis ſatietate vtitur Deus ad repoſcendum amorem ſponſæ: *Sed vbi ille*, ait idem, *& quando iſta? Quod flens dico, quouſque adoramur, & non guſtamus; proſpicientes patriam, & non apprehendentes; ſuſpirantes & longè ſalutantes? O veritas exulum patria, exilij finis. Video te, ſed intrare non ſinor carne retentus, ſed nec dignus admitti, peccatis ſordens.* *Sextum exẽplum.*

Amor, quo Chriſtus Patrem amauit, vnicum ac ſummum eſt perfectiſſimi amoris exemplar.

CAPVT XXVI.

NVNQVAM magis aut meliùs amoris diuini vſum docuit Deus, quàm cùm miſſo vnigenito Filio ſuo in mundum, amoris quaſi gymnaſio patefacto ad perfectum Dei amorem ediſcendum, exercendum in Chriſto magiſterium inſtituens homines amantiſſimè inuitauit, Chriſti amore vt optimo exẽplari, eius amandi ratione vt optima amoris norma propoſita. Hæc mihi vt huius operis extremus actus & clauſula explicanda nunc eſt, quamuis non mihi, nec enim tantum mihi ſumo, ſed ſanctiſſimo viro magiſtro Ioanni Auilæ celeberrimo in Hiſpania ſuperioris ſæculi concionatori. Is de re tanta ſic habet vulgari Hiſpanicò ſermone, vt hic latinè breuiter & fideliter vertitur.

Contemplemur obſecro ſanctiſſimam illam Chriſti animam, in eo quo procreata eſt articulo temporis rerum omnium dominam, ad illius beatiſſimos pedes deiectos cœli choros atque ordines vniuerſos, eam, vt

Hebr. 1. Apoſtolus ait, adorãtes, ac ſi quis poſſit, ediſcerat, quantus fuerit animæ illius ac cordis amor in eum, qui ſe tam magnificè extulit, & adeò glorioſis magniſque donis cumulauit, quam ingenti ſtudio, quanto ardore exoptauerit obiici ſibi occaſionem, qua tantorum bonorum largitori placere ac ſeruire poſſet? An tu aptas Cherubinorum & Seraphinorum linguas eſſe putas, quę rem hanc poſſint pro dignitate aperire? Si ad ardorem illum acceſſerit cognitio diuinæ voluntatis, qua Pater optimus ſui honoris cauſa obedientiſſimo Filio demandet curam ſaluandi humani generis vnius hominis cauſa perditi ac profligati, quem putas vt tanto Patri ſatisfaceret, ſe Filius exhiberet hominibus vniuerſis, quantoque amoris æſtu paterni mandati quaſi igne ſubiecto efferueſceret animus eius ergã homines ſuæ huic curæ ſolicitudinique commiſſos?

Cum ingenti vi inflammatóque puluere ex æneo tormento diſcluſus globus oppoſitam molem ferit tanto maiore impetu retro commeat, quanta vi ante ferebatur. infinita erat gratiæ Chriſti vis, qua in Patrem per amorem cor illius propellebatur: hoc igitur cùm primùm tanta gratiæ contentione pulſum oppoſitum Patris pectus recta vulnerauit, ea oppoſitione quanto putamus lætitiæ ac ardoris impetu reſilierit ad homines peramandos, in eorúmque ſalutem procurandam penitus incumbendum? Hæc eſt illa vis, cuius meminit propheta, cùm dicit: *Exultauit vt gigas ad currendam viam: A ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* (Pſal. 18.)

O diuinum amorem, qui ex Deo digreſſus es, ad hominem veniſti, ac rurſus ad Deum ipſum commeaſti. Non enim, ô Chriſte, hominem hominis cauſa amaſti, ſed Dei cauſa, idque ardore incredibili, vt qui in hunc amorem animum intenderit, nullo ſe poſſit modo à tuo amore defendere. Is enim vim affert cordibus, vt ait Apoſtolus: *Charitas Chriſti vrget nos.* (2. Cor. 5.) Hic ille feruor animique lætitia, quam ſancta Eccleſia in Canticis indicauit: *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiens colles.* (Cant. 2.) Hoc ipſum indicauit Iſaias: *Non erit triſtis, neque turbu-* (Iſaia 42.)

lentus,

lentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius inſulæ expectabunt. Ex eodem ardoris fonte emanarunt illa tua verba: *ſi dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis: donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.* Ergo hîc tandem origo eſt fons, vnde Chriſti in homines amor efluxit. Non enim vlla hominis virtus, non bonitas, non pulchritudo vlla Chriſtum ad amandum hominum genus incitauit, ſed ſola Chriſti virtus ac gratia, gratique in Deum animi vis inexplicabilis. Hoc ſignificant eius verba: *Vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & ſicut mandatum dedit mihi Pater ſic facio, ſurgite, eamus.* Et quò tandem Domine? Ad mortem in cruce pro hominibus obeundam. Ecce tibi anima mea cauſam magnitudinis amoris huius.

Pſal. 131.

Ioan. 14.

Solis ſplendor tanto ardet atque vrit magis, quanto vehementiores ſunt retro commeantes radij eius. Solis huius diuini radij cor Patris verberabant, indéque in homines reuolabant. Si tantus ignis in radiis, quantus erit ſplendoris ipſius feruor? Nulla ne Angelica quidem mens aſſequi vnquam poteſt, quantum ardeat, quãtumque vrat is ignis. Non enim mortis crucíſque, vt apparet, terminis definitur: nam quemadmodum ſemel mortuus eſt, ita millies; & vt omnium hominum cauſa mortuus eſt, ſic vnius tantùm cauſa, ſi eum Pater mori iuſſiſſet abundantiſſimum ille & paratiſſimum amorem animúmque ad tot cædes habuiſſet: & ſi res poſtulaſſet, non tres modò horas vt penderet in cruce laboribus doloribúſque confectus, ſed vt idem pateretur ad extremum vſque iudicij diem, vires ſubminiſtraſſet amor abundanter. Tantus enim erat amor, qui Chriſti pectore claudebatur, vt multo amauerit magis, quàm paſſus ſit, maiorémque amorem Chriſtus intra viſcera oecluſerit, quam nobis per vulnera commonſtrarit. Vt non ſine myſterio illud in ſacris literis ſcriptum ſit, feneſtras ex interiori Salomonis templi parte multo maiores fuiſſe quam intrinſecus apparerent.

O diuinum amorem, qui maiores, quàm videris. Extrà etiam magnus appares, cùm amorem hunc ingentem

plagæ, flagella, vulnera monſtrent. Sed hæc ipſa eam magnitudinem amoris non omni ex parte declarant: maior quippe pars tecta concluditur, quàm poſſint hominum oculi conſpicari. Scintilla hæc eſt, quæ proſilit ex illo igne: ramus eſt, qui ex illa arbore pullulauit: riuulus eſt, qui ex amoris immenſi pelago deriuatus eſt. Idem ipſum maximum eſt amoris indicium, *vt ponat quis animam ſuam pro amicis ſuis.* Sed indicium eſt, non æqualitas. Iam ſi tantum tibi me Domine IESV debere profiteor, quòd tantum feceris, quanto etiam magis debere par eſt, quòd alia plura facere volueris?

Ioan. 15.

O amoris pelagus, ô Oceanum ſine fine profundum, plenum vndique amoris, plenum charitatis. Quis dubitet de Chriſti amore? Quis non ſeſe ditiorem omnium putet, quem tantus Dominus tantopere amat? ſupplex te Domine rogo per viſcera miſericordiæ, quæ te ad tale mihi munus largiendum compulere, vt oculos etiam mentémque, quæ donum hoc ingens ſentiant & intelligant, largiaris, quo ſemper in tuis miſericordiis gloriari, & tota die laudes tuas valeam decantare.

At ſi vis anima mea in aliquo prætetea contueri magnitudinem amoris Chriſti eiúſque ardorem aduerſa quæque perferendi; tecum quæſo recogita magnitudinem deſiderij, quo exarſerunt Sancti quique iniqua omnia patiẽdi, atque inde ſancti ſanctorum ardorem agnoſces: is enim tanto eis ſanctitate & gratia præſtat, quanto tenebris ſolis lux, & multo magis.

Beatus ſanè Dominicus ita martyrij amore flagrabat, quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum, & perinde ac vna ei mors non eſſet ſatis, pluribus (vt ita dicam) mortibus optabat omnia ſua membra concidi.

Intuere æſtum ardoris Andreæ feliciſſimi Apoſtoli: an non ille paratam ſibi crucem atque in ea mortẽ aſpiciens longè certiſſimam, crucis perinde ac ſponſæ ſuauiſſimæ amorem captabat, atque orabat, vt ſecum gauderet illa, quemadmodũ viciſſim ille cum ea exultabat?

Venio nunc ad alterum Martyrij genus, multo nobilius atque præſtantius id in ſancto Apoſtolo Paulo fuit, qui cùm parum vel omnia tormentorum genera du-

Digitized by Google

ceret, vt ardentiſſimam patiendi cupiditatem expleret, ad illũ amoris exceſſum prætereuectus eſt, vt ipſas etiam inferorum pœnas ob Dei honorem hominúmque ſalutem pati cuperet. Optabam, inquit, ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis: *ferens interea*, vt Chryſoſtomus ait, *non à Chryſti gratia atque amore, ſed à beatitudine ſeparari*. Arripe tibi igitur alas anima mea, atque hinc ad Chriſti vſque viſcera & cor tanquam per gradus aſcende: ac vide & intellige, ſi ſanctus Apoſtolus vnica gratiæ gutta ita vehementer ad amorem hominum inflammabatur, vt optaret pro iis inferorum tormenta perferre, in tanto maiore Chriſti gratia & charitate, quanto maiores atque adeò accenſæ amoris flammæ pectus eius perurgerent. *Rom. 8.* *Lib. de cõpunct. cordis. & in Homil. de laudibus Pauli.*

Verè Domine nihil aliud innuebas, cùm diceres: *Baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſque dum perficiatur?* Coarctaris, inquam, quòd tantus eſſet ardor, quo tuo ſanguine tingi te ac mergi noſtra hominum ſalute velles & cuperes, vt præ amoris magnitudine quælibet hora mille tibi anni viderentur. Hinc ille Palmarum luce glorioſus triumphus, quem ideò, cùm ad mortem ires, fieri potiſſimùm iuſſiſti, & cordis tui ingentem lætitiam toti orbi declarares. Cùm enim tanta cum pompa & exultatione omnium ordinum viam illam ingreſſus ſit, ſignificaſti roſarum florum ſerto redimitum ad crucis thalamum te non quaſi ad crucem, ſed quaſi ad nuptias feſtinare. *Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater ſua in die deſponſationis ſuæ, & in die lætitiæ cordis eius.* Ego Domine, non aliud in te ſertum agnoſco præter id, quod feria illa ſexta crucis tibi mater ſynagoga contexuit: illud autem non liliis aut roſis, ſed ad tui capitis tormenta ſpinis compunctum eſt. Cur ergo diem hunc, diem feſtum, & lætitiam cordis appellas? an forſan te non pungunt ſpinæ iſtæ? Immò verò mi Domine pungunt, téque magis, Deus meus, quàm quemuis alium. Sed tanta erat in nos tui amoris perfuſa liberalitas, vt præ magnitudine illius non tam aduerteres dolorem tuũ, quàm remediũ noſtri, non tua vulnera, ſed ægrarum *Luc. 12.* *Cant. 3.*

Gen. 29. animarum medelam. Si Iacob Patriarchæ viſi ſunt dies pauci ſeptem ſeruitutis anni, vt Rachelem ſibi ſponſam adiungeret præ amoris magnitudine: quàm breuẽ diem vnum crucis tibi fuiſſe cenſebimus, vt deſponderes tibi *Epheſ. 5.* Eccleſiam, facereſque gloriam, *non habentem maculam neque rugam?* Hic amor facit te libenter adeò mortẽ appetere hic ita te inebriat, vt nudũ te in cruce pẽdere iubeat, *Pſal. 21.* *opprobrium hominum factum.* Tu ille Noë es, qui vineam *Geneſ. 9.* plantaſti, atque meri illius tantam copiam exhauſiſti vt præ vini poteſtate factus ebrius in cruce dormiens iacueris, in eáque tales ignominias paſſus ſis, vt filij etiam ipſi tui in te ſcandalizarẽtur, & maieſtatem tuam contumelioſiſſimè deriderent.

O mirum Chriſti amorem, qui ad tantam vtilitatem deprimeris, O incredibilem hominum cœcitatem, qui inde cauſam arripiunt te deridendi, vnde accipere debuiſſent ad te magis amandum. Dic amor ſanctiſſime ſi hæc vna ſcintilla amoris nobis à te oſtenſa eum hominibus ſtuporem incuſſit, vt *ſcãdalum Iudeis* eſſet, *Gentilibus* *1. Cor. 1.* *ſtultitia*: quid feciſſet amor ipſe, ſi tu eius nundinas explicaſſes, vniuerſamque eius magnitudinem in hominũ conſpectum adduxiſſes. Et ſi amoris tui ſola delibatio mentes hominum extra ſe rapit, & aciem oculorum obtundit in media ſplendoris luce: quid fiat cum filijs amicíſque tuis, qui vlteriores amoris tui metas fineſque adeò firmiter credunt & agnoſcunt? Ille amor ille eſt, qui eos trahit extra ſe, qui reddit attonitos, cũ primùm ad tui cordis ſecreta recollecti aperis, experirique concedis adeò miranda myſteria: hinc illa viſcerũ liquefactio, qua cordis ima diuino amore inflammantur: hinc martyriorum deſideria, hinc lætitia in aduerſis, hinc refrigeria craticulæ, hinc inambulationes in ardentiſſimis prunis cum ea voluptate, quæ perciperetur ex roſis: hinc cupiditas tormentorum perinde ac epularum: Gaudere de ijs rebus, quas reſpuit mundus, eas amplecti, quas idem horret: & captare abominationes Ægyptiorum, vt ex ijs, Deo ſacrificium fiat. *Mens*, aiebat ſanctus Ambroſius, *quæ Chriſto ſeu feliciter nupſit, quæq; etiam crucis thalamo libens voléńſque coniuncta eſt nihil tam glorioſum exi-*

ſtimat,

ſtimat, quàm vt crucifixi ſui iniurias ſecum ferat.

Qua ratione ergo, ô mi amantiſſime amator, cõpenſaſabo ego iſtum tuum amorem? Illa vera ac ſola compẽſatio eſt, cùm ſanguis ſanguine ſoluitur. Sanguis ille, quo inter Deum populúmque Iſraëlis amicitiæ pacta firmata ſunt quíque diuinum tuum ſanguinem adumbrabat, partim ſuper altare diffundebatur, partim ſuper populũ, quo illum in Dei gratiam reſtitueret: qui in altare effluxit ad Deum aduerſum placandum fundebatur: qui in populi capita, ad homines Deo deuinciendos. Dulciſſime Domine agnoſce hoc debitum, agnoſco: ne quæſo permittas, me vnquam ab eo exolui: iube potiùs me iſto tuo ſanguine delibutum confixúmque clauis ex iſta cruce pendere.

O crux recipe me ſinu ac complexu tuo, recipe corpus meum, & dimitte corpus Domini mei: Dilatare corona, vt inter iſtas ſpinas caput quoque meum inſeram. Dimittite claui iſtas innocentes manus, configite cor meum, illúdque compaſsione & amore vulnerate. Ob hanc cauſam Apoſtolus tuus ſcribit, mortuum te eſſe, vt in viuos & mortuos imperium obtineres, non minis & pœnis, ſed amoris operibus. Refer me in numerum ſiue viuorum malis, ſiue mortuorum, & agnoſcam me captiuum ſub tui amoris dominio. *2. Cor. 5.* *1. Theſ. 5.*

O quàm mirabili pugnandi genere pugnaſti Domine, vt habemus in Prophetis. Nõ enim eluuione iterum, aut igne cœleſti, ſed pacis amoriſque illecebris in tuam poteſtatem humana pectora redegiſti: non occidens, ſed occiſus: non alienum, ſed proprium è cruce cruorem largè abundanterque profundens. O miram, ô nouam veritatem, quod ante è cœlis, vbi tibi miniſtrant Angeli non feciſti, peregiſti pòſt in cruce latronibus aſſociatus O cordium fur ac prædo, diripe quæſo cor meum tu, qui violens feſtinuſque prædator haberis. Quod tandem ferrum ita acutum erit, quis arcus adeò fortis ac contentus, qui verum poſſit adamantem penetrare ac rumpere? Tu cordium noſtrorum duriciem effregiſti, tu mundum vniuerſum amore tuo inflãmaſti: quod tu ipſe per Prophetam pollicitus eras: *Igne zeli & amoris* *Soph. 3.*

mei deußrabitur omnis terra. Et in Euangelio idem ais: Luc. 12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur?* Hoc idem agnouit Vates ille, qui dixit: *Vtinam diſrumperes cœlos, & deſcenderes, aqua arderent igne.* Iſaiæ 64. O dulcem amorem, ô ſuauem flammam, quæ ſic incendis pectora glacie ipſa rigidiora, & in amorem conuertis. Hic eſt præcipuus ſcopus aduentus tui, vt mundum amore compleres. Pſal. 64. *Viſitaſti terram*, ait Propheta, *& inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam.*

O amantiſſime, ſuauiſſime, benigniſſime, pulcherrime, clementiſſime corda inebria iſto vino, igne iſto ſuccende, iſto iaculo traiice. Quid enim, vt baliſta ſpiritualis ſit iſta tua crux, deſiderari poteſt, quando ima cordium adeò exauciat? ſanè baliſta ligno atque egregiè extento funiculo conſtare ſolet: additur ad mediam nux, ex qua deſiliente elabentéque funiculo, impetu maiore iaculum propellatur, & maiora profundioráque vulnera inferantur. Crux quoque tua iſta lignum eſt, protenſum iſtud corpus brachiáque porrecta funiculus: iſtius lateris tui vulnus nux eſt, in qua ſagitta inſeritur amoris, vt inde dimiſſa hominum corda iaculetur. Sciat igitur mundus totus me vulneratum cor geſtare.

O cor quo modo curaberis? nullum aliud ſupereſt curationis remedium, niſi mori. Quando, ô bone IESV, intueor iſtud lãceæ ferrum ſanguine cruentatum ex tuo pectore prodire, videre mihi videor amoris ſagittã, quę vulnerat, atque adeò trajicit mihi cor, vt in eo ſine vulnere partem non relinquat. Quid feciſti amor dulciſſime, quid facere cogitaſti intra cor meum? Huc acceſſi meditamẽta quæſiturus, & tu me vulneraſti? veni viuendi præcepta accepturus, & me in inſaniam vertis? O dulciſſimum vulnus, ô ſapientiſſimam inſaniam, ſine te viuam nunquam.

Non modò crux, ſed ipſa corporis ſpecies atque poſitio nos ad amorem vocat. Inclinas caput vt peccatores, quantum libet ab illis iniuria affectus, oſculeris: diſtendis brachia, vt amplectaris, oſtendis traiectas manus, vt bona omnia largiaris: apertũ pectus, vt intra viſcera abſcondas: confixos pedes, vt nos operiaris, atque vt nullo

vnquam tempore à nobis excedas: Quamobrem cùm te Domine in cruce cõtemplor, quicquid meis ſeſe obiicit oculis, ad amandum inuitat. Lignum, ſpecies, myſterium, vulnera tui corporis, ſed inprimis amor interior clamat vt amé, nec vnquam ex memoria excidat, amor tuus. *Si oblitus fuero tui*, ô bone IESV *obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, & ſi non propoſuero te in principio lætitiæ meæ.* Pſal. 136.

Ergo ô anima mea habes explicatam cauſam amoris quem Chriſtus erga nos habet. Non enim amor hic hominum, aut quod in homine inerat, ſed Deum ex cuius voluntatis perficiendæ deſiderio originem habuit. Hinc intelliges vnde ad homines ex Deo dona progreſſa, vnde diuina promiſſa, vt inde vim ſumat ſpes, quæ tam firmo ſtabilique nititur fundamento: ex quo etiam intelligitur illud quemadmodum impulit Chriſtũ ad amandum hominem, non homo, ſed Deus; ſic ratio, qua Deus tot homini beneficia pollicitus eſt, non homo fuit, ſed Chriſtus. Cauſa, cur nos Filius amet, eſt, quia iubet Pater. Cauſa, cur noſtri curam & patrocinium Pater gerit, eſt, quia poſtulat & meretur Filius ſupra cæleſtes planetæ, quorum aſpectu Eccleſia gubernatur, & qui influunt in mundum diuinorum munerum chariſmata.

O quàm ſunt ſtabiles amoris noſtri baſes? nec minùs firma ſunt ſpei noſtræ fundaměta. Amas nos bone IESV quia ſic præcipit Pater, & parcit nobis Pater quoniam tu ſupplex petis. Ex eo quòd cor illius ac voluntatem intueris, amas me, quia ſic iubet obedientia Patris: ex eo quòd ipſe tua tormenta ac vulnera reſpicit, parcit, & ſeruat me: quia ita exigunt altiſſima merita tua. Aſpicite vos oro ſemper Pater & Fili nec vnquam ab aſpectu ceſſate, vt ita ſalus mea perficiatur.

O intuitum excellentiſſimarum viriũ. O aſpectum ſupra cœleſtium planetarum, vnde certiſſimi diuinæ gratiæ radij exoriuntur. Quando non obediet Filius? quando non reſpiciet Pater? Ergo ſi Filius obediet, amabor: & ſi pater reſpicit, mihi venia non negabitur. Ad vnicum Axæ coram Patre Caleb ſuſpirium, dedit filiæ pius

parens quod illa rogauerat. Quid ergo negari poterit tanti Filij ſuſpirijs & lachrymis? Ergo ſi quæſiero, quando poterit vnquam deeſſe remedium? Quando merita mea, ſi tua ſunt, exhaurientur? Quando ita fœtidum ſpirabit odorem iniquitatum mearum cœnum ac fæx, vt non longè ſuauius oleat ſacrificium paſſionis tuæ? Tanta quippe cùm ſit pulchritudo tua, eam omnia totius mundi peccata non deformant magis, quàm pulcherrimum os næuus longè minimus.

O igitur imbecillum animum & omni fiducia deſtitutum, qui in aduerſis ad Deum recurrere neſcis. Cur affli ctaris ob culpas & inopiam meritorum? cogita rem hanc non in te, ſed in Chriſto fundari: non tuis modò, ſed Chriſti etiam meritis ſalutem conſequeris. Si enim primi hominis demeritum poſt tot annorum luſtra tantam vim habuit ad perniciem, quanto maiorem vim Chriſti merita conferent ad ſalutem? Primus Adam terrenus tui caſus origo fuit: Secundus cœleſtis Adam finis atque principium tuæ medelæ. Conare tantùm & ſtude, vt ſic cum illo fide & amore coniungaris, quemadmodum vinculo neceſſitudinis iungeris. Id ſi fiet, ſicut non obedientis culpâ naturali ſanguinis participatione contraxiſti; ſic ſpiritualis debiti viri iuſti ad te gratia deriuabitur. Si cum illo hac in coniunctione perſiſtes, vbi ipſe erit, eris & tu: & quo loco res eius erunt, erunt & tuæ. Eadem patris & filij eadem capitis & membrorum fortuna eſt, &: *Vbi fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Mane mecum*, inquit Dauid, *ne timeas. Si quis quæſierit animam meam, quæret & animam tuam, mecúmque ſeruaberis.* Noli quæſo ad proprias vires reſpicere. Efficient enim hæ, vt animo cadas: ſed hunc potiùs medicum & liberatorem intuere, hunc enim ibi corporis & animi fortitudo ſufficietur.

Geneſ. 3. Rom. 5. 1 Cor. 15.

Mat. 24. 1. Reg. 22.

Si tibi flumen tranſnadenti dira caput vertigine cõturbatur, quid præterfluentem vndã aſpectas? tolle oculos, aſpice crucifixum, ita incolumis tutúſque tranſmittes. Si te malus diffidentiæ ſpiritus torquet & vexat, pulſa cytharam Dauidis, qui eſt IESVS Chriſtus crucifixus. Iacta cogitatus tuos in eum, in eiuſque prouidentia

Digitized by Google

inter aduerſa confide. Quòd ſi Patrem Filium tibi dediſſe conſtanter credis, crede eum, quod reliquum eſt, quod certè minus eſt, præbiturum. Noli credere, quòd cœlos aſcenderit, oblitum illum eſſe tui, neque enim cũ amore ſimul eſſe poſſit obliuio. Optimum omnium pignus, cùm eò migrauit, tibi reliquit, pallium videlicet precioſæ carnis in tui amoris argumentum. Perpende illum non ſolùm pro te paſſum dum viueret, ſed defunctũ etiam, maximum lanceæ vulnus aduerſo pectore accepiſſe, vt intelligas, eum non viuentem modò ſed etiam mortuum, verum tibi eſſe amicum, & eum, cùm in extremo ſpiritu conſtitutus dicebat, *Conſummatum eſt*, ſignificare voluiſſe, conſummata tormenta, non conſummatum illius in te amorem. *IESVS CHRISTVS*, ait ſanctus Paulus, *erit*, *& hodie*, *ipſe & in ſæcula*: qualem enim, dum in mundo viueret, ſe præſtitit iis, qui ei adhæſerunt, talem & nunc & ſemper ſeſe quærentibus præſtat. Qui ſimul cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ioan. 19.

Heb. 13.

De Tentationibus perfectorum.

CAPVT XXVII.

PERFECTI viri ij ſunt, qui alios in tentationibus iuuant, ne deficiant. quare non tam ſui ipſorum, quàm aliorum cauſa in tentationũ periculis detegendis verſantur. Quia tamen hos etiam ſuo modo tentari ſacra Scriptura docet, & Sanctorum documentis exploratum eſt; hîc pauca quædam ex ſanctis Patribus de eorum tentationibus proferenda ſunt.

Duplex igitur perfectorum hominum eſt tentationis genus. Primum genus tentationis eſt à Deo ad vtilitatẽ, maiorémque perfectionem eius, qui tentatur, immiſſum: quod tribus adhuc modis accidere teſtatus ſanctus Gregorius, his verbis: *Tribus modis nos conditor noſter interrogare conſueuit. Primò cùm flagelli diſtrictione*

Primum genus.

Lib. 28. moraliũ c. 7. & 8.

nos percutit, & quanta nobis inſit vel deſit patientia oſtenditur. Adfert exemplum Iob, cuius mentem ſibi bene per tranquillitatem ſubditam afflictionibus pulſauit, vt eius eluceret patientia. *Secundò: aut quædam quæ nolumus, præcipit, & noſtram nobis obedientiam vel inobedientiam patefacit. Sicut Abraham terram ſuam iubetur egredi, & pergere quò neſciebat: in montem vnicum filium ducere, & quem ad conſolationem ſenex acceperat, immolare. Tertiò: aut aliqua nobis occulta aperit, & aliqua abſcondit, & nobis menſuram humilitatis noſtræ innoteſcit, ſi nimirum diuina iudicia vel clauſa non ſtimulant, vel aperta non inflant. Hac interrogatione Paulus probatus eſt, qui poſt perceptam internã ſapientiam, poſt aperta clauſtra Paradiſi, poſt aſcenſum tertij cœli, poſt ſuperna locutionis myſteria adhuc dicit: Ego me non arbitror comprehendiſſe. Et rurſum: Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus. Et rurſum: Non quia ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.*

Primus modus. Secundus modus. Gen. 12. Infrà 22. Tertius modus. 2. Cor. 12. Philip. 3. 1. Cor. 15. 2. Cor. 3.

In his & ſimilibus tentationibus quandò perſpicua eſt Dei mens atque voluntas, illi ſe penitus committit perfectus vir: cùm verò latet, precibus apud Deum ſuique diligenti diſcuſſione laborat, vt eam perueſtiget, & perueſtigatam diligentiſſimè ac libentiſſimè expleat.

Secundum tentationis genus eſt, cùm viri etiam perfecti non ſolùm calamitatibus, ſed vitiis etiam petuntur. De qua re idem S. Gregorius: *Eis, inquit, quoque, quos viros nouimus fuiſſe virtutum, tentationes atque certamina non defuere vitiorum. Hinc eſt enim, quòd ad conſolationem noſtram prædicator egregius de ſe quædam talia prodere dignatur, dicens: Video aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Ad ima quippe pertrahit caro, ne extollat ſpiritus: & ad alta ſuſtollit ſpiritus, ne proſternat caro. ſpiritus leuat, ne iaceamus in infimis: caro aggrauat, ne extollamur ex ſummis.* Hoc argumentum egregiè ibidem & antè tractat S. Gregorius & pòſt. Et ſumma eſt, Deum perfectis permittere huiuſmodi tentationes; *Ne extollantur ſuperbia, quæ,* ait Caſſianus, *perfecti quique de-*

Secũdum genus. Lib. 19. moraliũ, cap. 6. Rom. 7. Collat. 5. cap. 6.

iuſtis omnibus vitiis, poſſunt pulſari.

Nulla certè tētatio perfectis facilius imminet quàm ſuperbia, quippe ex rectè factis oritur: & quidem vitia omnia imitantur virtutes, proximè tamē ſuperbia, quæ, vt ex S. Auguſtino attulimus libro ſecundo, ipſius etiam *charitatis æmula eſt.* huic medetur infirmitatibus & corporis & animæ Dominus, *Ne enim*, aiebat Apoſtolus, vir certè perfectus, *magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis, Angelus Satanæ, qui me colaphizet. Et miro modo agitur*, (addit ſanctus Gregorius) *vt nec de virtute quiſquam extolli debeat, nec de tentatione deſperare: quia dum ſpiritus trahit & caro retrahit, ſubtiliſſimo iudicij interni moderamine infrà ſumma & ſuprà infima in quodam medio anima libratur. Bene ergo dicitur: Et aquas appendit in menſura.* Cap. 24. 2. Cor. 12. Iob 29.

Ab radice ſuperbię exoritur multiplex curioſitas, quę perfectis etiam viris moleſtiam adferre ſolet aliquando non exiguam: qualis eſt in oratione experiendi diuina ſolatia raptus, viſiones, reuelationes, in iis ſiſtendo, & in illis ſui ipſius aliquid quærendo, quod haud ſincerè ſpectet vnicam Dei gloriam ac voluntatem. Ad quas tentationes propulſandas etiam iuuant ea, quæ ſcripta ſunt in extremo capite ſexto & capite vigeſimo quarto libri huius, nec exiſtimo inueniri remedium opportunius, quam perfectam abnegationem ſui, ac præſertim amoris proprij, etiam circa res ſpirituales, nihil aliud optando aut quærendo, quàm Dei voluntatem & beneplacitum, ſiue adſint illa, ſiue abſint: cùm adſunt, ea non pluris faciendo, quàm ſi abeſſent. Succiditur autem curioſitatis & appetitus huiuſmodi radix, cum conſenſus ipſo in exortu curioſitatis citiſſimè vehementiſſiméque cohibetur. Ad eum modum, quo cupiditatem miraculorum aut ſignorum coërcuiſſe ſe dicit S. Auguſtinus illis verbis: *A te Domine Deus meus, cui humilem famulatum ac ſimplicem debeo, quantis mecum ſuggeſtionum machinationibus agit inimicus, vt ſignum aliquod petam? Sed obſecro te per Regem noſtrū, & patriā Hieruſalem, ſimplicem, caſtam, vt quemadmodum longè eſt à me iſta conſenſio, ita ſit ſemper longè atque longius.* Lib. 10. Confeſſ. cap. 35.

Ex

Digitized by Google

Ex eodem ſuperbiæ fonte manat inanis fiducia, qua viri ſancti aliquando facilè laborant, niſi ſe ipſos diligenter circumſpiciant ac obſeruent: quæ cauſa eſt cur Deus in hominibus etiam ſanctiſſimis næuos aliquos ſpirituales tanquam in pulchro corpore maculas ineſſe, diúque eos in erroribus non magni momenti perſeuerare permittit, vt cùm intelligunt ſe minimis vrgeri, agnoſcant ſe non ſuis viribus, ſed Dei ſolius dono à maximis non ſuperari. Huic malo miniſtra eſt natura

Geneſ. 6. hominis deprauata ſenſus inprimis, qui *proni ſunt natura ſua ad malum*, vt Scriptura dicit, ita vt nec etiam in ſanctis hominibus, quamdiu hîc viuunt, aliud appareat, quàm quod Apoſtolus aiebat: *Vanitati creatura ſubiecta*

Lib. 21. moraliũ, cap. 2. *eſt non volens.* Quare de his ſic S. Gregorius: *Quantalibet virtute mens polleat, quantalibet grauitate vigeat, carnales tamen ſenſus puerile quiddam exterius perſtrepunt: & niſi interioris grauitatis pondere & quaſi iuuenili quodam rigore refrenentur, ad fluxa quæque & leuia mentem eneruem trahunt.*

Quare virum perfectum oportet in vigilia ſui ſtare ſemper, nullúmque ſibi ſuſpectiorem putare, quam ſe ipſum ſibi. Nec deſunt huius vigilantiæ documenta. Exemplum adfert S. Gregorius cuiuſdam Presbyteri, qui cùm vxorem haberet antè, factus pòſt ſacerdos, ita ſe per totos quadraginta annos ab ea ſeiunxerat, ac ſi

Lib. 4. Dialog. cap. 11. nunquam ei conuixiſſet. *Sed cùm illa conſpiceret*, inquit, *Presbyterum ſolutis iam membris, quaſi in morte diſtentum, ſi quod adhuc ei vitale ſpiramen ineſſet, naribus eius apposita curauit aure dignoſcere. Quod ille ſentiens, cui tenuiſſimus inerat flatus, quantulo adniſu valuit, vt loqui potuiſſet, inferueſcente ſpiritu collegit vocem, atque erupit, dicens: Recede à me mulier, adhuc igniculus viuit: paleam tolle.* Hoc timore perculſſus S. Franciſcus aiebat: *Nolite me ſanctum nominare, quia poſſum adhuc filios procreare.*

1. Cor. 2. Et quoniam *ſpiritualis omnia dijudicat*, ait Apoſtolus,
1. caueant ſibi, qui perfectioni dant operam, ne ſubitò præcipitíque iudicio dicta factáque aliorum condem-
2. nent, multò minùs cogitatos & animos. Eſt enim hæc non obſcura ſuperbia, ſicut & illa libertas loquendi, qua

ple

pleruṁque homines etiam boni in aliorum vitia acriùs
inuehuntur, quàm par eſt. His duobus addi poteſt & a- 3.
liud tertium ſuperbiæ genus, quam poſſumus appellare
immiſericordiam, quæ eo grauior eſt, quo illius ali-
quando comes eſt & ſocius contemptus hominum alio-
rum, quos nondum eam perfectionem, quam ipſi aſſe-
cutos ſe eſſe intelligunt. Vitia ſanè periculoſa, quòd ſi-
mulatæ virtutis ſpeciem gerãt, illius præſertim quæ al-
tiſſima quædam eſt rerum omniũ creatarũ deſpicientia:
iubétque virum perfectionis ſtudioſum non ſolùm res,
ſed opiniones etiam humanas proterere & conculcare.

Sed legatur Caſſianus, qui ſic ſcribit: *Euidens indicium* Coll. 11.
eſt animæ necdum vitiorum fæcibus eliquatæ, in criminibus cap. 11.
alienis non affectu miſericordiæ condolere, ſed rigidam iudi-
cantis tenere cenſuram. Nam quemadmodum perfectionem
cordis poterit obtinere is, qui non habet illud, quod Apoſtolus
plenitudinem legis conſummare ſignauit. Alterutrum, in- Galat. 6.
quiens, onera veſtra portate: & ſic adimplebitis legem Chri-
ſti ſed nec illam virtutem poſſidet charitatis, quæ non irrita- 1. Cor. 13.
tur non inflatur, non cogitat malum: quæ omnia ſuffert, om-
nia ſuſtinet, omnia credit. Iuſtus enim miſeretur animas peco-
rum ſuorum viſcera autem impiorum ſine miſericordia. Ideó- Prou. 11.
que iiſdem vitiis monachum ſubiacere certiſſimum eſt, quæ Secũdum
in alio inclementi atque inhumana ſeueritate condemnat. LXX.
Rex enim rigidus incurret mala: & qui obturat aures ſuas Prou. 21.
ne audiat infirmum, & ipſe inuocabit, & non erit qui exau- Secũdum
diat eum. LXX.

Signum porrò adeptæ perfectionis non eſt non pec- Ibidem.
care aliquando: nam etiam iuſti labuntur nonnunquam,
vt Scriptura docet: & Caſſianus explicat: *Impoſsibile*
eſt, quemlibet Sanctorum non iſtis minutis, quæ per ſermo-
nem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per
neceſsitatem, per voluntatem, (intellige non omnino de-
liberatam, vt ille alibi inſinuat,) *per obreptionem, per* Coll. 20.
ſomnium admittuntur, incurrere. Sed eſt potiùs amor cap. 11.
ſanctus filiorum proprius. *Quiſquis igitur,* ait idem, *in* Coll. 22.
huius fuerit charitatis perfectione fundatus, neceſſe eſt vt cap. 3.
ad illum ſublimiorem timorem gradu excellentiore conſcen- Coll. 11.
dat, quem non pœnarum terror, non cupido præmiorum, ſed cap. 13.

amo

amoris generat magnitudo, quo vel indulgentiſſimum patrem, vel frater fratrem, vel amicum amicus, vel coniugem coniux reueretur affectu; dum eius non verbera, neque conuitia, ſed vel tenuem amoris formidat offenſam, atque in omnibus non ſolùm actibus, verum verbis attonita ſemper pietate diſtenditur, ne erga ſe quantulumcumque feruor dilectionis illius intepeſcat.

Huic libro nihil eſt opus exempla vſus ſubiicere: ſiquidem nec his eget vir perfectus, & quæ proximè allata ſunt ex Patribus ſatis ſufficiunt. Examinis porrò materiam vberem ſubminiſtrant omnia ferè antecedentia capita, in primis verò illa, quæ de præparatione ad perfectionem proxima diſſerunt.

*

FINIS LIBRI QVINTI.

Digitized by Google

COPIOSISSIMVS INDEX RERVM NOTATV DIGNIORVM.

A.

ABEL typus proficientium. 100. Sacrificia Deo ſponte in gratiarum actionem obtulit. 555.

Abnegatio ſui ad perfectionem acquirẽdam maximè neceſſaria. 653. Eius frequens & aſſiduus vſus certa via ad perfectionem. ibid. & 654. Ex diuina maieſtatis, poteſtatis, charitatis, & voluntatis cognitione proficiſcitur. 654. In ea poſita eſt ratio meriti apud Deum. 655. Duplex eſt, tum exiſtimationis, tum amoris proprij. ibid. Eam res aduerſæ plus promouent quàm ſecundæ. ibid. Eam item plurimum iuuat propriæ vilitatis cognitio. ibid. Optimum remedium eſt contra curioſitatem. 763. In eam ſummo ſtudio incumbendum. 213. Eius vis. 214. Remedium ſuperbiæ. 220. Indicium curatæ ſuperbiæ. ibid. Non fit in momento. 226. Omnis abnegationis ſumma & faſtigium. 254. Omnium virtutum mater. 258. Eius quinque gradus tanquam ſcala Iacob. 259. Fundamentum & robur omnium aliarum abnegationum. 245.

Abraham coniugẽ ſuam in ſepulchro duplici ſepeliendo, typum refert perfecti prædicatoris. 702. Eius à Deo variè tentata obedientia. 762. Cur à Deo iuſſus filiũ ſuũ mactare. 321.

Minimè fuit curioſus ſcrutator iuſſi diuini. 332. An mal feciſſet ſi filium ſuum mactaſſet. 385 A Loth conſultus. 41[illegible] Eius humilitas & reuerentia. 480. Eius interior pugna cum cogitationibus, cùm iuberetur interficere filium. 549. Naturam cum vniuerſo exercitu ſuo proſtrauit. 550. Eius enſis quauis corona ſplendidior. ibid. Illi Deus & Angeli applaudebant. ibid. Maximo doloris ſenſu expulit Iſmaëlem cum matre eius. ibid. Ad ſolum imperium obediens, nihil curioſè quærens. 553. Verè magnanimus. 588. Vbi oportebat, ne animæ quidem ſuæ parcebat, ibidem. Viginti quatuor annis probatus 595. Pro centuplo decies millies millecupla accepit. ibid. Eius ſinus. ibid.

Abſtinentia quid, & qualis virtus. 606. Eius gradus & incitamenta, 607 & ſeq. Eius indicia. 610.

Acedia quid ſit. 186. Quomodo diſtinguatur à triſtitia ibid & ſeq. Vnde naſcatur. 187. Vitium religioſorum proprium ibid. Somno & torpori comparatur. ibid. Eius effectus. 188 Eius remedia. 188. 189. Non declinando fugienda, ſed reſiſtendo ſuperanda. 189. 190. Eius languor abiiciendus. 189 Negligentiæ otiique parens. 190. Semper coniuncta cum grauiori culpæ periculo. ibid. Non eſt idem quod tædium. ibidem Eius abnegationis indicium. ibid. Generat in homine nouemdecim mala, quæ ex Caſſiano deſcribuntur. 191. Eius filia puſillanimitas. 204. Eius morbus quomodo curetur. 188 & ſeq.

Actio diuina externa, creatio. 499. Conſeruatio. 500. Prouidentia. ibidem. Reuelatio. ibidem. Miſſio triplex. 501. Electio. ibid. Vocatio. ibid. Sanctificatio. ibidem. Adoptio. ibidem Tractio. ib. Reſuſcitatio mortuorũ. 502. Renouatio mundi. ibid

Actiones Euangelicæ diuinæ duplicis generis 495. Angelicæ hierarchiæ. 503. Eccleſiaſticæ hierarchiæ. ibid. Politicæ. ibid. Oeconomicæ 504. Perſonales, eæque vel naturales vel artificioſæ, bonæ vel malæ. 506.

Actiua vita prior eſt contemplatiua. 698. Per Martham Chriſto miniſtrantem ſignificatur. ibidem. Eſt contemplatiua diuturnior. ibidem. Senario numero in ſcripturis ſignificatur. 699. Magna ſunt eius merita. ibidem. Opera eius cum corpore tranſeunt. ibid. Eſt ad ſalutem neceſſaria. 700. Eſt ex dono gratiæ. ibid. Eſt duplex. 701. Eſt prauorũ affectuum to tiuſque

vita

Digitized by Google

vitæ mortificatio.698.Virtutum exercitatio ibid. Accipitur & pro functionibus miniſteriorum ad proximos iuuandos in rebus præſertim ſpiritualibus neceſſariis. 701. In hac verſari poteſt homo dupliciter.ibid.Imperfecta eſt ſine contemplatione. 705. Mortificatione præcedente, & contemplatione ſubſequēte perficitur,ibid. Vnde dicatur.706. A Lia in veteri teſtamento figurata.ibid. A Martha in Euangelio *deſignata.ibid. Ab ea ad contemplatiuam tendendum.722.*

*Actiui duplicis generis.701.In prauorum affectuum mortificatione & virtutum exercitatione verſantur.698.Alij in officio ſanctæ prædicationis exercentur. 701. Item in functionibus quæ ad proximos iuuādos in rebus præſertim ſpiritualib. neceſſaria ſunt.ibid.*Rudes adhuc *& tyrones mortificationis & contenplationis,qui audent ſe præferre contemplatiuus,maximè fallūtur.ibid. Quæ in re maximè illis elaborandum.*704.

Adam immiſſo ſibi à Domino *ſopore, contemplatiuorum typum geſſit.*705.*Eius cum Chriſto collatio.* 760. *Conſenſit* Eua *& ſerpenti,*26. *Requiſitus confiteri culpam noluit.ibid. Mulieri præpoſitus, ſpiritum carni præpoſitum ſignificat.*27. *Quare non conſecutus veniam.*37. *Malè excuſauit culpam. ibid.*Eius *cum ſecundo Adam collatio,ex* D. Bernardo.40.*per* Euam *tentatus.*265.

Ædificatio proximi quantam vim habeat ad conuerſionem peccatorum. 348. *Eius cura Apoſtolis à Chriſto inculcata.* 470. *Eius ſtudium ingens in Chriſto.* 514. *Eius gratia quæ non fecerit & tulerit Chriſtus.*486.

*Affabilitas quid ſit.*567. *Quomodo differat ab amicitia. ibid.Eſt virtus.ibid. Eſt quædam amicitiæ ſimilitudo.* 568. Eius *gradus & incitamenta.ibid. & ſeq. Commendatur in ſcripturis.*569.570.*Vincit amicitias.ibidem.*Non *ſibi ſoli prodeſt.* 570. *Etiam barbaris & contumelioſis exhibenda.*572. *Magna ex ea voluptas percipitur.*573.

*Affectus in Deum dirigitur quomodo.*657. *Impedimentum perfectionis quis.*638. *Ei multi tanquam viſco inhæreſcunt.*641. *Eſt exuendus.ibidem. &* 642. *Erga amicos triplex.*641.*Quis bonus,quis malus.ibid.Erga voluptates corporis & ſenſus qui.*542.*Eius victoria quatuor gradus.ib.Eorū cōpreſſi quā exquiſita perfectaq; eſſe debeat.*718.719.*Pius & deuotus vnde.*721.*Per amorē Deo iungitur.*727.*Nullus* Deo

gratus ſine amore.740. In Dei voluntatem penitus transfuſus Deificatur.741. Comparatur guttæ aquæ in dolio vini, ferro candenti, & aëri illuminato.ib. Sanctorum & beatorum in hac vita qualis.744. Puluereus & luteus quis.206. Humanus in Chriſto verus.238. Quanto ſuperbiores, tanto maligniores.282. Sunt eſcæ aptæ ad arripiendum ignem diabolicæ tentationis.284. Qui prædominiũ aliquod ſuper alios obtineant.285. Quinque ante diuinæ maieſtatis conſpectũ conſtitutis excitandi.437. Tres in meditatione commouendi.453 Propinquorũ intelligitur per oculum & manum ſcandalizantem.526. Incipientium, proficientium, & perfectorũ qui.531. Eorum materia in Euangelijs & alijs ſcripturis. 532. In ijs quandiu perſeuerandum.533. Duplices ſunt, vehementes & mites.535. Vehementes quando neceſſarij.ib. Vehementes vtiles quidem, ſed non diuturni.535. Adhibita conſideratione & precatione exardeſcunt.535.536. Mitis ſiue lenis qualis.536 In oratione duobus modis commoueri poſſunt.536.537. Si contra obedientiam inſurgant, quomodo ſedandi.549.550. Naturæ cognati magis metuendi quam haſtarum cuſpides. 550 Sit purus ac ſincerus.566. Carnalis quàm ſit periculoſus & damnoſus.570. Facilius eſt eorum initia prohibere, quàm impetum regere.604.

Afflictio an conſolatio magis nobis expediat.655. Ea voluntatem noſtram Deus ad ſe trahit.ibid. Duplex ibid. Vitam acerbam facit ibid. Conſolatione multo nobis vtilior.ibid. Ad eam ſe præparet proficiens.ibid. Eam cur Deus permittat.656. Qui eam refugit, à Dei iuſtitia ſe ſubtrahit.ibid. Manus Domini eſt qua veluti de cœlo percutimur, quamuis infinitè minùs quàm par eſt.ibid. Ab infinita Dei miſericordia proficiſcitur.ibid. Eius qui expers eſt, quantis in periculis verſetur.ibid. Optanda potiùs quàm conſolatio.658. Opera per eam præſtita, nullo modo ſunt mercenaria.ibid. Lapis Lydius eſt, quo probetur quis bonus, quis malus. 397.398.

Alipius D. Auguſtino in conuerſione quaſi magiſter ſpiritus aſtitit.367. Infirmum in fide ſuſcepit. ibid.

Amalech Iſraëli aſcendenti de Ægypto reſiſtens quid ſignificet.163. Non tam armis quàm precibus Moyſis victus.164. Interficiẽdus à viro vſq; ad mulierem, paruulum, lactentem, bouem, aſinum, ouem, & camelum, quid ſignificet. ibid.

Digitized by Google

Ambroſius Epiſcopus virginem lapſam ad pœnitentiam quomodo inſtituerit. 40. *Duorum clericorum exitiales exitus ex morum leuitate diuinauit.* 621. *Omnes iocos à ſacra doctrina remouendos cenſet.* 660.

Amicitia hominum gratuita eſt. 622. 623. *Eius inuentrix & conciliatrix diuina ſapientia.* 641. *Summus eius gradus eſt, idem velle, & idem nolle.* 644. *In ea maximum eſt, vt, qui ſuperior eſt amando quaſi parem ſe faciat.* 740. *Eius amor quomodo gratui us.* 341. *Eius regula. ibid. Propter eam tolerantur etiam quæ offendunt. ibid. Eius amor quærit bonum amici.* 346. *Eius lex, arcanorum participatio* 400. *Quid propriè ſit.* 567. *An ſit virtus. ib. Quomodo differat ab affabilitate ibid. Triplex, temporalis, naturalis, & ſpiritualis. ibidem. Spiritualis, tanquam regina, omnes alias excellit. ibid. Eius gradus & incitamenta.* 568. *& ſeq. Charitatis comes & miniſtra. ibid. Sit conſtans.* 571. 572. *Eſt ſolatium vitæ huius.* 522. *mendax, quæ diuino non ligatur timore.* 523.

Amicitia ſpiritualis quæ & qualis. 568. *Eius vtilitates & bona. ibidem Nihil ea firmius ac validius. ibid. Comparatur cum aliis amicitiis.* 569. *Eius dignitas, & quanti fiat à Deo. ibidem. Maximè indiget fortitudine. ibidem. Paterno & materno affectui præfertur.* 571. *Vitam & fortunas pro amico exponit* 572. *Eius ſuauiſſimi fructus. ibidem. Eius indicia.* 573. 574.

Amicus verus ac germanus quis ſit. 735. *Idem vult quod amicus, & idem non vult.* 338. *Verus noſter viuus & defunctus, Chriſtus eſt.* 760. 761. *Cum amico omnia tractanda ſunt, ſed prius de eo.* 418. *Aliquando fratre germanior.* 567. *In aduerſis patientiam, in proſperis authoritatem adhibeat.* 771. *Eius vulnera tolerabiliora, quam aduiantium oſcula. ibid. Errans corripiendus, innocens non deſerendus. ibid. Conſors amoris, vnum ex duobus.* 772.

Ammonius monachus, ne Epiſcopus fieret, auriculam ſibi præſcidit, etiam lingam inciſurus ſi vrgeretur. 647. 648. *Exemplum admirandum, non imitandum* 648. *Origeniſta.* 238.

Amor duplex eſt, concupiſcentiæ & beneuolentiæ. 723. *Eſt quaſi iunctura quædam duo aliqua copolans vel copulare appetẽs.* 726. *Facit vnionẽ vel effectiuè, vel formaliter. ibid.*

Digitized by Google

Hominem rapit in rem amatam. 727. *Extra ſe in re, quæ amatur, affectum hominis collocat.ibid. Obliuionem ſui parit. ib. Nexus eſt animorum.ib. Copulat mentem per cogitationē. ib. Amor oculus eſt, & amare videre eſt.*728. *Notitia eſt.ib. Guſtatus quidem eſt ſpiritus.ibi. Multiplex eſt.*735. *Reuerentiam neſcit.*739. *Sibi abundat.ibid. Omnes in ſe traducit & captiuat affectus.ibid. Vincit etiam quod natura arctius vinxit.ibid. Per ſe ſufficit, per ſe placet, & propter ſe.*740. *Ipſe meritum, ipſe præmium ſibi eſt.ibid. Fructus eius, vſus eius. ibid. Dicit, amo quia amo, & amo vt amem.ibid. Refuſus ſuo fonti, ſemper ex eo ſumat, vnde iugiter fluat.ibid. Eius gymnaſium in Chriſto pateſactum* 751. *Eius magiſter & optimum axemplar Chriſtus. ibid. Non poteſt cum eo ſimul eſſe obliuio.*761. *Generat timorem filiorum proprium.*765. *& ſeq. Duplex.* 119. *Carnalis quis. ibid. Rationalis & ſpiritualis quis.* 121. *Inordinatus cognationis quis.* 200. 201. *Quantum caliginis nobis, quantum lucis alijs afferat.* 244. *Priuatus quis ſit, & vnde dictus.* 255. *Duplex, ſanctus & immundus.* 256. *Vincit omnia.* 312. *Spiritualis ſæpe generat carnalem, & quomodo.*389. *Singularis periculoſus.*770. *Iuuenum & mulierum pernitioſus. ibid. Crebra munuſcula, blandáſque & dulces litterulas ſanctus amor non habet.* 571. *Mutuus nobis à natura inditus.* 615.

Amor Dei quantus. 636. *Quid ad eum nos mouere debeat.* 637. *Non poſſunt metiri, inquit diuus Auguſtinus, quantum deſit mihi amoris ad id quod ſatis eſt.*660. *Summa eſt inter orationem, contemplationem, & amorem, Dei colligatio.* 662. *Eius naturā, vires, & gradus Salomon in Cantico Canticorū deſcribit.ib. Quibus gradibus ad eum anima perueniat.* 663. *Quatuor eius ſtatus in Cāticis Canticorū deſcribuntur.* 664. 665. *Anima in eo ſuauiſſimè per contemplationem conquieſcit.* 666. *Eo mouetur intellectus amantis ad contemplandum Deum quem amat.*720. *Comitatur contuitum Dei aut diuinæ veritatis.* 721. *Quanta ſit eius vis in contemplatione.ibid. Ex eo incredibilibis quadam & diuina voluptas percipitur. ibid. Duplex eſt, Concupiſcentiæ & Beneuolentiæ.* 723. *Concupiſcentiæ longè inferior eſt amore beneuolentiæ.* 724. *Eius proprietates.* 725. *& ſeq. Eſt germanus charitatis filius.* 727. *Amatores ſui iuris eſſe non ſinit.ibidem. Piam*

Digitized by Google

de Deo inquiſitionem acuit. ibidem. Intima Dei penetrare contendit.ibidem. Caſtus, columbinuſque oculus eſt. ibid. In tranſitorijs contremplatur æternum. ibid. Eſt vnctio ſpiritus, quæ docet nos de omnibus. 728. *Eſt ſapientia iuſtorum. ibidem. Eſt ſapor boni.ibid. Contemnit opes, mundum,ſeipſum, ipſam denique vitam,*728.729. *Vincit omnia, etiam ipſum Deum.ibid. Triplex eius gradus.* 730. *& ſequent. Quibus rebus ad hunc amorem inducantur homines.* 731. *Quibus rebus ad eum trahantur,& penè cogantur.*732. *Eius ſtimuli & gradus quidam.ibid. & ſeq. Dimouet de ſtatu,nec ſuos eſſe amantes patitur.*738. *Eius æſtu abſorbentur omnes etiam vehementiſſimæ aliæ affectiones.*739. *Sine hoc nullus affectus Deo gratus.*740. *Non eſt par amanti.ibid. Eo carere,magna eſt miſeria.*741. *Donum Dei eſt.*745. *Eius gymnaſium in Chriſto patefactum.* 751. *Eius magiſter & optimum exemplar Chriſtus: ibid. Diuinorum beneficiorum conſideratione excitatur.* 18.19. *Eum ſpes comitatur vel anteit.* 35. *Eius vnguenti ſuauitatem quænam muſcæ morientes perdant.* 56. *Quantum bonum ſit.* 114. *Eius ſtimulus auctore diuo Bonauentura.* 121. *Eius incitamenta.ibid. Cogitationes turpes vel leuiſſimas expellit.*168.*Gratuitus comſumit cupiditates.* 241. *Conſtituit ciuitatem cœleſtem vſque ad contemptum ſui.* 256. *Eius gradus qui.* 317. *Quomodo probetur.* 325. *Eius primi gradus actiones quæ.* 340. *& ſeq. Eius maxima fortitudo.*342.*Qualis ſit.*349.*vult Deo conformari.*393.

*Amor Dei in nos eſt æternus.*735. *Conſtans,actuoſus, induſtrius,patiens.ibid. Habet perfectiones omnium amorum, paſtoris,opificis,domini,legiſlatoris,patris,matris,ſponſi. ibid. Eſt efficax,vehemens,& ardens.ibid.&* 736. *Adduxit Deum ad creandum, conſeruandum,regendum mundum, maximè hominem.*735. *Tranſcendit & extinguit omnem alium amorem.*736.

*Amor ſui quomodo omnino euellendus & extirpãdus.*656. 657. *Afflictiones refugit.* 656. *A Dei iuſtitia ſe ſubtrahit. ibidem. ad eum ſuffringendum plurimum valent deſolationes & miſeriæ. ibidem. &* 657. *Nutritur ea voluptate quæ ex ſpiritus dulcedine fluit. ibidem. Dei donis plus quam par eſt inhæret. ibidem. Deum ad æmulationem prouocat. ibidem. Domandus & vexationibus ſubigendus.*658. *Nihilo*

magis obſcurat mentem, efficitque ne ſeipſam perſpiciat.719. Hunc iugulamus, cùm in noſmetipſos tanquam in aduerſarios inuehimur.ib. Vehementer claudit oculum cordis.720. Facit vt peccata noſtra nobis grauia eſſe non videantur. ib. Cauſa eſt multorum ſcrupulorum.76. Submiſſione quomodo curandus.ib. Lucifero comparatur.114. Æmulus Deo appellatur à D. Auguſt.115. Origo peccati.ib. Sibi placet plus quam par eſt.208. Parens ſuperbiæ.220.221. Vſque ad Dei contemptum progreditur.221. Eum qui impugnat, omnia vitia impugnat.254. Quomodo profligandus ib. Duplex.ib. Naturalis non vitioſus, regula amoris proximi.ibid. Priuatus, & immodicus quis.ibid. Eius ſigna.ibid. Eius finis perditio.255. Carnalis quis.ibib. Eius proprietates.ibid. Priuat ſancta ſocietate turgidum ſpiritum.256. Comparatur cum charitate ib. Conſtituit ciuitatem iniquorum.ib. Nulla peſtis deteſtabilior. ib. Pertrahit hominem vſque ad contemptum Dei.257. Inquinat & peruertit intentionem.ibid. De primatu finis cum Deo contendit.ibid. Inſatiabilis eſt.ibid. Seipſum quærit.ibid. Hominem reddit igni & inferno ſimilem.ibid. Fons plurimorum malorum, & quorum. ibid. Eius veneni antidotus ardens abnegatio.258. Scelerum omnium caput. Prima hominis perditio.ibid. Diſce amare te, non amando te, inquit diuus Auguſtinus.ibid. Eius exemplum illuſtre in filio prodigo.ibid. Quomodo radicitus conuellatur. 259. Indicia eius abnegationis. ibid. valde claudit oculum cordis.ibid.

Ananias diuum Paulum inuenit, 20. Ad ſe à Deo miſſum erudiit.1.

Andreas Apoſtolus crucem ſibi paratam aſpiciens, exultabat.754. Orabat vt crux ſecum gauderet, quemadmodum viciſſim ille cum ea. ibid. Simonem fratrem quomodo inuenerit. 20. diuina conſolatione repletus amplexus eſt crucem. 296. Eius robuſtus affectus.486. Eius diuturnum crucis deſiderium.585.

Angelus in carne ſanctus Ioannes Baptiſta à ſancto Chryſologo dicitur.650. Mortem Angelornm D. Bernardus mortificationem appellat. 707.708. Corporum ſimilitudinibus ſpeculando non inuolui, Angelicæ puritatis eſt.708. Angelorum hierarchias manifeſtat nobis diuina claritas in quibuſdam ſymbolis figuratis.ibid. Iacob Angelum vidit, & vidiſſe

Digitized by Google

Deum ſe fatetur, quomodo intelligendum. 713. *Angelus apparens, infirma mentis deſiderio ſatisfacit. ibid. Eorum cœtibus ſociari quanta erit gloria.* 715. *Illorum chori, officia, & diuina attributa. ibid. Illorum nos Deus viſitationibus iucundat, inſtruit reuelationibus, ſuggeſtionibus monet, ſedulitate fouet. ibid. Noſtri ſunt ad conuiuandum.* 730. *Modo ſunt ſuperiores in futuro ſunt æquales. ibid. Nobis inſeruiunt. ibid. Non poſſunt aſſequi amoris Chriſti magnitudinem.* 753. *Eorum munera à ſancto Dionyſio Areopagita tradita. in procem. Peccatis abiguntur* 16. 17. *Inuocandi.* 64. 65. *Nobis ad præſidium dati ibid. Deſiderant nos, & exultant noſtri cauſa.* 107. *Eorum imitatio ieiunium eſt, ex D. Chryſoſtomo.* 142. *Partes noſtras ſtudioſiſſimè tuentur.* 260. *Nunquam loquuntur ex ſemetipſis, ſed Deus per ippſos.* 379. *Ad eorum aſpectum ſancti trementes ceciderunt in terram.* 406. *Super quos, & quomodo ſedere dicatur Deus.* 436. *Qui & cur dicantur Throni. ibid. Ab omni corporis & materiæ concretione remoti quomodo concipiendi.* 439. *Erga nos optimè affecti.* 456. *Debemus eis reuerentiam, deuotionem, fiduciam. ib. Maximè in oratione adſunt nobis ibi. Ex ſummis vnus ſummum omnium nunciauit.* 488. *Eorum actiones hierarchicæ quæ.* 502. *Purgarunt, illuminarunt, perfecerunt. ib. Eorum opera vtitur Deus in Eccleſia adminiſtranda.* 403. *Quomodo aſcenderint & deſcenderint ſuper filium hominis. ibid. Eorum perpetua in cœlis oratio qualis.* 536. *Ad martyrum ſolatia aliquando ſubmittuntur.* 584.

Angelus cuſtos peccatis abigitur. 16. *Præſto eſt in tentationibus.* 294. *Meditantes in cœlum introducit.* 435. *Vnus de ſodalibus ſponſi.* 438. *Sedulus quidam pediſſequus animæ. ibid. fidelis paranymphus diſcurrit medius inter dilectum & dilectam. ibid. Debemus ei reuerentiam pro præſentia, deuotionem pro beneuolentia, fiduciam pro cuſtodia.* 456. *Deo preces hominum offert.* 503. *Superiore lumine hominem complet. ibid anima noſtra viuit de Deo.* 541. *Copulatur Deo tanquam ſponſa.* 656. *Quæ carnalia cogitat, caro dicitur; quæ ſpiritualia, vnus cum Deo fit ſpiritus,* 652. *Per virtutes cum Deo coniungitur. ibid. In Cantico Canticorum nomine ſponſæ intelligitur.* 662. *& ſeq. Eius profectus in quo conſiſtat. ibi. & ſeq. Quibus gradibus ad contemplationem & amorem Dei con-*

*ſcendat. ibidem. Charitate vulnerata quid optet.*664. *In Scripturis vinea comparatur.*720. *In amore Dei per contemplationem ſuauiſſimè conquieſcit.*665. *Quatuor eius ſtatus in Cantico Canticorum deſcribuntur.*664. *& ſeq. Fit ſuauiſſimus lectus pacifici Salomonis.*666. *Manere in carne, mors illi eſt. ibid. Solatur exilium ſuum ſtudio laboréque animarum lucrãdarum.*667. *Per amorem ſponſo inuiſibili iungitur. ibid. Speculatur ſub diuina claritate, vnde refota proficiat, inquit diuus Gregorius.* 709. *In raptu ſiue exſtaſi quomodo ſe habeat* 712. 713. *Eſt mortali corpori coniuncta vt forma.* 713. *Non vtitur in raptu ſenſibus corporis, aut imaginatione. ibid. Infirma adhuc & iners fodere non valet, mendicare erubeſcit.* 716. *Oſtenditur ei foſſa humus vbi lateat donec conualeſcat, id eſt, Ieſus crucifixus. ibid. Quomodo ſibi cauare poſſit foramina petræ, per quæ ingrediatur ad interiora verbi. Ibid. Eſt præcipuum & principale ſpeculum ad videndum Deum.* 117. *Eſt imago Dei. ibid. Spiritus eſt. ibid. Liberè vult & amat. ibid. Corpus adminiſtrat. ibid. Donis ſupernaturalibus à Deo exornatur. ibid. Speculum eſt quod verus Ioſeph tenere, tergere, & indeſinenter inſpicere debet. ibid. In contemplatione aſcendit ad congreſſum colloquiumque cum Deo.* 721. 722. *Qualenam ſit hoc eius cum Deo colloquium.* 722. *Eius lingua, deuotionis feruor; Dei lingua, fauor dignationis eius. ibid. Anima iuſti, eſt ſponſa Verbi.* 728. *In ea ſunt imminentiora hominis bona, dignitas, ſcientia, virtus.* 731. *A Deo habet non ſolùm eſſe, ſed pulchrum eſſe. ibid. Deum Chriſtum crucifixum cogitat, gladio amoris tranſuerberatur.* 732. *Electa & prælecta a Deo, quanta gratia. ibid. Ornatur virtutibus & virtutis actionibus. ibidem. Quomodo à Deo occultè viſitetur.* 733. *Quibus eam modis Deus ad vitam ſpiritualem & perfectam alliciat. ibid. Vulnerata amore, certa ſigna gemitus & ſuſpiria, vultus pallens & tabeſcens.* 736. *Eius ſalus res difficillima.* 738. *Diligit dilecta.* 739. *Si perfectè diligit, nupſit. ibid. Quantum intellectu capax, tantum audax deſiderio. ibid. Amore præuenitur à Verbo, & vincitur.* 740. *Fœlix quæ. ibid. Quando Deo perfectè vnita ſit.* 742. *Quid in ſe & ex ſe ſit. ibidem. Peccatis onerata quanta miſeria.* 744. *Quomodo ſe præparet in aduentum ſponſi.* 745. *Eius zelator Deus ſponſus.* 749.

Extimalantur à Deo ſponſo ad amorem, vel tribulatione, vel faſtidio quodam immiſſo.750. Corporis pondere ac amore diuino reuocatur.ibid. Quæ prouidentia à Deo gubernetur.ibidem. Eius ſuſpiria. ibid. Eius miſera trinitas. ibidem Spiritu trahente, & carne retrahente libratur.763. Eius perditio vnde. 3. Quomodo in eam diabolus ingrediatur.4. Eam languentem verſat ad arbitrium ſuum Satanas.ibid. Eam quomodo diabolus circumueniat ac perdat. 5. Deplorata quomodo reuocanda ac ſuſcitanda.13. Quando eſt ſub ſeipſa.14. Diabolo quomodo vendatur.17. Gratia Dei erigitur, illuminatur, Deóque ſubiicitur. 20.21. Non ſufficit ſibi. 21. Quomodo adhæreat poſt Deum:ibid. Quid illi maximè dulce ſapiat. 22. Eius olfactus ſanus vbi.28. Peccatis laceratur.ibid. Eius frenum timor Dei 31. Deum ſitiens timet & amat. 33. In pace in idipſum dormiens & requieſcens.35. Quomodo dormiat inter medios cleros.ibid. Eius ſalus Chriſtus. 38. A peccatis libera & expurgata quæ.43. Quàm periculoſè ei ſecuritatis frena laxentur. 51. Sedes ſapientiæ.60. Eius ſolum bonum Deus.ibid. In peccatum lapſa quàm ſit miſera. 84. Quomodo præparetur Deo. 122. Fœdatur peccatis etiam venialibus. 126. Senſim ac paulatim perit. 128. Eius adhuc imperfectæ vitia quæ. 136. Eius tres partes: rationalis, icaſcibilis, & concupiſcibilis. 138. Eius alimonia ieiunium.142. Hilareſcit infelix quæ in re. 147. Ei ſubiicienda caro. 168. Eius portæ ſenſus.ibidem. Eius eſca ſpiritualia exercitia. 188. Eius macies & ſterilitas quæ. 191. Comparatur naui contra ictum fluminis condeſcenti.196. Ad ima relabitur, niſi ad ſumma conetur.ib. Tepida qualis.198. Torpens otio defletur per Prophetã.201. Eius purgationis vis. 208 Quomodo impinguetur ex D. Greg.ib. Cõparatur vineæ. 213. Quomodo aggrauetur corruptibili corpore.233.234. Inde punita eſt, vnde delectata.234. Quo pulchrior es, deſcende, inquit Ezechiel, explicatur. 277. Eius tres virtutes: intellectus, memoria, voluntas. 245. Eius partes infirmiores quæ ſint. 264. 265. Eius frigus quodam, & quam periculoſum. 269. Cauendum ne minima ad eam rimula diabolo pateat. 278. Quomodo à diabolo illudatur.ibidem. Comparatur vineæ. 272. Tanto grauiùs ruitura, quanto ſibi videtur euecta ſublimiùs. 282. Otio diſtenta inuaditur à diabolo. 283. Elicit ex ea diabolus voluptates quomodo. 284. Eius

*ſterilitas triplex.*303. *Fœda atque deformis redditur peccato veniali.*306. *Nihil ei poteſt æquipararari, ne vniuerſus quidem mundus.*347. *Si ei exterior euagatio clauditur, interior ſeceſſus aperitur.* 361. *Comparatur arbori & fonti, ib. Eius deſideoium vox eſt, & quidem valida.*376. *Optimarum virtutum exercitatione excolenda.* 380. *Quomodo liquefacta dilecto locuto.* 392. *Eius ſimplicitas eſt imago diuinæ ſimplicitatis.* 393. *Eius à Deo permota ſignum quod.* 597. *Non omnis eaſdem vires & propenſiones habet.* 424. *Eius virtus indicatiua corrigat phantaſiam.* 439. *Eius dignitas etiam cœleſte corpus excedit.* 442. *Eius varia morborum genera.* 475. *Fortiſsimè deſiderat veritatem.*502. *Quomodo perdenda, vt inueniatur.* 526. *Eius deſiderium qua re expleri poſsit.* 538. *Quantum Dei donum ſit.*558. *Filia vaga quæ dicatur.* 603. *Adipe ieiunij pingueſcit.*610. *Facillimè ſe conformat externis moribus.*621.

Antiochus Rex ſuperbiſſimus. 626. 627. *Animo abiecto, cum res bellicæ non ſuccederent ex ſententia.*626.

Antenius vir ſanctus à Deo ſolitus edoceri. 1 *Eius primum & commune mandatum.* 108. *Eius morientis teſtamentum.* 109. *Eius vita audita, exarſit D. Auguſtinus ad amplectendam continentiam.*364.

*Apollo Abbas monachum adoleſcentem deſperabundum mirabiliter recreauit.*11. *A Deo obtinuit, vt quidam experiretur ad tempus tentatoris iacula, quæ alteri exprobrarat.*.266.

Apoſtoli vouerunt paupertatem, teſte D. Aug 640. *Primi item illorum diſcipuli ib. Sunt perfecti Chriſti milites.* 646. *Non minùs contemplatores quàm prædicatores.*706. *Adiutores Dei appellantur.* 725. *Adhuc viuentes aſsiduè orarũt pro ſuis chariſsimis filiis.* 25. *Corporalis Chriſti præſentiæ amore reliquerunt omnia.*119. *Eorum officium quodnam.* 153. *Eorum viuendi ratio.* 155. 156. *Eorum curioſitas olim à Chriſto reprehenſa.*154. *Pullum aſinæ ad Chriſtum adducentes quid nos doceãt.*273. *Virtute ſublimes.*407. *Placidè ſeſe illis Deus infudit ib. A Spiritu ſancto edocti, inter ſe conſilia ſæpius inierunt.*322. *A Chriſto quaſi conſulti.ib. Exemplum Euangelicæ perfectionis, forma Prælatorum & omnium religioſorum.* 457. *Vocati à Chriſto ad quid.* 458. *A Chriſto humaniſsimè*

allecti

Digitized by Google

allecti & detenti.465. Cur ſponſi filij appellati.467. Data illis à Chriſto præcepta tum interna,tum externa.468. Omnis illis pecuniæ ſpecies interdicta.468. 469. Doctores veræ religionis. 469. Cur illis Chriſtus interdixerit duabus tunicis, calceamentis, & baculo. ib. Præceptum illud, ne in ſublime tollantur, quid ſibi velit. 470. Tradidit illis Chriſtus initia diſciplinæ religioſæ. ib. A Chriſto inſtituti ſilentium ſeruare, mendicare, Catechiſmum docere, & ſimilia.ibid. Conceſſa illis ſandalia & virga, quæ antè erant prohibita. ib. Eorum Princeps S.Petrus.481. Cur paruulos ad Chriſtum venire prohibuerint. 484. Chriſti ſententiam veriorem, quàm conſcientiarum ſuarum, duxerunt. 493. Eorum amor, reuerentia, & obſequium in Criſtum.ib. Sal terræ, lux mundi, filij ſponſi, filij tonitrui.526. Cur permiſerit Chriſtus illos aliquãdo labi.529. Illorum ambitio vel inuidia quomodo nobis profuerit.ibid.

Attentio vehemens & conſtans omnium virium animi ac mentis requiritur ad contemplationem.719. In oratione quam neceſſaria.541.

Auaritia cur idolorum ſeruitus ab Apoſtolo dicatur. 174. Cum hæreſi comparatur. ibid. Eius deteſtatio ex D.Chryſoſt. ibid. eius tentatio duplex. 175. Quomodo monachi vel religioſi ab ea tententur, ibid. Eius effectus. 176. Eſt ſuperfluus amor habendi diuitias.ibidem. In duobus excedit.ibid. Principium & cauſa aliorum peccatorum.177. Vnde oriatur.ibid. Eius exempla ex ſacris literis. 178. Eius remedia. 176. & ſeq. De ea ſumma victoria.178. Cur concupiſcentia oculorum ab Apoſtolo nominetur. 179. Generalis quæ ſit.255. Specialis idem quod amor pecuniæ.ibid. Eius caput ſuperbia. 256. Propria hominum quæ.ib. Ei contraria charitas.ib. fugienda tanquam labes quædam quæ virtutem effeminat. 582.

Auguſtinus Epiſcopus & Eccleſiæ Doctor quàm feruens fuerit in oratione. 660. Eius feruentis & flagrantis orationis exemplum ex libris Confeſſionum.ibid. Omnis, inquit, mihi copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas eſt. 661. Ex conſideratione rerum creatarum aſcendit ad Deum. 716. Per ipſam animarum ſuam aſcendit ad Deum. 717. Eius dictum ad Deum; Si ego Deus eſſem, & tu Auguſtinus eſſes: vellem Auguſtinus eſſe, vt tu Deus eſſes. 724. 725. Aliud eius dictum: Moriar, ne moriar.726. Non poſſum (inquit, metiri vt ſciam

quantum deſit mihi amoris ad id quod ſatis eſt. 729. Gratia Dei deputat quæcunque non fecit mala. 734. Audiuit Deum ſibi loquentem: Cibus ſum grandium: creſce, & manducabis me. 742. Minus, inquit, te, Domine, amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. ibid. In contemplatione diuinam lucem vidit, diuinam vocem audiuit. 746. Expertus eſt principium futuræ æternæq; beatitudinis. 748. Ad eius guſtum quomodo cum matre peruenerit. ibidem. Cupiditatem miraculorum quomodo coërcuerit. 763. Duplici modo conuerſus. 14. Adoleſcens grauem peccati tyrannidem in ſe expertus. 17. Suſpirabat ferrea ſua voluntate ligatus. 18. Orabat: Domine, da quod iubes, & iube quod vis. 21. Maius opus eſſe putat, ex impio pium facere, quam mundum condidiſſe. 24. Cur in libris Confeſſionum peccata ſua commemoret. 50. 51. Dicere ſolitus, Chriſtianos & ſacerdotes ſine pœnitentia exire de corpore non deberre. 51. Filius tot lachrimarum perire non potuit. 65. Scrupulis olim conflictatus. 72. Non immunditiam obſonij timuit, ſed immunditiam cupiditatis. ibidem. Oratio ei familiaris. 85. Eius voces: O amare, ô ire, ô ſibi perire, ô ad Deum peruenire. 122. Omne mendacium, etiam officioſum, peccatum eſſe, cum Eccleſia docuit. 134. 135. Non timuit immunditiam obſonij, ſed immunditiam cupiditatis. 145. Certauit quotidie aduerſus gulam. 146. Quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus acceſſit. ibide. Suo nos exemplo inſtituit aduerſus gulam pugnare. ibidem. Eius ad Deum preces pro continentia. 147. Eius admirandum ingenij & ſpiritus acumen. 173. Cùm me ampliùs cantus, inquit, quàm res quæ canitur, mouet, pœnaliter me peccare confiteor. 174. Reſtitit ſeductionibus oculorum. ibidem. Qualis homo. 206. Eius ſpes in miſericordia Dei. 211. Humanam linguam dixit eſſe quotidianam noſtram fornacem. 224. Laudatus contriſtabatur. 225. Exarſit ad imitandum Victorini exemplum. 363. Ligatus non ferro, ſed ſua ferrea voluntate. ibidem. Eius duæ voluntates inter ſe confligentes. ibidem. Melius eſt, inquit, ô Deus, tuæ charitati me dedere, quàm meæ cupiditati cedere. 364. Exemplis diui Anthonij & aliorum commotus eſt ad amplectendam chaſtitatem. ibidem. Decennium & amplius deliberauit de chaſtitate ſeruanda. 365. Surgunt, inquit

indocti, & cœlum rapiunt, & nos cum noſtris doctrinis volutamur in carne & ſanguine. ibidem. Plus loquebantur animum eius frons, genæ, oculi, color, modus vocis, quàm verba quæ promebat. ibidem. Inſaniebat ſalubriter, & moriebatur vitaliter. ibidem. Eius luctæ inter carnem & ſpiritum graphica & renuoſa deſcriptio. 363. *& ſeq. Caſtæ continentiæ dignitas ei mirabiliter repræſentata.* 366. *Sub arbore fico ſtratus, dimiſit habenas lachrymis. ibidem. Audit vocem cum cantu: Tolle lege, tolle lege.* 367. *Pia lectione ſubitò mirabiliter illuſtratus.* 367. *Seipſum Deo in holocauſtum obtulit. ib. Eius humilitas cordis.* 425. *A populo ſibi commiſſo veniam è ſuperiore loco petijt.* 426. *Eius inſignis animi erga Deum affectus in libris Confeſſionum expreſſi.* 532. 533. *Exemplis aliorum ſeipſum excitauit.* 601. *De præceptis Chriſtianæ religionis interrogatus, quid reſponſurus.* 625.

Auguſtus Cæſar quantum bonos conſiliarios deſiderarit. 331. *Eius edictum quomodo inſeruierit ortui Chriſti Domini.* 504.

B

Baptiſmus Sacramentum quo vaſa fortis dirripiuntur. 15. *Eius figura Moyſes in aqua veniens. ibidem. In eo pœna omnis condonatur.* 39. *Peccata per eum dimiſſa plorat Apoſtolus.* 50. *Religioni comparatus.* 57. *Eo dimittuntur peccata, non autem praua affectiones.* 137. 138. *Eo ſumus expiati à peccato, & liberati à ſeruitute diaboli.* 251. *Eo aperitur ianua Eccleſiæ.* 479. *Eius decem honores ſiue priuilegia. ibid. Sufficit continuò tranſituris. ibid. Sacramentũ regenerationis cur inſtitutum.* 501.

Baſilius Epiſcopus *monachis ſui tẽporis leges ſanctiſſimas præſcripſit.* 150. *Medicinæ ſcientiam valde commendat. ibid. Eius dictum in religioſum auarum ex ſenatore factum.* 178. 179.

Beatitudo æterna, maxima hominis perfectio. 651. 652. *Non habitibus ſed actibus debita.* 659. *Caret omnibus malis.* 714. *Omnibus bonis abundat.* 715. *Eius partes quæ ſint ex diuo Anſelmo. ibidem. Duplex, ex corporis & animæ. ibidem.*

In hac vita qualis eſſe poſsit. 744. *Eius principium expertus eſt. D. Auguſtinus.* 748. *Ad eius guſtum quomodo cum matre peruenerit. ibid. Eius quaſi participes ſunt contemplatores.* 749. *Mira ſerenitas, plena ſuauitas, æterna ſecuritas.* 750. *Non in hac vita, ſed in futura quærenda.* 335. *Ad eam obtinendam quæ ſint neceſſaria vel vtilia.* 337. *Primus ad eam gradus fides.* 500.

Benedictus Pererius, Societatis Ieſu, magiſter auctoris. 259. *Scalam Iacob quomodo explicarit. Ibidem.*

Beneficentia quid. 574. *Eius gradus & incitamẽta.* 575. *& ſeq. Nil tam diuinum homo habet. ibid. Ad eam à natura mouemur.* 577. *Eius actus heroici.* 578. 579. *Promptitudine & celeritate congeminatur.* 579. *Tribuit gaudium, capitque tribuendo. ibid.*

Beneficia diuina tria maximè per creaturas in nos deriuat Deus: panem, ſolem, & aërem. 730. *Gradus ſunt ad amorem diuinum.* 731. *& ſeq. Varia deſcribuntur. ibid. Eorum conſideratio diuinum in nobis amorem excitat.* 19. *Iis Deus peccatorem mulcere ſolet vt reſipiſcat.* 23. *Vna ex diuinis præuentionibus ſunt.* 24. *A Deo dantur, non venduntur.* 35. *Sine pœnitentia ſunt. ibid. Eorum meditatio conſiſtit in tribus.* 391. *Plurima enumerantur ex ſacris Literis Corporea eleganter ex Seneca deſcribũtur.* 556. *Spiritualia quæ & quanta.* 557. *Infinita ſunt materia diuinæ laudis & gratiarum actionis* 558. *Quo affectu à Deo proficiſcantur. ibid. Cur à Deo immerentibus collata.* 558. *Eorum maxima cuſtos gratitudo. ibid. Augenda ſunt conſideratione & verbis.* 561.

Beniamin monachus in abſtinentia ſeruanda pertinax, ad ſæculum tandem rediit. 42.

Bernardus Abbas, vir ſanctus, ſe nihil eſſe reputat. 22. *Plantatorem & rigatorem ſe vocat, ibid. Aſpirando à Deo præuentus vt alios de ſalute ſua moneret. ibid. Elegans eius parabola de Chriſto & peccatore.* 26. *Eius Praxis.* 32. *Pauet gehennam & extremum iudicium. ibid. Eius lamenta ex perſona damnati hominis.* 32. *Minus laudauit Humbertum, propter nimium ſuam abſtinentiam.* 42. *Eius ad ſacerdotem ſcrupuloſum verba: Vade fili, & in fide mea celebres.* 76. *Eius dictum ad Eugenium Pontificem: Inter ſæculares nugæ nugæ ſunt: in ore ſacerdotis blaſphemiæ.* 131. *Ciſtercienſiũ maximus*

amplifi

Digitized by Google

amplificator. 150. *Monachis ægrotis omnibus medecinis interdicit.ibid. Septem in ſe miſericordias Domini celebrat.* 336. *Diuinam viſitationem in ſe ſæpe expertus.* 375. *Ex motu cordis Spiritus ſancti præſentiam ſæpe cognouit.* 433.

Bona temporalia triplicia: bonorum externorum, corporis, & propriæ voluntatis. 639. *Sunt abijcienda ei qui perfectus eſſe cupit.ibid. Eorum cupiditas coërcenda, idque paupertate. ibid. Patriarchæ habuerũt, qui tamen perfecti fuerunt.* 640. *Habent Epiſcopi, quorum ſtatus eſt perfectionis. ibid. Inter bona externa numerantur etiam honores.* 643. *Iis obiectis vel ſubtractis, quid agendum contemplatiuo.* 624. *Non propter ea benefaciendum.* 112. *Eorum peruerſo deſiderio qui teneantur.* 200. 201. *Eorum amor diabolo viam præparat.* 275. 276. *Eorum ſolicitudo maior quàm par ſit in religioſis.* 271. *Euaneſcunt vt veris flores.* 569. *Eorum diſpenſatores, non Domini diuites.* 577. *Quantum diſtent ab æternis.* 588.

Bonauentura pius auctor ſtimuli diuini amoris. 121. *Eius dictum: O Domine, quando te diligam? quàm ſit efficax.* 538.

C

Cœleſtinus ſummum Pontificatum reſignauit. 648.

Cœleſtis gloria caret omnibus malis. 714. *Omnibus bonis abundat.* 715. *Eius contemplationis quatuor gradus.ibid. Eius amor qualis.* 33. *Eius recordatio praua deſideria vt cuneus cuneum expellit.* 247. *Eius quædam prægustatio eſt diuina in hac vita conſolatio.* 296. *Eius principium quoddam & pignus in hac vita.* 300. *Quomodo contemplanda.* 435. *Eius contemplandæ duplex ratio ex diuo Bernardo.* 436. *Tribus modis animo repræſentanda.* 445. 446. *Nec cogitari quidem poteſt.* 589.

Cæſar Baronius, doctiſſimus Cardinalis. 240. *Euagrium damnat. ibid.*

Caleb ad vnicum ſuſpirium filiæ ſuæ Axæ dedit quæ illa rogauerat. 759. 760. *Figura Patris cœleſtis.ibid.*

Caro caſtiganda quomodo. 42. 43. *Eius dolor cum cordis dolore collatus.* 62. *In eam animus quibus verbis inuehatur, ex D. Bernardo.* 68. *A ſpiritu in ſeruitutem redigenda ibid.*

Eius macerationes ne ſint immodicæ. 69. Eius nimia excruciatio diaboli eſt tentatio.ibid. In ea caſtigandæ ſtandum e indicio magiſtri ſpiritualis.70. Eius inueterata delectatio quàm periculoſa. 80. Eius & ſpiritus lucta.ibid. Eſt iu quens diaboli & inferni rudens.82.Indomita caſtigari renui 85. Quomodo non proſit quicquam.119. Eius nomine mun gloria comprehenditur.120. Eius illecebræ quomodo eludenda.143.Non eam,ſed eius vitia eſſe mactanda 145.Eius caſtigationem fides Catholica probat.149. Anima ſubiicienda 168 Ei ſubiicietur qui ſe Deo prius ſubiecerit.ibid. Eius lex & motus.170.Eius motus ſimplex quis.ibid. Eius varia deſideria.171.Eius motus tolli non poſſe. 172. Secundum eam ſapere quid. 207. Eius nomine in Scripturis aliquando hom intelligitur.233. Eius corruptio qualis. ibid.Non ſunt ei tribuenda omnia vitia.ibid.Eius nomine aliquando fomes concupiſcentiæ intelligitur. ibid. Accipitur aliquando pro corpore ſubiecto viribus animæ ſentientis.235. Eius corruptela mor ab Apoſtolo dicta. 236. Humana à quibuſdam barbaris barbara immanitate comeditur ibidem. Pauimento comparatur 242.Eius voluntates quæ dicantur. 253. Eius cum diaboli fœdus contra nos initum.260.Quod eam facit viuere, ſuper eam eſt.310.Eius incentiua quomodo extinguantur.322.Eius opus,ſectæ. 334. Eius prudentia qualis ſit. 350. Dum plus iuſto reſtringitur,ab exercitatione boni operis eneruatur.355. Eius ſpiritus,ſatelles diaboli. 381. Eius ſpiritus quomodo dignoſcendus.ibid. Eius amor ſæpe latet ſub nomine ſpiritualis amoris.570.Eius patrociniũ arripit diabolus,ne ieiunare cogatur.608.Cõparatur iumẽto ferocienti & fame domando.ibid

Carolomannus Caroli Martelli Francorũ Regis filius. 372 Regno fratri demandato monachum induit.ibid.

Caſtitas perfecta corporis & animi colenda.574.Eius expertes antiqui philoſophi. 116. Primus eam docuit Chriſtus ibid. Duplex 47.Eius perfectio.ibid. Ei contrarius etiam neceſſarius naturæ apetitus.148.Perfecta quæ.170.Eius gradus ex Caſſiano.171.Eius imperium quod nam.173 Eius conſummatio ſecundum Caſſianum ibid. Eius feruens zelus.ibid Quid ſit,& an à pudicitia differat. 610. Eius lege qui teneantur.611. Eius gradus & incitamenta. ibidem. & ſe Non obſcurum indicium prædeſtinationis. 611. Ad eam per

Digitized by Google

pectiò ſeruandam incitamenta. ibid. & ſeq. Vita Angelorum. 612. A plurimis malis liberat, innumeris bonis auget. ibid. Confert robur corporis & animi. ibid. Sacrificium, quod nihil Deo gratius, nihil ad eum conciliandum aptius. 613. Eam qui ſectantur, nomen Chriſto & B. Virgini dant, Sanctos commilitones habent. ibid. Eius indicia & gradus ex Caſſiano. 614. Eius regendæ bonus comes pudor. 620.

Ceremoniæ ad quid inſtitutæ 651. Diligentiſſimè ſeruãdæ & obeundæ, ibid. Maximè quæ ad ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium ſpectant. ibid. Incinerationis initio Quadrageſimæ origo 46. Circa eas variæ dæmonum tentationes. 271.

Caritas cur dicatur vinculum perfectionis. 635. Peſecta quæ ſit. 636. In hac vita haberi poteſt dupliciter. ibid. A quo veraciter & perfectè habeatur. 637. Ad eam quomodo pertingemus. ibid. Eius adminiſtræ ſunt virtutes. ibid. Venenum charitatis eſt cupiditas rerum temporalium 638. Eius augmentum, cupiditatis diminutio. 639. Eius perfectio, nulla cupiditas ibid. Ad eam virtutes omnes vt ad finem referuntur. 750. Qua ratione roboretur & creſcat. ibid. Quo vehementior charitas, eo maior perfectio. 652. Augetur virtutibus acquiſitis. ibid. Per eam anima fit vnus cũ Deo ſpiritus. ibid. Donum Dei eſt. 660. Quatuor eius gradus in Cantico Canticorum deſcribuntur. 665. Quem implet, incendit. 702. Affluere conſueuit, non effluere. 703. Eius neceſſitas negotium iuſtum ſuſcipit. 704. Eſt virtus coniũgens nos Deo, qua ipſum diligimus. 723. Extentam Dei manum, ne feriat continet. 729. Violenta eſt. 636. Quatuor gradus habet: vulnerat, ligat, languidum facit, & in defectum adducit. ib. Comparatur febri. 737. Eſt quodammodo tyrannis. ibid. Concipit Chriſto filio, eidemque parturit. ibid. Nihil ea optabilius. 739. Nata nutritur, roboratur, perficitur. in proœm. Eius ſolatium in afflicti hominis animo. 11. Ea ferculum Salomonis quomodo conſtratum. 35. Eius feruor omnem pœnam peccatis debitam abſorbuit. 57. Latronis in cruce quanta. ibid. Vrget nos. 108. Quomodo diſtinguatur à puritate cordis. 122. Minuitur peccatis venialibus. 128. Eius cum inani gloria comparatio. 222 Auaritiæ contraria. 256. Quomodo non quærat quæ ſua ſunt. ibid. Comparatur cum amore ſui. ibid. Cõſtituit ciuitatẽ iuſtorũ. ib. Eius deliciæque. 295. 296 Cui à

Deo denetur. 297. Duplex ibid. Suauitas & bonitas quanta. ibid. Comparatur ingenti flammæ. ibid. Non quærens quæ ſua ſunt qualis ſit. 299. Eius comes diuina conſolatio. ibid. Ab ea pendet virtutum progreſſus. 316. Eam comitantur dona Spiritus ſancti. 319. Quàm vehementes affectus in Sanctis excitarit. 327. Virtus Theologica maxima. 339. Arx virtutum à D. Auguſtino appellata. ibid. Copioſè & eleganter deſcribitur à D. Proſpero. ibid. Bonos & Dei amicos nos facit. 340. Nihil eſt ea excellentius. ibid. Duplex eſt: Dei & proximi. ib. Eius definitio ex D. Auguſtino. ibid. Salus morum, finis cœleſtium præceptorum. ibi. Mors criminum, vita virtutum. ibid. Virtus pugnantium, palma victorum. ibidem Ignis inextinguibilis. 342. Comparatur cum morte à contrario. ibid. Eſt mors quædam ſpiritualis. ibidem. Eius argumentum zelus animarum. 346. Eius feruor ſine diſcretione iacet. 355. Eſt oculus dexter, quem Naas volebat eruere Iabitis. 388. Quomodo ædificet. 390. Signum eſt præſentiæ Spiritus ſancti. 407. Eam ſolam Diabolus imitari non poteſt. ibidem. Præſidem propriè Patrem efficit. 428. Comparatur vino. 430. Gaudij parens & cauſa. 483. Condeſcenſionis Chriſti cauſa. 484. Germana qualis. 573. Æqualis ab omnibus tenenda aduerſus cunctos. 574. Ad eius faſtigiũ quomodo perueniendũ. 626.

Charitas erga proximum, eſt eandem virtus cum charitate Dei. 343. Quomodo non æmuletur, non agat perperam, non ſit ambitioſa. ibidem. Eius ordo quis. ibid. Eius gradus qui. 344. & ſeq. Non eſt mercenaria, nunquam tamen vacua. ibid. Eius finis Deus. ibid. Eius actiones. ibidem. Omnia ſuffert animo, omnia ſuſtinet corpore. 345. Oleo comparatur in Euangelio, & quare. ibid.

Clemens ſucceſſor Apoſtoli Petri ſcripſit epiſtolas ad Virgines. 642.

Cogitatio eſt improuidus animi obtutus ad euagationem pronus. 706. Secundùm D. Auguſtinum, eſt omnis actualis operatio intellectus. 707. Non ſolũ iniuſta & turpis, ſed etiam inutilis mortificãda eſt. 698. Refereẽda ad magiſtrũ ſpirituale. 6. Quæ ſit quæ Domino diẽ feſtũ agat. ex D. Auguſtino. 56. Quæ & quomodo reiicienda. 84. Diaboli titillatio & coluber quæ. ib. Fonti comparatur. 112. Suſpendenda in equuleo ſecundum D. Chryſoſtomũ quomodo. 130. Praua ſtatim atque

n animo excitatur, expellenda. 168. Exquirenda bona. ibid. Mala præcedit ruinam. 197. Libidinoſa & turpis otioſis im mittitur à diabolo. 201. Sanctis mentibus ſubijcitur. 208. Spinoſa & perplexa quibus regulis dignoſcenda. 209. Vanæ oranti ſubrepunt. 211. Frequens & non accerſita alicuius rei, quale ſignum. 244. Otioſa peccatum. 246.

Cogitationes quadruplices. 246. 247. Otioſæ quales. ib. Ad neceſsitatem naturæ pertinentes ib. Si paululum inſederint, dif ficulter auelluntur. ib. Otioſæ quomodo repellendæ. ib. Solent ef fluere tanquã vilis plebs in atrium ib. Earum delectatio ſuccidenda. 247. Immundæ à nobis exufflandæ ib. Curioſæ periculoſæ. ib. Ad quã regulam dirigendæ, vt ſint laudabiles. 249. Earum voluntates quæ dicantur. 253 Quæ abnegandæ. ib. Quæ teporem oleant, & frigus ſpirent. 269. Bonas quomodo deprauet diabolus. 281. Somnijs perſimiles quæ. 281. 282. A carne, mundo, vel diabolo profectæ quomodo dignoſcendæ. 381. Comparantur rotis ab Ezechiele viſis. 392. Occultæ an à diabolo cognoſci poſsint. 399. Comparantur nubibus. 403. Earum ſinus quomodo conſtringendi. 412. Leues tanquam muſcæ abigendæ ſunt manu grauitatis. 433.

Cõpunctio donũ Dei. 32. 33. Quando cognoſcatur præſens eſſe. 33. Comparatur caligini, amaritudini, & tenebroſo turbini. ib. Eius tria genera. ib. In lachrymas ſaltem cordis erumpit. ib. A S. Bernardo pudor appellatur. 34 Firmum emendationis propoſitum requirit. 36. Compunctio ficta & ſimulata quæ. ibid. Quam ſolicitudinem operetur. ib. Ad eam exercitia ſpiritualia quæ iuuent. 37. Eius ſenſum tollit peccatum. 38. Eius vis conterẽs naues Tharſis, explicatur 68. Comparatur à Iob tenebroſo turbini. ib. Eius vis quanta 78. Eius indicium certum, ſubtractio occaſionis. 95. 96 Vulgato nomine deuotio appellatur. 440.

Concupiſcentia nobis cauſa multarum tentationum. 94. Domeſticus hoſtis. ib. Qua in re nobis inſidietur 147. Meretrici comparatur. 165. Poteſt minui, non poteſt conſumi. ſecundùm diuum Auguſtinum. 171. Virtute & frequenti abnegationis vſu frangitur. ibid. Eius ſtimuli & incitamenta an omnino poſsint extingui. 172. Peccatum dicitur ab Apoſtolo. 232. Eius prima motio tentatio dicitur. ibidem. Eſt peccati effectus, pœna, & fons. ibid. Non eſt idem quod deſiderium. ib. Redundat etiam in appetitum rationis. 233. Antecedit omnes prauos

habitus & paſſiones.ib. Quid propriè.234. Eius proprietates.235. Nō vincitur in hac vita.240. Quotidie minuitur in proficientibus & continentibus.241. Vt eam compeſcas, contine.ib. Eius motionibus reſiſtendum ib. Relicta eſt ad certamen. ibid. Eius vires.ib. Eius radices non conuelluntur omnino dum viuimus.242. Eius motus primò primi, & primi tantùm.243. Nobis eſt innata. 282. Eius titillationibus obuiam eundum.ibid.

Concupiſcentia fomes quid.232. Generat vitioſas paſſiones.ibid. Etiam poſt Baptiſmum in regeneratis manet.ib. Inclinat hominem ad peccatum.ibid. Nunquam tollitur in hac vita.236. Iuſtos etiam vires quaſi compedibus irretitos tenet.ibi. Ex eius corruptela ineſt nobis peccandi quædam neceſſitas ibid. Non extinguitur niſi morte.242. Eius vires quomodo ſedentur.ibid. Eius reliquiæ cur relinquantur in homine.ib. Ieiunio coercendus.609.

Confeſſio ſacramentalis altera poſt naufragium tabula.37 Facienda eſt humiliter, purè, fideliter.ibid. Sit ſimplex.ibid. Sit & fidelis in ſpe.ibid. Eius auctor & inſtitutor Chriſtus.38 Eius ſignum in afflictione pœnitentiæ.39. Vnde vim habeat.40. Non fit Deo vt ignaro.45. Græcis exhomologeſis eſt.ibid. Proſternendi & humilificandi hominis diſciplina, ex Tertulliano.46. Cùm accuſat hominem, accuſat; cùm condemnat, abſoluit.ib. Eius inſignis deſcriptio & commendatio ex Tertulliano.ib. Eam qui ſuffugiunt vel differunt, cùm erubeſcentia ſua pereunt.ib. Per eam peccata teguntur.63. Eſt frequentanda, & quare.84. Ante omnem de re graui conſultationem inſtituenda 360. Eius frequens vſus, certum ſalutis inſtrumentum.403. Generalis cur & quomodo inſtituenda.536.

Confirmatio ſacramentum quale.333. Cur à Chriſto inſtitutum, ibid. Eius vis & efficacia.ibid. Confirmat & roborat ad pugnam.479. Neceſſaria victuris.ibid. Eius cum Baptiſmo comparatio.ibid.

Conſcientia peccatorum excutitur & concutitur à Deo mirabiliter.23. Examinanda eſt quotidie.719. Inter ſpem & timorem fluctuans.35. Eius tenebras Chriſtus quomodo diſiiciat.38. Quoſnam terreat & cruciet.65. Eius tranquillitas à Deo expectanda.66. Eius tranquillitas ſignum gratiæ. ibid. Ad Deum conuerſos non nimis cruciet.72. Perplexa redditur

ſcrupulis.75. Erronea quæ & unde.77. Obſcuratur peccatis venialibus.127. Codici comparatur.129. Eius iudicium in cibo ſumendo.156.Vel minuto nummo polluitur.178.Eius anguſtiæ unde.205. Eius tranquillitas quæ mala, & flagellum Dei.213.Eius diſſipatio, ſuperſtitioſa abſtinentia.275. Eius gloria quæ.296.Eius oculus fides.329. Eius mūditia quam ſit neceſſaria,& quomodo acquirenda.359. Comparatur curiæ. 412.In ea Deus cœnat.ib.Fidelis & deuota terra bonæ comparatur.505.In ea ſpes ſua cuique eſt.525.Eius cādor quàm neceſſarius.539. Amica veritatis, ſummam voluptatem parit.566.

Conſideratio à D.Bernardo pietas appellatur.413.414.Ei nullam operam dare,eſt vitam perdere.414.Eius vtilitates ex D.Bernardo.ibid. Potiſſima omnium quæ.ibid. Triplex.ibid. Quæ ſit maximè opportuna ceſſioni ſpirituali.ibid.Eius materia ſubiecta.415.In rebus ſubitis eſſe nulla poteſt.586.

Conſiliarius eligendus fidelis & beneuolus.417. Eligendus vir bonus & timens Deum.ibid.Eius graphica deſcriptio. ibid.Conſultorem ſuum ſimiliter bonum reddat.ib.Bonus facilè inuenitur à conſultore bono.418.Sit prudens, & peritus rei de qua conſulendus eſt.ibid. Cui & quantum ſit credendum.ibid.Sint ſeniores.ibid.Eius proprietates,qui Principibus præſertim Eclceſiaſticis aſſiſtit.419.

Conſilium cui neceſſarium.416. Capiendum aliquando ex hiſtoria.419.Donum Spiritus ſancti quale.421.

Conſolatio diuina,merces eſt laborum.296.Prægustatio eſt cœleſtis voluptatis.ibid. Eſt centuplum illud Euangelicum. ibid.Eſt regnum Dei intra nos.ibi. Comparatur igni.ibid. Eſt virtus ex alto.ibi. Maximum in ea momentum ad victoriam tentationum.ibid.Quanti æſtimetur à ſanctis Patribus.297. Pretioſiſſimum Dei donum.ibid. Suauitas ſpiritus.ibid. Duplex.298.Cōparatur citharæ & cantui.299.Eius proprietates.ib.Eſt charitatis comes.ib. Animæ ſitim nō extinguit.300. Eſt principiū quoddā & pignus felicitatis æternæ.ib.Rapit aliquā lo mentē extra ſe in Deum.ib.Delicata eſt,nec datur admittentibus alienam.301.Comparatur cum carnali, vt ignis & aqua.ib.Plus neruorum ac roboris habet, quàm voluptatis.ib.Eius præſentiæ in anima indicia quæ.ib. Etiam peccatoribus communicatur. 372. Comparatur adipi frumenti &

Digitized by Google

melli.ib. Donum Dei eſt, cui hominẽ cooperari oportet. 380. Sub eius ſpecie multi decepti. 384. Ex ſpirituali ſeceſſu quãta. 413

Conſolationes an afflictiones magis nobis expediant. 655. Donum Dei ſunt. 657. Qua ratione à viro perfecto expetendæ ſint. ibid. Quomodo nos Deo coniungant. ibid. Quomodo non coniungant, ne dicam abalienent. 660. Propter illas Deo ſeruire, monſtruoſum quiddam eſt. 658. Promptiorem efficiunt hominem ad Deo ſeruiendum. ibidem. Iis adhibendæ qui puſillanimes ſunt. 211. Ex ſacris literis deprompta. ibid. Omni armorum genere valentiores. 295. In martyribus quantæ. 296. Vim ignis exuperant. ibid. Primitiæ ſpiritus, delitiæ charitatis. ibid. An ſint deſiderandæ cùm abſunt. ibid. Non conſiſtit in eis vis virtutis. ibid. Cùm non habentur, in faſtidio ſunt; cùm habentur, in deſiderio. 300. Comparantur cum corporalibus delitijs. ibid. Comparantur lacti nutricis. 305.

Contemplatio maximum perfectionis adminiculum. 660. Eſt attenta conſideratio rerum ſpiritualium tam diuinarum quàm humanarum 661. Huic qui vacat, magnos in virtutibus progreſſus faciet. ibid. Donum eſt gratuitum diuinæ miſericordiæ. ibid. Induſtriam quoque noſtrã requirit. 662. Cum oratione miſcenda & temperanda eſt. ibid. Eius ſumma cum oratione & amore Dei colligatio. ibi. Quibus gradibus ad eam anima conſcendat. 663. Quietis ſiue ſomni nomine in Scripturis ſignificatur. 664. 665. Per eam anima in amore Dei ſuauiſſimè conquieſcit. 666. In ea mens diu ſtare non valet, ſecundùm D. Gregorium. 699. Meritis præſtat actioni. ibid. Præmium eſt actionis. ibid. Non ſemper eam quærentibus aut procurantibus datur. ibid. Ad eam aſpirant aliqui non domitis terrenis affectibus. ibid. Eſt ſanctum otium. ibid. Eſt bonorum operum & virtutum fructus. 700. Eius guſtus non debetur, niſi obedientiæ mandatorum. ibid. Ad eam nonnulli natura inepti. ibid. Ab ea arcendi. ibid. In qua non ſine erroris periculo verſari poſſunt. ibid. Ea poſſumus carere. ibid. Non eſt ad ſalutem neceſſaria. ibid. Eſt in noſtra voluntate. ibid. Eſt ex dono gratiæ. ibid. Quis ad eam aptus. ibid. Intermittenda eſt, quando proximi ſpiritualis neceſſitas id requirit. 704. Eius vſus antiquiſſimus in Scripturis. 705. Chriſtus huic vacauit noctibus, teſte D. Gregorio. 706. Libero volatu, quocunque eam fert impetus, mira agilitate circumfertur. ibid. Eſt perſpi-

cax & liber animi contuitus, in res perſpiciẽdas vſquequaque diffuſus. ibid. Pertinet ad ſimplicem intuitum veritatis. ibid. Eſt Dei donum. 707. Præſentem habet Dei gratiam. ibid. In ſinum conuolat æternæ veritatis. ibid. A D. Bernardo mors Angelorum dicitur. 708. Secundum ſtatum præſentis vitæ non poteſt eſſe abſque phantaſmatibus. ibid. Tria ſunt contemplationis genera: perfectorum, proficientium, & incipientium. 709. Verſatur circa diuinam maieſtatem duplici ratione. 711. Comparatur auium volatui 711. 712. Eſt quadruplex. 712. Requirit cor purgatum. 713. Per aliquas morulas ſtupore & exſtaſi ſuſpenſum tenet admirantem. ibid. Fugat vitia, fundat virtutes. ibid. Initiat ad ſapientiam. ibid. Supremus eius gradus in hac vita quis ſit. ibid. Eius quinque genera. 715. 716. Impeditur duabus rebus, vehementia ſcilicet paſſionum, & tumultu occupationum 718. Ad eam quæ requirantur. ibid. Præcedit illam amor Dei. 720. Quænam eam comitentur. ibid. Eſt actus intellectus. ibid. Eſt à Deo. ibi. Eſt perſpicua veritatis iucunda admiratio. 721. A diuina inſpiratione inflammatur, vt vllam diligat. ib. Eius exceſſus duplex: vnus in intellectu, alter in affectu. ib. Fit ex cõdeſcẽſione Dei ad hominem, & exaltatione hominis ad Deum. ibid. Incredibilis quædam & diuina voluptas ex ea percipitur. ibid. Efficit amorem Dei, mortificationem paſſionum, & zelum animarum. 722. 723. Comparatur torrenti qui tranſiri nequit. 322. Subleuat quos conuallis humilitatis continet. 534. Eius quatuor impedimenta. 539. Ad eam inepti qui. 540. Comparatur oculo qui tribus rebus impediri poteſt. ibid. Eius impedimenta quomodo tollenda. ib. Comparatur pani, vt actio cineri. ibid. Eius ſummum genus quodnam ſit. 542.

Contemplatiua vita poſterior eſt actiua. 698. Per Mariam Magdalenam ad pedes Chriſti ſedentem ſignificatur. ibid. Septenario numero in Scripturis denotatur. 699. Minor tempore, quàm actiua. ibid. Meritò maior actiua. ibid. Eius gaudia ex fine conualeſcunt. ibid. Ad hanc aliquo modo pertinet ſtudium tradendæ doctrinæ ſacræ populo. 701. A Rachele in veteri Teſtamẽto figurata. 707. A Maria Magdalena in Euangelio deſignata. ib. Vnde dicatur contẽplatiua. ib. Magna eſt in ea mentis contentio. 719. tranſgredi nititur omne quod corporaliter videtur. ib. Anguſtat ſeſe, vt dilatet. ib. Proprium eius

eſt, vt, calcatis curis omnibus, ad videndam faciem ſui Creatoris inardeſcat. 720. Amabilis valde dulcedo eſt. 722. Animam ſuper ſemetipſam rapit. ib. Ebrietati ſobriiſſimæ & placidiſſimo ſomno in Scripturis comparatur. ib. Mētem accendit. 723. Ab ea anima ad actiuam reflectatur. ibid.

Contemplatiui contemplationem ſuam intermittere debēt, quando proximi ſpiritualis neceſſitas poſtulat. 704. Typum illorum geſſit Adam, Iſaac, & Dauid. 705. Talis Chriſtus & Appſtoli fuère. 706. Qui contemplationis arcem tenere deſiderant, prius ſe in campo operis per exercitium probent. 707. Nequaquam ſecum rerum temporalium vmbras trahunt; vel fortaſſe tractas manu diſcretionis abigunt. 708. Vincunt quod ſunt. ib. Contemplantur Deum, vt per contemplationem afficiantur à Deo. 712. A creatutis ad Deum aſcendunt, idque varijs rationibus. 716. Ad quam normam ſeſe diſcutere debeant. 718. Nulla mala irrogant, irrogata æquanimiter portāt. ibid. Obiectis temporalibus bonis, lætitia nō ſoluuntur; ſubtractis mœrore nimio nō affliguntur. ib. Mutabilitati planè mortui, in ſecreto veri luminis occultantur. 719. In examinanda propria conſcientia perdurant vſque ad mortem. 720. Inhærent Deo. 721. Incredibilem & diuinam voluptatem ex contemplatione percipiunt. ib. Amoris paſtum de pabulo contemplatæ veritatis accipiūt. 722. Participes quaſi cuiuſdam beatitudinis fiunt. 749. Satius illis eſſe ſeculares eſſe, quàm alios ſcandalizare. 529.

Contentio quale vitium. 152. Fugienda. ib. An cum hæreticis ſit ineunda. 169.

Continētia quid ſit. 241. Quid eius nomine D. Auguſt. intellexerit. ib. Quomodo ad finem vſq; vitæ retineri poſſit. 287. Eius ars qualis, & quis eā teneat. 355. Immoderata pernitioſiùs, quā ſecuritas remiſſa, ſupplantat ibi. Eius caſta dignitas D. Auguſt. mirabiliter repræſentata. 367. Extendēs pias manus ad amplectendū, plenas gregibus bonorū exēplorū ib. Ariſtoteli non tam virtus, quàm via ad virtutem. 610. Perpetua magnū Dei donum. 626. Comparatur cum humilitate. ibid.

Conuerſio ad Deum varia. 14. Deo aſcribenda. 18. De peccato ad gratiam. 14. De gratia & virtute ad virtutem. 22. Maius opus eſt peccatorem conuertere, quàm mundum condere. 24. Secretum eſt ſoli Deo planè cognitum. ibid. Ad eam

duo plurimum iuuant.25. A timore Dei ſeruili inchoanda.31. Perfecta quæ ſit.36. Quæ ad eam neceſſariò requirantur. 38. Signum veræ conuerſionis. 39. Coniecturæ eiuſdem plures.43. Eam plurimum iuuat conuerſatio cum ædificatione. 348. Ab hypocrita profecta non eſt ſtabilis.400.

Corinthij laudabiliter triſtes.36. Ab Apoſtolo Paulo commendati.ibid.

Cornelius Centurio eleemoſynis & orationibus promeruit venire ad fidem.20. A S. Petro inuentus.ib. Præuentus à Domino. ibidem.

Creaturæ gloriam Dei prædicant.716. In earum conſideratione vana & peritura curioſitas exerceri poteſt. ibidem. Ex ijs ad immortalia & ſemper manentia gradus faciendus eſt. ibidem. Præſtantiſſima ratio ab ijs ad Deum aſcendendi. ib. Conditori comparatæ nec pulchræ ſunt, nec bonæ ſunt, nec ſunt. 717. Speculum ſunt in quo Deum intueamur. 727. Propter nos conditæ ſunt. 730. Tria maximè per eas beneficia in nos deriuat Deus: panem, ſolem, & aërem. 731. Diligendæ ſunt vt Dei dona, vt ſubiectæ, vt famulantes, vt arrha ſponſi. Ibid. Non propter ſe, ſed propter Deum diligendæ: nec cum illo, ſed per iſtas & ſuper iſtas ille diligendus. ibid. Non ſunt pares creatori.740. Conformare ſe debent & concordare auctori. 743. Quamuis finitæ. Deo tamen infinito plenæ. 747. Inſtar ſpongiæ finitæ in infinito mari. ibidem. Earum deſpicientia qualis ſit virtus.765. Contremiſcent omnes in extremo iudicio.30. Eas Deus teſtes aduerſus peccatores inſtaurabit. 34. Quomodo ſint odium & muſcipula pedibus inſipientium. 95. Ex ijs homines vt araneæ ex floribus venenum ſugunt. ibid. Cur creatæ. 110. Non ſunt finis hominis. 111. Iis vtendum, non fruendum.ib. Ab earum amore animus auertendus. 231. Ex eis honeſta voluptas percipi poteſt.ibid. Priuſquam fierent, erant in notitia facientis, quomodo. 499. A Deo conſeruantur. 500. Omnes in vſum humanum à Deo conditæ, ex Seneca eleganter deſcriptæ. 650.651.

Crux Chriſti baliſta ſpiritualis. 758. Ad eam deuotæ animæ ſuſpiria.757. Chriſti in ea pendentis contemplatio.ibidem. Clamat amorem. 804. In periculis ante oculos ponenda. 758. Per citharam Dauidis figurata. 761. Eius virtute & gratia vbique coruſcante, retuſa eſt nequitia dæmonum.270. Nihil

ea olim

ea olim ignominioſius aut probroſius.630.

Cupiditas rerum temporalium eſt impedimentum perfectionis.638. Eſt venenum charitatis.ibid. Eius diminutio eſt charitatis augmentum.639. Triplex eſt.ib. Domanda eſt aſpirāti ad perfectionem.ib. Eius victoria gradus quatuor. 642. Tenet cor captiuum.175. Licitū ſuadet eſſe malum quod imperat.ib. Ab ea quid nos auocet.176. Quicquid ei demis, vtilitati accedit.228. Ea amputetur, vt virtus roboretur.ibid. Nullum ſibi modum ponit. 250. 251. Aperit ianuam ſuggeſtioni diaboli. 284. Excæcat mentem.361. Caſtiganda inſtar pueri, ex Ariſtotelis ſententia.609.

Cupiditates plerumque effrenatæ, indomitæ, furioſæ, præcipites.604. Earum victoria longè maxima.614.

Curioſitas ex ſuperbia oritur. 763. Succiditur abnegatione ſui & amoris proprij.ib. In ipſo eius exortu, conſenſus citiſſimè cohibendus eſt.ib. Culpa non vacat.43. Impedit ne peccata noſtra notemus.213. Quàm ſit deteſtanda. 247. Inſtigat ad experiendi noſcendique libidinem.ib. Spectaculorum horrenda. ib. Quæ mala ex illa oriantur.ib. Noſtra quotidie in minutiſſimis rebus tentatur.ib. Reſecanda tanquam multorum criminum ſeminarium.248. Eius curationis rationes quæ.ib. Paſcit hædos, id eſt, oculos & aures. ib. Egregiè à diuo Chryſoſtomo caſtigatur. ibid. Quibus quaſi telis & armis profliganda ſit. 331. 332.

Cyprianus Epiſcopus in epiſtolis affectata oratione vſus.159

D

Daniel Propheta adhuc puer à Deo impulſus ad innocentis Suſannæ defenſionē. 363. Inter frementes beſtias epulabatur.582.

Dauid typus contemplatiuorum. 706. Vnam petijt à Domino, vt contemplaretur delectationem Domini, vt legit D. Auguſtinus.707. Pennas columbinas ſibi exoptat, vt volet & requieſcat: quid hæc ſignificent. 711. Eius fidelitas in ſeruandis alijs, Chriſti typus.760. Eius cithara crucis Chriſti figura.ib. Donum diſcretionis ſpirituum habuit.8. Eius cicatrices putreſcentes quid ſignificēt.17. Quid per benedictionē dulcedinis

Digitized by Google

ntellexerit in Pſalmis, 22. Quid per memoriam abundantiæ ſuauitatis Dei inſinuare voluerit. ib. Deũ poſt lapſum duabus rebus ad miſerationem commouit. 25. Verus pænitens. 36. Quomodo iurarit cuſtodire iudicia iuſtitiæ Dei. ib. Quæ ſigna in ſe habuerit gratiæ Dei. 43. Eius mirabilis miſericordia erga peccatores. 44. Eius continua pænitentia. 51. Illuſtre pænitentiæ exemplar. 58. Animæ ſuæ interitum ſeptem Pſalmis deplorauit. ib. Eius quinquageſimi Pſalmi paraphraſis affectibus plena. ib. Quomodo ſimilis factus pelicano. 59. Quantum timuerit extremum iudicij diem. 61. 62. Eius rugitus qualis. 62. Eius ſpes, amor, & propoſitum. ib. & 63. Mauult occidi quàm vinci. 63. Eius confeſſio & ſatisfactio. ib. Eius cor contritum & humiliatum quale. 64. Eius perſeuerantia in oratione. ib. A Deo percuti maluit, quàm ab hominibus. 91. A Berſabee tẽtatus. 95. Eius ſitis ſpiritualis. 100. Eius adoleſcentia ſpiritualis. ib. Typus proficientium. ibid. Propter aquæ deſiderium ſeipſum reprehẽdit. 145. Quid à Deo petierit cùm viuificari petiit. 242. Quid in eius Pſalmis per corruptas cicatrices intelligendum. 268. Eius ludus qualis, & cuius rei figura. 274. Cupit à Deo deſolari, non tamẽ vſquequaque. 306. Vitæ tædio affectus quomodo & quare. 327. Duplex ab hoſte vulnus acceperat. 369. Opportuna plagis medicamenta impoſuit, lachrymas, preces, peccatorum cõfeſſionem. ib. & 370. Salomonis vitia obũbrauit. 370. Amore ſui robore feſſus. 391. Eius oratio, cum ſe furentẽ finxit coram Achimelech. 423. Illuſtriſſimum exemplar pænitentiæ. 532. Eius Pſalmus centeſimus vigeſimus-nonus explicatus. ib. Affectum in Deum pſallẽdo duobus modis excitabat. 537. Eius affectuum variorum in Pſalmis exempla. ib. Quomodo inuenerit cor ſuum vt oraret. 541. Mãſuetus erga Saulem. 626.

Demetrias virgo de virginitate ſeruanda deliberat. 370. 371. Inflammatur ad virginitatem ſeruandam exemplis ſcripturæ. 371. Timet ne auiam matrémque offendat. ibid. Quid nocte nuptijs proxima egerit. ib. Quibus ſtimulis inflammata mundum ſpreuerit. ibidem.

Demoſthenes primas, ſecundas & tertias in eloquentia tribuit pronunciationi. 625.

Deſolatio ex quibus cauſis oriatur in anima. 301. Cur ita dicatur. ib. Deſcribitur accuratè à diuo Bernardo. 302. Eius

cauſa.

cauſæ. 330. A Deo immittitur quas ob cauſas. 304. Sine ea virtutes ferè non comparãtur. ib. Eius vtilitates & fructus. ib. & ſeq.

Deuotio vnde. 616. Nihil eã excitat melius, quærit ſuauius, & auget amplius, atque mors Chriſti. 640. Eius mẽſura quæ. 119. Erga carnem Chriſti qualis. 120. Fulcit omnem vera religione. 271. Quomodo accendẽda. 380. Eius feruor feruido conatu comparandus. 392. Quid eo nomine intelligatur. 442. Mentem hominis ſubleuat ad res ſpirituales percipiẽdas. 443. Compendium ad eius habitum comparandum quod. 538. Eius habitus virtutum vſui ſeruiat. 539.

Didacus Perez in obſeruationibus ſuis ſpiritualibus excellens. 212.

Dilectio maxima quæ. 636. Eſt principiũ & finis virtutis. 637. Eſt radix, materia, & vertex eiuſdem. ib. Et nihil poteſt adæquari. ib. Duplex eſt: Cõcupiſcentiæ & Beneuolentiæ. 628. Quod per dilectionem accepimus, non meliùs quàm per dilectionem rependi poteſt. 731. Frangitur nunquam, quieſcit nũquam, donec mortalium vitas ſibi ſubegerit. 312. Eius perfectio duplex. 636. Eius effectus quis. ibid.

Dilectio inimicorum eſt perfectorum filiorum Dei. 637. Ad ſecundum charitatis proximi gradum ſpectat. 345. qualis eſſe debeat, ex D. Auguſt. ib. Eius actus. ib. indicium ſpiritus diuini. 398. Quomodo congerat carbones ignis ſuper capita eorũ. 526. Eius vis & effectus. 616. Perfectiſſimæ humilitatis argumentum. 633.

Dionyſius Areopagita Theologiam myſticam à D. Paulo, magiſtro ſuo, ſibi traditam literis mandauit. 728.

Diſcretio omni virtuti ordinem ponit. 313. Auriga virtutum, ordinatrix affectuum, & morum doctrix. ib. Diuina tantùm largitate confertur. ib. Quid ſit propriè. 354. Eius copioſa deſcriptio ex Alberto Magno. ib. Eſt magiſtra omnium virtutum. 355. Eius neceſſitas & vtilitas maxima ib. Omnium virtutum generatrix, cuſtos, & moderatrix eſt. ib. Magnum Dei donũ. ib. Difficillima eius adeptio. ib. Eius præcepta. ib. Abſque charitatis feruore iacet. ib. Lumini comparatur. 356. Mater eſt virtutum, & conſumatio perfectionis. ib. Rara auis in terris. ib. Eam ſupplet virtus obedientiæ. ib. Comparatur oculo. 414. Eius caliginis cauſa duæ. ibid.

Diſcretio ſpirituum, magiſtro ſpirituali neceſſaria. 8. Abſtruſas animi latebras non retegit. 9. Gratia gratis data. 372. Etiã in peccatoribus reperitur. ib. Plerumque in Sanctis tantùm inuenitur, non tamen in omnibus. ib. Prudentia quædam ſpiritualis eſt. 373. Inſtituta, ad explicanda cordium occulta. ibid. Difficillima eſt. ib. Diſcernit ſpiritus, id eſt, voluntates hominum bonas à malis. ib. Quorum ſpirituum ſit. ib. Quæ circa eã conſiderãda. 374. Eius regulæ. 396 367. Cur neceſſaria. 406. Quàm difficilis ſit. 411.

Diuitiæ abiiciendæ perfectio ſuturo. 639. Spinæ ſunt pungẽtes animum. ib. Totum amore diuitis in ſe conuertunt. ibidem. Quaſi membra præciduntur à poſſidente. ib. Laquei ſunt & tentationes. 646. 647. Religioſorum veræ quæ ſunt. 150.

Dominicus vir ſanctus, quanto martyrij deſiderio flagrarit. 754. Omnia ſua membra concidi optabat. ib.

E

Eccleſia columba non opprimitur, quia non ſcrutatrix maieſtatis eſt. 709. 710. Iudæus ſiue paganus nunquã talibus aculeis incitatur amoris qualibus illa. 732. Chriſto deſponſa eſt. 756. Quibus quaſi ſupercœleſtibus quibuſdam planetis regatur. 759. Eius conſuetudo & praxis. 2. Quomodo electa ante mundi conſtitutionem. 19. Eius claues quàm ſint certæ. 45. Ei ſe humiliare, quàm ſit honeſtum, facile, vtile. ib. Multum remiſit de publica pœnitentiæ ſeueritate. 48. Eius definitio de remiſſa culpa, & pœna reſtãte temporaria. 49. Quomodo progrediatur quaſi aurora, luna, & ſol. 105. Eius caput Chriſtus. 116. Eius peſtis auaritia. 174. Comparatur ouili. 175. Eius puritatem qui macularint. 239. Militans & triumphãs. 294. 295. Eius ſuffragia proſunt tentatis. 295. Rationem ſtatus, tyrannicam politiam appellat. 351. Eius variæ quaſi ætates. 402. In ea donum inuenitur diſcretionis ſpirituum, 408. Eius doctores Euangelici ſerui. 412. In ea Deus certis temporibus & cauſis cõſilia voluit indici. 417. Fundata à Chriſto actionibus quibuſdam præclariſſimis. 478. Eius vocatio quotuplex. ib. Verbo Dei & ſeptem Sacramentis à Chriſto inſtructa. 480. Eius fabrica à Chriſto conſtructa. 481. Eius hierarchia cœleſti ſimilis. ibidem. Conſilijs Euangelicis adornata. 482.

In ea adminiſtranda vtitur Deus. Angelorum opera. 503. *Eius hierarchicæ actiones quæ. ibid.* Cur in Eccleſiaſtico *officio verba quædam ſæpius repetat.* 537.

Eleazarus Iudæus nobilis. 563. *Quàm fuerit deteſtatus ſimulationem. ibid. Eius fortitudo cum alacritate coniuncta.* 583. 584.

Electio prudentiæ. proles 358. *Sine prudentia nulla eſt. ibi. Eſt actionis humanæ anima. ibid. Libera eſt. ib. Rectè ſanctèque exercenda.* 359. *Eam ex inſtituto tractauit B. P. Ignatius. ibid. Requirit ſeceſſum ad tempus ſub diſciplina alicuius Patris ſpiritualis.* 360. *Ad eam maximè neceſſarius animus ab omni perturbatione liber. ibidem. Eius materia ſubiecta duplex.* 361. *Eius Duplex ratio ſeu modus.* 361. 362. *Eius illuſtre exemplum in D. Auguſtino.* 363.

Eleemoſyna duplex, corporalis & ſpiritualis. 649. *Spiritualem exercuit etiam Thobias. ibidem. Eius cum oratione & ieiunio coniuncta vis & præſtantia. ibid. Opus bonum & ſatisfactoriũ.* 41. *Remediũ auaritiæ.* 176. *& ſeq. Spiritualis corporali præſtantior.* 348. *Eroganda etiã pro defunctis.* 560. *Non eſt dare opes, ſed cum miſericordia dare.* 575. *Eam facere eſt miſericordiam facere. ibid. Eius artem noſſe melius eſt, quàm Regem eſſe. ibid. A D. Auguſtino ſecundus Baptiſmus, & Sacrificium Chriſtiani appellatur.* 576. *Pijs & ſanctis viris diſtributa quam vim habeat. ibi. Magnum donum, & magnum bonum.* 577. *Animam ſapientem & altam reddit. ibid. Danda de eo quod ſupereſt.* 578. *Eam Chriſtus creberrimè inculcauit. ibid. Animam vt adamantinum corpus quoddam obfirmat. ib. Eius conſuetudo laborioſa. ib. Non in pecuniarum multitudine, ſed in dantium promptitudine ſpectatur.* 579.

Elias neſcit mortem, commoratur Angelis, conuiuit Deo, ex S. Chryſologo. 650. *Cibo carnis reficitur.* 145. *Ab Angelo priùs excitatur, deinde paſcitur.* 386. *Ab Heliſæo conſultus.* 419.

Emanuel Sa, Societatis Ieſu, in commentarijs in Euangelia *excellens.* 523. *Hiſtoricum ſenſum cum obſeruatione linguarum tractauit. ibid.*

Ephraim typus proficientium. 100.

Ephrem adhuc iuuenis, de extremo iudicio cogitans, mundum reliquit. 371.

Digitized by Google

Epiſcopatus delatus, amore Chriſti repudiatus. 647. 648. *Iam ſuſceptus, magno animo & nouo exemplo depoſitus.* 648. *An & quando ſit de neceſſitate ſalutis eum ſuſcipere.* ibid. *Votum de eo non ſuſcipiendo an & quatenus licitum ſit.* ib. *An præcipienti Epiſcopatum in ſe ſuſcipere, repugnandum ſit.* ibid.

Epiſcopi ſtatũ perfectionis iam conſcederunt. 640. *Diſpenſatores Eccleſiaſticorum bonorũ à Deo conſtituti.* ibid. *Eorum ſtatus perfectionis eſt, etiamſi ſint opulenti.* ibid. *Ab ijs dãnati Origeniſtæ.* 338. *Ab ijs in rebus grauibus conſultus Romanus Pontifex.* 417.

Eſau lenticula concupiſcentiæ deceptus. 145.

Eua ſerpentis ſuaſione delectata carnẽ ſignificat. 26. *Tentata à pomo.* 95. *Eius imitator curioſus.* 248. *per eam Adam tentatus eſt.* 265. *Non ſimpliciter obediens.* 553.

Euagrius impeccantiam aſſeruit. 125. *Inſignis propagator erroris Origenis.* 238. *Eius diſcipuli Palladius & Rufinus.* ibid. *A Ioanne Climaco reprehenſus.* 239. *Impaſſibilitatem alacritatem ſenſus appellat.* ib. *A Cæſare Baronio damnatus.* 240.

Eucharistia pretioſiſſimum vas. 84. *Frequentanda.* ibid. *Eius vis & effectus.* ibid. *Vinum eſt germinans virgines.* ibid. *Eâ ſolâ ſancti quidam vitam ſuſtentarũt.* 152. 153. *Eâ qui indigni.* 200. *Eius frequens vſus quam vim habeat.* 241. *Deũ certiſſimò in ea cõtineri profeſſus eſt moribundus S. Ludouicus.* 332. *Eius frequens vſus, ſalutis inſtrumentum.* 403. *Sacroſanctum myſterium, continens Sanctum Sanctorum, Saluatorem mundi.* 442.

Euſebius monachus leue peccatum in ſe quàm ſeuerè puniuerit. 131. *Origeniſta.* 238.

Eutrapelia, quandoque vitij, quandoque virtutis nomen. 622. *Virtus qualis, & vnde dicta.* ib. & 623. *Vitium idem quod ſcurrilitas.* ibidem.

Examen conſcientiæ ſit quotidianum, &, ſi fieri poſſit, continuum. 719. *Sit proprium cogitationum.* ib. *Auocãdo animum etiam à ludicris & inutilibus imaginibus.* ibid. *Sit exquiſitum.* ibid. *Sit ſeuerum.* ibid. *Sit indefeſſum ad mortem vſque.* 720. *Tunc non fruſtra factum eſt, ſi rurſum opus eſſe aduertimus.* ib. *Vide elegãtem eius deſcriptionem ex D. Bernardo.* ib. *Sit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor, ex*

D. Auguſtino. 33. Ad omnia vitia conuellenda ſingulare remedium. 129. Quorum etiam peccatorũ facienda. 130. Quotidie neceſſarium. ibid. Comparatur labori exhauriendæ ſentinæ. ibid. De peccatis venialibus ex iuſſitum. 307.

Exemplum humilitatis ex Caſſiano. 645. Sanctorum, qui Eccleſiaſticas dignitates fugerunt, vel iam adeptas depoſuerunt. 647. 648. Vigilantia cuiuſdã Presbyteri ex D. Gregorio. 764. Patrum ſpiritualium in ſanandis ſuorum diſcipulorum animis prudentia. 10. Occulti peccati detecti, ex Caſſiano. 12. Abſtinentia immodicæ & pertinacis, ex eodem. 42. Pœnitentium mirabilium ex Climacho. 47. Sanctorum qui continuam pœnitentiam egerunt. 51. Mirabilis pœnitentia & reuelationis dimiſſi peccati ex S. Gregorio. 66. Monachi à ſcrupulis vno Patris ſpiritualis verbo poſt. 20. annorum cruciamenta liberati. 75. 76. Leue peccatum ſeueriſſima pœnitentia expiantis. 130. Gula multiplex. 141. Monachorum Aegyptiorum abſtinentia. 149. Sanctorum corpora ſua acerrimè caſtigantũ. 151. Auaritia diuinitus punita. 178. Hominis perplexi triplex. 206. Inuidi cuiuſdam monachi. 214. Senis monachi, paſſionum extirpationem docentis. 227. Tentati ſenis, vt diſceret compati infirmioribus. 266. Cuiuſdam ſcholaſtici, qui de inuenta pecunia retinere nihil voluit. 325. Sanctimonialium à diabolo illuſarum. 400 Cuiuſdam per S. Stephani interceſſionem mirabiliter ſanati, ex D. Auguſtino. 407. Obedientiæ ſtudio conantis ingens ſaxum loco mouere. 548. Monachi de Abbatis mandato puerum in fluuium proiicientis, non imitandũ. 549. Excellentium obedientiæ cultorum. 554. Cuiuſdam puellæ à cœleſtibus nuptiis ob leuitatem morum aliquandiu ſuſpenſæ. 610.

Ezechiel Propheta fodere parietem iuſſus quid ſignificet. 9. Eius viſio de viro fluuium dimetiente explicatur. 322.

F

Feruor ſpiritus nutritius & comes conuerſionis. 5. Fractus & debilitatus quomodo iuuandus. ibid. Quandiu in religioſis familiis olim viguerit. 6. Quomodo conſeruandus. ib. Quantum ei indulgendum. 69 Quomodo excitandus. 189. Eius gra-

Digitized by Google

phica deſcriptio ex D. Bernardo. 191. *Eum languentem & ſopitum reddit tepiditas & ſuperbia.* 199. *Eum exſuſcitat abnegatio ſui & humilitas.* 200. *Eſt algor carnis & ſenſus.* 230. *Quidã eo rapi ſe ſinunt ad ea quæ vires eorum excedunt.* 274. *Quomodo moderandus. ibid. Perpetuò ſouendus.* 395.

Fides Dei donum. 3. *Ex auditu prædicationis percipitur.* 4. *Ea tanquam fundamento nititur doctrina Chriſtianæ perfectionis. ibid. Eius vis contra tentationes diaboli.* 93. *Inprimis à diabolo oppugnatur.* 286. 287. *Deum inuenit.* 317. *In exordiis ſuis & nutat, & ſolida eſt.* 32. *Certis gradibus proficit. ibid. Virtus Theologica.* 328. *Primum Dei donum animæ infuſum. ibid. Eius definitio ex Apoſtolo. ibid. Eius motiua quæ. ib. Eius laudes & encomia ex ſanctis Patribus.* 329. *Eſt bonorum omnium fundamentum. ib. Eſt oculus illuminãs conſcientiam. ibid. Eſt ianua & via in vitã ib. Quomodo nobis infundatur. ibid. Iter homini ad Deum per hominem Deum. ib. Eius cauſa efficiens, meritoria, finalis, exẽplar & regula.* 330. *An in Chriſto fuerit. ibid. Duplex: informis & formata. ib. Eius progreſſus & gradus. ibid. Eius tres actiones.* 331. *An & qualis ſit in hæreticis. ib. Non eſt æſtimatio, ſed certitudo ib. Quomodo ſuperandæ tentationes contra eã inſurgentes. ib. Non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentũ.* 331. *Eius fortitudo duplici ratione acquiritur.* 332. *Augetur à Deo duobus item modis.* 333. *Eius confeſſio neceſſaria etiam cum vitæ diſcrimine. ibid. Eius plenitudo quæ ib. Eius actiones heroicæ. ibid. Eius ſigna, feruor operis, & puritas intentionis.* 334. *Quomodo diſtinguatur à ſpe. ib. Quo quis altius credit, inquit S. Chryſologus, eo etiam altiùs dubitat.* 404. *Ad eũ in animis hominum gignendã miracula fecit Chriſtus.* 478. *Fundamentum æternæ vitæ.* 496. *Quanto magis in ea proficimus, tanto magis viuere tendimus. ibidem. Per eam Chriſtiani ſunt filij lucis.* 500. *Fundamentum & primus gradus ad beatitudinem. ibid.*

Finis hominis Deus eſt. 631. *Non eſt idem cum ſcopo.* 121. *In eo ne corrũpamus.* 313. *Nobiliſſimus vitæ æterna.* 318. *Præclariſſimus, & omnium optabiliſſimus, maior Dei gloria* 350. *Obſeruãdus maximè in inſpirationibus.* 384. *Actionum & paſſionum Chriſti duplex.* 460.

Fortitudo noſtra à Deo. 760. *Per patiẽtiã declaratur.* 184.

Digitized by Google

Duplex.290. Neceſſaria nobis.ib. Vnde, & quomodo conſeruanda.306. Virtus, donum Spiritus ſancti, & beatitudo, quomodo inter ſe differãt.323. Si improuida fuerit, ſæpe in caſum ruit.358. In pietate & obſeruantia exercenda duplex.543 Quid propriè, qualiſque virtus ſit.580. Eius officia, gradus incitamenta.ib. & ſeq. Virtutum Cardinalium tertia.580 Eius plurima exempla in Chriſto patiente.581. Virtus communis omnibus virtutibus.ib. Virtutum omnium fortiſſima ibid. Sola defendit ornamenta virtutum omnium.582. Eius partes quæ.ibid. Vni Deo innititur.ibid. Quis verè ea præditus cenſendus.583. Tam deſperationis ignauiã excutit, quan iactantiæ contrahit.ib. Eius duæ partes ſuſtinere & aggredi ibid. In primis armat hominem aduerſus timorem mortis ibid. Comparatur flumini paradiſi, quod alluit Æthiopiam.ib Eſt amor, ſecundùm D. Auguſtinum, omnia propter Deum perferens.ibid. Eius delectatio qualis.584. Eius indicia.ibid Ad imminentia mala ſe præparat.586. In repentinis periculis maximè apparet.ibid.

Franciſcus vir ſanctus aiebat: Nolite me ſanctum nominare, quia poſſum adhuc filios procreare.764. Diſcretor ſpirituum.388. Seraphin è cœlo deſcendens, ei ſtigmata paſſionis Dominicæ impreſſit.446.

Fraus ſimplicitati contraria.561. Omnis turpis, etiam in rebus vilibus.564.

G

Gabriel Archangelus ex his eſt, qui ſumma nunciãt.456 Fortitudo Dei dicitur.ib. Purgat Zachariam, cùm incredulitatis eius pœnam exigit.502.

Græcâ linguâ primùm Euãgelia conſcripta, excepto Euangelio D. Matthæi.520. Eius cognitio maximè iuuat intelligentiam ſcripturarum.ib. Eius voces ἀποκεχριτῆς, θεαλῆνει, & νόσων, ἐρράπισαν, παιδεύσας, & θρόμβοι explicantur.521. Articulus in ea magnam habet emphaſin, ibidem. Eius idiotiſmi cum Hebraiſmis in ſcripturis coniuncti.522. Quid propriè ſit ἀγάπη & διάθεσις.572.

Gratia Dei comparatur lumini.in Procem. Quid in inci-

pientibus,

pientibus,proficientibus,perfectis operetur.ib. Maius bonū eſt, quam bonū naturæ totius vniuerſitatis creatæ.17. Eſt benedictio dulcedinis.19. Præuenit pœnitentem. 20. Duplex: præueniens & ſubſequens. 21. Eius decor amittitur per peccatum.ibid. Animā erigit,illuminat,& Deo ſubiicit.ibid.Omnibus iuſtificationibus principaliter præeminet.23. Non trahit ignorantem,ſed intelligentem ſequentemque præcedit.ib.Comparatur rori.30.Eam nobis Chriſtus promeruit.38.An in aliquo verè inſit,incertum eſſe cur Deus voluerit.42.Eius ſigna quædam & coniecturæ.43.Vnicuique quomodo detur ad menſuram. 57. Eius probabile ſignum,conſcientiæ tranquillitas. 66.Certam nobis de diabolo victoriam pollicetur. 92.Eius filius quis 100. Cōparatur luci ſolis.104.Dat animis calorem, fœcunditatem,& lumen.ibid.Comparatur auroræ.ib. Naturam longè excellit.105.Non cogit voluntatem. ibid. Cur hic plus,ille minùs ab ea adiuuetur. 122. Eius menſura à Deo temperatur.123.Ea deſtituitur tepidus.202.Eius vires.241. 242. Eius opus maximū abnegatio propriæ voluntatis. 249. Quomodo attingat à fine ad finem fortiter & ſuauiter.250. Eius auxilio quid poſſit proficiens.282. Eius eſt,inter illuſiones atque reuelationes poſſe diſcernere. 286. Ad eam acquirendam & conſeruandam maximè efficax timor. 301. Eius priuatio,argumentum eſt ſuperbiæ.ibid. Aliquando ſe vtiliter ſubtrahit.304. Non eſt per ſe actuoſa,ſed per virtutes. 323. Creſcit & augetur ad virtutum exercitationem. ibid. Erga ingratum & parui pendentem quanta. 336. Neceſſaria & vtilis ad beatitudinem obtinendā. 337.Bonos & amicos Dei efficit. 340. Ad eam quæ præparatio noſtra neceſſaria.361. Qui ei non reſpondet,ad cumulum damnationis eam ſibi vertit.372.Comparatur vino.484.Eius motus quomodo differat à motus naturæ.389.Eius conatus quò tendat.ib.Eius verba quæ.471.472.

Gratiarum actio in conſpectu diuinæ maieſtatis adhibēda. 438. Ad eam cōmoueat difficultas redemptionis, quē minùs eſſe deuotum fecerat conditionis facilitas. 509. In aduerſis & calamitatibus maximè exhibenda.559. Pro ipſa gehenna etiam adhibenda.ibidem. Cur & pro quibus maximè beneficiis debita. 561. Eſt eorum etiam, qui aliis benefaciunt. 579.

Gratitudo Latinis gratia dicitur. 555. *Quid, & quotuplex.ibid. Eius gradus & incitamenta.ibid. & ſeq. Etiam feris ineſſe videtur.* 556. *Eſt maxima hominis vtilitas.* 558. *Eſt maxima cuſtos beneficiorum.ibid. Quæ ad eam inducant.ibid. Eius fortitudo.* 559. *Eius vis & efficacitas.ibid. Superſtitum erga vita functos, qualis.ibid. Eius delectatio.ibid. Eius leges.* 560. *Eius indicia.ibid.*

Gregorius de Valentia, Societatis Ieſu, *peccatum negligentiæ in officio diuino accuratè ad normam ſcholaſticam ex Patribus etiam explicat.* 541. *Tomo ſuo tertio multa de virtutibus ſapienter tractat.*

Gregorius Nazianzenus Epiſcopatum Conſtantinopolitanum reſignauit. 648. *Cur eum reſignarit.ibi. Iuliani Apoſtatæ imperatoris exitiū ex morū leuitate diuinauit.* 621. 622.

Gregorius Papa nobili fœminæ de certitudine gratiæ quærenti quid reſponderit. 43. *Tres annos pœnitentiæ conſtituentes condemnat.* 51. *Eius expoſitio Pſalmorum pœnitētialium affectibus plena.* 58. *Eius celebre dictum: Bonarum mentium eſt, culpam timere vbi culpa non eſt.* 73. *Explicatur eius ſententia de licito peccato veniali ad declinādum mortale.* 209. *An ſingulis hominibus, vt bonus Angelus, ita etiam malus deputatus ſit, eius ſententia.* 263. *Optimum conſiliarium ſe offert Venantio Italiæ cancellario.* 418.

Gula alio nomine gaſtrimargia. 139. *Ante alia vitia debellanda.* 140. *Innumera vitiorum agmina producit.ibid. Eius compreſſio quantum bonum.ibid. Eius natura & vis.ib. Quinque nos modis tentat.* 141. *Eius ex ſacris literis exempla.ibid. Eius effectus, ſiue filiæ.ibid. In quo propriè conſiſtat.* 142. *Eius remedia.ibid. & ſeq. Fons eſt aliorum vitiorum.* 143. *Eius tentationi qui ſuccumbant. ibid Per abſtinentiam frangitur.* 144. *Quomodo differat ab alijs vitijs.* 145. *Eius abnegationis indicia.ib. & ſeq. Ex ea quæ vitia prodeant.* 147. *Quomodo reſtringenda.ibid.*

H

Hebræi carent comparatiuis & ſuperlatiuis, & quid eorum loco ponant. 523. *Vnum tempus pro alio ponunt.ibid. Pro agno-*

Digitized by Google

mine ponunt filium cum nomine patris.ib.& 524. Carnem ponunt pro homine, animam pro vita, veritatem pro iuſtitia. 522. Dicunt filium gehennæ, mortis, hominis, pacis, ſapientiæ, ſponſi. ibid. Illorum varij modi loquendi. 521. 522. Illorum nomina quædam propria interpretata. 523.

Heliſæus Propheta non niſi ad pſalterij concentum ſuſcitatus, quid ſignificet. 531.

Hieremias Propheta conſtitutus à Deo vt euellat & plantet quid. 123.

Hieronymus Eccleſiæ *doctor deliberauit quo in loco vitam religioſam traduceret. 301.*

Honor duplex. 643. An & quis perfectioni ſit impedimento. ibid. Cuinam abrenuntient religioſi, hoc ipſo quòd religioſi ſunt. 644. Quis ſit honor virtutis. ibid. Quis mūdi ſiue ſæculi: ibid. Nec deſideratur nec quæritur ſine ſuperbia. 646. Non niſi æternus à perfecto appetitur. ibid. Obiecta eius ſpecie mentis acies ne præſtringuatur cauendum. 647. Vnicuique ſeparatim pro cuiuſque decoro habendus. 649. An & quomodo contemnendus. 586. Æternorum quis. 587. Non niſi neceſſitate cogente admittendus. 593. Sub eo quaſi ſub onere gemendum. ibid. Cui comparatur. ibid. Verus quis. ibid.

Humbertus monachus ob nimiam abſtinentiam minùs à S. Bernardo laudatus. 42.

Humilis vltimum appetit inter homines locū tenere. 744. Tanto excelſior in gloria, quanto humilior in hac vita. 645. Per deuotionem holocauſtum fit. ibid. Verè ſapiens. 101. Intelligit miſerationes Domini. ibid. Comparatur ranunculæ. 436. Obtritus corde. 441. Vires frangit diaboli tentantis. 627. Quo minùs de ſua, eo amplius de diuina virtute confidit. ibid. Non ignarus bonorum ſuorum ibid. Non vult laudari. 631. Laudatus ab alijs quid cogitet. 632. Seſe ad emendationem culpæ, pro qua arguitur, offert. ibidem. Quomodo quis talis euadat. ibid.

Humilitas à Chriſto tradita & præcepta. 644. Religioſo maximè neceſſaria. ibid. Maximè neceſſaria nouitio. ibid. Sordidiſſima quæque miniſteria non recuſat. ibid. Chriſti exemplo commendatur. 646. Quam verecundiam excludat. 643. Inconfuſibilem ſe Deo operarium exhibet. 645. Chriſti humilitas, vera nobilitas. ibidem. Per obedientiam gratiam

obtinetur.ib.Eius exemplum ex Caſſiano.ib.Fundatur in perfecta abrenunciatione & obedientia.ibid. Vt in ea nos contineamus, quidlibet faciendum eſt.649. Ante Dei oculos vera quæ ſit.ib. Non eſt pertinax.ibi. Procreatur à nuditate & abrenunciatione omnium rerum. 653. Parit mortificationem voluntatum.ib. Indiſcreta eſt, cùm verbum bonum, quod poſſet prodeſſe multis, damnabili ligat ſilentio. 703. Quomodo conſeruetur, in procem. Signum eſt gratiæ Spiritus ſancti. 1. Quanti apud Deum meriti ſit.6. Commemoratione antiquorum peccatorum conſeruata. 55. Vera quæ ſit.64. Eius teſtimonia quæ.ib. Philoſophis nec de nomine quidem cognita.107. Primus eam docuit Chriſtus.ibid. Sine ea nullius vitij poterit triumphus acquiri.166. Parit cognitionem maximè ſalutarem.ibid. Exſuſcitat feruorem ſpiritus.199. Ea proſternitur occulta ſuperbia.208. Scropuloſo neceſſaria.209. Curat ſuperbiam.212. Eam vt doceret, maximus factus eſt minimus. 220. Signum eſt electionis diuinæ.ibid. Eius officia exercenda & accerſenda.224. Incitamentum eſt abneganda propriæ voluntatis.253. Eius ſigna in tempore à proficiente exhibenda quæ.273. Eius etiam externa exercitatio quanti æſtimanda. ibid. quaſi amiſſa, ſolidiùs recipitur. 306. Nihil eſt ea excelſius.371. Omnibus rebus dominatur.ib. In ea requieſcit Deus. ib. Nimia quæ.401. Quam dubitationem in animam inducat. 403. Signum eſt præſentiæ Spiritus ſancti.407. Quid à nobis requirat.417. Eius prima probatio.419. Reliquarum virtutum fundamentum neceſſarium.425. In prapoſitis qualis eſſe debeat.ibid. Prodit ſe & oſtendit dictis & factis.426. Communes eius limites ſupergreſſus eſt Chriſtus. 498. Eius deſinitio, eſſentia, regula, & radix.623. Eius propria actio quæ.ib. Per eam nos etiam hominibus ſubiicimus, & quomodo.ib. Eius gradus & incitamenta. 624. & ſeq. Eſt virtus Chriſti & Chriſtianorum propria.624. A Philoſophis nec recepta, nec agnita. ibid. Eius primus Doctor, magiſter, & propagator Chriſtus.625. Penè tota diſciplina Chriſtiana eſt.ibid. Quo loco inter præcepta Chriſtianæ religionis ponenda.ibid. Deo gratiſſima ibid. Sacrificium maximum.ibid. Omnem vitiorum turbam fugat.ibid. Fundamentum, mater, radix, altrix, fulcimentum & vinculum omnium bonorum ibid. & ſeq. Sine ea virtutes aliæ citò diffluunt.625. Nihilei conferendum. 626.

Eſt tutiſſimus virtutum omnium thesaurus.ibid. Virginitate magis neceſſaria. ibid. Sine ea nec virginitas mariæ Deo placuiſſet.ibid. Nihil ea potentiùs.627. Fortior eſt petra,ſolidior adamante.ibid. Eſt non parua victoria ſui.ibid. Summam demiſſionem, eandémque voluntariam, exigit ab homine.628. Eius ſeptem gradus ex D Anſelmo.ibid. Eius difficultas.ibid. Supremus eius gradus quis.629.Caput atque faſtigium totius philoſophiæ Chriſtianæ.ib. Expetit ignominiam propter Chriſtum & æternam gloriam.631. Eius indicia ex ſanctis Patribus.ibid. Manſuetudinis ſoror collactanea. ibid. Sancta infantia, & ſancta ſimplicitas.ibid. Obedientiæ comes. 632.Magna & rara virtus.ibid.Ipſis virtutibus mirabilior. Humilibus exercitationibus acquiritur,conſeruatur, & cognoſcitur.633.Perfectiſſima quæ.ibid.

I

Iacob Patriarcha Angelum videns,quomodo ſe Deum vidiſſe fateatur.713.Contemplator cœleſtis lucis.750.Septem anni pauci dies ei viſi ſunt, præ amoris magnitudine. 756. Tempore famis deſcendens in Ægyptum quid ſignificet.15. Typus proficientium 100. Eius ſcala quid ſignificet. 106. Deum vidit ſcalæ innixum.110. Eius primogenitus Rubem appetitum carnalem ſignificat.246. Eius ſcalæ quinque gradus ſpirituales.259.In quo imitandus,vt benedictionem conſequamur.533.Manſuetus erga Eſau.617.

Ieiunium bonum opus ab Angelo Raphaële commendatum.41. Eius cum oratione & eleemoſyna coniuncti vis & præſtantia.649.650. Opus pœnitentiæ & ſatisfactionis. 41. Eius forma non poteſt omnibus eadem præſcribi.ibid.In eius obſeruatione traditionibus ſeniorum acquieſcendum.42. Superborum Deo minimè acceptum.70. Eſt Angelorum imitatio, ſchola precum,alimonia animæ,frænum oris.142. Quomodo differat à temperantia.ibid. Eius encomium & deſcriptio ex D.Chryſoſtomo.ibid.Sanctum.149.De eo non poteſt vniformis regula conſtitui.151. Quomodo differat à cæteris virtutibus.ibid.Quæ in eo regula ſeruanda.156. Non tam perfectio quam inſtrumentum perfectionis.157.Superſtitioſum & om-

nibus moleſtum quodnam. 275. Ei antecellit obedientia: 550. Quid & quotuplex. 607. Naturale & Eccleſiaſticum quid vnum quodque.ibid. Eius gradus & incitamenta. ibid. & ſeq. Eius effectus. 607. Vita eſt Angelorum 608. Eius inſignia Epitheta & encomia ex D. Ambroſio. ibid. Remedium ſalutis, radix gratiæ, fundamentum caſtitatis. ibid. Refectio animæ, cibus mentis. ibid. Contra id quæ Diabolus obiiciat, & quomodo reſpondendum, ex D. Auguſtino. ibid. Eo corpora roborantur validiùs. ibid. Sanitatis mater. 609. Peccatum enecat, animæ viſcera purgat. ib. Eo roboramur, vt oleo athleta. ibid. Murus inexpugnabilis diabolo. ibid. Comparatur caſtris. ibid. Comparatur pharmaco vermes enecanti. ibid. Ex eo naſcitur ſanitas, & ſanitatis diuturnitas. ibid. Eo alleuamur, vt crapula grauamur. ibid. Eius adipe pingueſcit anima. 610. Eius indicia. ibid.

Ieſus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. 450. Eſt & medicina. ibid. Nomen vitæ. ibid. Nomen virtutis. ibid. Nomen adiutorij. ibi. Vaſculum ſalutiferi electuarij. ib. Eius conſideratio ex Scripturis. 454. Eius fructus & vtilitas. ibid.

Ignatius Loiola Societatis Ieſu parens. 5. De electione ex inſtituto tractauit. 359. Eius conuerſio conuerſioni D. Auguſtini ex parte ſimilis. 367. Quid communi nomine conſolationis & deſolationis intellexerit. 374.

Ignatius Martyr leonibus diſcerpendus obiectus: Iam, inquit, incipio Chriſti diſcipulus eſſe. 585.

Inanis gloria quid ſit. 221. Eius natura, vis, & proprietates. ib. Vndique bellatori & victori occurrit. ib. Cepæ & bulbis comparatur. ibid. Quomodo differat à reliquis vitijs. ibi. Deiecta acriùs reſurgit. ibid. Nocte dimicat quomodo. 222. In externis actionibus virtutes ipſas imitatur & refert. ibid. Facit patria charitati quomodo. ibi. Eius diuiſio. ib. Eius effectus & finis. ibi. Dulcis ſpiritualium operum exſpoliatrix, blandiſſima bonorũ noſtrorum deprædatrix. 223. Eius remedia ib. & 224. Eius damna. 223 Impedit Deum ne inſinuat in animã, eámque donis ſuis cumulet. ibi. Præcipua cauſa tepiditatis. ibi. Eius abnegationis indicia. 224. 225.

Inconſtantia magnum & graue vitium. 599. Exterior interioris ſignum. 621.

Infernus peccato debitus. 18. Graphicè deſcribitur. 30. 31.

Eius

Digitized by Google

Eius comparatione omnia quæ patimur deliciæ ſunt.87. Eius recordatio custos eſt rationis. 247. Non erit, ſi ceſſet propria voluntas.250.251. Comparatur profundo maris.529.

Ingratitudo quale vitium.133. Nouem leproſorum Euangelicorum reprehenditur.ib. Peſſimum & odioſiſſimum vitiũ. 509. Magnum peccatum.558. Iudæos perdidit.ibid. Eius indicium quodnam.560.

Ingratus quis ſit. 558. Conqueritur de diuinis beneficiis. 561.

Inſtinctus quadruplex. 385. 386. Diuinus & Angelicus quibus ſignis dignoſcantur. 385. diabolicus à diuino quomodo diſcernatur. 386. Diabolicus quomodo differat ab Angelico. 387. Comparatur roſæ pungenti. ibidem. Diabolicus in fide humilitatis fieri poteſt Angelicus. 388. Diabolicus comparatur terreſtreitati florum.ibidem. Comparatur veneno.ib. Naturalis quomodo diſteinguatur ab aliis. 389. 390. Naturalis quomodo defatigetur & debilitetur. 391. Diuinus quid ſuggerat.ibid. Diuinus maximè attendendus & ſequendus. 393. Comparatur calculo nouo in Apocalypſi. 394. Naturalis deprauat meditationes noſtras.395. Eorum regula ſacra ſcriptura. 397. Quomodo probandi an ex Deo ſint. 407. 408. Gnomes qualis.423.

Intellectus fons eſt perpetuus infinitarum cogitationũ.245. Abnegandus quomodo & quare. 248. Eius illuſtratio quàm ſuauis. 250. Abnegetur prior, vt & voluntas abnegetur. 253. A Chriſto etiam fuit abnegatus. ibidem. Quomodo ei tenebras obducat diabolus. 281. 282. Eum non ſemper ſequitur voluntas.298. Quid & quomodo voluntati imperare debeat.357. Quid faciendum, ſi moderari ſe neſciat.358. Eius illuminatio duplex 379.

Intentio, mentis oculus. 109. Eius ſplendorem quæ maculent. 111. Eius peſtis inanis gloria. 112. Capiti comparatur. ib. Pura integráque duodus modis ſeruatur.113. Eius perfectio in quo conſiſtat.ibid. Quomodo in Deum ferri debeat.ibidem. Duplex. 119. Inquinatur & peruertitur ab amore proprio. 257. Recta & nitida argumẽtum eſt ſancti Spiritus.405. Ad quam actiones noſtras omnes referri velit Deus.504. Oranti plurimum neceſſaria.533. In oratione nec obtundẽda, nec rumpenda.ibidem.

Inuidia latens tranquillitatem iudicij maculat. 9. *Quid ſit, & quæ eius proprietates.* 214. *Difficillimè curabilis quam ob cauſam.* ib. *Fœdum malum.* ibid. *Eius deſcriptio.* ibid. & 215. *Etiam ſpirituales viros aliquando conficit.* 215. *Comparatur vulturi & muſca.* ib. *Virtutem ex vicinitate vitij calumniatur.* ib. *Non ineſt dæmoni aduerſus alium dæmonem.* ib. *Eius principium, medium, & terminus.* ib. *Eius remedia.* ib. & 216. *Cui dominari non poſſit.* 215. 216. *Quæ mala ex ea, tanquam ex fonte, promanent.* 215. *Eius exempla ex ſacris literis deprompta.* ib. *Difficiliùs quam cætera vitia curatur.* 216. *Comparatur lui & ſerpentibus.* ib. *Secus ac alia vitia, creſcit virtutibus aliorum.* 217. *Eius curationis indicium.* ib. *Eius plena mors eſt perfectus amor æternitatis.* ib. *Eius ſoboles detractio.* ibidem.

Ioannes Apoſtolus & Euangeliſta ſcripſit ad paruulos, ad iuuenes, & ad patres, quo ſenſu. in Proœm. *Perfectionis gradus elegantibus tranſlationibus illuſtrat.* ibid. *Ei ſimiles ſunt, qui mundo corde ſunt.* 539. *Ei ſimiles maximè à Deo amantur.* ibid.

Ioannes Auila celeberrimus in Hiſpania concionator. 751. *Sanctitate vitæ conſpicuus.* ibid.

Ioannes Baptiſta Angelus in carne, cœleſtis in terra. 550. *Magiſtrum habuiſſe non legitur.* 1. *Malè conuerſos Iudæos increpat.* 39. *Animalia, id eſt, locuſtas, comedit.* 145. *Quantis ſanctitatis nominibus ſit illuſtris.* 456. 457. *Commouet animum ad magna.* 457.

Ioannes Caſſianus ſine vitæ puritate ſacrarum ſcripturarum intelligentiam haberi poſſe negat. 698. *Eius de peccatorũ expiatorum recordatione ſententia.* 53. *Eius de officioſo mendacio licito ſententia ab Eccleſia reiecta.* 135. *Eius ſententia de motibus carnis piè explicatur.* 172. *Suadet aquam temperatè bibendam.* 173 *Eius frigidus ignis..* ib. *Eius ſententia de bono & malo Angelo ſingulis deputato diſcutitur.* 263.

Ioannes Chryſoſtomus Epiſcopus, magnus Dei amator. 128. *Curioſitatem egregiè caſtigat.* 448. *Theodorum monachum lapſum ſanitati & monaſticæ exercitationi reſtituit* 368. *Epiſtolam planè diuinam ad Theodorum lapſum conſcripſit.* ibid. *Neminem ſcripſit à dæmone lædi poſſe, niſi per mœrorem.* 388. *Reprehenſores ſuos laudauit, illiſque gratias egit.* 420.

Digitized by Google

Ioannes Climacus vidit mirabilem quendam pœnitentiæ locum, eúmque deſcripſit. 47. Perpetuam & continuam pœnitentiam probat. 51. Euagrium ob impaſſibilitatem reprehendit. 239.

Ioannes Gerſon ſenſit aliquando non tam meritorum eſſe credere, quàm velle credere. 78. nobilis Theologus. 408.

Ioannes Maldonatus, Societatis Ieſu, in commentariis in Euangelia excellens. 523. Hiſtoricum ſenſum cum linguarum obſeruatione tractauit. ib.

Iob afflictionibus à Deo pulſatus, vt eius eluceret patientia. 762. Eius mens ſibi bene per trãquillitatẽ ſubdita. ib. Eius deſperatio quomodo intelligenda. 232. Per vxorem tentatus. 265. Figura eorum qui in animo tentantur à diabolo. 278. Eius inuicta tolerantia. 290 Eius tentatio à D. Chryſoſtomo eleganter deſcripta. 383. Eius vxor à diabolo ſubornata. ibid. Adamate fortior. ib. Magno animo ſtabilique perſtitit, acceptis acerbiſſimis nuntiis. 626. Eius humilitas quanta. 627. Superbum hoſtem humilitate percuſſit, crudelẽ patientia ſtrauit. ibidem.

Ioſaphat Regis Indorum filius. 371. Mortis neceſſitate valde commotus. ib. A S. Barlaam monacho ad fidem conuerſus. 371. 372. Rege patre regnóque contempto, in èremo ſanctiſſimè vixit. 372.

Ioſeph Patriarcha in Ægypto venditus. 457. Ab hera tentatus. 95. Figura illius Ioſeph, qui ſponſus fuit B. Virginis. 457. Ex carcere ad regnum euectus. 595. Manſuetus erga fratres. 618.

Ioſeph ſponſus beatæ Virginis cur voluerit occultè dimittere eam. 456. Pater Dei dictus & creditus. 457. Eius nomen augmentum ſignificat. ibidem. Comparatur cum Ioſeph Patriarcha ibidem. Seruus bonus, fidelis, & prudens. ibid. Magni conſilij coadiutor fidiſſimus. ibidem. Nobilis genere, mente nobilior. ibidem. Comparatur cum Rege Dauid. ibidem. Filius Dauid quomodo. ib. Virgo corpore & mente fuit. ib. Et, quamdiu vixit, Chriſtus ſubiectus. 494. Illuminatus ab Angelo in ſomnis. 503.

Iôſue cur tam facilè fidem præſtiterit Gabaonitis. 566.

Ira præceps iudicium perturbat. 9. Eius natura & proprietates. 180. 181. Differt ab indignatione quomodo. 180.

Exuit hominem ſimilitudine Dei.ib. Dilaniat mentem.ibid. Eius graphica deſcriptio ex D.Gregorio.181. Ea percitus homo abreptitiis comparatur. ibid. Eius quatuor genera.182. Semper eſt cum imagine ſaltem rationis coniuncta.ib.Initium inſaniæ.ib.Eius tentatio.ib.Eius effectus.ib.Tripliciter poteſt conſiderari.ibidem.Eius remedia.ib.& 183.Eius victoriæ indicia. 184. 185. Eius turpis ſpecies auerſanda animo.184. Leuis eſt animi atque infirmi.ib. Alteri occaſio philoſophiæ & meritorum.ib. Vnde ortum habeat.ib. Eius victoria.ib. Non omnis repudianda.ibid.Equo iugali comparatur.185.Vt miles duci,ſic ira rationi adiutrix eſt contra peccatum. ib. Duplex eſt.ib. Melior eſt riſu quæ.ib. Comparatur collyrio & nubi.ib. Ancilla rationis.186.Duplex:per vitium & per zelum.485. Ea vtitur vir fortis vt inſtrumento, & quaſi mancipio.585. Ad eam tardi eſſe quomodo debeamus. ibid. Mentis oculum perturbat.ib.Quomodo ſanãda.617.Eius turpitudo quãta.ib. Pluſquam ferox eſt bellua.ib.Cõparatur triſti hyemi.ibidem. Comparatur tortori,ignito telo,furori,ebrietati,dæmoni.ibid. Duobus modis manſuetudine frangitur.618.

Iſaac egreſſus in agrum ad meitdandum, figura fuit contemplatiuorum.705.Typus proficiẽtium.184. Eius occiſio patri demandata, an fuiſſet mala. 385. Eius obedientia quanta.550.

Iſaias Propheta contemplator cœleſtis lucis.750.

Iudæ animæ figura. 113.

Iudæi malè conuerſi à S. Ioanne Baptiſta increpati. 35. Eorum æqualis ſeruitus Baalim & Chuſarſaton quid ſignificet.52. Eorum inconſtantia & inaudita barbaries.81.Corde redeuntes in Aegyptum qui ſint. 82. In eremo cur aduerſus Deum murmurarint.145.Canibus venaticis comparati.170. Quãta inuidia Chriſtum ſint proſecuti.216.Cur ſint aſpernati manna. 312. Cur illis Deus legem cum terrore dederit. 407. Eorum vitia quæ.458. Eorum ſumma inconſtantia & ſcelus in Chriſto condemnando.458. Symbolum ſunt peccatorum.ib. Eorum principes quales.459. Cur Ioannem Baptiſtam maluerint habere magiſtrum, quàm Chriſtum.504. Os Chriſti quomodo oppreſſerint,vt inquit diuus Lucas.510.Eorum conuerſatio Chriſto grauior ipſo crucis patibulo.511. Cur genimina viperarum dicti.543 Eos nihil æquè perdidit atque

Digitized by Google

ingratitudo. 558. *Chriſtum in paſſione etiam crepidis in faciem ceciderunt, vt ex contextu Græco elici poteſt.*521.

Iudas Iſcarioth à Chriſto cur tam diu toleratus. 13. *A Chriſto monitus vt reſipiſcat.ibidem. Eius peccatum apoſtaſiæ quibus timendum.* 82. *Tentatus à loculis quos portabat.* 95. *Ex auaritia prodit Chriſtum.*176. *Quomodo ad diabolo tentatus* 387. *Quam prudenter & amanter à Chriſtro in cœna monitus & correctus fuerit.* 466. *Pecunias pauperum in loculis ſuis portabat.*512. *Eius pedes ſumma humilitate Chriſtus lauit eo tempore quo proditionem animo agitabat,* 633.

*Iudicium extremum formidabile & intolerabile deſcribitur.*30. 31. *Aſſiduè ad mentem reuocandum.* 31. *Pauendum & tremendum etiam Sanctis.ibidem.*

Iulianus Apoſtata Imperator quibus moribus fuerit praditus. 621. 622. *Eius exitialem interitum vnde diuinarit D. Gregorius Nazianzenus.*261.

Iuſtitia inuitat Deum ad inhabitandum animum. 442. *Eius amor quomodo creſcat.*300.

L

Laurentius martyr quanto deſiderio martyrij flagrarit. 585.

Lectio pia commendatur. 745. *Quantum in ea momentum ſit. ibidem. Plurimum valet ad conuerſionem peccatorum.*25. *Scrupuloſis caute adhibenda.* 77. *Plurimum iuuat ad cognitionem noſtri.*291. *Per eam diuus Auguſtinus quãtum ſubitò fuerit commotus & illuſtratus.* 366. *Multo efficacior quàm profana.* 390. 391. *quorum librorum eſſe debeat.* 419. *Per eam Deus nobis loquitur.* 433. *Inſtruit nos ad orationem & operationem, actiuam & contemplatiuam vitam. ib. Valde eſt neceſſaria.*434.

*Leo Papa Epiſcopos Campaniæ ob publicata quædam peccata reprehendit.*48.

*Lia fœcunda ſignificat vitam actiuam.*664. *Non eſt negligenda.*699.

Liberalitas quid & quotuplex. 575. *Eius gradus &*

incitamenta.ibid. & ſeq. Eius fortitudo adamantina. 578. *Aduerſus experimenta pertinax. ibid. Bene facit etiam ingratis.*579. *Eius iudicia.* 580. *alua eſt in animi promptitudine. ibid. Maxima eſt, nihil ſibi, exemplo Chriſti, retinuiſſe, ibi.*

Ludouicus Rex moribundus Deum ſub Sacramento Euchariſtiæ certiſſimè contineri profeſſus eſt. 332.

Luxuria per Amalech ſignificata. 163. *Aduerſus eã graue & diuturnum certamen ineundum.* 164. *Eius natura à D. Gregorio deſcripta. ibid. Exemplo Amalechitarum funditus extirpanda. ibid. Ignis eſt ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* 165. *Eius effectus ſiue filiæ. ibid. In vino eſt.* 167. *Eius remedia. ibid. & ſeq. De corde tanquam de fonte procedit.* 167. *Quos morbos generet.* 609.

M

Macarius Eremita Monachum, qui ſolus diaboli poculum deguſtarat, mirabiliter curauit. 11.

Magiſter ſpiritualis perfectionis homo. 2. *Ei apperienda omnia quæ intus in nobis ſunt.* 4. *Referenda ad illum vniuerſa mentis cogitationes. ibid. Neceſſaria eius cura ad præcauendas ſathanæ inſidias. ibid. Eius doctrina & prudentia maximè neceſſaria.* 6. *Eius cogitationibus Deus adeſt. ibid. Eum qui audit, Deum audit. ibid. Eum egregiè deſcripſit D. Baſilius.* 7. *Ornatus virtutibus ſit. ibid. Diuinarum literarum ſcientiam habeat. ib. Natura ſit propenſus ad docendum. ibid. Eius officia.* 8. *& ſeq. Comparatur medico.* 8 *Quomodo diſcipulorum ſuorum propenſiones inueſtigabit. ib. Petat à Domino cor docile.* 9. *Inhæreat veſtigiis ſanctorum Patrum. ibid. Imitetur Deum, cuius adiutor eſt. ib. Interueniente correctione, ex minimis maiora cognoſcat. ib. Acutis inquiſitionibus duritiam cordis aperiat. ibid. Verſatus ſit in dignoſcendis cogitationum initiis & ſeminibus. ib. Sciat certum diſcrimen inter tentationes & vitia. ib. Adhibeat remedia accommodata ad cuiuſque naturam.* 10. *Præſtoletur curationis opportunitatem. ib. Bonarum virtutum exemplo alumnum ſuum ſibi conciliet. ibid. Viſcera matris induat. ibid. Tribus maxime modis pietatem*

Digitized by Google

erga alumnos ſuos exercere poterit.ibid. Nihil ſic probat ſpiritualem virum, inquit diuus Auguſtinus, quàm peccati alieni tractatio. 11. Sanctæ charitatis zelo & ſpirituali prudentia præditus ſit.12. Cum Deo maximè coniunctus viuat. ibid. Quomodo ſe gerat cum deſperatis.13. Quod arguendo non valet, orando conetur obtinere.ibid. Eo inſcio quod fit, furtum ac ſacrilegium reputandum. 14. Comparatur à diuo Baſilio excantatori ſerpentum.ibid. Quo loco apud nos eſſe debeat, ex D. Bernardo.22. Quando conſulendus. 41. Quid ab eo potiſſimum conſiderandum.ibid. Eius diſciplina incipientibus maximè neceſſaria.69. Eius iudicio ſtandum in caſtigatione carnis.70. Eius conſilio parendum in ſcrupulis.75. Quomodo ſuos tyrones debeat exercere.96. Eius cura quibus inprimis neceſſaria. 134. In ſuſcipiendis ieiuniis vel vigiliis conſulendus. 152. Spiritualis medicus.199. Spiritualis pater.ibid. Manſuetus cordis medicus. 210. Eius conſilium generale aduerſus ſcrupulos remedium.212. Secundùm deum, vitæ noſtræ ſpiritualis auctor. 544. Pro filiis ſuis ſpiritualibus mori paratus, & illi viciſsim pro illo. 545. Spiritualis paſtor ouium. ibid.

Magnanimitas Chriſtiana in quo propriè conſiſtat. 586. Quo modo differat ab ea, quam Ariſtoteles tradidit.ibid. Quomodo verſetur circa honores ibid. Quomodo à ſanctis Patribus deſcribatur. 587. Eius gradus & incitamenta.588.& ſequent. Iniurias & calamitates imminentes expectat. 592. Eius indicia quæ.592.593. Vnde oriatur.618. Non eam terret rugitus leonis.ibid.

Magnanimus verè quis ſit.587. In articulo mortis à diabolo parum infeſtatur. 588. In purgatorio non diu detinetur. ibid. A magno Deo magna beneficia recipit.ibid. Suam deſpicit quietem, & curat alienam.591. Eius magna cum Deo familiaritas, vt nimia quibuſdam videri poſsit.ibid. Indicitur in apothetas ſapientiæ. ibid. Magna audet, & quæ audet, obtinet. 582. Quo animo contumelias ferre debeat, ex Seneca. ibid. Eius gaudium quodnam. ibid.

Malachias Epiſcopus conſueuit ad tempus ſecedere ad cœnobia Monachorum, ſeſe colligendi gratia. 233. Diſciplinam quam aliis imponebat, magis ipſe portabat. ibid. In ordine vicis ſuæ coquinæ miniſterio inſeruiebat. ibidem.

Manſuetudo quomodo conſeruanda. 183. *Iram mitigat.ib. Eius definitio, gradus, & incitamenta.* 614. *& ſeq. Eam natura communis docet.* 614. *Pacem animo conciliat.ibid. Omni diademate & gloria conducibilior.ibid. Deo gratior ipſa virginitate, ieiunio, contẽptu diuitiarum, eleemoſynis.* 616. *Eius vis quanta.ibid. Comparatur colori infirmis oculis grato.ibid. Inter omnes Chriſti virtutes eminet.* 617. *Duobus modis exercetur.* 618. *Vnde oriatur.ibid. Non nocet ei flatus draconis ibid. Quomodo in naturã vertatur.ibid. Inimica perturbationis, pacis conciliatrix.ibid. Fructus ſpiritus, qualis.ibid. Eius indicia.ibid. Virtutes ei affines quæ. ibid. Humilitatis ſoror collactanea.* 631.

Marcus Euangeliſta vt Eccleſiaſticam dignitatem ſubterfugeret, membrum ſibi præcidiſſe dicitur. 647. *Exemplum non tam imitandum quàm admirandum.* 648.

Mardochæus indutus veſtibus regiis, equo regio inſidens. 395. *Typus veri proficientis.ibid.*

Maria Magdalena ad pedes Chriſti reſidens, vitam contemplatiuam ſignificat. 698. *Laudatur à Chriſto præ Martha.* 690. *Eius pars nunquam auferetur.quomodo.ibid. Eius ingens dilectio omnem pœnam peccatis debitam abſorbuit.* 57. *Triginta annorum vitam ſeueriſſima pœnitentia tranſegit. ibid. Cum hæmorrhoiſſa Euangelica comparatur.* 66. *Propoſuerat in corde ſuo à peccatis deinceps abſtinere. ibidem. Piè impudens, & frontoſior ad ſalutem quàm fuerat ad peccatum.* 69. *Cõdonata illi cum culpa omnis temporaria pœna* 78. *Poſthabito mundanæ nobilitatis ſplendore, pedibus Chriſti affixa, ſe totam dedicauit.* 458. *Chriſti æmula ſingularis. ibid. Non ſolum ſaucia, ſed ebria Chriſti Domini amore ſanctiſſimo atque caſtiſſimo.* 492.

Maria mater Dei votum virginitatis emiſit, teſtibus ſanctis Patribus. 642. *Cruci aſſiſtens, Chriſtum filium induit:* 646. *Prætulit virginitatem opprobrio ſterilitatis.ibid. Vnctio eam docebat de omnibus.ib. Non indignè tulit, cùm dimitteretur à Ioſeph.ibid. Chriſto confixa eſt cruci.ibid. Plurimum præſtat omnium Angelorum ordinibus.* 716. *Diuina attributa in ea contemplandi ratio.* 715. *Quomodo inuenta fuerit in vtero habens.* 20. *Aduocata peccatorum ab Eccleſia & ſanctis Patribus appellatur.* 64. *Spes vnica peccatorum vocatur*

catur a D. Auguſtino.ibid. Eius fomes aut nullus : aut ita Dei gratia ſopitus,ac ſi nullus. 240. *Eius animi corporiſque dolor proximè acceſſit ad ipſius Chriſti crucifixi dolorem.* 327. *Eius verba illa, Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, non plorãtis aut trepidantis ſunt,ſed gaudentis.* 377. *In meditatione ad cœlum introducit.* 435. *De ea quid cogitare debeamus orando.* 454. *Virgo non ſolùm corpore,ſed etiam mente.* 455. *Loquendi parcior,legendi ſtudioſior. ibid. Eius ſanctitas in facie relucebat.* 456. *Eius aſpectus ad amorem caſtitatis incitauit.ibid. Mater Dei,mea,noſtra ibid. Quæ miracula in illa Deus ediderit.* 487. *Quomodo cum illa Dominus. ibid.Eius ſalutationis myſterium explicatum. ibid. & 488. Ancillam ſe dicit Domini,quæ mater eligitur.* 488. *Sola in cubiculo ab Angelo inuenta .ibidem. Eius imperio Chriſtus infans & puer,adoleſcens etiam & iuuenis, ſubiectus.* 494. *Ipſa Chriſtum filium,ipſamque Chriſtus vt matrem,ardentiſſimè ſemper conſtantiſsimeque dilexit.ibid. In eius vtero Chriſtus nouem menſibus delituit.ibid. Suis vberibus virgineis Chriſtum lactauit. ibid. Cur eam in nuptiis Chriſtus duriuſculè compellarit. ibid. Ab Angelo filij Dei incarnationem edocta, ex ſententia D.Thomæ.* 503. *Eius deſponſatio cur inſtituta.* 504. *Cur filij conceptionem Ioſepho non indicarit. ibid. Ei Chriſtus per totos triginta annos ſubditus.* 505. *Eius nominis interpretatio Dominam aut illuminatricem & patronam ſignificat.* 523. *Eius filius eſt,qui eam vt parentem habet,colit, imitatur.* 529. *Eam plurimum commendat caſtus pudor.* 537. *Angelum præ verecundia non ſalutauit. ibid. Placuit Deo ex virginitate , ſed ex humilitate concepit.* 626. *Eius virginitas Deo ſine humilitate non placuiſſet. ibid.*

Martha Chriſto miniſtrans vitam actiuã ſignificat. 698. *Eius miniſterium non reprehenditur,quia meritorium.* 699. *Diſcipula fuit Chriſti.* 458. *Chriſti Domini hoſpita,eiuſque menſæ adminiſtra. ibidem. Hoſpitalitatis laude excelluit* 505.

Martinus Epiſcopus , Domine,inquit,ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius,non recuſo laborem. 738.

Martyres in mortali adhuc vita deiformitatem conſecuti. 742. *Eorum duo genera.* 754. *Quanto martyrũ deſiderio*

Manſuetudo quomodo conſeruanda.183. *Iram mitigat*.ib. *Eius definitio, gradus, & incitamenta*.ib.614. *& ſeq. Eam natura communis docet*.614. *Pacem animo conciliat*.ibid. *Omni diademate & gloria conducibilior* ibid. *Deo gratior ipſa virginitate, ieiunio, contẽptu diuitiarum, eleemoſynis*.616. *Eius vis quanta*.ibid. *Comparatur colori infirmis oculis grato*.ibid. *Inter omnes Chriſti virtutes eminet*. 617. *Duobus modis exercetur*.618. *Vnde oriatur*.ibid. *Non nocet ei flatus draconis* ibid. *Quomodo in naturã vertatur*.ibid. *Inimica perturbationis, pacis conciliatrix*.ibid. *Fructus ſpiritus, qualis*.ibid. *Eius indicia*.ibid. *Virtutes ei affines quæ*. ibid. *Humilitatis ſoror collactanea*.631.

Marcus Euangeliſta vt Eccleſiaſticam dignitatem ſubterfugeret, membrum ſibi præcidiſſe dicitur. 647. *Exemplum non tam imitandum quàm admirandum*.648.

Mardochæus indutus veſtibus regiis, equo regio inſidens. 395. *Typus veri proficientis*.ibid.

Maria Magdalena ad pedes Chriſti reſidens, vitam contemplatiuam ſignificat. 698. *Laudatur à Chriſto præ Martha*.690. *Eius pars nunquam auferetur. quomodo*.ibid. *Eius ingens dilectio omnem pœnam peccatis debitam abſorbuit*.57. *Triginta annorum vitam ſeueriſſima pœnitentia tranſegit*. ibid. *Cum hæmorrhoiſſa Euangelica comparatur*. 66. *Propoſuerat in corde ſuo à peccatis deinceps abſtinere*. ibidem. *Piè impudens, & frontoſior ad ſalutem quàm fuerat ad peccatum*. 69. *Cõdonata illi cum culpa omnis temporaria pœna* 78. *Poſthabito mundanæ nobilitatis ſplendore, pedibus Chriſti affixa, ſe totam dedicauit*.458. *Chriſti æmula ſingularis*. ibid. *Non ſolum ſaucia, ſed ebria Chriſti Domini amore ſanctiſſimo atque caſtiſſimo*.492.

Maria mater Dei votum virginitatis emiſit, teſtibus ſanctis Patribus. 642. *Cruci aſſiſtens, Chriſtum filium induit*. 646. *Prætulit virginitatem opprobrio ſterilitatis*.ibid. *Vnctio eam docebat de omnibus*.ib. *Non indignè tulit, cùm dimitteretur à Ioſeph*.ibid. *Chriſto confixa eſt cruci*.ibid. *Plurimum præſtat omnium Angelorum ordinibus*.716. *Diuina attributa in ea contemplandi ratio*.715. *Quomodo inuenta fuerit in vtero habens*.20. *Aduocata peccatorum ab Eccleſia & ſanctis Patribus appellatur*. 64. *Spes vnica peccatorum vo-*

catur

catur a D. Auguſtino. ibid. Eius fomes aut nullus: aut ita Dei gratia ſopitus, ac ſi nullus. 240. Eius animi corporiſque dolor proximè acceſſit ad ipſius Chriſti crucifixi dolorem. 327. Eius verba illa, Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, non plorãtis aut trepidantis ſunt, ſed gaudentis. 377. In meditatione ad cœlum introducit. 435. De ea quid cogitare debeamus orando. 454. Virgo non ſolùm corpore, ſed etiam mente. 455. Loquendi parcior, legendi ſtudioſior. ibid. Eius ſanctitas in facie relucebat. 456. Eius aſpectus ad amorem caſtitatis incitauit. ibid. Mater Dei, mea, noſtra. ibid. Quæ miracula in illa Deus ediderit. 487. Quomodo cum illa Dominus. ibid. Eius ſalutationis myſterium explicatum. ibid. & 488. Ancillam ſe dicit Domini, quæ mater eligitur. 488. Sola in cubiculo ab Angelo inuenta. ibidem. Eius imperio Chriſtus infans & puer, adoleſcens etiam & iuuenis, ſubiectus. 494. Ipſa Chriſtum filium, ipſamque Chriſtus vt matrem, ardentiſſimè ſemper conſtantiſſimeque dilexit. ibid. In eius vtero Chriſtus nouem menſibus delituit. ibid. Suis vberibus virgineis Chriſtum lactauit. ibid. Cur eam in nuptiis Chriſtus duriuſculè compellarit. ibid. Ab Angelo filij Dei incarnationem edocta, ex ſententia D. Thomæ. 503. Eius deſponſatio cur inſtituta. 504. Cur filij conceptionem Ioſepho non indicarit. ibid. Ei Chriſtus per totos triginta annos ſubditus. 505. Eius nominis interpretatio Dominam aut illuminatricem & patronam ſignificat. 523. Eius filius eſt, qui eam vt parentem habet, colit, imitatur. 529. Eam plurimum commendat caſtus pudor. 537. Angelum præ verecundia non ſalutauit. ibid. Placuit Deo ex virginitate, ſed ex humilitate concepit. 626. Eius virginitas Deo ſine humilitate non placuiſſet. ibid.

Martha Chriſto miniſtrans vitam actiuã ſignificat. 698. Eius miniſterium non reprehenditur, quia meritorium. 699. Diſcipula fuit Chriſti. 458. Chriſti Domini hoſpita, eiuſque menſæ adminiſtra. ibidem. Hoſpitalitatis laude excelluit 505.

Martinus Epiſcopus, Domine, inquit, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem. 738.

Martyres in mortali adhuc vita deiformitatem conſecuti. 742. Eorum duo genera. 754. Quanto martyrij deſiderio

Digitized by

flagrarint.455. Quàm grauia amore Chriſti cum voluptate pertulerint.756. Pleriq́ue duplici modo conuerſi.14.inuocandi.65.Reliquiæ eorum ſalutare..ibid.poſſunt pro peccatis rogare noſtris.ibid.Etiã noſtri ſæculi plurimi.263.Diuinis conſolationibus quantum confirmati.295.Eorum exempla quædam. 296. Eorum ſumma charitas & nobiliſſima omnium actionum.342.In tormentis affirmabant ſe nunquam lautiùs epulatos eſſe.343. Quibuſdam non tam turpe fuit Chriſtum negaſſe; quàm poſtmodum pro eodem mortem ſubiiſſe glorioſum.369.Innocentes ab Herode trucidati multa millia.508. in tormentis diuina voluptate affluentes, vt ea nec ſenſerint quidem.583.Tripudiant & triumphant toto licet lacero corpore,& rimante latera ferro.584. Vnde oriatur in illis ſpirituale gaudium.ibid. Ad eorum ſolatia ſubmittuntur aliquando Angeli.ibid.

Martyrium omnium actionum, quæ à fortitudine promanant, princeps. 585. Eius votum ipſum eſt martyrium. 586. Eius ingens deſiderium in quibuſdam Sanctis. 585.

Matthæus Apoſtolus & Euangeliſta diuina virtute ad Chriſtum imitandum impulſus. 362. Eius Euangelium ab ipſo Hebraicè ſcriptum, Græcè prius verſum quàm Latinè. 520.

Meditatio eſt ſtudioſa mentis intentio circa aliquid inueſtigandum diligenter inſiſtens. 707.Per ardua ſæpe & aſpera ad directionis finem nititur.706. Eſt prouidus animi obtutus in veritatis inquiſitione vehementer occupatus.ibid.Pertinet ad proceſſum rationis. 707. Quomodo differat à conſideratione.ibid.Longanimitatem alit, & perſeuerantia dat vigorẽ.712.Eſt occultæ veritatis ſtudioſa inueſtigatio.721.Hanc diuina illuminat reuelatio,vt veritatẽ cognoſcat. ib. Comparatur exercitui mentem tanquam regem circumſtanti. 380. Ferculum eſt,quia paſcit mentem.ibid.Docet quid deſit,oratione quid deſit obtinet. 443. Eius cum oratione comparatio ibid. Exercet memoriam, intelligentiam,& voluntatem.ibid. In ea ordo ſeruandus. ibid. Eius materia ad certa capita & puncta reducenda.443.Eius ordo duplex.ibid. Eius fructus in quo potiſſimum conſiſtat. 445. Intellectus exercitationem requirit.447. Eſt neceſſaria,ſi deſit diuina reuelatio ibidem.

Eius materia eſt Scriptura ſacra. ibid. Tres affectus in ea commouendi. 706. Eius potiſſima materia eſt hiſtoria Chriſti. 460. Conditioni vitæ meditantis conueniat. 529. Eius proprius ſcopus quis. 530. Ad eam hominis quoque induſtria neceſſaria. 531. Quàm diuturna eſſe debeat. 533. Eius clauſula colloquium quale. 534. Tota eius vis conſiſtit in prudenti exercitatione effectus. ibid. Eius ſcopus coniunctio cum Deo. 535. Mendacium duplex. 562. Quodnam ſit argumentum æternæ reprobationis. 563. Illud amant & faciunt qui Politici vocantur. ibid. Chriſtiano viro indignum. ibid. Officioſum aut iocoſum pro quacunque aliorum vtilitate nunquam licitum. 564. Si cœli ruinam fulcire poſſe, non tamen committendum. ibid.

Meritum apud Deum, in quo conſiſtat. 655. Eius pernicies latitans ſub promptitudine animi ex conſolationibus diuinis. 658. Contemplationi maius quàm actionis. 699. Præpoſterus ordo, ante meritum exigere præmium ibid. Conſiſtit in tribus: in odio præteritorum malorum, contemptu præſentium, & deſiderio futurorum. 733. Chriſti & noſtrum quantam vim iuncta habeant. 760. Quanti apud Deum ſit ſubmiſſio & humilitas. 5. A Deo non inuenitur, ſed preuenitur. 22. Maius eſt velle dolere de peccatis & non poſſe, quàm actu de iis dolere, ſecundum Gerſonem. 78. Sanguinis Chriſti quantum. 241. Sanctorum de deuictis dæmonibus quantum. 270. Quomodo creſcat. 288. Corrumpitur admiſtione peccati etiam venialis. 315. Neceſſarium & vtile ad beatitudinem obtinendam. 337. Obedientiæ quantum. 546.

Michael Paphlagonus, Conſtantinopolitanus Imperator, monachus factus. 372.

Miracula ſiue prodigia quæ vocentur. 715. Quæ ſit illorum ratio & cauſa. ibid. Eorum cupiditatem quomodo coërcuerit diuus Auguſtinus. 763. Exhibentur in ſpectaculis. 247. Cùm flagitantur ſolius experientiæ cauſa, Deus tẽtatur. Cur iis Deus vtatur. 328. Motiua ſunt fidei. ibid. Duplicia. 400. Eum, à quo eduntur Deo charum eſſe aliquando ſignificant. ibid. Quædam non ſubiiciuntur oculis, ſed in animis patrantur. ibidem. Quæ Chriſtus corporaliter faciebat, etiam ſpiritualiter volebat intelligi. 473. Cur Chriſtus tam

multa fecerit.ibid. Quàm multa fecerit ibid. Quomodo meditanda 474. Inter ſe quadam comparata. 484. In B. Virgine à Deo edita. 487. Quo ea retulerit Chriſtus, quæ facit. 496.

Miſericordia quid & quotuplex. 574. Eius gradus & incitamenta. 575. & ſeq. Maximè demonſtrat Dei omnipotentiam. 575. Eius actus an præcedat, vel ſequatur iuſtificationem. 576. In ea conſiſtit ſumma diſciplinæ Chriſtianæ. ibid. An & quomodo liberet à perditione æterna. ibid. Ars omnium artium quæſtuoſiſſima. 577. Ad eam inclinamur à natura. ibid. Eam diſcamus, qui ea maximè indigemus. ibid. Eius actus heroici. 578. 579.

Miſſa ſacrificium pro peccatis. 65. Impetrat donum pœnitentiæ. ibid. Summum ſacrificium ſummi ſacerdotij. 481. Idem cum ſacrificio crucis, quamuis incruentum. ibid. Offerenda etiam pro defunctis. 559.

Mitis & manſuetus orphanorum Pater, viduarum præſes. 615. Reuerendus pater pueris obſeruandus Dominus ſeruis. ibid. Eius laudes ex diuo Chryſoſtomo. 616. Quàm gratus Deo. ibid. Eius exemplum quātum valeat. ibid. Comparantur diei ſerenæ. 617.

Modeſtia quid ſit, & à temperantia quomodo differat. 619. Eius partes & gradus. ibid. & ſeq. Ad eam ampleſctendam incitamenta. ibid. & ſeq. Eius neglectus in Scripturis damnatur. 620. In Scripturis mirificè commendatur. ibid. In oratione qualis adhibenda. ibid. Diues apud Deum, & portio Dei. ibid. Chriſti & B. Virginis quanta. ibid. Ei repugnant immanes cachinni & ſaltus. 621. Chriſtiana ſeuerior eſt, quàm Gentilis. 622. An admittat iocos, fabulas, & riſum. ibid. In voce quæ ſeruanda. 622. Grauis, matura, ſeuera, animum poſtulat ſibi planè dominantem. ibid. Eius indicium quod. ibid.

Monica S. Auguſtini bis mater. 65. Ingentem lachrymarum vim pro filij ſui ſalute profudit. ib. Diſcreuit inter Deum reuelantem, & animam ſuam ſomniantem. 408.

Mors pro Chriſto ſubeunda, ſi opus fuerit. 88. Ad eius portas appropinquare qui dicuntur. 188. Eius vmbra quæ. 199. Eius meditatio, remedium tepiditatis. 203. Euangelica qualis. 206. Subeunda potiùs quàm committatur pec-

catum

catum mortale.210. Viuificatrix qualis. 231. Eius nomine quid intelligat Apoſtolus ad Romanos.235. In quo caſu pro veritate ſubeunda. 564. Eius timore nullus vehementior. 583.

Mortificatio bona mors eſt, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius.722. De ea diui Auguſtini dictum, Moriar ne moriar.726. Tremendum eius ſpectaculum in antiquis pœnitentibus.47. Cum corporis viribus eſt commetienda. 154. Gradus ad virtutes & ad perfectionem.157. Eius ratio varia & multiplex.ibid. In ea quotidie proficiendum.213. Morti comparatur.593.

Mortui dimittendi ſepelire mortuos ſuos; qui & quos.526. Eorum animæ quibus modis iuuari poſſint.559.

Moyſes orationis, ieiunij, & eleemoſynæ ſuffragio factus Deo ſimilis.650. Quid petierit, cùm faciem Dei ſibi oſtendi petiit.712. contemplator cœleſtis lucis. 750. In eremo edoctus mandatum ab Angelo didicit.1. In aqua veniens, figura Chriſti & Baptiſmatis.15. Eius ſerpens, Chriſti typus. 118. Olim imperfectus.136. Cur contra Amalech non ſolis armis, ſed etiam precibus pugnarit.164. Eius fidei actiones heroicæ.333. Quid eius frequens ingreſſus in tabernaculum ſignificarit.413. Sapientiſſimus, Deóque coniunctiſſimus. 416. Ab ipſo Deo ad omnem diſciplinam inſtitutus. ibid. Conſilia ſoceri ſui iuſſus eſt ſequi. ibid. A Ioſue conſultus. 418. Sponſus ſanguinum, figura Chriſti.480. Eius amor in ſibi commiſſos maior quàm naturalis patris.545. Manſuetus erga populum duræ ceruicis.616. Quomodo ſuſtinuerit improperium Chriſti.630.

Mundus antequam fieret, præter Deum nihil erat. 710. Eius, & eorum quæ in illo ſunt, contemplatio.716. Eum Deus quare condiderit, conſeruet, & gubernet.735. Eum condidiſſe, minus opus eſt, quàm ex impio pium facere.24. Propriæ voluntati non ſufficit. 250. Theatrum eſt, ſpectator Deus. 326. Eius quædam quaſi ætates.402. Mare magnum, eiuſque varij piſcatores.506.

Mundus diuo Paulo crucifixus quomodo.644. Ei renunciandum vt Chriſtum ſequaris. ibid. Ei mortuus eſt religioſus.ibid. Eius vanitas.34. Eius moribus quàm fuerit contrarius Chriſtus.127. Eum perfectè qui non deferant.200.

Eius cum diabolo fœdus ad oppugnandum nos.260. Eius ſpiritus ſatelles diaboli. 381. Eius ſpiritus quomodo internoſcendus.ibid. Comparatur rota & mola aſinariæ.528. Totus ex fraudibus compoſitus. 564. Eius ſapientia & profeſſio quæ. 565. Terret nos laruis, auertit exemplis. 601. Exuendus ſua pompa & ſatellitio.ibid.

N

Natanael à S.Philippo inuentus quomodo.20.

Natura redit ad ingenium 4. Eius mira varietas.10. Eius bonum à peccato corrumpitur.20. A gratia longè ſuperatur 104. Sequitur monitionem & ductum gratiæ.105. Eius neceſſitas cibum potúmque à nobis exigit.145. Eius etiam neceſſarius appetitus calcandus.148. Eius corruptionem ſequuntur inclinationes ad peccatum.236. Eius ſecreta ſcrutari, curioſorum eſt.239. Animalculorum quorundam admirabilis, & hominibus ignota.248. Humana quàm fragilis & deprauata ſit.296.297. comparatur Samſoni.297. continenter ad malum procliuis.311. Eius exterminium affectio indiſcreta. 351. Eius motus quomodo diſcernatur à motu gratiæ. 389. Ad quam cognitionem inſtiget.ibid. Quomodo ab ea impugnetur qui proficit in gratia.391. Nihil vult pati, aut quàm minimum.395. Sine Dei virtute concideret.500. Nihil ea violentiùs; neque decem millia quidem tyrannicidarũ.550. Proſtrata ab Abrahamo filium immolaturo. ibid. Ad miſericordiam & beneficentiam nos mouet.577. Locus ab ea nobis aſſignatus, tuendus. 593. Nos cognatos edidit. 615. Ex illius conſtitutione miſerius eſt nocere, quàm lædi, inquit Seneca. ibid. Eius vis quanta.ibid.

Negligentia filia accediæ.190. Eius mater eſt ſecuritas. 43. Exterioris diſciplinæ cauenda. 272. Quæ mala per eam incurramus.295. Illius tria magna mala.394. Diabolicũ vitium.395. Auget peccatum, & diuinam iram concitat. 486.

Noë vineam plantans, & inde inebriatus, figura Chriſti crucifici.756. Deriſus à filijs ſuis, Chriſtum in cruce deriſum ſignificauit.ibid. Omne genus carnium manducauit. 145. Sacrificia Deo ſponte in gratiarum actionem obtulit.555.

O

Obediens ſine diſcutione perficit imperata. 544. *Credit ea ſacroſancta & diuinitùs promulgata.* 645. *Inſipientē ſe iudicat, ac ſtultum. ibid. Nulla in eo viuit voluntas propria. ibid. In cœleſti regno & abſtinentibus & flentibus excellit.* 546. *Lapſis, per obedientiam, Angelis dominatur.* 547. *Facilè ſuperat vitium libidinis. ibid. Conatur, etiam ſi impoſſibile quid iubeatur.* 548. *Si dubitet an peccatum ſit quod iubetur, quid facere debeat.* 549. *Semper ſecum reputat ſe à ſuperiore tentari. ibid. Rationem & mentem ſuam, etſi repugnantem, in ſuperioris ſententiam traducat.* 551. *Superiorum ſententiam non diiudicat, nec curioſiùs perſcrutatur.* 552. *Neſcit iudicare, quiſquis perfectè didicit obedire. ibid. Adeptus ſecurum portum, tutam nauigationem, confectum dormiendo iter.* 553. *Parat aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri. ibid. Interiorem obedientiam externo ſilentio declarat. ibid. Comparatur corpori exanimi. ibid. Comparatur inſtrumentis artificum.* 554. *Nihil quod ſuum eſt ad obediendum adfert. ibid. Conuicia imperantium habet in delitijs. ibid.*

Obedientia coërcet propriam voluntatem. 643. *Eius quatuor gradus. ibid. Eius votum ex D. Auguſtino & D. Baſilio. ibid. Per eius gratiam vera nobilitas obtinetur.* 545. *Eius exemplum ex Caſſiano. ibid. ad eam quæ requirantur. ibid. Ei repugnat pertinacia* 649. *Ei debetur guſtus contemplationis.* 700. *Tutiſſimum eſt religioſi hominis perfugium.* 704. 705. *Eam ſubiectis non imperet, qui prælatis non nouit exhibere.* 2. *Eius via eſt via regia. ibid. Homines inoffenſo pede ducit ad ſummum. ib. Quāti apud Deum meriti ſit.* 6. *Melior eſt quam abſtinentia contumacium.* 70. *Inſulſa quæ.* 111. *Paupertatis comes.* 179. *Supplet virtutem diſcretionis in incipientibus & religioſis.* 356. *Eam in primis amat ſpiritus Dei.* 401. *Regula eſt intelligendæ diuinæ voluntatis extra Scripturas reuelatæ. ibid. Quomodo cùm prudentia coniungenda.* 420. *Eius ſingulare exemplum œconimicum in Chriſto.* 505. *Eam Chriſtus per totos triginta annos profeſſus. ibid. Quomodo & qualis à nobis præſtanda.* 527. *Eius definitio.* 546. *Quotuplex. ibid*

Conſilium Chriſti & perfectionis cumulus.ibid. eius gradus & incitamenta. ibid. & ſeq. Eius meritum quantum. 546. Præſtantiſſima virtus. 547. Comparatur victimis.ibid. Tuta eſt & recta ad virtutem via.ibi. Sola virtus eſt quæ cæteras virtutes menti inſerit, inſertáſque cuſtodit.ibid. Mater omnium cuſtóſque virtutum.ibid. Cæteris virtutibus dæmones impugnamus per hanc vincimus.ibid. Ne Chriſtus eam perderet, vitam perdidit. 548. Martyrum conſtantiam præ ſe ferat.ibid. Eius difficultates, ibid. & ſeq. Præſtanda etiam in his quæ ſanitati videntur aduerſari. 548. Optimus eius modus eſt, vt ſemper ita tecum reputes, Tentat te pater. 549. Eius violentia quanta. 550. Ieiunijs & abſtinentiæ præſtat.ib. Per eam propria voluntas mactatur.ibid. Eius votum præcipuum inter tria religionis vota.ibid. Eſt perfecta animæ abnegatio, mors ſpontanea, ſepulchrum voluntatis. 551. Nec Præpoſitorum intentionem diſcutit, nec præcepta diſcernit. 252. Cæca quæ.ibid. Indiſcreta quæ.ibid. Eius ſimplicitas à D. Paulo laudata. 553. Eius tres partes.ibid. Eius votum immobilitat animum, ne poſſit retrogredi. ibid. Eius ſeptem gradus, ex D. Bernardo. 554. Apoſtolica quæ, ex D. Baſilio.ibib. Perfecta legem neſcit, terminis non arctatur. ibid. Eius indicia. ibid.

Obſeruantia quid ſit. 542. Eius gradus & incitamenta. ibid. & ſeq. Exhibēda maximè Principibus & Dominis Eccleſiaſticis. 543. Exhibenda etiam ſenioribus.ibid.

Obſtinati in propria ſententia leproſis comparantur. 353. A diuo Bernardo ſuis coloribus depinguntur.ibid. Ariolis & idololatris comparantur. ibidem. Deo quàm deteſtabiles. 484.

Opera bona tria maximè. 42. Ab Angelo Raphaële commendata.ibid. In his ſita eſt in hac vita hominis iuſtitia.ibid. His ſtat fides, deuotio, & virtus.ibid. An ea ab omnibus eodem modo ſubeunda ſint.ibid. Ea diabolus tribus modis inſequitur. 112. Propter laudem facta vana ſunt. 113. Varijs modis fiunt. 187. Moritura quæ. 196. Sæpe non ſunt talia in oculis Dei, qualia videntur hominibus. 223. Ea comitatur vel ſequitur gloria, & aliquando ignominia. 225.

Orans intrare debet in curiam cœleſtem, & quomodo. 435. Quàm tremebundus, ſupplex, & humilis Deo aſſiſtere debeat.

Digitized by Google

beat. 436. Cogitet ſe tanquam præſentatum Domino maieſtatis. ibidem. Quomodo præſentiam Dei ſibi repræſentare poſſit. ib. Deum ſibi præſentem maxima reuerentia & humilitate proſequatur. 442. Comparatur Angelis & Archangelis, Cherubim & Seraphim. 443. Talis ſit ante orationem; qualis in ipſa oratione vult inueniri. 541. Vana cogitãs. cùm orat grauiter peccat. ibid.

Oratio quantum iuuetur externis geſtibus & actionibus. 651. Eius cum ieiunio & eleemoſyna coniuncta vis & præſtantia. 649. Maximum perfectionis adminiculum. 660. Maximè neceſſaria proficienti. ibid. Feruens ſit, exemplo D. Auguſtini. ibid. Neceſſaria eſt ad impetrandum Dei auxilium. 661. Eius ſumma cum contemplatione & amore Dei colligatio. 662. Non qualecunque eius ſtudium ad perfectionem obtinendam ſatis eſſe. 702. Vnicum eſt in dubiis remedium & refugium. 704. Quæ in ea bonorum copia donetur. 721. Quando maximè requiratur. 12. D. Auguſtini: Domine, da quod iubes, & iube quod vis. 21. Sanctorum aſſidua plurimum valet ad conuerſionem peccatorum. 25. Peccatoris ipſius conſtans & deuota plurimum valet. ibid. Opus bonum & ſatisfactorium. 41. Pœnitentis qualis eſſe debeat. 58. In ea perſeuerandum. 64. Ab obſecratione quomodo differat. 65. Eſt oris ratio. 66. Eius tres modi. 67. D. Auguſtino familiaris. 85. Præſidium contra tentationes. 91. Ad profectum ſpiritus impetrandum neceſſaria. 101. Eius non poſtrema pars gratiarum actio. ibid. Holocauſto comparatur. 119. Aſtat in ea oranti ſacra Chriſti imago. ibid. Prædicatori neceſſaria. 161. Plus poteſt quam oratorum facultas. ibid. Remedium acediæ. 188. Eius forma ex D. Bernardo. 189. Humilis & feruens quantum valeat. 242. Minutiſſimis rebus ſæpe interrumpitur atque turbatur. 248. Eius præſidio Sancti dæmones profligarunt. 270. Non vincitur diabolus meliùs quàm per eam. 289. Adhibenda eſt ad omnia. ibid. Inexpugnabilis murus, lorica impenetrabilis, ac munitiſſimus clipeus. 290. Piorum pro afflictis placat diuinum numen. 295. Dei donum eſt. 309. Partas virtutes tuetur. 311. Iuuat ad virtutum omnium incrementum. 320. Qualis eſſe debeat, ex D. Hieronymo. 334. Fundenda pro iis qui ope noſtra ſpirituali indigent. 348. Comparatur à S. Dionyſio aureæ catenæ. 392. Eſt mentis in Deum

eleuatio.ib. In ſpirituali ſeceſſu maximè exercenda.415. Vim & robur adfert exemplo. 422. Maior eſt verbo & exemplo. ibid. Quibus maximè actionibus adhibenda à preſide. 423. Ad eam preparatio duplex: proxima & remota. 432. Etiam quæ ſuper cœlos ſunt penetrat.ib. Nullo vitiorum pondere prægrauata, ad Deum aſcendit. ibidem. Ad eam mens euagationibus vacua adferenda.ib. Ad eam neceſſaria ſolitudo cordis. 433. Eius proxima preparatio duplex. ibid. Eius intentio cor noſtrum ſerenat. 435. Eius deſiderij quanta ſit vtilitas.ibid. Eius initio quid cogitandum.ib. Cur olim facta Orientẽ verſus. 441. Mentalis quæ. 443. Partes eius duæ.ib. A meditatione quomodo differat. ib. In ea ordo ſeruandus.ib. Eius ordo duplex. ibid. Eſt inquiſitio ſupernorum, ſecundùm D. Auguſt. 447. In quem finem à Deo tradita. 470. Nocte facienda, Exemplo Chriſti. 472. Proprius eius ſcopus quis. 530. Eius variæ definitiones ex S. Partibus.ib. Cur neceſſaria.ib. Quomodo purget, illuſtret, & perficiat cor.ib. Longáne an breuis laudabilior. 533. Ægyptorum crebra, ſed breuiſſima, & raptim quodammodo iaculata. 534. Abſit ab ea multa locutio, ſed non deſit multa precatio.ib. Quomodo differt à precatione.ib. Eius ſcopus coniunctio cum Deo. 538. Eius quatuor impedimenta. 539. & ſeq. Eius tempore non refricanda memoria peccatorum. 540. Quomodo ab ea excludenda importuna phantaſmata. 541. Negligenter facta Deum maximè offendit.ibid. Fundenda etiam pro defunctis. 559. In ea quæ modeſtia neceſſaria. 619.

Origenes impeccantiam malè aſſeruit. 125. Maledicta etiam animo non maledico prolata, rectè deteſtatus eſt. 135. Aſſeruit virum ſanctum nec cogitatione quidem aliqua titillari. 238. Eius erroris propagatores qui.ibid.

Otium vitandum. 190. Eius parens acedia.ibid. Eo diſtentam animam inuadit diabolus. 283. Ei non minùs quàm ipſi Satanæ bellum indicunt ſancti.ib. Vitandum, & quibus occupationibus. ibdi. In ipſo otio cauendum. 415. Mater nugarum, nouerca virtutum.ibid.

P

Parabola eſt longior & continuata metaphora. 526. Fami-

liaris Syris & Palaſtinis.ib. Dupliciter ad aliquid probandum aſſumitur. ibidem. De villico iniquitatis laudato explicatur. 527. In ea non omnia neceſſaria, nihil tamen myſterio vacat. ibidem.

Parentes cur & quando in honore habendi. 495. Eorum cura non ſolicitet nimium conuerſos ad Dominum. 494. Quantum iis debeant religioſi. 495. Cùm ſpiritualia impetẽdiunt, ne cognoſcendi quidem ſunt. ibidem. Iis nec appellatis poſſunt filij viam perfectionis ſequi liberrimi. 506. Quomodo odio habendi à diſcipulis Chriſti. 526. Eorum incommoda ſiue vioa piè toleranda. 543. Eos, quos aduerſarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo neſcire debemus. 545.

Paſſiones animi vehementes impediunt tontemplationem. 718. Per eas abſtrahitur intentio animæ ab intelligibilibus ad ſenſibilia. ibidem. Earum mortificatio effectus etiam conplationis. 722. Difficiliùs mortificantur quàm virtutes acquirantur. 124. Earum irritamenta comparantur ſtillicidiis. 197. Earum exigua aut nulla mortificatio, cauſa ſcrupulorum. 212. Affligunt animum nobis minùs cogitantibus. ibidem. Radices prauorum habituum. 225. Cur paſſiones dictæ. ibidem. An ſint natura ſua laudabiles, an vituperatione dignæ. 226. Numerantur à Philoſophis vndecim.ib Earum quatuor fontes & principes.ibid. Immoderatæ & corroboratæ in vitia abeunt.ib. Magno ſtudio à proficiente coërcendæ. 227. Satim in initio faciliùs extirpantur. ibidem. Amputandi earum rami.ibid. In iis totum cor eſt. 228. Quomodo purgandæ primum, deinde ordinandæ ſint. ib. Ordinatæ virtutes ſunt; inordinatæ, vitia. 229. Quomodo corrigendæ, & bonæ efficiendæ. 240. Menti ſubiiciuntur moderandæ & regendæ.ib. In iis curandis gradus quidem. 231. Praueniunt aliquando ſubitaneo ſuo motu rationem hominis. 235. Cum rectam rationem ſequuntur, non ſunt vitioſæ. 238. Vitioſæ in hac vita non omnino extinguuntur. Magis magiſque minuuntur proficientibus ad meliora.ib. Diſcente anima, peribunt, ſurgente corpore, non redibunt. ibid. Supercecidit earum ignis, & non viderunt homines ſolem. 361. Viri fortis miniſtræ. 585. In naturæ corruptæ gremio educatæ. 621. Quantæ ab iis mala deriuentur in vniuerſam hominum vitam.ib.

Pater cœleſtis intuendo Chriſti vulnera parcit nobis. 759.

Eius aſpectus comparatur aſpectui ſupracœleſtis alicuius planetæ. ibidem. Eius cum patre terreſtri comparatio. 34. Eius quanta bonitas erga tam ingratos filios. ibidem. Eſt in cœlis, id eſt, in ſanctis & iuſtis. 440. Dicitur ſanctus, iuſtus, noſter, meus, & tuus, & quare. 448. Eius nomine myſterium Trinitatis continetur. 497. Omnia illi Chriſtus accepta fert. ibid. & 498. Chriſtum viciſſim honorat. 498. Quomodo trahat nos ad ſe. 502.

Patientia quando maximè neceſſaria. 13. Aſſueſcit rebus difficilibus. 87. In tentationibus inuicta. 91. Eius Symbolum iumentum. 92. Inſulſa quæ. 111. Ea tanquam thorace munimur ad aduerſa ferenda. 183. Quomodo ſeruanda ibid. Iram ſuperat. 185. Eam quis veraciter ſeruet. 277. Eius bonum in quiete perit, in perturbatione cuſtoditur. ibidem. Proficienti neceſſaria. 290. Quare neceſſaria. 304. Præſidi Euangelico etiam neceſſaria. 427. Eius in Chriſto admirandum exemplum. 511. Eius definitio ex diuo Auguſtino & Cicerone. 594. Eius materia, gradus, & incitamenta. ibidem. & ſeq. Nobis cum Deo virtus communis. 594. Eius illuſtriſſimum exemplar Chriſtus patiens. 595. Via ad perfectoinem & magna præmia. ibidem. Facit hominem ſui ipſius Dominum ac Regem 596. Scutum inexpugnabile, turris firma. ibidem. Comparatur petræ, turri, adamanti. ibidem. Martyrium eſt in occulta cogitatione. 597. Triſtitiam longè expellit. ibidem. Aemula fortitudinis. ibidem. Beatitudo qualis. ibidem. De ea Ethnicorum Philoſophorum ſententia. 598. Eius indicia. ibidem. Per eam perfectè aduerſarius vincitur. ibid. Vera eſt ea, quæ & ipſum amat, quem portat. ibid. Perfecta quæ. ibidem.

Patres de contemplatione ea ſcripſerunt, quæ ipſi experti ſunt. 625. Amici ſponſi ſunt. 635. Eorum de ſtatu perfectionis in Eccleſia conſenſus. in Proœm. Eorundem de tribus perfectionis gradibus ſententia. ibid. Quinam maximè de Chriſtiana perfectione ſcripſerunt. ibidem. Eorum de via perfectionis conſenſus. 3. E vita Chriſti admiranda virtutum exempla deducunt. 117. Cur iis tam diſſimiles ſimus, 133. Quanti æſtimarint diuinam conſolationem. 296. Quibus rationibus probent ſpiritus ſi ex Deo ſint. 314. Quam rationem in meditationibus ſuis ſint ſecuti. 528.

Patriarchæ

Patriarchæ tametſi diuites, ſpiritu tamen & affectu pauperes fuerunt. 640. *Sicut & habitu continentes.ibid.*

Paulinus Epiſcopus *vendi ſe voluit pro filio viduæ redimendo.* 349. *Perpetuæ ſeruituti ſe pro amicis captiuis tradidit.* 573.

Paulus Apoſtolus Chriſti *imitator qualis.* 644. *Nihil vile exiſtimat, quod cum animarum ſalute Chriſtiq́; gloria coniunctum ſit. ibidem. Mundo crucifixus eſt, & mundus illi, quomodo.ibid. Non tam prædicator quàm contemplator.* 706. *Raptum ſe commemorat, vt auſum excuſet.* 710. *An in raptu diuinam eſſentiam attigerit.* 713. *In raptu quomodo ſe habuerit. ibid. Supremum gradum contemplationis attigit, qui in hac vita haberi potuit.ibidem.* Exceſſiuè *diuino amore flagrauit.* 727. *Theologiam myſticam diſcipulo ſuo* D. Dionyſio *tradidit.* 728. Eius *violentia charitas.* 738. *Contemplator cœleſtis lucis.* 750. *Quanto martyrij deſiderio flagrarit.* 755. *Ipſas etiam inferorum pœnas ob* Dei *honorem hominumq́; ſalutem pati expetiit.ibid. A* Deo *tentata eius humilitas.* 762. *Diuina eum iudicia clauſa non ſtimularunt, aperta non inflarunt. ibid. Poſt aſcenſum tertij cœli, adhuc dicit:* Ego me non *arbitror comprehendiſſe.ibid. Quam legem viderit in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuæ. ibid. Cur cum conuerſum Deus ad Ananiam miſerit.* 2. *Dei iuſſu aſcendit Hieroſolymã ad Apoſtolos. ibid. Duobus modis conuerſus* 14. *Ab Anania inuentus.* 20. *Præuentus à Domino & præparatus.ibid. Corinthiorum triſtitiam laudauit.* 36. *In tertium cœlum & paradiſum ductus.* 43. *Timet peccatum. ibid.* Eius *præceptum de mortificandis membris quale. ibidem.* Eius *mirabilis miſericordia aduerſus peccatores.* 44. *Peccata per Baptiſmum dimiſſa continuè plorat.* 50. *Peccata ſua priora cur tam ſæpe commemoret.* 51. *Culpa præſente carens, præterita luxit.* 53. Exemplum *proponitur pœnitentibus. ibidem.* Eius *humillima confeſſio.* 56. *Diuino inſtinctu triduum integrum vigilat in oratione ſine cibo & potu.* 68. *Frequenter pro ſuis in Chriſto filiis orat.* 101. *Luctæ ſpiritualis eximius Agoniſtes.* 104. Eius *de ſe diffidentia.* 132. Eius *ante conuerſionem vitia.* 137. *Vni imperium, alteri patientiam præcipit.* 161. *Cur ſe infelicem nominet.* 207.

Roga-

Rogatus tacuit quod ad rem erat, ſed non quod ad cauſam. 210. Cur Cæſarem appellarit. ibid. Cum haberet donum linguarum eo tamen non eſt vſus. 224. Per vetus fermentum expurgandum quid intellexerit. 237. Eius affectiones. 238. Romam ſæpius ire prohibitus, non tamen deſtitit, quoad effecit quod ſtatuit. 290. Stimulos carnis ſuſtinebat inuitus, non quia extolleretur, ſed ne extolleretur. 302. Cur gauiſus in laboribus. 312. Vitæ tædio affectus quomodo & quare. 327. Diuina vi & impulſu ſubitò conuerſus. 362. A Deo impulſus ad Hieroſolymam cum periculo vitæ adeundam, & Cæſarem appellandum 363. Conſilij gratia Petrum & Iacobum Hieroſolymam vſque adiit. 417. A iunioribus conſultus. 419. Arripuit quamcumque occaſionem prædicandi Euangelij. 424. Eius amor erga ſuos in Chriſto filios maior quàm naturalis patris. 452. Vt alijs bene eſſet, ſibi ipſe exitium imprecatus. ibid.

Paulus eremita dimidium panem in victum quotidianum à Deo accepit. 153.

Paupertas voluntaria fundamentum primum primúſque gradus perfectionis. 639. Accingit hominem ad culmen perfectionis. ibid. Eius quatuor gradus ibid. & 640. Eiuſdem voto ſeſe obſtrinxerunt Apoſtoli, & plerique Apoſtolorum primi diſcipuli. 640. Via eſt ad perfectionem, non ipſa perfectio. ibid. Ea non obiiciuntur honores. 643. eius metus non erit in cœleſti gloria. 714. Vera quæ. 175. Reges cœli facit. ibid. Eam quidam ſic diligunt, vt nullam inopiam patiantur. ibid. Nititur ſpe in Dei prouidentia. 178. Eius comes obedientia. ibid. Eius exemplum in Chriſto. 179. Chriſti recens nati quanta. 508. Chriſti Euangelizantis quanta. 512.

Peccatum veniale ineſt iuſtificato ſine iuſtitiæ detrimento. 125. Ab iis, quantum fieri poteſt, præcauendum. ib. Cur multa Deus voluerit eſſe occulta. ib. Non remittitur ſine mutatione propoſiti in eo perſiſtendi. 126. Eſt contra dei mãdatum. ib. non tam contra quàm præter Dei voluntatem. ib. Animam fœdat. ib. Comparatur ſordibus pedum. 127. Igne purgatorio expiatur, ſi non in hac vita, ex D. Auguſtino. ib. Interitum adferunt, ſi multa ſint. ib. Prognoſticon peccati mortalis. ibidem. Ex paruo maximum fit negligentiâ noſtrâ. 128. Comparatur compedibus, vinculis, & amaris ſuccis. 128. Eius remedia

Digitized by Google

varia & facilia. ibid. Nebula comparatur. 131. *Septem eius genera ex Caſſiano.* 132. *Spinis comparatur, & qualibus. ib. Eius principiis obſteadum.* 436. *Non remittitur, niſi eius peccatorum pœniteat. ibid. Quoddam laudatur ſpe frugis, ſicut herba ſegetis. ibid. Nemo ad id inuitus trahitur.* 210. *An liceat, ſi aliter mortale declinari nequeat.* 209. *Rimula eſt, per quam in animam irrumpit diabolus.* 278. *Diſplicet Deo.* 306. *Reddit animam fœdam atque deformem. ibid. Eius macula quomodo eluenda.* 307. *Sternit viam ad peccatum mortale. ibid. Examen de eo haberi debet exquiſitum. ibid. Actionem moralem alioqui bonam, facit non eſſe meritoriam.* 314.

Pelagius hæreticus impeccantiam aſſeruit. 125. *Origenis errorem de impaſſibilitate deteriorem reddidit.* 238. *Hæreſiarcha. ibid.*

Perfectio hominis eſt Deo coniungi. 635. *Poſita in charitate. ibid. In hac vita an haberi poſſit.* 636. *Quæ ſit de neceſſitate ſalutis. ibid. Dilectionis duplex. ibid. An in ſola charitate conſiſtat.* 637. *Quæ ſit propriè perfectio ibid. Eius adminiſtræ ſunt virtutes. ibid. In quibus potiſſimum virtutibus conſiſtat. ibid. Eius ſumma.* 638. *Eius impedimenta duplicia ibid. Ad eam tendunt religioſi.* 643. *Ei repugnat honor mundanus.* 644. *Conſiſtit in imitatione & ſimilitudine Chriſti.* 646. *Ei maximè repugnat ſuperbia. ibid. Nõ ei repugnat honorem virtuti debitum ſuſcipere, ſed eum appetere.* 647. *Ad eam conſequendam quæ actiones maximè conferant.* 649. *Ad eam quæ præparatio commodiſſima.* 650. *Ad eam quantum conferant oratio, ieiunium, & eleemoſyna.* 649. *Maxima hominis perfectio quæ.* 651. *Eo maior perfectio, quo vehementior charitas. ibid. Ad eam dirigimur Afflictione plus quàm conſolatione.* 655. *Eius maxima duo adminicula, Oratio & Contemplatio.* 660. *Ad eam obinendam non eſt ſatis qualecunque orationis ſtudium.* 702. *Eius ſtudioſi humanas etiam opiniones proterere & conculcare deberẽt.* 765. *Eius adeptæ ſignum amor ſanctus filiorum proprius. ibid. Eius ſtatus in Eccleſia militante inſtitutus à Chriſto. in Procem. Eius tres gradus. ibid. Per ſex hominis interioris ætates metienda. ibid. De ea qui ſancti Patres maximè ſcripſerunt. ibidem. Eius via quoſnam lateat.* 2. *Eam nemo aggrediatur ſine magiſtro.* 3. *Eius*

diſciplina eſt inuiſibilis & occulta. ibidem. Ad eam quomodo perueniatur. 103. Comparatur meridiei. 104. Eſt inueniſſe ſe non eſſe perfectum. 109. Eſt ſcientia Sanctorum. ibid. Eius idea Chriſtus. 116. Eam omnino ignorarunt philoſophi. 117. Eius auctor & magiſter Chriſtus. ibid. Quibus rebus acquiratur. 121. Neque ſæculares ab ea excluduntur. 124. Ad eius culmen qui perueniant. 148 Eius inſtrumenta quæ. 157. Duplex. 170. Eius faſtigium cuius attingit carnalis quàm monachus tepidus. 198. Eius conſummatio, vera diſcretio. 356. Via ad eam patientia. 596. Eius fundamenta & gradus. 639. 640. Eius propria principia. in proœm. Eius diſciplina eget doctore. 4. Eius initia & quaſi incunabula quæ. 14.

Perfectus vir quis. 637. Debet res temporales abiicere. 639. Non poteſt alium honorem appetere, quàm æternum. 647. Deo ſeruit etiam cum interna repugnantia & difficultate. 658. Mente & animo in Deum eiuſque maieſtatem ſumma cum reuerentia intuetur. 711. In Deo conquieſcit per ſe, nihil præterea quærens, ibid. Rimari ac penetrare arcana ſapientiæ & puritate conſcientiæ audet, & intelligentiæ acumine poteſt. 714. Priùs in virtutibus mentem exerceat, atque hanc poſtmodum in horreum quietis condat. 718. Is eſt, qui alios in tentationibus iuuat, ne deficiant. 761. Etiam ipſe ſuo modo tentari poteſt. ib. Quomodo ſe in tentationibus habeat. 762. Precibus inueſtigat latentem Dei voluntatem. ibid. Non ſolùm calamitatibus, ſed vitiis etiam tentatur. ibid. Ne extollatur ſuperbia. ibid. Deuictis omnibus vitiis, poteſt pulſari ſuperbia. 763. Semper ſtet in vigilia ſui. 764. Nullum ſibi ſuſpectiorem putet, quàm ſeipſum ſibi. ibid. Non ſolùm res, ſed opiniones etiam humanas proterat atque conculcet. 765. In eo etiam ſemper eſt aliquid quod expietur. in Proœm. Quid ſit illi proprium. ibid. Cœlo comparatur, vt imperfectus terræ. 101. Qui ſtudet perfectioni. 108. Eius peccata grauiora. 130. Leuia peccata quaſi grauiſſima luget. 131. Cuiuſmodi peccata ſint, in quæ nonnunquàm labitur. 132. Simplices motus carnis contra voluntatem ſuſtinet. 170. Quomodo ſe habeat in aduerſis. 398. Erga imperfectionem proximi impatiens non eſt. 598.

Perfecti pauci. 392. Cur ſint tam pauci. 394. Eorũ affectus

Digitized by Google

qui.531.Honores humanos fugiunt.593.

Perſeuerantia neceſſaria pœnitenti.64 In operibus & orationibus.66.Obtinet à Deo quicquid petit.ibid. Donum ſolius Dei eſt. 102. Eius aſſiduus comes profectus ſpiritus ibidem. Paſſiones vitioſas retundit. 240. Magnum malum ſi iungatur vitio.279. Proficienti neceſſaria. 289. A Deo tribuatur quomodo.305.Duplex. 598. 599.Eius definitio & natura. ibid. Eius gradus & incitamenta.599. & ſeq.Vigor virium, virtutum conſummatio.600.Soror patientia,conſtantia filia, amica pacis.ib. Amicitiarum nodus, vnanimitatis vinculum, propugnaculum ſanitatis. ibid. Eius laudes ex D.Bernardo. ibid. Dei donum.601.Eius indicium.ibid.

Pertinacia ſine magna obedientia iniuria non incurritur. 649.Vera humilitati repugnat. ibid. Quam ſit periculoſa 4. Eſt cauſa grauiſſimorum lapſuum.ibid. Aperit diabolo viam in animam. ibid. In abſtinentia ſeruanda Beniamin monacho apoſtaſia cauſa fuit. 42. Fulmine Apoſtolico feritur. ibid.

Petrus Apoſtolus Cornelium Centurionem quomodo inuenerit.20. Ab Andrea fratre quomodo inuentus.ibid.Eius oculi iam ſeneſcentis ſanguine reſperſi viſi ob aſsiduum ploratum. 51.Orat in cælo pro nobis.65. Auocare Chriſtum à cogitatione mortis nequicquam conatus.104.Olim imperfectus. 137. Reuerentiæ cauſa recuſauit ſibi à Magiſtro lauari pedes. 427.Eius cor acutiſsimo amoris telo ſauciatum in lachrimas reſolutum. 463. Eius feruor intempeſtiuus à Chriſto retunditur.466. Zelo ſalutis Chriſti percitus.ibidem. Apoſtolorum princeps,eſt Chriſti in terris Vicarius. 481. Eius verba Domine,ad quem ibimus? explicantur.491. Quaſi fideiubet pro omnibus diſcipulis,cùm de Chriſti amore agitur. ibidem. In omnibus locis ardentiſsimæ fidei inuenitur, 492. Peccatum negationis,quod ex repentino deſcenderat timore amoris ſtatim abluit lachrymis. ibid. In recuſando vehemens, in permittendo vehementior, vtrumque ex amore. ibidem. Cum Ioanne diu viuere deſiderabat, ob id à Chriſto reprehenſus. 573.

Philippus Apoſtolus Nathanaëlem inuenit.20.

Philoſophi nec nomen quidem humilitatis nouerunt. 116. Veræ caſtitatis expertes.ibid. Perfectionem ignorarunt.117.

Patriarchæ hæreticorum. 239. Eccleſiæ puritatem perverſa maculauere doctrina. ibid. Viri boni qui & quales. 317. Tam à vera virtute, quàm à vera religione alieni. ibid. Eorum de ſenſu doloris falſa opinio. 327. Spem veram non agnouerunt 335. Eorum errores in inueſtigando ſummo bono. ibid. Summum bonum in hac vita fruſtra quæſierunt. ibidem. Eorum ſcientia quantum differat à ſcientia Sanctorum. 390. Quo ſpiritu impulſi libros ſuos ſcripſerint. ibid. Eorum de patientia ſententiæ & apophthegmata. 597. 598. Humilitatis Chriſtianæ virtutem nec receperunt, nec agnouerunt. 625.

Pietas cum ſufficientia ab Apoſtolo laudata quæ. 176. Cui tribuenda. 353. Quaſi amiſſa plenius amatur. ibid. Sine ea timor Dei nullus eſt 357. Per inordinatam miſericordiam ſæpe errat. ibid. Inordinata quæ, & quàm periculoſa ſit. ibidem. Vera & ordinata quæ. ibid. Eius excolendæ regula quæ. 459. Eius definitiones. 542. Eius gradus & incitamenta. ibidem. & ſequent. Innata nobis & ipſis belluis. 542. Ciconiarum qualis. 543. Eius vtilitas & præmium. ibid. Eius exemplum inſigne in duobus filiis Noë. 544. Neceſſitudini generis anteferenda. ibidem. Eius vis & efficacia. 545. Erga patres ſpirituales quanta eſſe debeat. ib. Eius indicium maximum quodnam. ib. In ea conſiſtit ſumma diſciplinæ Chriſtianæ. 576.

Pœnitentes à Deo præueniuntur. 21. quas affectiones illis Deus immittat. 24. Eorum verba & lamenta ex D. Bernardo. 24. In eorum cordibus quid operetur Chriſtus. 38. Oportet eos pœnas luere, quibus diuinæ iuſtitiæ ſatisfaciant. 39. Comparatur iis qui Imperatori offenſo ſupplicant. 45. Eorum ſtatus in Eccleſia veteri. ibidem. Olim in foribus Eccleſiæ cilicio induti cinere conſpergebantur. 46. Arcebantur olim ab omni genere honeſtæ voluptatis, imò etiam ab ipſis Sacramentis. ibidem. Viri primo de ieiuniorum tendebantur. 47. Carnem ieiuniis, ciliciis, & orationibus affligebant. ibid. Totis noctibus ſub diuo ſtantes peruigiles. ibidem. Faciem genibus operientes, frontem in terram collidentes. ibid. Flentes, gementes, rugientes, velut inſenſibiles. ibidem. Quam felices iudicio Climachi. 48. Eorum domicilia quæ. 51. Cilicio accingantur, cubent vel dormiant in ſacco. 52. Tantundem temporis pœnitentiam agant, quanto in

peccato

peccato perſeuerarunt.ibidem. Aſſicitis & conceſſis etiam abſtineant,& quare.ibidem. Imitentur Zachæum quomodo.ibid. Imitentur Apoſtolum Paulum quomodo.ib. Eorum oratio ad Deum qualis eſſe debeat.58 Eorum gemitus & lamenta graphicè deſcripta.60. Adhibeant deprecatores Sanctos,maximè B.Virginem.64 Temerarÿ & imprudentes qui.69. Relapſi proditoribus comparantur.81.Timidi quomodo iuuandi.87.Cur in propoſito aliquando non perſeuerent. 95. Debent amarè flere. 528. Proponant ſibi exemplar Dauid Regis ad imitandum. 532.

Pœnitentia nulla ſine Dei auxilio 20. Per eam reparantur virtutes.733. Peccata à Deo libenter condonantur.735. Per eam peccatores emergunt. 20. Signum eſt prædeſtinationis.21.De ea nemo ſecurus peccet.36.Firmum propoſitum emendationis omnino requirit.ibi.Pœnitentia ficta & ſimulata quæ. ibid.Corinthiorum qualis.ibid. Eius cauſa & tanquam parens. ibid.E fructu cognoſcenda eſt. 39. Eius fructus quis.ibid. Per eam culpa remittitur,pœna in temporaneam commutatur.ibid. Vnde vim habeat. 40. Quæ vim maiorem habeat. ibid. Eius graphica deſcriptio,ex D.Ambroſio ibid. An ea ſit ab omnibus eodem modo ſubeunda.41.Ea Deus mitigatur.46. Publica & ſolennis quæ & quare deſierit. 48. Eam agere diſſicilius eſt, quàm innocentiam ſeruare 49. Iiſdem finibus, quibus vita, terminatur. 50. Quotidiana eſſe debet, & quare.ibidem. Eius digni fructus requiruntur. ibid. Quomodo poſſit eſſe perpetua,ex D.Auguſtino. ibidem. Magna virtus,ſi ſit continua. ibidem. Ad eam agendam cur in monaſteria quidam coniiciantur. 52. Eius agendæ modus varius ibidem. Eius digni fructus qui ſint, ex D.Hieronymo. ibidem Eius ſchola religioſus ſtatus 57. Eius inſigne exemplar Rex Dauid. ibidem. Eius immoderatus feruor. 68. Eius ſpiritus conterit naues Tharſis quomodo. ibidem. Quis modus & adhibendus. 69. Quis eam vtiliter & tutò aggreſſus ſit. 70 Ea contra nos abutitur diabolus. 80. Peccatorum ſæpe repetitorum diſſicilis,feréque impoſsibilis.81.82.Comparatur diluculo.104. Sanat peccati vulnus. 268. Nullus ei locus poſt hanc vitam. 371. Eam vt agamus clamat ſtabulum, præſepe,lachrymæ & vagitus Chriſti nati.508. Comparatur carbonibus ignis. 526.Eius gemitus vrunt & ſanant. 526.

Digitized by Google

Pontifex ſummus, Chriſti vicarius, paſtorum Princeps. 408. *De grauibus rebus conſultus ab Epiſcopis tum Græcis tum Latinis, totóque orbe.* 417. *Diui Petri ſucceſſor.* 481.

Potitianus commemorando exempla ſanctorum D. Auguſtinum quantum commouerit. 364.

Prædeſtinati vaſa honoris in Scripturis appellantur. 611.

Prædeſtinatio electorum etiam beatis ſpiritibus ignota. 20. *Tempore ſuo reuelanda. ibid. Non inquirenda à nobis.* 21. *Eius ſignum eſt pœnitentia. ibid. Tentationes de ea quomodo depellendæ.* 287. *Eius firma opinio vnde concipienda.* 337.

Prædicatio ea commendatur à diuo Thoma, quæ ex plenitudine contemplationis deriuatur. 704. *Eius ſtudio intermittendum nonnunquam otium contemplationis.* 723. *Actio eſt hierarchica.* 412.

Prædicator perfectus quis ſit. 702. *Propter contemplationis ſtudium operãda non negligit. ibid. Propter operationis inſtantiam contemplanda non poſtponit. ibid. Huius typum geſſit Abraham, coniugem ſuam in ſpelunca duplici ſepeliens. ibid. Quietus contemplans ſorbeat, quod occupatus erga proximos loquens refundat. ibid. Priùs ad Deum leuet animum ſitientem vt bibat, quàm eructet. ibid. Vitijs ſcatens, vita atque ſalute, quam alijs dat, ſeipſum fraudat.* 703. *Concham ſe exhibeat, non canalem. ibid. Impleatur priùs, & ſic curet effundere. ibid. Eius officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit.* 704. *Per vigiles in Cãticis Cãticorũ ſignificatur.* 20. *Oratione otioſa quis vtatur.* 158. *Intelligenter, libenter, & obedienter audiatur.* 161. *Sit orator antequam dictor. ibid. &* 162. *Loquitur in eo Spiritus ſanctus.* 162. *Malit rebus placere quàm verbis. ibid. Seruo aranti aut paſcenti in Euangelio comparatur.* 412. *Seceſſione ſpirituali maximè indiget.* 413. *Comparatur boui trituranti.* 520.

Præſes Euangelicus qualis eſſe debeat. 421. *Conſilio & iudicio excellat. ibidem. Orationi deditus ſit. ibidem. Additus ſtudijs doctrinæ, ſed maximè curæ animæ ſuæ. ibid. Vtilis illi lectio, vtilis eruditio, ſed magis neceſſaria vnctio.* 422. *Cur illi maximè neceſſaria oratio. ibid. Exemplo & verbo prædicationis paſcat animas ſubiectas. ibidem. Paſcat & oratione oues ſuas. ibidem. Quas maximè ad res adhibenda ſit illi oratio.* 423. *Ad officia deligat viros probatos, non probandos. ibid.*

Vt verus ac legitimus Pater, æquè in cunctos beneuolus. 424. *Iudicio quomodo vti debeat.* ibidem. *Quomodo omnia omnibus fieri debeat.* ibidem. *Quomodo ſe comparat ad bene præcipiendum.* ibidem. *Neglectis proprijs inuentis, Patrum decretis inhæreat.* 425. *Sit humilis corde quomodo.* ibidem. *Non tam ipſe regit alios, quàm Deus per ipſum.* 426. *Forti animo toleret vitia ſibi ſubiectorum.* 427. *In quantum grauatur, in tantum lucratur.* 428. *Charitate propriè pater efficitur.* ibidem. *Comparatur capiti ad ſpinam calcaneo infixam euellendam inclinato.* ibidem. *Eius in corrigendo lenitas paterna ſiue materna.* 429. *Mater fouendo, pater corripiendo.* ibidem. *Obiurgans ſiue reprehendens libenter audiendus.* ibidem. *Quid facere debeat, ſi qui reprehenditur, non corrigatur.* ibid. *Comparatur matri filium mortuum deploranti.* ibidem. *Charitatem cum diſcretione coniungat.* 430. *Vſque ad contemptum ſui ſe ebiicit, vt alijs proſit.* ibidem. *A Spiritu ſancto artem regendi animas edocendus.* ibid. *Quomodo irrumpet iniquitatem.* ibid. *Imperet ſibimetipſi, & quomodo.* ibid.

Præſumptio quàm periculoſa. 2. *Eius exemplum malum.* ibidem. *Quomodo ex animo euellenda.* 71. *Ingratitudinis arguitur.* 134.

Prophetæ quidam decepti, putantes ſe à Spiritu ſancto loqui. 384. *Veri quales.* 406. *Quomodo à Deo impellantur.* ibi. *Quomodo falſi à ſanctis diſcernantur.* ibid.

Prudētia in diiudicandis cogitationibus neceſſaria. 168. *Proficienti neceſſaria qualis.* 290. *Cum Chriſtiana ſimplicitate coniuncta ſit.* ibid. *Eius duæ præcipuè partes.* ibidem. *Efficaciter voluntati imperat diligere media ad finem propoſitum neceſſaria.* 291. *Eius pars prouidentia quid ſit,* 292. *Omnium virtutum eſt imperatrix.* 318. *Diuino auxilio adſcribenda.* ibidem. *Duplex carnis & ſpiritus.* 351. *Carnis ſiue carnalis qualis.* ibidem. *Comparatur prudentiæ ſerpentis & œconomi Euangelici.* ibid. *Ratio ſtatus à quibuſdam dicitur.* ibid. *Eius finis mors quomodo.* 351. *Eius proles electio.* 358. *Eius ſyllogiſmus, principia, & concluſio.* ibidem. *Magis propria eorum qui præſunt, quàm eorum qui ſubſunt.* 415. *Eius actiones tres, Conſilium, Iudicium, & Præceptum.* ibid. & 416. *Etiam ad ſubditos pertinet.* 420. *Eius vis in quo conſiſtat.* 421.

Prudētia ſpiritualis quid ſit. 350. *Mmaxima virtus eſt.* ib.

Aliarum virtutum norma.ib. Triplex.351. Politica duplex.ib. eius gradus tres, & qui.352 & ſeq. Eſt virtus principalis bene præceptiua.357. Eius prima actio munúſque præcipuum. ibid. Sine bona electione nulla eſt.358. Regula eſt diuinæ voluntatis extra Scripturas inueſtiganda.401. Eius aſſidua comes docilitas, & qualis.419.

Puritas cordis quid.639. In ea perfectio conſiſtit. ibid. Virtutibus acquiritur.653. Ea qui ſunt præditi, donum Spiritus ſancti, quod intellectus dicitur, aſſequuntur.698. Scopus eſt proficientium.121.122. Sanctificatio ab Apoſtolo nominatur.122. Quomodo diſtinguatur à charitate.ibid. Quibus partibus conſtet.121. A Deo donata, ab eodem repoſcenda.303. Sine ea non obtinetur ſapientia.422. Reddit homines D. Ioanni Euangeliſtæ ſimiles.539.

Puſillanimitas timor eſt animum mœrore deiiciens. 78. Longanimitati contraria.79. Eius curatio quare difficilis. ibi. Eius finis deſperatio.ibid. Scala ad interitum.ibid. Cauſa & effectus ſcrupulorum.80. Effectus accediæ.204. Impedit profectum ſpiritus.ibid. Contraria magnitudini animi. ibidem. Eius effectus varij.205. Ex ea oriuntur anguſtiæ conſcientiæ. ibid. Eius pericula.207. Parit varia ſcrupulorum genera.ibid. Eius remedia.208.209. Magno animo ei repugnandum 208. Duplex ex eius tentatione vtilitas. ibid. Radix ſcrupulorum.211.

R

Rachel ſecum ſimul idola paterna in terram promiſſionis tranſportauit.658. Propter idola variè vexata.ibid. Eum hoc facto denotat, qui conſolationum tantùm cauſa Deo ſeruit. ibid. Infœcunda contemplationem ſignificat.664. Nimium delicati eſt, ſolis eius amplexibus oblectari.701.

Raphael Angelus bona opera commendauit.41.

Raptus ſiue exſtaſis quid ſit.709. Fit aliquando per imagines.ibid. Aliquando accidit hominibus à ſenſibus ſimulacriſque corporeis penitus abſtractis.ibid. In eo anima non vtitur corporis ſenſibus, aut imaginatione.713. In eo poteſt homo pertingere ad viſionem diuinæ eſſentiæ. ibid. In eo D. Paulus

medio modo ſe habuit inter ſtatum præſentis vitæ & futuræ. ibid. Eſt ſupremus gradus contemplationis, qui in hac vita haberi poteſt. ibid. Quando ſoleat contingere 713. In Deo quodammodo præ amoris magnitudine fuit. 717.

Religio laudatur à ſanctis Patribus. 3. Earum fundatores plurimi à Deo edocti. 1. Earum ſapientiſſimum inſtitutum de cogitationibus ſuperiori aperiendis. 6. Quare maximè labefactata conciderit. ibid. Quare maximè in priſtinum ſtatum reſtituenda. ibid. Eius ingreſſus tanquam alter Baptiſmus. 57. Quoddam martyrij genus eſt, & ſchola pœnitentiæ. ibid. In ea ſancti quam vitam egerint. ibid. Eius leges ſiue regula diligenter obſeruandæ. 149. Non eadem omnibus conuenit. ibid. Alia alijs ſanctiſſimis inſtitutis & regulis vtitur. 151. Ab ea turpiſſimus ſaltus in apoſtaſiam. 201. Fulcitur deuotione. 271. Comparatur cuidam ludo. 274. Eius regula, & diſciplina diligenter ſeruanda, & quare. ibid. Eius diſciplina duplex, interior & exterior. ibid. Dei donum eſt. 309. Vera non eſt, vbi vera virtus non eſt. 310. Ab ea deſciſcere, quàm graue flagitium. 369. Eſt inſtar turris excelſæ, 370. Eius magna pars oratio 541.

Religioſi ad perfectionem virtutis tendunt. 644. Sæcularem vitam relinquunt. ibidem. Quibus honoribus renuncient. ibidem. Eorum vita remotiſſima ab omni mundana pompa. ibidem. Eis maximè neceſſaria humilitas. ibid. Mundo ſunt mortui. 645. Tutiſſimum eorum perfugium eſt obedientia. 705. Item maiorum ſuorum conſilium in rebus dubijs. ibi. veſtitu tantùm qui tales ſint. 37. Eorum monaſteria domicilia ſunt pœnitentium. 51. Olim Aſcetæ dicti ab exercitatione. 102. Sæcularibus hominibus aliquando imperfectiores, qui. 124. Eorum peccata grauiora, & quare. 130. Regulas ſui ordinis diligenter obſeruent. 149. In Ægypto quanta abſtinentia viuant. ibid. An conueniat illis medicinis vti. 150. Aliorum alia inſtituta circa ieiunia, & caſtigationem carnis. 151. Ne latum quidem vnguem à ſuis inſtitutis recedere debent. ibidem. A ſingularitate ſibi caueant. ibidem. Non eſt illis permittendum vt pro libito ieiunent vel vigilent. 152. Ab auaritia quomodo tententur. 175. Monſtroſi qui. 159. Eorum veræ diuitiæ quæ. ibidem. Eorum vitium proprium acedia. 187. Tepidi ſæcularibus deteriores. 197.

Nimium ſoliciti de bonis temporalibus qui. 271. *Eorum externa modeſtia ex* D. *Baſilio deſcribitur & commendatur.* 272. *Iaculatoribus & ſaltatoribus quibuſdam comparantur.* 274. *Comparantur Athletis, militibus, & nautis.* 368. *Lapſi animantur, vt reſipiſcant* 369. *Qui in ſæculo imperatores, Reges, Duces, & comites fuerint.* 371. 372. *Lis caro & ſanguis non niſi terrena ſuggerunt.* 494. *Carnalis quorundam affectio, domeſticum malum, delectabile detrimentum.* 570.

Renunciatio bonorum temporalium neceſſaria ad perfectionem. 639. *Item affectionum erga ſanguine iunctos.* 641. *Voluptatum item corporis.* 642. *Propria voluntatis. ibi. Præterea bonorum mundanorum.* 644. *Eius quinque gradus tanquam ſcala Iacob.* 259.

Ruffinus impeccantiam aſſeruit. 125. *Diſcipulus Euagrij Pontici.* 238. *Origeniſta. ibid.*

S

Sacerdos geſtans iudicium filiorum Iſraël in pectore ſuo quid ſignificet. 9. *Portans rationale iudicij quid ſignificet.* 10. *Illorum olim erat, iudicare quæ peccata publicanda eſſent.* 48. *Pœnitentibus pœnam ex officio imponit.* 49. *Sæculares nugæ in eius ore blaſphemiæ.* 131. *Conſecrauit os ſuum Euangelio. ibid. Auarus reprehenditur.* 174. 175. *Ad eum paruulos oportet tanquam ad ſinum recurrere matris.* 429.

Salomon Rex figura Chriſti. 755. *Petiit à Domino cor docile, & quare.* 9. *Eius ferculum media charitate conſtratum.* 35. *Continentiam à Deo expetiit.* 167. *Diuinitus omnem ſapientiam edoctus.* 416. *Prudentes viros in conſilium ſemper adhibuit. ibid. Ad pſalmum quendam illius iuſſu decantatum, Deum templo illius fuiſſe præſentem.* 538.

Samaritani ſunt potiùs quàm Iſraëlitæ, qui Deo propter conſolationes ſeruiunt. 658. *Fauerunt magis Chriſto quàm Iudæi* 504.

Samſon fortiſſimus importunitate vnius fœminæ victus naturam humanam ſignificat. 297. *A Deo inſpiratus occidit ſe cum Philiſtæis.* 321.

Digitized by

Samuel typus proficientium. 100.

Sanguis Chriſti non niſi ſanguine compenſandus. 757. *Sanguine veteris Teſtamẽti ſuper altare & ſuper populum diffuſo ſignificatus. ibid. Balſamo comparatus.* 29. *Clamat contra peccatores.* 34. *Ex eo vim habet confeſſio & ſatisfactio noſtra.* 40. *A peccatore conculcatur.* 61. *Eius merita.* 242.

Sapienta diuina vera & germana amicitia inuentrix & conciliatrix. 735. *Eius dulcedo.* 299. *Vnde quaſi amittitur, inde certiùs poſſidetur.* 305. *Ab ea deriuantur in nos quatuor virtutes Cardinales.* 309. *Bonorum operum magiſtra.* 322. *Quomodo in nobis augeatur. ibidem. Carnis incentiua extinguit. ibidem. Maturè diſponit, quod acutè intellectus inuenit.* 358. *Quomodo pudica & pacifica ſit.* 408. *Non obtinetur ſine puritate cordis.* 422. *Secundùm artem continet omnia.* 499.

Satisfactio cur ad pœnitentiam neceſſaria. 39. *Cur non etiã neceſſaria ad Baptiſmum. ibid. Vnde vim habeat.* 40. *Propria cuique non ſufficit. ibid. Quomodo ritè fiat. ib. Eius opera duobus modis exercentur. ib. An ab omnibus eodem modo ſubeunda.* 41. *Vſque ad vltimum quadrantem debita.* 51.

Saul à diabolo, Deo permittente, exagitatus. 90.

Scandalum fieri Chriſtus prohibuit, aliquando verò contempſit. 490. *Vtilius naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. ibidem. Propter illud, oculus eruendus, id eſt, affectus propinquorum.* 526. *Expedit ei à quo venit, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, quomodo intelligendum.* 529.

Scripturæ ſine actuoſa affectuum compreſſione intelligi nequeunt, auctore Caſſiano. 698. *Dictata à Deo.* 735. *Quomodo iis vtendum aduerſus tentationes.* 387. *Iis tanquam excantamentis quibuſdam abigitur dæmon. ibidem. Regulæ ſunt diuinorum inſtinctuum, non contrà.* 397. *Iis quæ conſona ſunt, vera, & à Deo ſunt.* 408. *In iis duo conſideranda, res, & ſigna, ſiue verba.* 448. *In iis verba propria & tranſlata.* 520. *Earum intelligentiam plurimum iuuat Græcæ linguæ cognitio. ibidem. In iis etiam aduerbia, pronomina & epitheta conſideranda.* 524. *Earum ſtudioſo maximè neceſſaria oratio.* 525. *In earum explicatione quæ præcepta obſeruanda. ibidem. De iis quomodo intelligendum, literam occidere,*

ſpiritum

ſpiritum viuificare. ibid. In eius verbis maximè attendenda loquentis voluntas. 527. Ad mouendum cor hominis per ſe aptæ. 531. Earum verba delicioſa ad ſaporem, ſolida ad nutrimentum, efficacia ad medecinam. ib. Incompoſitas actiones ac mores tanquam peccata damnant. 619.

Scripturarum interpretatio quadruplex. 518. Hiſtorica, tropolica, allegorica, & anagogica, quæ & qualis. ib. Huius vocis, aqua, quàm varia & multiplex. 518. Huius ſententiæ, Fiat voluntas tua ſicut in cælo & terra, quàm varia. ibid. Allegorica & anagogica proficientium ſunt, & perfectorum. 519. Hiſtorica & tropologica propriæ ſunt meditantis. ibid. Tropologica, ea quæ dicuntur, ad animæ emolumenta conuertit. ib. Hiſtorica in Euangeliis quomodo indaganda. 519. 520. Tropologica duobus modis inueſtigatur. 527. Quando quæque adhibenda. 528. Hiſtorica cum tropologica comparatur. 529. Ab ea remouendi omnes ioci. 622.

Scrupuli vnde in incipientibus oriantur. 71. Circa confeſſionem periculoſi. ibid. Iis antiqui etiam olim pulſati. 72. Duplicis generis. ibid. Vtiles incipientibus, & quare. ibid. Quando pernicioſi. 73. Eorum remedia. ibid. & ſeq. Eorum cauſa metus extremi iudicij. 73. A diabolo immittuntur quo conſilio. 72. In iis recurrendum ad conſilium magiſtri ſpiritualis. 75. Perplexam reddunt conſcientiam. ibid. Errum altera cauſa ſuperbia. 76. Eorum ſeges & materia confeſſiones non neceſſariæ. 77. Sæpe ab ignorantia & puſillanimitate proficiſcuntur. ibid. Iis maximè obnoxij puſillanimes. 78. Iis fortiter reſiſtendum. 79. Antè extinguendi, quàm exoriantur. ibid. Eorum cauſa & effectus idem. 80. Eorum varia genera recenſentur. 207. Humilitate pelluntur. 208. 209. Quibus regulis dignoſcendi. 209. & ſeq. Plerumque videntur potiùs quam ſint peccata. 209. De iis conſulendi ſpirituales medici. 210. Ex ſuperbia orti qui. ibid. Eorum radix puſillanimitas. 211. Eorum altera radix mœror & rancor. ibid. Fortiter ſine mora repellendi. ibid. Quid ſint, & à dubitatione quomodo differant. 212. Eorum finis quis ibid. Indicium futuræ ſalutis quomodo. ibid. Iis qui non affliguntur. ibid. Eorum cauſæ efficientes. ibid. Eorum cauſis quomodo occurrendum. ibid. Eorum generale remedium. ibid. Acerrimi ſtimuli ad excolendam animæ vineam. 213. Dei beneficium quomodo. ibid. Quanam ex cauſa oriantur

in

in nobis. ibid. Periculoſæ tentationes. ibid. Suſpiciones peccatorum à diabolo generatæ. 280. *Quis & cur iis agitetur.* 198.

Seceſſus ſpiritualis quibus & quando neceſſarius. 412. *Eius neceſſitas etiam ex profanis ſcriptoribus comprobatur. ibidem Diuina conſolatione redundat.* 413. *Spirituales deliciæ. ibid. Comparatur monti. ibid. Commodus ad explorandam diuinam voluntatem. ibid. Eius vtilitates ex D. Bernardo. ibid. In eo maximè exercenda oratio.* 415.

Seneca Philoſophus de virtutibus multa ignorauit. 117. *Optat Lucilio facultatē ſui.* 412. *Non audiendus, cùm docet, vt Stoicus, omnes affectiones morbos eſſe.* 585. *Miſerū iudicat eum, qui miſer nunquam fuiſſet.* 598. *Eius præceptum, ne miſer ſis ante tempus.* 601.

Senſus carnales mentem eneruant, niſi refrenentur. 764. *Intelliguntur per porcos quos pauit filius prodigus.* 16. *Quomodo & quare per pœnitentiam cruciandi, ex S. Ambroſio.* 41. *Eorum cuſtodia cur neceſſaria.* 168. *Comparantur quinque virginibus.* 169. *Eorum incuria quàm periculoſa. ibid. Portæ animæ. ibid. In eorum abnegatione quantum momenti ſit poſitum. ibid. De eis Sanctorum victoria.* 171. *Eorum abnegationis indicia.* 170. *& ſeq. Eorum diligentiſſima cuſtodia.* 122. *Eorum tum externorum tum internorum abnegatio quàm neceſſaria.* 248. *Quomodo per eos diabolus in animum irrepat.* 282. *Minùs diligenter cuſtoditi patent diabolo.* 283. *Quomodo eneruentur.* 284. *Eorum applicatio in meditatione maximè commendatur.* 444. *Varij modi eos in meditatione applicandi.* 445. 446.

Seraphinus Firmanus, Canonicus Regularis, & egregius concionator. 396. *Italicè ſcripſit de diſcernendis ſpiritibus. ibidem.*

Seraphion monachus poſtquam peccatum ſuum occultum detexit, ex eius ſinu flamma prodiit. 12.

Sermo qualis eſſe debeat. 160. *Quæ & quot in eo conſideranda ſint. ibidem & ſeq. Vtilis quis, & eius indicia.* 162. *In eo quanta cautio adhibenda.* 401. *Pro qualitate audientium formandus* 424. *Decoro maximè conſentaneus, & ab omni inuidia remotus quis.* 567. *In eo quæ modeſtia adhibenda.* 622.

Simeon Stilites in columna pedibus innixus vitam egit. 153.

Simplex Latinis dicitur homo candidus. 561. *Non eſt in eo dolus ſitue corduplex.* 562. *A Chriſto verè Iſraëlita dicitur, & cur.ibid.*

*Simplicitas quomodo differat à veritate.*561.*Eius contraria vitaque.ib. Puritas cordis & ſynceritas appellatur.ibid. Apud hypocritas in crimine eſt.*365. *A ſapientibus huius mũdi ſatuitas creditur. ib. Iuſtorum qualis.* 566.*Eius eſt,res non amplificare verbis.ibid.*

Simulatio veritati contraria. 561.*Deo & hominibus deteſtabilis.*563.*Etiam venialis Chriſtiano homine indigna.ibid. Quantum ab ea abhorruerit Eleazarus nonagenarius.ibid. Eius artificio inſtructus egregiè mundus.* 564. 565.

*Sobrietas quid.*606. *Eius gradus & incitamenta.*607. *& ſeq. ſobria ebrietas quæ.* 610. *Eius indicia.ibid.*

Spes æternæ vitæ conſiſtit in charitate adoptionis, veritate promiſſionis, & poteſtate redditionis. 733. *Eius dilatæ & affligentis deſcriptio ex D. Bernardo.*750.*Vnde vim ſuam ſumat , & quo nitatur fundamento.* 759. *Gradus eſt ad charitatem.* 637. *Eius excitamenta.* 760. *Amorem comitatur vel antecit.* 34.*Eius vis & efficacia.ibidem. In ea ſingulariter conſtitutus quis ſit.* 35. *In tentatione præſidium.* 91. *De diuina prouidentia quanta.* 208. *Incitamentum & ſolatium certaminis.*242. *Quomodo alatur & augeatur.* 288.*Deum quærit.* 316. *Virtus Theologica.* 334. *Quomodo diſtinguatur à fide.ibidem.Eius præcipua laus.*335. *Si qua beatitudo in hac vita eſſe poteſt, ea eſt.ibid.Eam non agnouerunt antiqui Philoſophi. ibidem. Duplex eſt, informis & formata.* 335. 336. *Eius gradus.*336.*& ſeq.Eius primum actum quæ antecedant.* 337. *Quibus adminiculis ad eum excitandum opus ſit. ibid.* 337. *Eius actiones variæ.ib. &* 338. *Quomodo conſeruanda.*337. *Eius fortitudo comparatur galeæ & Anchoræ* 338. *In tribus conſiſtit. ib. Comparatur funiculo triplici.ibid. Eius alacritas quàm dulcis & efficax.ibidem.Maximè iuuat proficientem ad perſeuerandum.*339.*Laborantibus & defatigatis vnicum ſolatium.*601.

*Spiritus diuinus à ſanctis Patribus appellatur inſpiratio & viſitatio.*374.*Eſt locutio Dei interna cum affectione.ibidem.*

Digitized by Google

Eius internoſcendi regulæ. ibidem & ſeq. Eius præſentiæ ſigna & effectus. 375. Quomodo nobis præſentibus tranſeat. ibidem. Præteriens teneri vult, abiens reuocari. 376. Quomodo reuocetur. ibidem. Eius duplex viſitatio, quia duplex animorum præparatio. ib. Proprium illius eſt conſolari, terrere autem per accidens. ib. Quæ ſigna illum antecedant. 378. Eius præſentiæ ſigna ex diuo Bernardo. ibidem. Quomodo differat ab Angelico. 379. Omnibus votis expendendus. ibidem. Clandeſtinus & furtiuus aduenit. 308. Verecundus amator ibidem. Quomodo retinendus. ibidem. Eius indicium quod. 396. 397. Eius effectus. 398.

Spiritus ſanctus nonnullos intrinſecus tantùm docet. 1. Eius dona nen niſi hominibus ſanctis Deique amicis dari. 698. Eius dona legibus non conſtringi. 1. De eius præſentia quis ferat teſtimonium. ibidem. Eius gratiæ quæ ſint ſigna propria. ibidem. Ab eo dirigimur in viam veritatis. 3. Eius ſuauitas. 21. Per eum quid nobis donatum ſit. 38. Quos & quomodo irradiet. 65. In eum blaſphemia quæ. 125. Contriſtatur verbis otioſis. 160. Loquitur in prædicaroribus. 162. Eſt in æſtu temperies. 242. Eius chariſmata fluminibus aquæ viuæ comparantur. ibidem. Eius viſitatio centuplum Euangelicum. 296. Quanto noſtro malo eius inſtinctum non ſequamur. 315. Eius dona ſemper charitatem comitantur. 319. Eius dona non conſtringuntur legibus. 320. Eius dona quomodo à virtutibus & beatitudinibus diſtinguantur. 223. Eius fructus alacritas in fide. 334. Eius donum conſilium quale. 342. Eius conſilij regulæ quæ. ibidem & ſeq. Eius donis quomodo iuuetur proficiens. 357. Vnicus & multiplex quomodo. 376. Quales homines eligat ad res magnas 396. Cur in die Pentecoſtes cum ſonitu aduenerit. 407. Eius præſentiæ ſigna quæ. ibid. Libenter ſe adiungit humilibus. 410. Eius fructus gaudium quale. 483. Eſt ineffabilis quædam Patris Filiique communio. 497. Quæ & quanta ei tribuat Chriſtus. 498. Eius dona ſeptem. 605.

Superbia maximè repugnat perfectioni. 647. Sine ea nec deſideratur nec quæritur honos. ib. Ea etiam perfecti deuictis omnibus vitiis pulſari poſſunt. 762. Nulla tentatio perfectis faciliùs imminet. 763. Ex rectè factis oritur. ib. Virtutum & ipſius etiã charitatis æmula eſt. ib. Ei medetur Deus infirmi-

tatibus mentis & corporu. ibid. Ex ea naſcitur curioſitas.ib. Ex ea item promanat inanis fiducia.764. Triplex eius genus 764.765. Quomodo detumeſcat & extinguatur.21. Etiã rectè factis inſidias ſtruit.101. Occulta quæ.192. Eius graphica deſcriptio.ibid. Eius origo.ibid. Languentem reddit feruorem ſpiritus.199. Cauſa ſcrupulorum.212. Curatur humilitate.ibid. Vltimus & primus eius morbus.217. Sæuiſſima beſtia.ibid. Eſt amor propriæ excellentiæ.ibid. Regina vitiorum. ibid. Omnibus virtutibus contraria ibid. Radix omnium vitiorum.ibid. Generalis ac peſtifer morbus ac tyrannus.ibid. Aliter præpoſitos tentat, aliter ſubditos. 218. Eius deſcriptio ex D.Gregorio.ibidem. Eius quatuor ſpecies. ibidem. Eius aliæ tres ſpecies.ibid. Eius effectus. 219. Eius duces ſiue ſoboles ſeptem principalia vitia.ibid. Dupliciter conſiderari poteſt.ibid. Mater omnium vitiorum.ibid. Ex ea naſcuntur hæreſes.ibi. Eius remedia.219.220. Peccatum Luciferi. 219. Eius diuinitus punitæ exempla in ſcripturis.ibid. Deum ſingulariter habet contrarium.ibid. Signum eſt reprobationis 220. Eius curationis indicia.ib.& 221. Eius foris videri velle quod non eſt. ibid. Gignit obſtinationem propriæ voluntatis. 253. Vnde vult eminere, inde deprimitur.255. Caput auaritiæ.256. Luciferi quanta. 261. Omnibus donis diuinis inimiciſſima. 302. Cauſa deſolationis animæ. ibid. Cauſa ſubtractæ gratiæ. ibid. Dominatur vel rationi, vel voluntati.409. Cauſa omnium malorum.625.

T

Temperantia quid, eiuſq; munus.602. Eius gradus & incitamenta.ibid.& ſeq. Admirabiles eius fructus. 604. Mentem ab nimii vitiorum tempeſtate defendit, inquit S. Proſper. ibid. Comparatur circumciſioni à D. Hieronymo.ibid. Voluptatis iugulum quaſi gladio petit. 605. Aliis virtutibus iuncta. ibid. Eius pulchritudo qualis. ib. Eſt ornatus vitæ, cui maximè decorum & honeſtum ineſt.606. Eius indicia tum externa, tum interna.ibid. Paſſionum reſtinguit ardorem. ibid. Eius partes, abſtinentia & ſobrietas. ib. Omnia quæ nos moderatos ac ſobrios faciunt, libenter obſeruat.623.

Tempus quam pretioſum.161. Quare nobis à Deo conceſ-

Tentatio renunciantium. 645. *Eius remedium ex diuo Gregorio.ibid. Sæpe nobis expedit.*555. *Eſt aliquando conſolatione potior ibid. Permittitur interdum à Deo grauior, & quare.*657. *Quæ per timorem nocturnum in Pſalmis ſignificetur.*85. *Spinis & tribulis vuas & ficus ferentibus comparata.*86. *Maximus eius fructus.* 87.88. *Via eſt Sanctorum.ibid. Exploratio eſt amicitiæ cum Deo initæ.ibid. Eius ſemina in nobis ſunt, & quando ſe prodant.*89. *Spinis cardui comparatur.ibid. A Deo temperata erudit nos.*91. *Ad probandum, non ad ſeducendum, quæ.ibid. Quæ redimat inferni cruciatus.ibid. Suaue pondus, ſarcina ſalutaris. ibid. Chamo & freno comparatur.* 92. *Non eſt cauſa lapſus & ruinæ.* 94. *Sine ea nemo viuit.*96. *Humana apud Apoſtolum quæ dicatur.*140. *Comparatur hyemi.*197. *Eius affectus.*204. *Comparatur ſpinis.*205. *Eius ſtimuli tanto minùs pauendi, quanto magis aſſueti ibidem. Puſillanimitatis quæ, & quàm vtilis.* 208. *Ea pulſante marceſcunt oſſa.ibid. Comparatur laqueis.* 237. *Sine ea non poteſt eſſe vita noſtra.*261. *Sine ea nullus profectus noſter.ibid. Quanti æſtimata à Chriſto.ibid. Cur à Chriſto admiſſa.ibid. Ea carere non eſt ſemper virtutis indicium, ſed plerumque teporis & ignauiæ.*266. *Aquiloni comparatur quæ & quare.*269. *Facit ne ſuperbiamus.*299. *Comparatur dæmonio meridiano, quæ & quare.*382. *Fraudulenta, qua diabolus vtitur aduerſus homines pios.ibid. Grauis & periculoſa quæ.*535.

*Tentationes etiam perfectis accidunt ad vtilitatem maioremque perfectionem illorum.*761. *Incipientium quæ.*68. *Eas Deus quomodo moderetur, ibid. Earum fontes qui.*89. *Earum principia periculoſiora.*90. *Earum cauſæ vniuerſaliores quatuor.ibid. Eas cur Deus permittat. ibid. Earum vtilitates. ibid. A Deo mirabiliter diſpenſantur.*96. *Pauci nunc ſunt qui grauiſſimis vrgeantur, & quare.*270. *Voluntariæ quæ, & quotuplices.*285. *De prædeſtinatione quomodo depellēdæ.*287. *Faciunt nos fortiores.*289. *In iis ad Deum, vt pueri ad matrem, confugiamus.ibid. Earum impetus quomodo retardandus.*292.293. *Ad eas animus quomodo præparandus.* 293. *Earum victoria in quo potiſſimùm conſiſtat.*296. *Earum ſeptem genera.*382. *Cōparantur timori nocturno, & ſagittæ volanti.ib. Earū varii effectus.ib. Earū ordo naturalis quis.*511.

Tepiditas quomodo differat ab acedia vel torpore. 190. *Ea capitaliorem hoſtem non habet proficiens.ibid. Duplex eſt.ib. Comparatur ſomno.ibid. Penuria ſpiritus, macies & ſterilitas animæ.ibid. Eius proprietates.* 191. *Eius graphica deſcriptio ex D. Bernardo.ibid. Eius origo.* 192. *Eius iudicia.* 194. *Malitioſa.* 196. *Eius remedia.ibid. & ſeq. Eius pericula.ibid. Comparatur gurgiti.* 197. *Quem ſemel abſorbuit, retinet ſemper.ibid. Eius ſtatus periculoſiſſimus. ibid. Pernicioſa abiicienda.* 198. *Deo vomitum prouocat.ibid. Moleſtiſſima, inferno proxima, & vmbra mortis.* 199. *Languentem & ſopitũ reddit feruorem ſpiritus.ibid. Quadam eſt frigiditas.ibid. Comparatur auſtro.* 200. *Eius deſcriptio ex D. Bernardo alia. ibid. Eius remedia.* 202. *& ſeq. Vnde oriatur.* 203. *De ea exempla ſcripturæ. ibid. Omnibus diſplicet.* 204. *Eius præcipua & propria cauſa inanis gloria.* 223. *Eam fouet propria voluntas.* 253. *Quorundam quanta.* 270. *Cauſa auaritiæ.* 278.

Theodorus monachus lapſus, S. Chriſoſtomo hortatore ſanitati & monaſticæ exercitationi reſtitutus. 368. *Scripturæ ſacræ peritus, Orator, & Philoſophus.ibid. Veterum exemplis inſtructus, & variæ lectionis.ibid. In matrimonio contrahendo occupatus. ibid. Nuptiis abdicatis, ad religioſam vitam regreſſus. ibid. Eius lapſus comparatur morſui ſerpentis.* 369. *Admirabilium ſigna virtutum initio ſuæ conuerſionis ediderat.ibid. Comparatur leoni leui vulnere efferato.ibid. Comparatur mercatori à piratis ſpoliato.ibid. Magnam in eloquentiæ ſtudiis laudem conſecutus.* 370. *Clauſtrum repetiit, in quo religioſè & ſanctè vixit.ibid. Tandem Mopſueſtiæ in Cilicia Epiſcopus creatus.ibid.*

Theonas Abbas, exhortatione ſua mouit Serapionem vt occultum ſuum peccatum detegeret. 12.

Timor gradus eſt ad charitatem. 637. *Brachium eſt quo Deũ anima ſtringit & amplectitur.* 711. *Eius gradus excellentior, quẽ amoris generat magnitudo.* 766. *Cõparatur camino.* 86. *Nocturnus in Pſalmis quis.ib. quomodo excutiendus.ib. &* 87. *Seruilis quis ſit.* 148. *Maximè efficax ad acquirendam & retinendam gratiã Dei.* 302. *Triplex.ib. Nocturnus quis.* 399. *Acrius pugnat contra rationẽ quã voluptas.* 581. *Eo vir fortis an & quomodo vtatur.* 576. *Quibus rationibus pellẽdus.* 600. *Infirmi & imbecilli animi eſt.* 601.

Timor Dei, principium noſtræ ſalutis. 653. *Parit compunctionem ſalutarem.ib. Filiorum Dei proprius* 721. *Contemplationi & amori diuino intermedius.ib. Qualibus cogitationibus foueatur.* 21. *Eius fons quis.* 30. *Eius ortus & incrementa.ib. Comparatur freno.* 31. *A Deo per fidem docetur.ib. Triplex eſt.ibidem. Seruilis qualis. & vnde excitetur.* 32. *Regem Dauid exſtimulauit.* 61. *Indicium humilitatis.* 120. *ſine pietate nullus eſt.* 367.

Tobias perfectus vir fuit. 649. *Eleemoſyna corporali & ſpirituali maximè inſignis.ib. Externis virtutum actionibus ad perfectionem conſcendit.* 650. *Eius bona opera commendauit Angelus Raphaël.* 41.

Trinitatis myſterium in Euangelio continetur. 495. *Sacramentum Euangelicum à S. Hilario appellatur.* 499. *Prompta & explicata fide credendum.ib. A Chriſto manifeſtatum. ib. & ſeq. Eſt Sacramentum cœleſte, quia, in cœlis nobis aperiendum.* 497. *Sacramentum paternum, item Natiuitatis & exitionis à S. Hilario dicitur. ib. Qua ratione à Chriſto traditum.* 497. 498.

V

Verba otioſa, gulæ ſoboles. 158. *Fons omnium linguæ malorum.ib. Quæ talia ſint & dicantur à ſanctis Patribus.ibidem. Quomodo differant à criminoſis.ib. Eorum effectus.* 159. *Duplex eorum peccatum.ib. Quàm periculoſa.ib. Quot ex iis mala proueniant.* 160. *Contriſtant Spiritum ſanctum.ibidem.*

Verbum Dei cum deſiderio audiatur. 745. *Quantũ in eius auditione momentum ſit.ib. Plurimum valet ad conuerſionem peccatorum.* 25. *Non eſt inani ſermone eleuandum.* 161. *Eo quomodo vtendum aduerſus tẽtationes.* 287. *Quomodo ei aditus vel ianua aperiatur.* 349. *Quomodo viuum ſit.* 390. *Comparatur cum verbis ſæcularibus. ib. Figuris communibus & vſitatis abundat.* 471. *A D. Petro lumen admirabile nominatur.* 480. *Quomodo tractandum.* 487. *Eius meditatio quomodo nobis reddenda familiaris.* 518. *Nitet quidem in cortice, ſed dulcius eſt in medulla.ibid. Nux eſt frangenda, vt nucleus fructus ſpiritualis eruatur. ibid. Animi aures ab affectionibus inanibus liberas requirit.* 603.

*Veritas luci comparatur.*361. *Oculis capreæ comparatur.* 379. *Amara eſt ſine condimento gratia.ib. Ei nihil abſconditum.ib. Abſque ea inſolens deuotio.ibid. Fortiſſimè deſideratur ab anima.* 202.*Eius definitio.*561. *Idem eſt cum ſimplicitate.ib.Eius contraria vitia quæ.ib. Affinis ei humana fides. ib. Puritas cordis & ſynceritas appellatur.ib. Eius gradus & incitamenta.*562. *& ſeq. Ita Deo placet, vt ab ea denominetur.* 562. *Quando pro ea mors ſubeunda ſit.*563.*Ex ea naſcitur voluptas ſpiritualis.*566.*Amica ſanctis. ibid. Eius indicium, facilè aliis credere.ib. Eius cupidi, vanitatis non conſcij.* 591.

*Victorinus monachus pœnitentiam mirabilem egit.*66. 67. *Furtiuas orationes quæſiuit.*67.*Lux ſuper eum cœlitus emiſſa, cum voce. Dimiſſum eſt peccatum tuum.ibid.*

Virginitas commendatur. 642. *Templum eſt puriſſimum. ib.Offert ſe holocauſtum Domino ib. Grandis fidei eſt, grandiſque virtutis.ib.Eius votum commendatur.ib.Eius votum emiſſum à B.Virgine, teſtibus ſanctis Patribus.ibidem. Quomodo ſeruanda.* 168.*Quomodo corrumpatur.* 169. *A Chriſto ſuaſa.ibid.Eius auctor, commendator, & ſingulare exemplum Chriſtus.ib.Eius votum, quàm Deo gratum.* 487.*Eius definitio ex D. Auguſtino.*611. *Ad eius propoſitum incitamenta. ib. & ſeq. Eius præſtantia.* 612. *Plurimi vitam propriam ei poſtpoſuerunt.ib.Generis immortalitati præpoſita, etiam à Regibus & imperatoribus.ibidem. Martyrio comparatur à ſanctis Patribus.*613. *Martyres facit quomodo.ibid. Eſt longum diuturnúmque martyrium.ibidem. Holocauſto comparatur.* 614. *Eius præmium ſingulare in cœlis.ib. Eius laudes ex D. Hieronymo.ib. Comparatur cum humilitate.*626.

*Viſiones aliquando fieri poſſunt per imagines.*708. *Aliquãquando accidunt hominibus à ſenſibus ſimulacriſque corporeis penitus abſtractis ib.Earum tria genera.*709.*Quid circa illas maximè cauendum.* 282. *Quando à Deo vel diabolo proficiſcantur, varia indicia.*400.401. *Eas præcedere ſolent horrores quidam & exanimationes.*406.*Quomodo probãdæ an ex Deo ſint.*407.*& ſeq.Earum teſtes Moyſes & Elias, Lex & Propheta.* 409. *In iis duplex cautela adhibenda.* 410. *Quinque modis dijudicantur inſtar monetæ aureæ.ib. Antequam appareat, timor pelli ſolet.*503.

Digitized by Google

Voluntas propria Deo aduerſa. 642. *Eius victoria ad perfectionis culmen aſcendit.ib. Neceſſariò eſt refrenanda.ibid. Coërcetur obedientia.* 643. *In obediente nulla eſt.*645. *Eius mortificatio ſalutaris.*652. *In vnius Dei voluntatis deditionē redigenda.* 654. *Eius regenda dux Deus.*655. *Quibus modis à Deo dirigatur ad perfectionem. ibidem. Afflictione ad Deum trahitur potiùs quàm conſolatione. ibid. Quidquid ex ea ſit, alienum eſt à cultu pietatis, teſte D.Baſilio.* 152. *Eius deſcriptio ex D.Bernardo.*250. *Eius remedium oportuniſſimum.ib. Eius abnegatio mirabilis.ib.Contra ſeipſam inſurgit, cùm ſeipſum abnegat.ib. Eius ſtatus qualis. ib. Deum proprio furore impugnat. ib. Mundus vniuerſus ei non ſufficit.* 251. *Deum, quantum in ipſa eſt, perimit.ib.Si ceſſet, infirmus non erit.ibid. In ſeruitutem diaboli nos denuo ſola abduxit.ib. Sola diabolum intra nos admittit.ibid. Diuinam voluntatem ad ſuam deflectere conatur. ib. Cor prauum in ſcripturis appellatur.ib.Eius ſoboles peruicacia & contumacia.ibid. Etiam in religioſis aliquando reperitur.* 252 *Cor durum appellatur.ibid.Graphicè deſcribitur.ibid. Maxima abnegatione indiget.*253. *Omnium ſcelerum mater & ſentina.ib.Fouet tepiditatem, gignit deſperationem, creat apoſtaſiom.ib. Chriſti exemplo abneganda. ib. Seminarium eſt & fons omnium perturbationum.* 403. *Eius indicium, facilè de aliis obloqui.ibidem. Nihil ea maius homo Deo dare poteſt.* 547. *Per obedientiam mactatur.ibid. Quantum bonum ſit.*550.

Voluptates corporis, etiam legitimæ, hominem de arce mentis deiiciunt. 642. *Refrenandæ ſunt, etiam legitimæ ſiue nuptiales. ibid. Eſcarum præſentium quomodo refrenandæ.* 148. *Earum incendia vinum & adoleſcentia.* 167. *Quid earum nomine intelligatur.*283. *Per eas inſinuat ſe diabolus. ibidem. Ex anima eliciuntur dupliciter.*284. *Vitia comitantur, vnaquæque ſuum.*285. *Quomodo refrenandæ.* 355. *Suæ quemque trahunt.* 502. *Omnium maxima quæ ſit.* 566. *Malæ quæ & quæ bonæ impediant.*600. *Nihil iis deteſtabilius, etiam ethicis auctoribus.ibidem. Omne animi lumen extinguunt. ibid. Earum natura & vanitas. ibid. Feſſas eas, pœnitentiaq́; plenas, animis noſtris natura ſubiecit, inquit Ariſtoteles.* 603. *Blandiſſimæ Dominæ.ib.Indignæ Chriſtiano homine.* 604. *Earum tyrannis.ibid. Velut immanes belluæ.ibidem. Earum impetus*

Quibus armis ſuſtinendi & frangendi.605. Quos morbos generent.609. Eas viciſſe, maxima voluptas eſt.614.

Votum paupertatis fecerunt Apoſtoli teſte D. Auguſtino: & plerique ex primis illis Apoſtolorum diſcipulis.640. Votum caſtitatis vouit B. Virgo, teſtibus ſanctis Patribus.642. Votum obedientiæ ex S. Auguſtino & S. Baſilio.643. Non recipiendi Eccleſiaſticas dignitates, niſi ex obedientia, an ſit licitum. 648.

VVilhelmus de Vrimaria librũ ſcripſit de inſtinctibus.395.

Z

Zacharias Propheta quomodo deſcribat peccatum.28.

Zachæus exemplum pœnitentium peccata contrariis factis compenſauit.52. Ei ſe vltro hoſpitem obtulit Chriſtus, & quare. 475.

Zelus animarum vnde. 722. Perutilis Eccleſiæ, Deóque gratiſſimus.ib. Diſcretione regendus.ib. Indicium eſt charitatis 346. Effectus eſt charitatis.ibid. Duplex eſt.ib. Eo maximè flagrare debet proficiens.ib. Nihil ita gratum & curæ eſt Deo.ibid. Propriæ noſtræ ſalutis argumentum eſt & occaſio.ib. Chriſti exemplo in nobis excitandus. 347. Omnibus aliis vitæ curis anteferendus. ib. Nullum tam gratum Deo ſacrificium. ibidem. Eius gradus. 347. & ſeq. Eius actiones. 348. Abſque ſcientia plerumque pernicioſus.349. Quo eſt ille feruidior ac vehementior, eo vigilantiori ſcientia opus eſt.ibid. Eius fortitudo & conſtantia qualis.ibidem. Quid ſit eo comedi.ibidem.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Ego CLAVDIVS AQVAVIVA, Societatis IESV Præpoſitus Generalis, facultatem cõcedo, vt opus hoc de Diſciplina Chriſtianæ Perfectionis, in quinque libros diſtributum, à P. BERNARDINO ROSSIGNOLIO, noſtræ Societatis Theologo, compoſitum, eiuſdémque Societatis quatuor doctiſſimorum virorum iudicio recognitum approbatúmque; typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas, dedimus, Romæ 22. Aprilis, M. DC.

CLAVDIVS.

APPROBATIO.

Hos quinque libros R. P. Bernardi Roſſignolii, Societatis IESV, de Chriſtianæ diſciplinæ perfectione, digniſſimos arbitror, qui in lucem prodeant: Eruditione enim & pietate pleni ſunt; & lectoribus maximum ad vitam rectè inſtituendam adjumentum adferent.

PETRVS STEVARTIVS *Leodius, SS. Theologiæ Doctor*, *Profeſſor, Parochus Mauricianus, & Academiæ Ingolſtadienſis pro tempore* RECTOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

by Google

Digitized by Google